ABBATIS
PANORMITANI
COMMENTARIA
Tertiæ Partis In Secundum Decretalium Librum.

Quamplurium Iurisconsultorum, qui probe hucusque aliquid ijs addidisse apparuerunt, Adnotationibus illustrata.

Hac postera vero editione recognita, atque ab innumeris erroribus, quibus ob temporis vetustatem, & librariorum recentem iniuriam vbiq; deprauata, mutila passim, & plerisque in locis decurtata vsque adeo deprehendebantur, vt nullus plane sensus esset, tam in textu, quàm in allegationibus, summo studio vindicata, & integritati suæ restituta.

Quibus præter eiusdem Panormitani QVAESTIONEM quandam in Parmensi Gymnasio disputatam, REPETITIONEM in c. Per tuas. De arbitris, In Alma Bononiensi Academia editam, Et INTERPRETATIONEM ad Clementinas epistolas, quæ tamen omnes in veteribus codicibus reperiebantur.

Profectò his nostris typis accessit Practica eiusdem Panormitani, vt Pontificij & Cesarei iuris studiosi Theoricam haberent coniunctam cum praxi in omnibus ferè curijs obseruari consueta.



VENETIIS, Apud Iuntas. MDLXXXII.

Rubricarum Thomi huius Syllabus.

ABBATIS PANORMITANI IN TERTIAM SECVNDI DECR. LIBRI PARTEM

Commentaria pene Diuina, quam plurium Iurisconsultorum adnotationibus illustrata.

Et hac omnium postrema Editione ab innumeris propè mendis, quibus undique scatebant, sic purgata, vt si cum alijs editionibus conferas nostram proculdubio diligentiam probabis.

De Exceptionibus. *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 *Exceptionis diffinitio.*
Exceptio actionis quæ sit.
Exceptio intentionis quæ sit.

VIso de iure actorum, quo muniuntur, vt lanceis seu gladiis, merito subiicitur ius reorum, quo muniuntur, vt clypeis, & loricis, vel aliter, & sic. Supra visum est de probationibus in genere, & in specie, sed quia vt plurimum fundata intentione actoris reus opponit peremptoria contra probationem actoris, congruo igitur ordine subiicitur tractatus de exceptionibus. Oppo. contra situationem rubricę. Videtur enim male situata. debuit poni ante rub. de litis contest. cum tunc opponantur dilatoriæ fori. Sol. dic, quod respectu dilatoriarum congruentius fuisset ibi posita rubrica, sed potius respectu peremptoriarum necessario debuit poni hic. Et si diceres, quare non posuit ibi, sicut hic? dicit Ioan. And. hoc esse de arbitrariis. vel voluit hic ponere, quia peremptoriæ magis afficiunt negocium principale, ideo fuit æquius illas in ordine ponderare, argum. in l. quæritur, ff. de stat. hom. & 4. quęstione tertia, c. hermaphroditus. Et si diceres, quod aliquæ peremptorię proponuntur ante lit. contest. ut inf. de li. contest. c. vno, lib. 6. respondet ipse, quod hoc casuale non fuit præponderandum regulæ. Vel dic quod iura adaptantur ad ea, quæ frequentius accidunt, ut l. nam ad ea, ff. de legi-
1 bus. † Quæro, quid est exceptio? Solu. dico, quod est actionis vel intentionis exclusio. sic alternatiue dico, quia aliquando excludit actionem, aliquando intentionem tan-
a tum. [a] exemplum primi, cum in veritate actori competit actio, & eam per exceptionem excludi oportet. nam si metu coactus, vel dolo inductus tibi stipulanti promitto, de iure ciuili obligatus tibi sum, vnde ex stipulatu recte quidem agitur, sed inique, ideo per exceptionem, quod met. causa. vel doli mali excludendus est actor, & idem in similibus. Exemplum secundi, quando actio in veritate non cōpetit actori, sed de facto agit. vt si petas a me decem, & ego excipio, & dico me soluisse, nulla competit tibi actio: quia solutione eius, quod debetur, omnis tollitur obligatio, institu. quibus mod. tol. obl. in princip. Et quod exceptio excludat quandoque non actionem, sed intentionem uel actorem, probatur. ff. eodem l. 2. & de his per Goffr. in sum. huius tit. & de multiplici exce. vide quod no. infra eodem cap. exceptionem, & uide etiam per Innocen. in capi. cum dilecti, & capitul. dudum. 2. de elec. ubi appellat exceptionem intentionis, quando excipitur contra eum, qui nō petit, est tamen in facultate petendi, & habet intentionem, vel habere debet petendi, ut quando excipit contra electū ante, quam petat confirmationem, vel consecrationem. nam & exceptio potest deduci quandoque in iudicio, licet non deducatur actio, ut leg. & not. in l. si contendat, ff. de fideius. & in l. Aurelius. §. si centum, ff. de liber. leg. vide quod dixi in cap. si quis contra clericum. de foro competen. Adde unum notabile dictum Specul. dicentis, quod quando peremptoria proponitur ante lit. contestat. est intentionis exclusio. si uero proponitur post, tūc est actionis exclusio, ita institu. eo, §. primo, ver. & no. & in titu. de lit. contestat. §. primo, uersic. sed nunquid per exceptionem, & hęc omnia procedunt in exceptione peremptoria. de reliquis uidebitis. infra eodem, c. pastor. & c. exceptionem. vnde autem habuit ortum exceptio? Dic quod in Paradiso, Adam excipiente, quod deceptus ab Eua peccauerat, ut ponit Spe. in proœ. §. sane. Ego credo, quod processit ab ipsa natura, exce-

ADDITIO.

a ¶ Aliquando intentionem tantum. Tu vide bon. gloss. in l. 2. in versicul. intentionem, ff. eod. & illa dicitur improprie exceptio, quoniam proprie exceptio est actionis exclusio, denominaturque ab ea, & appellatur exceptio actionis. altera vero, scilicet quando actor sine actione agit, ita quod ei nulla actio competit, quicquid opponit reus dicitur exceptio intentionis, & facti, vt præal. glo. & not. Lanfran. de Ora. in ca. quoniam contra, §. exceptiones, in princ. 3. de probat. & his paucis absolutum est quod in ru. ista dicitur. Zach.
¶ De doctoribus de Padua. Ant. Franc.

a exceptio est quædam defensio, quæ est de iure naturali,[a] vt in cle.pastor.de re iud. Et Tul.lib. 1.offi.in tractatu sic inquit: Principio generi animantium omni est a natura tributum, vt se uitam corpusque tueatur, declinetque ea.quę sibi nocitura uideantur, quæque sint ad uiuendum necessaria, inquirat, & paret, ut pastum, uel latibula, & alia eiusdē generis, formalitatem tamen sumpsit a iure positiuo.

ADDITIO.

a ¶Circa hoc quod dicitur de exceptione intentionis, & facti dicas quod illa non potest opponi post transactionem finitam. l.nec intentio, vbi per Bald.C.de transa. & adde quod talis exceptio potest obii etiam stante statuto, quod nulla exceptio admittatur, ita Bald.in l.sancimus, in secunda columna, C.de don.de quo per eundem in l.peremptoria, C.senten.rescind.non poss.& per Alex.in l.qui debere, ff. de condi.ob causa.& vide Specul.in titu.de excep.in §.primo, in versic.defensionis. & in uers. fin. ubi dicit quod exceptio intentionis dicitur proprie defensio, non exceptio.& in titu de empt.& vendi.so §.primo, in prima forma libelli, ubi ponit materiam istius exceptionis, & vi.Bal. in addi.Spec. in titul. de lit.contest.in §.primo, in versi.per exceptionem.& Innocen.in cap.cum soper, de or.cog.ubi dicit quod tres sunt species intentionum. nam quædam opponuntur iudicie, quædam sententiæ, & c. quædam executioni.

¶De iure naturali. Vide late per Ang.Are. io titul.de exceptio, columna quinta, versicul. veniamus ad secundum.Bartol.in l.ex hoc iure, columna penultima ubi Mod.ff.de iustit.& iure. Nunquid autem exceptio sit defensio, vide Gem.post glos.in capitul.primo, de litis contestat.lib.6. Bald.in l.prima, C.qui accul.non possunt. Fel.in ca.ex parte, secundo, in prin.sup.de off.deleg.

SVMMARIV.

1 *Testis repellitur a testimonio, si fuit conuictus de crimine contra eum exceptio:non tamen de illo punitur, si non tangit causam principalem. num.14.15.*
2 *Testis criminosus, & toleratus, an possit reddere testimonium, si de crimine conuincatur.*
3 *Testes non possunt repelli tanquam criminosi post sententiam vel conclusionem in causa.*
4 *Testis integer, & qui non possit repelli, qualis esse debeat.*
5 *Sententia lata in alio iudicio, & quę inter alias personas afficit hominē, & ipsum notat, facit fidem in omni iudicio.*
6 *Testis conuictus de crimine per viam exceptionis, an veniat puniendus. Sufficit, istud verbum de natura sua importat, vt nil aliud requiratur.*
7 *Exceptio contra personas vel dicta testium, vsque ad quantum tempus potest opponi. 3.10.*
Exceptio contra testes non est peremptoria.
Exceptio peremptoria, vel habens naturam peremptoria, potest opponi vsque ad sententiam.
8 *Exceptio contra personas testium an, & quo casu possit opponi in causa appellationis.*
Exceptio, quæ potest opponi in primo iudicio, ante sententiam & litis cō testa.potest opponi in causa appellationis.
9 *Exceptio omnis, qua malitiose non fuit opposita in prima instantia, vel tēpore congruo, non potest vlterius opponi.*
10 *Exceptio contra personas testium an possit opponi post sententiam in casibus, in quibus sententia non transit in rem iudicatam.*
11 *Testis criminosus, qui egit pęnitentiam criminis, non repellitur a testimonio.*
12 *Non appellans videtur acquieuisse actui contra se facto, vbi noniter conuinceretur de crimine, uel confiteretur.*
13 *Testis interrogatus de proprio crimine an teneatur respondere.*
14 *Testis vacillans, vel falsum dicens, punitur, sed qua pęna, uide remissiue.*
15 *Præsertim, ista dictio ponitur pro tantum.*
Testis conuictus per testes seu instrumenta non punitur nec ordinarie, nec extraordinarie.
16 *Crimen incidenter confessatum an sit punibile.*
17 *Crimen quando dicatur contingere causam.*
Factum diuersum dicitur in iudicium deductum per viam connexionis; quando contingit idem factum, & exigit quod tangat & idem factū, & easdem personas.
Sententia lata contra producentem, cuiuscunque conditionis & status sit persona producens, non præiudicat.test, nec econtra.

CAP. PRIMVM.

1 DEnique. † Si testis de crimine contra eum excepto conuincitur, vel alias conuictus appareat, repellitur a testimonio, sed de crimine non punitur, si non tangit negociū principale. hoc dicit. tria sunt dicta. secū dum. ibi. Quod si. tertium, ibi. Cæterum. Ego materiam huius capitul. clarissime expediui in duobus locis, primum enim & secundum dictum expediui in capitul.testimonium, supra de testibus. vltimum in cap.2. de ord.cog.hic autem aliqua simpliciter dicam pro forma, & materia huius capituli, quæ vtilis est, & quotidiana in practica. Casus liter. Quęsitum fuit a papa an in personam testium crimina obiici possint, ut sic a testimonio repellantur, quibus ante iuramentum, vel depositiones nihil fuerat obiectum? Respondit papa, quod possunt opponi. Et subdistinguendum est in hunc modum. si crimina obiiciuntur testibus, de quibus nondum fuerant accusati, sed tandem opponuntur in modum exceptionis, crimina illa probari debent ante, quam causa per sententiam terminetur, quæ si probata fuerint, a testimonio repellentur, quia (vt dicūt canones) testes absque vlla infamia, vel suspicione vel macula manifesta in ferendo testimonium requiruntur, quod si sola crimina, de quibus alio tempore conuicti vel confessi sunt in iudicio, testibus obiiciuntur, a testimonio repelluntur, quia eorum confessioni non est credendum contra alios, nisi prius se probauerint innocentes, & innocentia probata, bene eis credi, & fides adhiberi potest. Cæterum quæret forsan aliquis, & qui sibi videtur in iure canonico aliquid profecisse: Ecce crimina probata sunt contra testes, utrum punientur pœna ordinaria? Respondet papa, quod in eos accusatio iuris ordine non procedit, sed sufficit, si a testimonio repellantur, pręcipue vbi crimen, quod eis obiicitur, non contingit causam, de qua agitur. Et hæc est sententia, & responsio papæ, quæ placet ex toto. Bern.

2 † No. testem quantuncunque etiam publice toleratū[a] posse repelli a testimonio si nunc de criminis suspicione aut infamia conuinci potest, concor.d.c.testimonium, & cap. super eo, de testibus.& ibi no.quid de iure ciuili, secus autem, si erat toleratus tempore, quo reddit testimonium, vt l.i.C.de testibus.& quod ibi no.& 3.quæst.7.ca.infamis.§. veruntamen.

3 † Not. 2. quod sententia est terminus exclusiuus probationis exceptionis oppositæ[b] in personas testiū. possunt ergo vsque ad sententiam probationes induci, & intelligo ante conclusionem in causa, per cap. dilectus, de fide instrumentorum, & cap. auditis, de procu.& quod no. Innocen.in capit.pastoralis, de causa pos.& proprie. exceptio tamen debet opponi ante aperturam attestationū: de quo dic ut legitur, & no.in ca.pręsentium.sup. de testi. An autem probationes possint induci ante, quam testis recipiatur, dixi plene in capit.ex parte Adę.de testi.vbi uideas materiam pulchram & quotidianam, & frequenter tractatam a Doctoribus.

4 † No. quod ad hoc vt testis omnino dicatur integer, oportet qđ sit omnino immunis ab his quatuor, scilicet crimine, quod intellige, ut dixi in d.cap.testimonium. Infamia. an hoc procedat in infamia facti, dic, ut d.cap.testimonium. Suspicione, scilicet inimicitiæ.3.q.5. cap.accusatores.vel criminis, quia non debet in aliquo vacillare, sicut opinio ordinandi.81.distin. cap.tantis. Item a macula manifesta, & hoc dupliciter potest intelligi, scilicet de macula animę, quæ potius attenditur, quam vitiū corporis. quod preciosior sit, & tunc non differt a crimine, & sic forte sumitur hic, quia primo fecit in genere mentionem de crimine, & postea exemplificando dixit a macula manifesta. Secundo potest intelligi de macula corporis, & tūc oportet restringere sm Io.An. & bñ, qñ quis testificari vult in cā criminali ꝫ clericū, repellit.n. corpore vitiatus eo casu

ADDITIONES.

a ¶Toleratur. Quando tolerantia inducat dispensationem, tangit Fel.in c.j. col.5.versic.limita hoc tripliciter, ff. de treug.& pac.& in c.sicut.ij.de iudæ. Alexand.in consilio 170.incip.pro inuestigatione, colum.fi.in 2.vol. Sebast.Sapia.

b ¶Exceptionis. Videtur iste sentire, ꝗ si contra testem excipiatur de crimine ante tamen sententiam in causa, ꝗ repellitur, & ista est veritas, sed caue ne erres, quia oportet specifice opponere declarando qualitatem criminis, nec sufficit dicere esse criminosum, ita no. Bald.in l 3.§.leg.Iul.ff. de testib.& in cap.præsentium, eodem titu.lib.6.imo etiam ut uoluit idē Bald.in authen.si dicatur in fin.C.eod.specificari debet locus, & tempus commissi criminis. Zach.

¶De doctoribus de Padua. Ant.Franc.

¶To adde quod sine dubio crimen debet opponi specifice neque sufficit illud opponere in genere, imo debet qualitas declarari per modum, locum, & tempus, de quo vltra hic alleg. per Bar.post gl. in l.cum apud. C. de testi.& Bal.in l.j.in 2.q.eo.tit & uide do.Car.in cle.constitutionē, in §.j.de ele.& domi.de Rota in decisio.269.in nouis.ubi dicunt esse specificandum, locum, annum, & mensem, non autem diem, neque horam, nisi dies, & hora essent de substantia materiæ, de quo plene per D.Car. ubi supra in 3.quæst.

casu,quo repelleretur ab ordine,secundum Pet.& Ab.vide
5 tex.cum gl.2.q.7.c.ipsi apostoli,& in c.fi.sup.de test.† No.in
§.quod si, quod sententia corporis afflictiua facit fidem in
alio iudicio & inter alias personas. Vides.n.hic,ꝙ cõfessus,
vel conuictus in alio iudicio, potest nunc repelli a testimo-
nio inter alias personas. Istæ enim sententiæ,quæ afficiunt,
& notant hominem sequuntur hominem,sicut lepra lepro-
sum:arg.in c.cito turpem. 1.q.1.facit c.testimoniũ, & quod
6 ibi dixi,sup.de testi.† No.in §. Cęterum,arg.pro & contra,
a an testis[a] conuictus de crimine sit aliqua pœna puniendus.
nam tex.a contrario,ibi:Pęna ordinaria, facit ut puniri pos
sit pœna extraordinaria;& pro hoc vide l.nullum,C. de te-
sti. In contrarium, ꝙ nulla pœna puniatur,faciunt multum
verba sequentia ibi. Sufficit ergo si a perhibendo testimo-
nio,repellantur.Nam verbum,sufficit,importat,vt nil aliud
requiratur seu imponatur,ut no.gl.in c.statutum, in princ.
de resc.li.6.vide tamen circa hoc,quod plene dixi in c.2.de
7 or.cog.† Opp. & videtur quod non solum usque ad senten-
tiam,sed etiam per 20.annos post, potest opponi, & exce-
ptio probari contra testes,vt in c.licet, de proba.& ca.cum
venerabilis.co.& l.querelam,C.de fal. secũdo potest argui,
quod non vsque ad sententiam, sed tantum vsque ad litis
contest. debet pars admitti. hæc.n. exceptio contra perso-
nas testium non est peremptoria, cum non perimat actio-
nem seu ius agendi,cum & aliis testibus seu probationibus
possit fieri probatio,ad hoc ins.co.c.inter.Sol.capiendo mẽ
tem gl.4.hæc exceptio, quæ opponitur in personas testiũ,
non potest dici dilatoria vel peremptoria,cum non differat
iudicium; & sic non debet regulari secundum regulas dila-
toriarum, & licet non sit proprie peremptoria, accedit ta-
men magis ad naturam peremptoriarum, quam dilatoria-
rum:quia si non directe,saltem per obliquum perimit:quia
sublata probatione,remanet ius partis inutile,vt in c.sæpe,
de res. spol. & l.duo sunt Titii. ff. de testa.tut. & ideo potest
dici quasi peremptoria, arg.4.q.3.c.si testes.§.item herma-
phroditus.ideo vsque ad sententiã potest opponi,sicut aliæ
peremptoriæ,vt l.2.C.sent.resc.non pos. Non obst.contra-
rium:quia procedit in exceptione falsi, quãdo.s.opponitur
in dicta & non in personas,quo casu est distinguendum, vt
in gl.& no. bene hoc dictum, simile not.in c.ex parte Adæ,
8 sup.de testi.& ibi plenius dixi. † Sed quæro, an in causa ap-
pellationis possit opponi contra personas testium? Glos.ista
in vltima parte notabiliter dicit, quod sic, sicut dicitur de
aliis peremptoriis seruata tamen dist.c.præsentium.sup. de
testi.no.sin.hoc dictum, & pro eo facit illud generale: non
oppositum opponam,non probatum probabo,in c.cum lo.
de fid.inst.& C.de temp.app.l.per hanc. Item probo alia ra-
tione; appellatio rescindit omnia vsque ad lit.contest. ita ꝙ
illud, quod poterat opponi ante sententiam & lit.conte.po
test opponi in causa appel.ut leg. & not.in l.ita demum, C.
de proc.& maxime per Bar.sed ante sententiam poterat op
poni,& probari contra personas testium iuxta distinctionẽ
b c.pręsentium, præall. ergo & in causa appellationis[b] eadem
9 distinctione seruata. † Aduerte tamen ad unum notabile di
ctum tam circa istam exceptionem, quã circa alias perem-
ptorias,ꝙ si malitiose causa uexãdi aduersarium pars distu-
lit opponere in prima instantia, nõ audietur in causa appel.
ita no.sentiunt Ioan.And. & Host. in c.inter monasterium.
Ins.de re iud. quod est menti tenendum, & idem potest dici
c in qualibet exceptione[c], quæ malitiose tempore determi-
nato non fuit opposita,;vt post illud tempus nõ admittatur,
10 arg.per locum a speciali in c.exceptionem.ins.eo.† Sed cir-
ca hoc quæro,numquid in causis, in quibus sententia nõ trã
sit in rem iudicatam (vt in matrimonialibus) possit opponi
in personas testium citra appellationem? gl.hoc non aperit,
loquitur.n.quando opponitur circa dicta inferendo falsita-
tem:tunc enim clarissimum est, ꝙ in infinitum potest oppo
ni: quia apparet per nouam probationem fuisse ecclesiã in
sententia deceptam.& sic procedunt illa iura vulgaria,de re
iu.c.lator,& c.consanguinei,& 45.q.9.c.ꝙ quis,sed per ex-
ceptionem, & probationem contra personas testium non
infertur necessario falsitas:quia licet quis sit criminosus, ni
hilominus potuit ueritatem dicere,& aperte patet ex se, ut
in c.per tuas.inf.de simo.& melius in c.in fidei fauorem, de
hær.lib.6.ergo non debet recedi a communibus regulis iu-
ris.In contrarium tamen facit:quia solus transitus in rẽ iu-
dicatam excludit istas exceptiones contra personas testiũ
nam ut uides admittuntur in causa appel.sed hæc ratio ces-
sat in causis,in quibus sententia non transit in rem iudi. ad
hoc optime facit c.causam matrimonii,& ibi no.su.de pro-
bat.& c.fraternitatis,post prin.de frig. & malefi. & ca. sicut
nobis, maxime.in fi.su.de testibus, & uide omnino quæ ibi
11 dixi. † Opp.contra.§. Quod si.ubi dicitur,ꝙ alias conuictus
vel confessus non debet admitti,nisi prius probauerit se in-
nocentem,non.n.videtur hoc posse procedere,quia ex quo
fuit probatum eum fore criminosum, maxime post confes-
sionem suam, non debet admitti ad probandum negatiuã.
ut in c.ad nostram,sup.de probat. Sol.glo.quæ est in verbo,
probauerit, ꝙ non probauerunt directe se innocentes, sed
indirecte,puta probandu,ꝙ egerunt penitentiam,& proba
bunt hoc per sacerdotem proprium. No.hoc dictum,ꝙ post
pęnitentiam quis potest dici innocens, facit 50.dis.c.ferrũ,
& uide ad istum intellect.quod dixi in d.c.testimonium.Ab
bas dixit probari innocentiam suam probando absentiam
a loco, vbi dicitur delictum commissum:sed hæc lectura nõ
placet Io.And.licet enim procedat respectu illius verbi,cõ-
uicti:non tamẽ procedit respectu illius verbi,confessi,quasi
dicat,licet admittatur ad probandum contra probationẽ:
non tamen admittetur contra confessionem propriam. Io.
An.dicit, quod etiam respectu confessionis potest admitti,
non tamen perimendo confessionem, sed potius excusan-
do iuxta ea quæ not.& habentur in d.c.cum dilecti, de acc.
mihi non placet hoc dictum quo ad istum tex. nec respectu
probationis, neque respectu confessionis, loquitur.n. text.
quando alio tempore fuerant conuicti,uel confessi, & nunc
opponuntur crimina illa, certum est autem, quod ex quo
non probauerunt tunc contrarium nec excusauerunt con-
12 fessionem,non debent nunc admitti. † Quia non appellan-
do videntur simpliciter acquisiuisse conuictioni, & confes-
sioni,arg.c.quod ad consultationem,de re iud.& c.1.inf.de
fri.& ma.ubi est bo. tex. in simili.sed hæc dicta Doc. proce
dunt:ubi nouiter conuincerentur de crimine,uel confiterẽ
13 tur;alii aliter soluunt, sed tene lect.gl. † Gl.in uer. Confessi.
intrat materiam: an testis interrogatus de proprio crimine
d teneatur respondere[d] vide in hoc quod satis late dixi post
gl.in c.cum causam,de testibus. Vltimo gl. colligit argumẽ.
quod si iudex recusatur coram arbitro, potest ab isto quæ-
ri: & debet inde dicere veritatem. Aduerte, si quæritur de
crimine,dic vt not. in d.c.cum causam, si extra causam cri-
minis,satis est honestum, ut respondeat, cum arbitri sint in
14 hoc articulo iudices, de offic.deleg.c.ab arbitris,lib.6.Cir-
ca.§.Cæterum quæro,quid si crimen obiectum testi contin
git causam,de qua agitur? respondet glos.fi.quod tunc non
solum repellitur,sed etiam punitur; si autem non contingit
crimen,solum repellitur,quia ad hoc solum recipitur, fate-
tur tamen, quod si testis testificando uacillauit, uel falsum
dixit, punitur a iudice, ut l.nullum, C. de testibus. Quali-
ter autem hoc ultimo casu iste punietur, dic vt not. Bar-
tol.in dicta l.nullum, & dixi, in d.capitul. 2. de ordin.cog.
15 † Ex his videtur velle glo.quòd dictio præsertim[e], posita in
e tex.ponatur pro tantum.Idem Host.& Goff.Innocen.verò
instat in duabus gl. & videtur velle in effectu, quòd aut te-
stis conuincitur per testes, seu instrumenta, & non punitur
nec ordinarie, nec extraordinarie, & hoc respectu dictio,
præsertim, stat pro maxime, quasi idem sit, si idem crimen
contingat causam,de qua agitur. Aut est conuictus per con
fessionem propriam,& tunc si cõtingat causam, de qua agi-
tur.

ADDITIONES.

a An testis. vide late per d.Ias. in l.1.§.qui mandatam,col. 2.ff.de of.eius cui mandata est iurisd. Fel.& Dec.in c.præterea.sup.de of.deleg.

b In causa appellationis. Adde, quod hoc videtur intelligendum,quando appellatum fuit ab admissione exceptionis.nam si pars nihil opponat, exceptio non opposita in prima instantia poterit opponi in secunda, secundum Rom.consil.184. ubi ita consuluit de exceptione, tu non potes esse procurator. Sebast. Sapia.

c Exceptione.Vide And. Siculum in cons 35. incip.in nomine,in 3 col. & Fel.in c.ad audientiam.2.supra de rescr. Ant. Fran.

d Teneatur respondere. De, præsertim, dictione vltra hic allegata vide Car. in cle.1.de rer.permutatio.& in c.continebatur, de despon. impu.& in cle.1. in §.1.de priui.& in cle.1.in prin.de senten.exc.vbi exponitur pro maxime,& uide glo.in l.illud, ff.ad l.Aquil.& ibi per Flo. & gl.in l.quod si minor.in §. restitutio,ff.de mino. quę dicunt,quod includunt vtrunque casum, sicut dictio, maxime. adde tamen quod quandoque ponitur pro solummodo & comprehendit casum expressum tantum,ut in c.1.inf. de excom.& vide Spec.in tit. de disputa.in §.post hoc,in uers.item maxime quandoque.Ant.Fran.

e Dictio præsertim.Adde de hac dictione Cal.cons.3.de verb.sign.

6 meo duob.modis.† Prima, quia & cõmunicatione coacta quis incurrit excommunicationem, nisi fuisset vis ꝑcussa, vt in c.sacris.§.quod me.cau. Secundo, quia non præsupponitur hic, quod voluntarie sibi communicauerit, nec decisio
7 literæ fundat se super voluntate.† Ideo forte gl. ad secundã solutionem transit dicens, quem approbaui, reprobare nõ possum agendo contra eum, sed excipiendo sic, quia quilibet reus etiam excommunicatus potest excipere cõtra suũ actorem, quia omnis legitima defensio est reseruata reo & excommunicato, inf.eo. c.cum inter, & cum hac solutione transeunt hic communiter Doc. sed iudicio meo non euacuat funditus contrarium. nam ex solutione gl. sequeretur, ꝙ si mulier peteret dotem a viro ĩ casu permisso, posset vir excipere de adulterio prius commisso, quia vr̃ approbasse solum quo ad actionem, & nõ quo ad exceptionem, quod est contra mentem d.ca. quemadmodum. & l. si vxor. ff. de adul. quinimo tex. in d.c. quemadmodum, propriæ loquitur de exceptione, vt non possit excipere contra mulierem, cuius mores semel approbauit. Vnde dicerẽ sic, ꝙ vbi approbatio seu habilitatio dependet a voluntate approbãtis, tũc non potest illum approbatum impugnare nec per viã actionis, nec exceptionis, & hoc casu loquuntur iura allegata in prin. gl. vbi vero non dependet a voluntate sua, tunc nõ obstante illa communione, seu tacita approbatione potest cõtra illum instare, saltem per viam exceptionis, pro hoc est bo. tex. in c. dilecto, de præb. & c. nostri. de ele. & quod not. Io. An. in reg. scienti. de re iu. lib. vi. in Mer. & gl. in l. i. C. vbi de cri. agi opor. quæ dicit, ꝙ si litigaui coram eo, quem mea voluntate non poteram iudicem facere, possum de nullitate experiri, licet a principio non exceperim. vnde cum cõmunicando excommunicato, non possim eum habilitare ad iudicia, possum illa communione non obstante contra eum excipere, vt hic, pro hoc est bo. tex. inf. eo. c. exceptio-
8 nem, & c. pia. e. ti. lib. vi.† Sed quæro tex. hic loquitur, qñ excommunicatus minori excipiebat contra excommunicatum maiori, quid si iste excipiens fuisset & excommunica-
a tus[a] maiori, nunquid posset a sua accusatione repellere excommunicatum? vr̃ litera hic facere ꝙ non, quia iste excipiens est remotus nedum a participatione sacrorum, sed & a communione fidelium, & sic cessat ratio illius literę. Contrarium tenet hic gl. & bene, ꝙ licet excommunicato interdicatur ptãs agendi, non tñ excipiendi, &c. vt in glo. & hoc communiter approbant hic Doc. & in c. cum inter. inf. e. dicẽtes, ꝙ omnis defensio competit excommunicato, siue sit realis, vt peremptoria, siue personalis, vt contra iudicẽ incompetentem, siue sit declinatoria, siue competat rõne tẽporis feriati, vel loci incompetentis, vel rescripti surreptitii, vel inepti libelli, & idem in dilatoria solutionis, de quo
9 & vide quod no. inf. in c. si aduersus. de hęre.† Plus dicit hic Inn. ꝙ excommunicatus maiori repellit ab accusatione sua excommunicatum & minori tñ, cum sit criminosus. sup. ꝙ met. cau. c. sacris. sicut. n. repelleret illum non excommunicatus, sic & excommunicatus per iura hic alle. in glo. Ioan. An. intelligit hoc dictum, vt excommunicatus minori appellatur ab accusatione his casibus quib. communio cum excommunicato inducit peccatum mortale, de quibus ple
10 ne no. in d.c. sacris. & no. singulariter hoc dictum.† Ex hoc enim infert, ꝙ existens in mortali tanquam illegitimus repellitur ab accusatione, & facit ad ea, quæ dixi in c. testimonium. de testi. quæ sunt no. multum ad limitationem ca. i. ĩ.
b de accu. quod intellige, nisi prosequatur iniuriã propriã,[b]
11 vt in c. omnib. iiii. qõ. vi.† Item ex prædictis, & ex glo. no. ꝙ quantumcunque quis infamis vel criminosus sit, potest tñ excipere contra suum accusatorem de illegitimate, fallit in casibus all. in gl. & in criminibus exceptis, de quib. no. in c. cum P. de accu. & in c. i. de testi. lib. vi. & vide quod no. glo.
12 in d. ca. omnibus.† Sed quæro, nunquid excommunicatus admittatur ad replicandum, sicut admittitur ad excipiendum? exemplum, ago contra te occasione mutui, excipis de pacto de non petendo, replico de pacto, de petendo, opponitur excommunicatio contra me, seu replicationẽ meã Spe. eo. ti. §. fi. ver. item quæritur, dicit hanc exceptionem, seu duplicationem non obstare replicationi, quia replicatio se habet ad exceptionem, sicut exceptio ad actionem.
c Est enim replicatio quædam defensio[c] contra exceptionem, Insti. de repli. in prin. vnde sicut excommunicatio nõ repellit ab excipiendo, ita nec a replicando. Item duplicatio non admittitur, nisi directe concernat ipsam replicationem, vt in loco proxi. alle. sed excommunicatio non elidit replicationem, ergo & c. absurdum enim foret, ꝙ haberet respectus ad pactum de non petendo, & non ad pactum sequens de petendo, dico tamen reum posse excipere de excommunicatione non contra replicationem, sed contra ꝑsonam actoris vt repellatur a iudicio, quia exceptio potest opponi in qualibet parte iudicii, vt in c. pia. ĩ. e. tit. lib. vi. &
13 c. pe. inf. e.† Gl. si. opponit de c. significauit. inf. de sen. excõ. vbi communicans excommunicato incurrit excommunicationẽ maiorem, cuius tamen contrarium innuit iste tex. & soluit multipliciter, vera solutio est, ꝙ procedit in communicãte excommunicato a Papa concurrentibus aliis de quibus dicam ibi. Vltimo scias, ꝙ quia istud c. facit mentionem de replicatione, Io. An. posuit ad materiam explicandam septem quęstiones, quas succincte ponam ad instructionem iuuenum. Primo quęritur, quid sit replicatio. Secũdo, cui competat. Tertio, quãdo competat. Quarto, quis sit eius effectus. Quinto, quomodo tollatur, vel vitietur. Sexto quę sit prius probanda exceptio, vel replicatio. Septimo
14 an super replicatione sit necessario pronunciandum.† Ad primum dicit, ꝙ replicatio est allegatio actoris, per quã soluitur exceptio rei, Insti. de rep. in prin. vel latius dicendum est, ꝙ replicatio est verbum actoris per id quod dicetur infra. vnde replicatio est cõtraria exceptioni, quasi exceptionis exceptio. ff. e. l. antepe. semper enim obiicitur, vt exceptionem expugnet. ff. e. l. ii. §. i. potes ponere exemplum in ꝓposito de contrario pacto. Item in terminis. c. accedentibus. de priuil. pone qõnem, parochialis ecclesia petit decimas, reus excipit de priuilegio, quod habet de decimis nõ soluendis, replicat agens, ꝙ pręscripsit contra priuilegium, hoc probato eliditur exceptio, & obtinebit agens, & idem
15 in similib.† Ad secundum cui competat replicatio, patet responsio ex prædictis, quia competit actori. vnde dicit lex, ꝙ actores non muniunt suam intentionem exceptionibus, quæ sunt reorum, sed replicationibus. C. eo. tit. l. non exceptionibus. Et si dicas, ꝙ actore excipiente contra testẽ, vel probationes rei, ipse reus replicat, respondetur, ꝙ reus in eo, quod probat, censetur actor, ff. eod. l. i. Vel lex loquitur quo ad exceptiones peremptorias, vel quæ respiciunt principale, & per hoc intellige, quare supra dictum est in diffinitione primi dubii, ꝙ verbum actoris potest ibi sumi largo
16 modo.† Ad tertium quæsitum, quando competat responsio, etiam patet ex prædictis. nam cum veniat contra exceptionem, competit cum reus excipit, & n õprius. non enim potest resolui nec expugnari nondum obiectum, de spon. imp. c. ad dissoluendum. cum concor. & secundum hoc erit perpetua replicatio & competet quandocũque excipitur, cum enim replicatio sit exceptio, vt supra dictum est, & an-
17 nalia † ad agendum sint perpetua ad excipiendum, vt l. pure. §. fi. ff. de do. exce. ergo replicatio est perpetua. dicit tamen Io. And. ꝙ vbi esset quid imputandum actori ea ratione qua tempore perit actio, periret etiam replicatio cum eadem actione, & sic intelligitur, ff. quando actio de pec. est anna. l. quęsitum, & sic aliud est in exceptione rei originalis, & aliud in exceptione actoris, quæ dicitur replicatio, quia in potestate actoris est agere, non in potestate rei, vt C. de dila. l. si quando. Si ergo contra exceptionem rei iudicatæ replico de appellatione mea, quam deserui, vel prosequi neglexi, sicut mihi obstaret hoc agenti, ita ob mihi replicãti. de appel. c. sæpe. & clementi. si appellationem. eodem ti. hoc verum, nisi exceptione pareretur mihi aliqua perpetua exceptio, puta nullitatis in his, quæ sunt post illam, de quo

Ioh. &

ADDITIONES.

a ¶ Excommunicatus. Excommunicatione maiori potest repellere per exceptionem consimilem excommunicatum contra eum agentem, idem dicit Bar. in l. si creditoribus. ad fi. C. de ser. [illegible] & in l. [illegible] ff. de accu. qui dicit se plene dixisse, in l. cum mulier. ff. [illegible] & facit quod no. d. Alb. in c. illud, de cle. excom. mi. Adde, an excommunicatus possit persequi suam, vel suorũ iniuriam, Fe. de. consi. 116 & an dolus cum dolo compensetur, & an bannitus possit repellere bannitum, vide quæ ponit in d. l. mulier. ff. so. ma.

b ¶ Iniuriam propriam. Vide Pe. de Anca. in consi. 4?7. incip. plura ex prædictis, vbi dicit, ꝙ frequens accusator non accusat, & late Franc. Are. in d. c. testimonium, ĩ. de testi. Seb. Sap.

c ¶ Est enim replicatio quædam defensio. Pondera verbum. defensio, & comperies replicationem non esse exceptionis defensionem, [illegible] exceptionum, vt l. in exceptionibus, & ibi [illegible] C. eodem, l. secunda, [illegible] Spe. [illegible] & Bald. in auth. si testibus productis dicatur, [illegible] C. de testi.

18 leg. & no. in c. licet, de sen. excom. lib. vi. †Venio ad quartu, quis sit replicationis effectus, & dic q resoluit, vel expurgat exceptionem, vt supra dictum est, & ideo oportet replicatio sit talis, quod vitiet exceptionem. nam impertinens repellitur, inf. e. c. dilecti. vel personam afficies, vt ibi. Et scias q fortius se habet replicatio ad exceptionem, quam exceptio ad actionem. nam exceptio quandoque defendit reum super re petita, quandoque afficit personam actoris, quandoque iudicis, quandoque testis, quandoque procuratoris quandoque formam libelli, quandoque rescriptum, quandoque locum, sed replicatio semper afficit ipsam exceptionem, vt non profit excipienti, vel vt non noceat replicanti, Inst. de replic. in prin. vide ad hoc quod no. in c. ii. de or. co.

19 †Ad quintum quomodo tollatur, vel vitietur, dicas, q tollitur per duplicationem rei, quæ ipsam afficit, pone exemplum pet decre. dudum, de conuer. coniu. duplicatio tollitur per triplicationem, & sic deinceps, vt ff. e. l. ii. & Insti. de

20 repli. post princi. †Ad sextum, quæ sit prius probanda, [a] an exceptio, vel replicatio, de hoc satis instat Io. And. hic post Spe. in ti. de exce. & repli. §. fi. vbi de hac materia inuenies.

Conclusio vera est, q sicut reus non astringitur probare peremptoriam sibi petentem, nisi ex quo fundata fuit actoris intentio, quam intendit per exceptionem elidere, C. eo dem. l. si quidem. facit quod legitur. & notatur. in c. fina. de dolo, & contu. & c. de testamen. supra de testibus. nisi sit dilatoria solutionis, de qua dicam inf. eod. c. exceptionem. ita nec actor cogitur replicationem probare, nisi sit pbata exceptio rei, quam ipse actor intendit per replicationē elidere, & hoc tenet Spe. in d. §. fi. post prin. posset tamen replicās (si vellet) prius probare, ar. c. i. de probat. & l. circa. & quod ibi no. ff. de prob. sed vide, quod in simili dixi in c. i. de ord. co. vbi plene dixi de actione, & exceptione, quæ sit prius probanda. sic dicendum est de exce. & replic. ideo limita, vt ibi

21 dixi. †Ad septimum, & vltimum, quo quærebatur, an sit necessario pronunciandum super replica. dicit Io. An. ponderandum naturam exceptionis, contra quam replicatur, q si est emergens, quantumcunque sequatur replicatio, duplicatio, triplicatio, quadruplicatio, & sic in infinitum satis est q super exceptione ista pronuncietur, super qua necesse est pronunciari iuxta ea, quæ dixi in c. i. de or. co. vbi satis expediui, quid dicatur emergens, & quid incidens, & an, & quando sit necesse tacite, vel expresse super eis pronunciare exemplum huius dicti est, excipio testem excommunicatū, replicas illum absolutum, duplico absolutionem nō habuisse potestatem absoluendi, hoc ipso q iudex pronunciat testem admittendum, vel non admittendum, satis super replicatione & duplicatione pronunciat, si tamen etiam super his specialiter vellet interloqui, non esset peccatum, si vero exceptio est incidens, super qua non est necesse pronunciari, ergo nec super replicatione pronunciabitur, exemplum, excipio de pacto de nō petendo, replicatur de renunciatione, vel contrario pacto, satis est, vt condemnet iudex vel absoluat super principali, per quod erit expedita exceptio, & replicatio, sed si velit etiam super illis specialiter pronunciare, posset. Conclusio ergo est, q super replicatione non est necesse specialiter pronunciare, quia sufficit tacita pronunciatio, quæ resultat ex pronunciatione super exceptione, vel super ipso facto principali, vt patet ex prædictis, & his, quæ dixi in c. i. de or. cog.

ADDITIO.

a *Quæ sit prius probanda.* Adde quæ iste ait. Spe. in ti. de excep. & replica. §. fin. facit melius § 1. ver. sed de qua, vbi dicitur, q post excep. & in §. hoc quoque. eo. n. quod est verum, nisi talis replicatio sit de directo exceptioni contraria, quia tunc dicitur simul probare, qua ideo exceptio probatur, sed si non est de directo, contraria, potest probari post, vt not. in c. illud. J. de rescrip. Zach.

SUMMARIUM.

1 *Replicatio paris criminis repellit exceptionem.*
2 *Beneficia quis potest plura possidere in diuersis ecclesiis, intellige, vt infra nu. 7. & 8.*
3 *Exceptio alicuius rei non debet opponi ab illo, qui in eadem re laborat. 4. 9.*
4 *Alienata male bona ecclesiæ potest bona per alium alienata repetere.*
5 *Beneficiatus pluribus beneficiis vtrum possit opponere, & quo nomine contra aliquem quærentem plura beneficia.*
Exceptio, tu habes vel quæris plura beneficia, an possit obiici per illum, qui etiam habet plura beneficia? 10. 11.
6 *Collatio beneficii facta ex certa scientia licet excludat surreptionem, tamen non includit dispensationem, videlicet quod Papa velit eum eo dispensare.*
8 *Iudex potest ex officio libellum lacerare, si videt ius non competere actori maxime in spiritualibus, quibus regulariter iudex supplere ex officio.*
9 *Criminosus non debet opponere in alium id, in quo ipse versatur.*
Exceptio non debet opponi ab illo, qui posset eadem exceptione repelli.
12 *Habere plura beneficia, an sit peccatum?*
13 *Rei voluntarii æquiparantur actoribus in multis casibus.*
14 *Accusator illegitimus non admittetur ad accusandum.*
15 *Exceptio famosa, vel de iure communi notoria admittatur contra illum, cuius de beneficio est prouisum.*

CAP. III.

1 CVm ecclesiasticæ. †Habens plura beneficia cōtra alium de pluralitate non excipit, ita summat Io. An. hæc summatio est multum generalis, conuenit tñ literæ in genere. Alii summant sic reus non necessarius ab exceptione repellitur per replicationem paris criminis, vel obiecti, posset aliter summari, & intelligi, vt inf. patebit. Est. n. hæc decre. difficilis quo ad intellectum & adhuc redditur magis difficilis, propter dicta doc. Diuiditur in duas partes. In prima ponit decisum exordium, in secunda mandatum, ibi, [Mandamus.] Casus lit. Quidam Iacobus nomine fuit inuestitus per dominum papam de quadam præbenda vacante in Nouariensi ecclesia, & de mandato ipsius in corporalem possessionem ipsius præbendę inductus, q non permittebant eum Nonarieśes canonici possidere. Hoc propoluit Iac. pdictus in pñtia Papæ. cōrio pars capli exceptionem quadā proposuit ꝯ ipsum, videlicet, q ī alia ecclesia beneficium obtinebat. ille replicauit ꝯ eos, q & ipsi plura beneficia in plurib. ecclesiis obtinerent. Inn. cognita veritate mandat Laudicēsi epo, quatenus dictum Ia. faciat pbēdæ illius pacifica possessione gaudere. de qua fuit per c. pdecessorem suum inuestitus non obstante exceptione pdicta, q non pñt ei obiicere, cum & ipsi varia beneficia in diuersis ecclesiis hre noscantur. B. No. ar. q per inuestitu

2 ram [a] factam in absentia beneficii non acquiritur illius beneficii possessio, de quo dic, vt no. in c. transmissam. de elec.

2 & c. ii. de consue. †No. ii. quem posse esse pluralem in diuersis ecclesiis, quod intellige iuxta no. in c. gratia, de refer. lib.

3 vi. & cle. gratiæ. e. ti. †No. iii. quem non posse reprehendere in alterius persona quod in sua pntat æquū. 32. q. vi. c. nihil.

4 cum trib. cc. seq. & 25. di. c. fi. & ut. q. vii. c. iudicet. †Oppo. ꝯ tex. vñ. n. q ꝯ istum possint plurales excipere saltem nomine ecclesiæ, ar. in c. si quis presbyterorum. & quod ibi no. de rebus ec. nō alie. vbi patet, q ēt is qui male alienat, potest nomine ecclesiæ male alienata repetere. Item pretextu criminis, vel excōmunicationis non repellitur quis a defensione ecclesiæ suæ, vt in c. dilecti. inf. e. Item saltem non debuissēt plurales admitti, volentes excipere contra istū impetrantē. sol. p p hæc cōtraria, & similia legitur hoc c. multipliciter in gl. & extra gl. Et diuide hanc gl. in tres partes. In prima ponit opi. Vin. In secunda opi. Tan. & Io. illi contrariam. In tertia gl. approbat opi. Vin. & rñdet ad aliqua motiua in cōtrarium. Secunda, ibi. [Tan. & Io.] Tertia, ibi. [Mihi videtur] vt

5 clarius habeas gl. recitabo eam conclusiue. †Vin. fuit ī opi. vt plurales in beneficiis admittantur ad contradicendum nomine ecclesiæ, & non proprio, non plurales vero admittantur ad contradicendum nomine proprio & nomine ecclesiæ. Ad istū tex. rñdet dupliciter, primo q nō fuerunt admissi isti noie ecclesię, q a Papa Celestinus ex certa scia isti puiderat, i. sciens eū hre alia bñficia, & ex hac rōne colli-

6 gitur prima lec. †Sed ꝯ hūc intellectū facit, quia collatio ex certa scia facta, licet excludat surreptionē, nō tñ inducit dispensationē circa pluralitatē iuxta ea q no. in cle. si Roma. de pb. & in c. si motu pprio, c. ti. & melius in c. non pōt, hic aūt non obiiciebat de surreptione, sed q obtinebat bñficiū in alia ecclesia. Itē hæc lec. gl. diuinat ad tex. nec tex. fundat se su p ista rōne. f. q isti obiicietes laborabāt eodē morbo. iō forte gl. trāsit ad scdā lec. dicēs, q iō nō fuit hęc exceptio admissa, q a iste iā erat ꝯfirmatus, & possess. bñficii adept [a] & sic nō hēbat locū excep. cū nil iuris iste nūc peteret, sed q d facti

ADDITIO.

a Per inuestituram. Vide Bal. in rub. C. de contrahen. emp. in xvii. q. Alc. iate in l. si in pron. col. v. ff. de acq. pos. Seb. Sap.

cti vt libere possideret, pro hoc c.cōstitutus, & quod ibi no. inf. de app. & hæc lec. corruit, vt præcedens. diuinat. n. nec tex. super ea se fundat, ex ratione. n. deprehendimus mentē disponentis. inf. de ver. sig. c. intelligentia, & l. cum pater. §. dulcissimis, ff. de leg. 2. Io. & Tan. fuerunt in contraria opin. Vin. dicentes, q nec nomine ecclesiæ, nec nomine proprio possunt canonici opponere etiam illi, qui non habēt plura beneficia, tum quia non versatur damnum ecclesię, tū quia vtile est ei habere plures beneficiatos, & dic latius vt in gl.

7 † Sed contra hanc opi. facit, quia pluralis in beneficiis non poterit ita bene seruire ecclesię, sicut si haberet vnum beneficium tantum, vt patet in c. quia nonnulli, de cle. non resi. & c. relatum, co. ti. Item est contra ecclesiæ vniuersalis vtilitatem, vt in c. quia intantum, de præb. & c. ad aures, de rescri. & sic per hanc opi. non solueretur contrarium facit q̄ leg. & no. in c. si. de rescr. lib. 6. & per Io. de Lig. in cle. gratiæ e. tit. vbi probat, q licet exigere beneficium per singularem clericum, facit c. conquerente, de cle. non resid. Item cōtra hanc opi. & Tanc. & Io. facit ista litera a cōtrario sensu, quæ innuit non plurales in beneficiis admittendos, & sic hęc tertia lec. non procedit. Ber. approbat opi. Vin. vt saltem illi, q non habent plura beneficia admittantur, alii vero non, nisi nomine ecclesiæ, & vide motiua sua in gl. & saluando hanc lec. posset dici ad istum tex. q isti non fuerunt admissi, quia

8 opponebant se nomine proprio, non autem ecclesiæ. † Sed contra hunc intellectum opponi. sic. si hoc in se erat illicitū debebat saltem Papa ex suo officio hunc repellere, arg. eius quod no. Inno. in c. 1. de offi. vic. & 11. q. 1. c. sacerdotibus. vbi colligitur iudicem debere ex officio suo libellum lacerare, si videt ius non competere actori, maxime in istis spiritualibus, in quibus regulariter suppletur ex officio, vt in c. cum nobis, & c. cum dilecti, de ele. & c. cum venissent, in fi. de insti. saluando hunc intellectum posset sic responderi, q hic non constabat pluralitatem esse illicitam. nam in multis casibus licitum est habere plura beneficia cōpatibilia iuxta no. in c. dudum, il 2. de ele. & c. gratia, de rescr. li. 6. & p Inn. in c. iamdudum, de præb. de quo Papa voluit nunc inuestigationem sumere contra istos se opponentes, sed excludere ex generali ratione, quia non debent reputare reprehensibile, & illicitum personis aliorum, quod in se putant licitū & honestum. 32. q. 6. c. nihil iniquius, cum tribus cc. seq. & q quisque iuris in alterum statuit, ipse debet vti eo. ff. quod

9 quisque iur. l. 3. & c. cum omnes. de consti. † Et per illū text. & prædicta ampliando hanc lec. ponerem quartam, q nec nomine proprio, nec nomine ecclesiæ isti plurales debent admitti ad opponendum contra personam, non dico cōtra rescriptum. Et idem etiam dicerem contra rescriptum, si ipsi eodem morbo laborarent, nomine proprio nō per supradicta, nec nomine ecclesiæ, etiam si vtilitas ecclesiæ versaretur: quia non videntur moueri bono zelo. non. n. debent etiam nomine ecclesiæ reputare iniquum in aliorum perso

a nis, quod in personis propriis reputant æquum,[a] vt probatur in d. c. cum omnes, secūdum vnam lec. communiter ibi approbatam. debent. n. isti a se incipere, ar. l. si pupilli, ff. de neg. gest. & potest eis dici. eiice trabem de oculo tuo, & c. 3. q. 7. c. infames, §. item in Euangelio, & alibi. Iudicet ille de aliorum errore, qui non agit eadem, quæ in alio putauerit punienda. 3. q. 7. c. iudicet, & c. postulatis, & hunc puto verum intellectum c. Nec ob. si dicatur, criminosum posse defendere ecclesiam, vt in contrario. hoc. n. fateor, nisi sequatur illud absurdum, vt in aliis dicant iniustum, quod in se putāt iustum. tūc. n. tanquam contrarii, & no. bono zelo moti nō debēt admitti, in c. soliciditudinem, in fi. de app. & l. vbi repugnantia, ff. de reg. iur. aliī vero non plurales admitterent, quia cessat in eis hęc ratio, super qua se fundat litera. Ex his habetur no. limitatio ad contraria superius allegata, & litera ista nullam patitur violentiam, etiam a contrario sensu.

10 † Vel dic, q isti canonici excipiendo de pluralitate certabāt de lucro captando, vt scilicet haberent pinguiores portiones, ideo repelluntur per replicationem paris delicti, & ita sic iudicio meo videtur sensisse Bar. allegando hunc tex. in l. cum mulier, ff. sol. ma. pro hoc facit ille tex. & quod plene

b dixi in c. dilecti. inf. c. Potest etiam dici,[b] q isti canonici plurales commiserunt contra legem damnantem pluralitatē, ex qua competebat eis exceptio. merito ergo repelluntur ab hac exceptione, quia frustra auxilium legis inuocat, qui committit in eam, vt in c. quia frustra, de vsur. facit. 26. dist. c. vna, & hunc intellectū ad istum tex. reperio sensisse Inno. in c. intelleximus, de adult. & habes in his multa vltra alios. Et hęc clarissime sufficiant ad intellectum c. Sed ne deficiāt dicta antiquorum, ea recitabo, maxime quia egent declara

11 tione, cum confuse per alios recitentur. † Inno. ponit quinta lec. dicens, q si rescriptum peccat surreptione, puta quia non fecit mentionem de aliis beneficiis, nec ex certa scientia Papa contulit, etiam quilibet habens plura beneficia po

c terit excipere, quia tunc non excipitur contra personam,[c] sed contra rescriptum, quod sumit vires ex intentione concedentis. de verbo. sig. c. dilecto. de intentione autem Papæ non est prouidere ei, qui habet aliud beneficium de illo nō habita mentione, de resc. c. si proponente, & melius in c. si motu proprio, de præb. li. 6. ego hoc puto verum, nisi (vt dixi) isti excipientes laborarent eodem morbo. Si vero rescriptum non peccat in surreptione ita, q nunc excipitur dūtaxat contra personam. s. q non potest plures plura beneficia simul obtinere, & tunc, si non vertitur in damnum ecclesiæ non potest agi nomine ecclesiæ, secus, si verteretur in damnum, puta quia propter paupertatem præbendarum deseritur ecclesia, tunc. n. quilibet contra eum ageret etiam aliis inuitis. Item quilibet admitteretur si suum speciale interesse prosequeretur, etiam cæteris inuitis, ff. de procur. l. licet, puta si sua præbenda specialis ex hoc diminueretur: secus, si versaretur ad interesse commune, vt si diceret minorem prębendam habebo, si iste recipiatur. forte. n. omnia sunt in communi, & in b. anni redditus diuidūtur inter canonicos.

12 † Ratio autem, quare admittuntur contra rescriptum indistincte, & non contra personam, est secundū Inno. quia hoc vltimo casu non versatur peccatum, cum non sit peccatum habere plura beneficia iuxta no. plenius per eum in c. cum iamdudum, de præb. Et circa hoc instat hic Inno. & certe licet ista videantur exquisita, non tamen conueniunt literæ, quæ nullatenus ista considerauit, sed fundauit se super alia ratione, vt sup. dixi. Host. tenet hic pluralitatem beneficiorum esse peccatum, & ad istum tex. dicit, q Papa prouidit ex certa scientia, sed circa hæc dic, vt dixi. sup. & an sit peccatum collige ex no. in d. c. gratia, & cle. gratiæ, & c. cum iā

13 dudum, præal. † Sextam lec. sentit Io. An. sup. c. proxi. & latius attingit eam hic D. Card. licet D. Io. An. non faciat mētionem, dicens q isti opponentes erant rei voluntarii, & sic non debebant admitti, nisi prius legitimarent eorum personas, cum in multis conueniant cum actoribus iuxta not. in

a detur fateri[a] ea quæ in exceptione includuntur, & hoc primo. Exceptio falsi potest etiam post sententiam opponi. & hoc secundo. Diuiditur principaliter in duas partes. In prima ponitur facti, & processus narratio. In secunda diffinitio, ibi. Intelleximus. Prima sub diuiditur in tres partes. nã primo ponit petitionem actoris. secundo, ibi. Idem, responsionem, exceptionem, & probationem reorum. tertio, ibi: Adhæc replicationem & probationẽ actoris. Secunda subdiuiditur etiam in tres partes. Prima ponit quoddam motiuum diffinitionis soluens obstaculum. Secunda diffinit causam quo ad spiritualia, ibi. Quia vero, Tertia quo ad temporalia, ibi: Verum, colligam notabilia principaliora. Casus literalis. Episcopus Sabin. habebat causam cum monasterio Farsen. super ecclesia S. Viti coram auditoribus utriusq; partis petebat Sabin. episcopus ipsam ecclesiam in monasterio Farsen. cum possessionibus & pertinentiis suis, dicẽs eandem tam in spiritualibus, quam in temporalibus pertinere ad ecclesiam Sabin. procurator monasterii, nondũ episcopi intentione fundata, præpropere sic respondit, quod etsi ecclesia prædicta olim fuerit ecclesiæ Sabin. eam tamen episcopus non potest uendicare, cum ex causa permutationis monasterium Farsen. eam obtineat. ad hoc probandũ quoddam exhibuit instrumentum, in quo prima facie contineri videbatur, quod Theodosius episcopus cum assensu canonicorum suorum prædictam ecclesiam S. Viti concesserat monasterio Farsen. in cambium pro quibusdam ecclesiis & rebus aliis. ad hoc episcopus memoratus intentionem suam fundatam esse respondit per huiusmodi responsionem. quia cum procurator monasterii responderit dictam ecclesiam ex permutatione facta per Sabin. episcopum obtinere, per consequens confitebatur se credere, quod dicta ecclesia tẽpore permutationis pertinuit ad ecclesiam Sabin. cum permutatio inter cõtractus bonæfidei computetur, & celebrari non possit nisi cum uero domino, uel cum eo. qui loco domini habetur. & ad probandum quod dicta ecclesia pertineat in temporalibus ad episcopum prædictum, quosdam testes induxit, per quos ostendere nitebatur, quod tam dictam ecclesiam, quam molendina, terras, & alia bona eius Sabi. episcopi diutius possederunt, de illis pro suæ uoluntatis arbitrio disponendo. His & aliis examinatis dominus Papa intellexit dictum episcopum intentionem suam non probauisse per testes, uel responsionem supradicti procuratoris: quia qui opponit exceptionem, non uidetur confiteri intentionem aduersarii, vel per instrumẽtum ad hoc exhibitum ex aduerso. Quia in eo Theodosius episcopus, a quo permutatio facta proponitur, non dicitur episcopus Sabin. quamuis in transcripto, quo procurator vtebatur appositum fuit, Sabin. per vitium falsitatis. licet autem nimis excesserit, qui transcriptum illud falsauit, & delictum personæ non debeat in damnum monasterii redundare, & falsitatis exceptio, & ante sententiam & post obiici possit vsq; ad 30. anno. veritate comperta non vult Papa, quod per hoc monasterio præiudicium generetur. Veruntamen, quia constitit Papæ dictam ecclesiam S. Viti sitam esse in diœcesi Sabin. ideo adiudicauit ei ius episcopale in omnibus in eadẽ, exceptis illis quæ per authentica scripta eidẽ episcopo sunt subtracta, cũ exempta non probentur. quo ad temporalia eiusdem ecclesiæ absoluit monasteriũ ab impetratione episcopi, cum super hoc non probauerit se legitima præscriptione

a munitum. Bern. † Et no. primo, quod in accessoriis potest libellus esse generalis, vt patet, ibi Cum suis possessionibus & pertinentiis. & de hoc plene per Innocen. in c. tanta, de exces. præl. & de hoc, & quid comprehẽdatur nomine pertinentiarum, plene dixi in c. cum ad sedem, de restit. spolia.

3 † Secundo no. ibi: Vendicare, quod licet rei vendicatio stricta, & directa nõ competat, nisi ei, qui est effectus dominus de iure gentium, uel ciuili, ut l. in rem actio. ff. de rei vendi. tamen larga & utilis competit ei. qui habet ius in re sacra, & religiosa, licet non sit verus dominus. unde (vt hic vides)

b episcopus uendicat sibi ecclesiam[b] ratione iurium, quæ habet in ea, & de hoc dic, ut not. Innocen. in c. cum venerabilis, de reli. do. & uide quod dixi in c. exminata, de iudi. facit

4 l. qui tabernas. ff. de contrahen. emp. † No. tertio, quod vna ecclesia potest cum pluribus permutari, & ad hoc quotidie solet allegari iste tex. tamen hic loquitur, quando permutatio fit iure proprietatis. Nunquid autem possit fieri iure tituli. Ioan. An. dicit hic posse argui quod sic, & quod hoc uidit sæpe fieri, alleg. in argumen. c. 2. de mu. peti. quod parum facit: dictum tamen suum communiter approbatur, & maxime per Fed. in trac. suo de permutatione. c. 12. & per Ioan. Cal. hic, & Domi. de Rot. deci. 16. hoc tamen dicunt procedere, si habens plura beneficia, illa tenebat de iure communi. si autem cum dispensatione, ut quia erant incompassibilia. tunc non potest hoc fieri, quia dispensatio non transit in tertiam personam, de priui. c. sane, & 7. quæst. 1. ca. petiisti. Not. quarto, quod una ecclesia potest permutari pro alia ecclesia, & rebus aliis. & si intelligitur de rebus aliis, scilicet spiritualibus litera, est clara. si uero intelligitur de rebus tẽporalibus, tunc obstat c. ad quæstiones, de rer. permuta. Sed potest dici hoc c. procedere, quando ecclesiæ permutantur iure proprietatis nam tunc permutantur uelut quædam tẽporalitates, argumen. ca. 1. de eo qui mit. in pos. ideo administio temporalium non nocet illi, quando permutantur iure tituli, & hoc not. Not. ibi. Loco domini, &c. quod licet episcopus non sit rerum ecclesiasticarum, & ipsarum ecclesiarum dominus, ut in d. c. 2. de don. habetur tamen loco domini, unde permutat; sicut dominus, idem dic in quolibet

5 alio prælato. † Nam & ipse tutor, cum bene administrat, habetur loco domini: sed cum male, loco furis, vt l. qui fundũ. §. si tutor, ff. pro empt. non tamen per hoc debet episcopus exigere seruitia more seruili: quia scriptum est. Neque ut

6 dominantes in clero. 10. q. 3. c. 1. in fi. † No. sexto, quod episcopus non potest de iure communi disponere ad libitum de rebus pertinentibus ad ecclesias sibi subiectas. Vel sic. not. quod licet episcopus fundet intentum de iure communi super ecclesiis respectu spiritualium, seu iurium episcopalium non tamẽ quo ad temporalia, vt de eis possit ad suũ vsum disponere, nisi aliud sibi competat de iure speciali, & si ecclesiæ vacent, vt hic, & in c. præsenti, de offic. ordi. lib. 6. Idem dic in abbatæ respectu prioratuum, & ecclesiarum sibi subiectarum, vt in cle. quia regulares, de sup. neg. præla. potest tamen episcopus, vel alius prælatus præscribere, ut aliquas ecclesias habeat temporaliter subiectas, vt hic not. probatur in fi. facit d. c. præsenti. & uide omnino quod legi. & no. in c. vt super, de rebus eccl. non alie. & cle. 1. de exces. præla. & ibi not. quæ ecclesiæ dicantur de mensa prælati, &

7 vide not. Io. An. in reg. qui cõtra. de re. iu. li. 6. in Merc. † No. quod si transumptum discordat ab originali standũ est originali. concor. cap. quoniam[c] contra falsam, sup. de probat.

c

8 † Not. quod ex instrumentis productis per aduersarium, etiam si sit reus, potest actor fundare intentionem suam, & quod plus est, etiam si sint producta ad probandã exceptionem, super qua actor se fundare non potest. & est ratio, quia vtendo instrumentis efficiuntur illa communia, vt l. 1. §. edẽda. ff. de eden. & c. G. perpetuus. cum ibi no. de fid. instrum.

9 & c. cum olim. de cens. † Not. quod ecclesia non debet puniri, si procurator vel prælatus falsat instrumentum facit etiam quod procurator non videtur habere mandatũ ad illicita. l. si procurator. ff. de cond. ind. & l. 1. §. si procurator ipse, & non dominus punitur ex sua contumacia, vt in c. 1. vt lit. non cont.

10 † Not. quod iudex põt supplere ex officio allegando falsitatem nototiam instrumenti, maxime ad commodum publicum, licet fuerit falsatum per producentem. Alia expediẽtur inf.

12 cũ materia. † Potes tñ notare, ibi: Cõcedendũ quod per verbũ,

d concedo,[d] transferẽ dñium. ego dico, quod hic non probaẽ hoc per verbũ, in cãbium, huic verbo adiunctũ. põt. n. hic colligi, & per

ADDITIONES.

a ¶ Non videtur fateri A. de Ro. in l. cũ mulier, col. 5. & 6. ff. de sol. ma. & in l. alia C. de his quibus ut indi. & Ale. in l. decẽ, col. 7. ff. de ve r obl. & Dy. in reg. exce. & ibi apost. D. Boerij, ptiam Inn. qui & dubiam illius probationem non declarat, & per Felin. hic col. 4. & seq. talibus tamen limitationibus ad primũ dubiũ quas etiam ibi ponit Ange. in tit. Instit. de excep. col. 10. in princ. de quo plene per Lanfr. in c. quoniam contra falsam. §. exceptionem, nu. 4. uers. illud quoq; est notandum, & ibi in apost. Celsi, sup. de prob. Zach.

b ¶ Ecclesiam. Vide Bal. & Pau. de Cast. in l. monumẽta. C. de leg. ubi dicunt, quod admittitur libellus, in quo patronus ecclesiam tanquam suam petit, quod etiã tenet Abb. in c. pro illorum, in prin. inf. de preben. Seb. Sap.

c ¶ Concord. c. quoniam. Adde ibi Lanf. in princ. nu. 2. uer. item si diuersitas apparuerit, & ibi remissiue in apost. Cel. in uer. statur protocollo, & dixi, in apo. ad illum in c. literas, in pe. no. post eum. sup. de rest. spol. Zach.

d ¶ Verbo, concedo. De hoc uerbo concedo, utrum importet translationem dominii uel iuris, unde tex. iuncta gl. in l. 1. ff. de const. princ. & ibi Ang. distinguentẽ, quod aut concessio fit ex causa, ex qua consueuit dominiũ transferri, tunc importat dominii translationem, alias secus [illegible]. per eum alle. de quo uide etiã per gl. Bar. & omnes in l. si. in prin. ff. de do. [illegible] Bar. in l. uxori. § si per illum tex. cũ gl. ff. de leg. 1. per Bal. in § Titius filios, si de feud. fue. contro. inter do. & agnat. Ang. in § quia, uersic. 1. in Auth. de non alien. & plenius per D. Ale. de Imo. in l. cum quid. ff. si cert. pet. ad quem te remitto cum aliis concor. ibi per eũ alle.

& per hoc verbum, concedo, transfertur dominium, ſi verba præcedentia vel ſequentia hoc innuunt; ut ſi dicitur, Concedendo hanc rem vtendam, vel fruendam; non enim tunc euenit dominium, ſed vſusfructus. 16.q.1. c.poſſeſſiones. Vel ſi dico, Tibi concedo cauſa mortis: nam tunc verbum, concedo, reſtringitur, vt non videatur de præſenti cõcedere. ff. de do.cau.mor.per totum, & l.nõ omnis.ff.ſi cert. petat. Quid autem dicendum in dubio, vt cum ſimpliciter a conceditur per hoc verbum concedo?[a] dic quod idem importat, quod dono; ad hoc vide bonum tex. in l.fi.ff.de dona.& c.paſtoralis.eo.tit.no.gloſ.& Bar.in l.vxori.§.fin.ff.de leg.3. quod puto verum, niſi ex circunſtantiis contrarium eliciatur; vt ſi pulcherrimum equum quærenti commodatum quis concedat; facit quod no.glo.in l.cum quid.ff.ſi certum petat.& hoc not. Expediam more ſolito prius gl. Prima gloſ.dicit ſimilem caſum haberi in c.præterea.2.de tranſac.d.ca.quod eſt ſimile quo ad narrationem facti, ſed diſſimile quo ad deciſionem. nam ibi fertur ſententia ex ſola confeſſione rei, hic econtra. ſed dic, & bene ſecũdum Ioan. And. quod ibi reſpondendo fuit puræ confeſſus, & non per viam exceptionis, ſicut hic. nam excipiens non fatetur, vt in reg. exceptionem obiiciens, de reg.iu.lib.6.& l.non vtiq; ff.de except. Et not.hoc pro teſtib.concordandis, qui dixerunt aliquam rem ſimilem, vt nõ exigatur omnimoda ſimilitudo, vide quod dixi in c.tranſlato.de conſt.& c.cum dilecta, de confir.vti.vel inuti. Opp. videtur enim † ꝙ ex iſta con- 12 feſſione rei potuit epiſcopus actor ſuam fundare intentionem, vt in d.c.præterea, & de ele.c.per inquiſitionem. Solu. dupliciter per gloſ.2. primo, quod huic fuit repentina confeſſio, quæ non habet præiudicare, nec debet ſufficere pro lit.conteſt. Not.bene hanc gloſ. in ſeq. ꝙ confeſſio facta indeliberate, & propere nõ præiudicat, ſicut in ſimili dicit gl. no.de confeſſione facta calore iracundiæ, in c.ex literis, de diuor. ſed quo ad iſtum text. non placet mihi hæc gloſ. quia licet poſſit illico talis confeſſio reuocari, vt eſt glo.no.in ca. apud.32.q.1.& c.fi.de iureiuran.lib.6. tamen ex quo non reuocatur, ſed datur perſeuerãtia, vt hic dabatur, debebat va- 13 lere, vt in dictis iuribus.& c.præterea, de teſt.cog. † Forte ob hoc tranſit ad ſecundam ſo. quod lit.conteſt. debet fieri per directam reſponſionem ad libellum, vt in c.vno, de lit.conteſt. hic autem excipiendo ſub conditione reſpondit. Hæc ſol. an ſit vera in ſe, dic ut habes tex.& glo.in c.a.de lit.conteſt.lib.6.& dicit hic Innocen. & bene, quod ſiue excipiendo, ſiue reſpondendo petitioni reſpondeatur animo conteſtandi litem, facta erit conteſtatio, quod dicit hic patere: ꝙ hic id, quod uocatur reſponſio, etiam vocatur exceptio: ſed dic ꝙ non eſt bona, & formalis reſponſio ad contrarium, & ad iſtum tex. quia hic non quæritur, an fuerit facta conteſtatio. nam confeſſio facta ante litem conteſt. præiudicat, vt in l.1.ff.de confeſ.& no.gl.in ca.dudum.2.de ele.& 2.q.1.c.nos in quemquam. & ideo dic ꝙ confeſſio hic non præiudicat, quia emanauit excipiendo, vt ſup.dixi, & dicit tex.& dicetur latius inf. in gl. ſuper ver. fuiſſe confeſſus. Gloſ. in verſic. Bonæfidei, facit duo, nam primo quærit, quæ dicãtur actiones bonæfidei, & quæ ſtricti iuris. Secundo quærit, quare aliquæ actiones dicuntur duntaxat bonæfidei, cum in omni contractu conſideretur bona fides? Secũda pars ibi. Nec dicontur. Venio ad primam partem, in qua dic declarando iſtam gloſſam, quod omnes actiones regulariter ſunt ſtricti iuris præter actiones enumeratas. Inſti.de ac.§.actionũ, 14 & hic in glo.in qua enumerantur. † Et quatenus enumerat actionem pignoratitiam, dic ſecundum Pet. & Abb. tam directam quam contrariam. eſt.n.duplex: quædam quę datur debitori debito ſoluto, alia quæ datur creditori, ſi res ſibi pignorata ſit aliena, & iſta appellatur pignoratiua cõtraria, ad hoc alle.tex.apertum in l.tutor.§.contraria, ff.de pigno. act. non tamen competit, ſi creditor ſciebat rem pignoratã eſſe alienam, vel obligatam, vel morboſam, vt ibi dicitur, adde ad glo. actionem ex ſtipulatu, de dote, vt habetur in d. 15 §.actionum. † Venio ad ſecundam partem, & quæro quare aliquæ dicantur actiones bonæfidei, & aliquę ſtricti iuris; cum in omni contractu conſideretur bona fides. l. bonam fidem, C.de ac.& ob. vnde hoc reſpectu omnis contractus poteſt dici bonæfidei ita ſumitur in c.2.27.q.1. & adeo conſideratur bona fides, quod ſi interuenit dolus, aut contractus eſt nullus, aut irritatur, de quo dicendum, vt plene not. per gloſ.& Doct.in c.cum dilectu, de emp.& vend. Solu.glo. fatetur, quod in omni contractu conſideratur bona fides, ſed ponit tres differentias, ratione quarum diuerſificantur 16 in omnibus. Prima, † quia in actione ſtricti iuris non venit, niſi quod ſtricte exigit actionis natura, vnde non veniunt vſurę ex mora, niſi ſpecialiter ſint promiſſæ, vt l.3.ff.de vſu. ſed in actionibus bonæfidei ſic, vt in l.Iulianus.§.ex vendito, ff.de act.emp.& l.curabit, C.eo. vbi dicitur, quod ſi emptor diſtulit ſoluere pretium rei emptæ, cuius fructus percepit, agitur contra eum nedum ad pretium, ſed etiam ad vſuram pretii: quia ex quo percepit fructus, ęquiſſimum eſt, vt ſoluat pretium, & vſuram pretii, vt ibi dicit Io. An. hoc procedere ſecundum leges, ſed ſecundum canones contra. Idẽ forte hodie ſecundum leges ſecundum eum, & ſecundum Abb. per no. in cap.3.de vſur. quaſi dicant, quod cum hodie multi tenent vſuras prohibitas etiam de iure ciuili. ceſſabũt vſurę, etiam in iſtis contractibus bonęfidei. Aduerte, an vſu- b ræ ſint prohibitę de iur.ciuil.[b] ego pleniſſime dixi in c. cum ſit, de foro competen. ſed an in contractibus bonęfidei ceſſent hodie vſurę ſaltẽ de iure canonico, ego dico, ꝙ ceſſant quatenus petantur vt vſurę, ſed ſi petantur ut intereſſe, tũc quatenus intereſt, peti poſſunt, ita voluit gloſ.not.in d.l.curabit.& in c.conqueſtus, de vſu. vbi plene hoc examino, facit c.dilecti, de foro competen.& in c.pęruenit, de fideiu.cũ ſi.& per Innocen.in ca.ſacro.de ſenten.excommu. vbi dici- 17 tur † quod vbi pecuniam dari eſt in obligatione, habebitur c ratio lucri ceſſantis,[c] quod eſt bene no. ad idem alleg.l.non vtique, in fi.& quod ibi not.Bar.ff. de eo quod cer.loc. dico 18 plenius in d.c.conqueſtus. † Secunda differentia eſt, quia in actionibus ſtricti iuris non uenit intereſſe, ſi rem mihi dari eſt in obligatione: ſecus ſi rem tradi, vel factum, vt l.vbi autem, ff.de verborum oblig. & l.ſi quis ab alio.§.fi.de re iudi. ſed iſta omnia veniunt in actionibus bonęfidei, l.1.ff.de ac. emp. Aduerte, hęc enim differentia poteſt intelligi dupliciter. Primo, quod in actionibus ſtricti iuris non venit intereſſe, id eſt non liberatur quis ſoluendo intereſſe, vbi rem dari eſt in obligatione: ſecus, ſi rem tradi, vel factum, & hic intellectus eſt uerus in ſe, & probatur in iuribus ſuperius alle. Et eſt ratio diuerſitatis, quia ſi pręciſe compelleretur ad factũ, vel ad rem tradendam (quod etiam conſiſtit in facto) eſſet quędam ſpecies ſeruitutis, quod iura abhorrent. l.Titio centum, ff.de condi.& demon. facit quod no.glo.in l.cum antiquitas, C.de vſu.& habi. non ſic, cum rem dari eſt in obligatione, quia dare eſt accipientis facere, ideſt facere alium dominum per traditionem Inſtit.de actio.§. ſic itaque diſcretis. quod conſiſtit in puro facto. hanc rationem allegat Bartolus in leg. ſtipulationes non diuiduntur, ff. de uerborum obligationi. vbi pleniſſime proſequitur iſtam materiam, ſed licet hoc dictum ſit uerum in ſe, tamen non conuenit hic intellectus materię noſtrę, quia ex hoc ſequeretur, quod in contractibus bonæfidei dando intereſſe, quis liberaretur, quod eſt falſum apparente re, quæ debetur, ut

L is qui

ADDITIONES.

a ¶ Verbũ, concedo. An & quando verbum, concedo, inducat dominii translationem unde Sal. in l.in donatione C.de col. Bal. in l.cum virum, co.1 C. de fideicom. in l.non ambigitur, in fin ff.de legi & Franc. Are in conſi.261. inc. longa eſt iſta conſultatio, in c.9.& 10. co. Ale. in l.a Titio, co. fin ff.de uerb.oblig & in d.l.ſi donatione, char.pe.& in l.ſi quis acre, in ſi.ff.de acqui.poſ. Iaſ.in l.1 col. 2.ver. ſecundo pondera.ff.de leg. Seb.Sap.

b ¶ De iure ciuili. Et quod de iure cano. vide de vtroq, an, & quando ſint permiſſę per Alex conſ..9. in 1.& 2.column.& quaſi per tot. volum 4 Zach.

¶ Circa hoc an verbum, concedo, importet tranſlationem dominii, dicas quod ſi non apparet alia cauſa, ex qua ſit conceſſio, importat donationem, l.uxori. §.ſi & ibi glo.& Bar.ff.de leg 3.& plenius per Alex. in l.cum quid, in fi.2.col. ff.ſi cer.pet.& in l.ſi pecuniam, ff.de condi.ob cau.& in l.ſed & me petere, in §.1.de condi. inde.& per Alex. in l.a Titio, de ver.oblig. ubi dixit, ꝙ ſi peto a te equum commodato, & tu dicis concedo ſimpliciter, intelligitur in commodatum, per tex. in c.paſtoralis, de loca.& uide glo. in c.1.de ulter. in 6. quæ dicit, ꝙ uerbum, concedo, eſt uerbum generale.& tene menti quod Bal. in l.ſi quis ucendentis, in 1.opp.C.de contrahen.emp. dicit, ꝙ ſi concedo alicui uſum pecuniæ, dicor mutuare pecuniam. & uide eundem in c.1.in §.ſi Titius, in ver.& not.ꝙ verbum, concedo, ſi de feud.ſue.contro. ubi dicit, ꝙ verbum, per quod transfertur ius præcedente titulo habili ad tranſlationem, alias non & uide Abb.in c.paſtor.de dona. vbi dicit, ꝙ concedens uidetur concedere ius ꝙ habet inre, & idem dicit in c.cum autem, de iur.patr. & ideo dicebat Bal.in l.monumenta, C.de leg. ꝙ concedens caſtrum uidetur concedere ius, quod habet in illo. & uide Flo in l.a boribus in §.uſufr. ubi dicit, ꝙ eſt uerbum transferens titulum habilem ad tranſlationem. Ant.Fran.

c ¶ Lucri ceſſantis. Quando habeatur ratio lucri ultra, alle.hic per Fely. uide Dec. in conſ.461.col.3.ver. tertio generaliter. Ant. in conſ.9. incip. elegantem, & uere, circa fi. Alex. in conſ.199. incip. uiſa ſcriptura preſata, in fi.3. col. Raph.Cu. in conſ.139. inci. P.Iacus, col.fi.& Ro. in conſ.201. in c.propoſita conſultationis. ubi dicit, quod ſi non dediſti pecuniam, quam debebas, & ego accepi pecuniam ſub cambio, tenetur mihi ad illud intereſſe. Seb.Sap.

l.is qui,ff.commo.& l.ex empto,ff. de act.emp.no.in c.cum Ioannes,de fide instrum. 19 † Ideo do secundum intellectum, qui consistit magis in subtilitate,vt dicamus,quod in actionibus stricti iuris venit interesse,si rem tradi,vel factum,est in obligatione, idest quod ipsum interesse est in obligatione,& peti potest quod intellige post moram, vt d.l.stipulationes,in fin.& ibi Doc.tenet glo.& Bar.& Dyn.in reg.mora,de regul.iur.lib.6.nam aliqui volunt,quod interesse non est in obligatione, nec peti poterat etiam post moram, sed debet peti ipsa res, & interesse venit post cõdemnationem per officium iudicis.Sed primum dictum est magis commune & verius, in actionibus vero bonæfidei ipsum interesse non venit.i.non est in obligatione, vt peti possit: sed debet peti res,& in defectum venit interesse,vt probari videtur in d.l.ex emp.nam vt ibi dicit tex. Nihil magis bonæfidei congruit quam id præstari, quod inter contrahentes actum est. 20 † quod no.fatetur tamen ista gl.quia in bonæfidei contractibus quandoque non veniunt ea de quib.cogitatum nõ fuit. nã si vendo fundũ,vel domũ,non veniunt cæsa,& rupta:q.a non sunt pars fundi,nisi actũ extiterit vt venirent, vt l.fundi.§.rupta,ff.de act.emp.& vendit.& dic cæsa,vt carbones, & arbores cæsæ.rupta vt arena,creta,& similia,quæ sunt in fundo,vt ibi dicit in tex.Tertia differentia est,quia in actionibus bonæfidei multum exuberat officium iudicis, & plenius succurritur quã in aliis, & propter has differentias illę 21 actiones vocantur stricti iuris , & istę bonæfidei. † Contra præcedens dictum glo.opp.de cap.cum ecclesia Sutrina.de causa pos. & proprie. vbi dicitur, quod in iudicio veniunt ea etiam , de quibus actum non fuit, vt venirent. quod est contra d.l.fundi. sed dic, quod illud intelligitur de his quæ possunt comprehendi ex natura actionis,vt plenius not. in d.c.cum ecclesia Sutrina & in l.solemus,ff.de iu.alias extranea non ueniunt,vt l.non potest videri.ff.eod.& hoc sic de- a claraui vltra alios in fauorem canonistarum[a],qui hanc materiam vt pure legalem intelligere non solent, & habes consimilem gl.in d.§.actionum.Inst.de ac.Sed quæro, ad quem effectum allegauit iste,quod permutatio computetur inter contractus bonæfidei?So.non potest hoc colligi ex tex.nec extra,sed forte voluit dicere.quod cum permutatio esset cõtractus bonæfidei, debebat iste abbas agnoscere bonam fidem , ac etiam debuit credere ecclesiã istam pertinere ad episcopum,cum quo contrahebat permutationem:hoc ta- 22 men non multum refert†Quæro,quare permutatio non potest fieri nisi cum domino,vel eo qui est loco domini? Solu. dicit gl.in vers.loco domini,quia qui dat alienam rem, non contrahit permutationem,vt l.1.ff. de rerum permutat.sed certe per hoc non soluitur formaliter quæsitum: nã de hoc potest quæri, quare non cõtrahit permutationem, nec hoc absolute tenetur,quia tradens rem alienam bona fide contrahit permutationem , vt no.gl.ponens opi. cõtrarias in d. l.1.sed glo.fuit hic locuta secundum.opi. Pedii.iuriscon. de qua ibi, & plene per Dyn. in l.1.ff.de re.permu. dic tu post Bar.in d.l.1.ff. eod. ꝙ aut uolentes permutare vtuntur verbis denotantibus translationem dominii, vt puta, dabis mihi equum & dabo tibi codicem . & tunc cum non domino permutatio contrahitur, & procedit hoc casu opi. Pedii, & est ratio , quia non dominus , non facit tradendo rem alienam,alium dominum,quia nemo dat, quod non habet , vt l.traditio,ff.de acq.re.dom.& c.quod autem. de iure patro. nam vt ibi dicitur,pro nõ dato habetur ,quod ab illo datur, qui de iure dare non potest. permutatio autem sumit initiũ non ex consensu simplici, sed ex rerum traditione & translato in alium dominio, vt d.l.1. & l.ex placito, C. de re.permut.cum sit contractus innominatus, vt ibi . Aut volentes permutare vtuntur verbis sapientibus puri facti traditionẽ: vt ego accipio codicem tuum,& tu meum digestũ.vel vtuntur verbo,tradere,vel simili,& tunc permutatio potest perfici cum non domino,quia satisfactum est verbis contrahẽtium,& cum hoc temperamento intelligas hanc allegationem,quæ ponitur in tex.puto tamẽ,ꝙ re alterius euicta potest is,qui rem perdidit,habere regressum contra tradentẽ, sic obseruatur in contractu venditionis:de quo tamen dicẽdum,vt no.in d.l.1.C.eo.& hoc no. quia canonistę non declarant hic.In dubio autem credam actum , vt transferatur dominium,quia hoc videtur de natura permutationis,arg. 23 d.l.1.†Et hoc dicendum,ꝙ si duo permutant beneficia,[b] & b alter non habet ius in suo,nulla contrahitur permutatio.vnde recipienti beneficium alterius nullum ius acquiritur , tũ quia non contrahitur permutatio cum non habente ius,cũ saltem tacite videatur actum vt beneficium suum assignet, & non alienum, tum quia superior non intendit cõferre ius nisi loco beneficii sui,& ita concludit Fed. in tract.permutationum.c.10.per istam & alias rationes,& isto casu nõ curarem de varietate verborum de qua.sup. propter rationes proxi. alleg. non tamen debet quis propria authoritate redire ad beneficium suum,ex quo tenuit renũciatio, licet ex causa permutatio non tenuerit, sed cum superioris authoritate,de quo tu dic,vt no.Fed.in d.trac.c.5. & per Ioan. An. in d.c.vnico,de re.permu.lib.6.vide tex.not.& quod ibi not. 24 in c.si beneficia,de præb.lib.6.† An autem agens pro beneficio permutato habeat necesse probare permutantem se- c cum habuisse ius in beneficio , [c] vide per do. de Rota decis. 115.vbi dicunt ꝙ nõ : sed sufficit probare illum habitum & & reputatum pro tali,& fuisse in possessione illius beneficii, quod no.& facit quod in simili no. Innoc. in ca.veniens,de ver.sig.lib.6.Opp.& videtur, ꝙ super illa confessione procuratoris possit episcopus fundare intẽtionem suam : nam ex quo fuit confessus permutationem fuisse factam cũ episcopo:ergo cõfitebatur ecclesias illas pertinuisse ad episcopũ , 25 quia permutatio non fit nisi cum domino, ut sup.dixi. † Et qui confitetur vnum,cõfitetur omne id,quod ex illo sequitur.8.dist.c.quo iure. Sol.glos.in ver. fuisse confessus,intrat hanc materiam, & dubie loquitur. sed si bene ponderetur , 26 † hoc intendit,ꝙ procurator fuit hic confessus excipiendo, is autem qui excipit,licet confiteatur factum contentum in exceptione , non tamen confitetur id , quod iure est tacite comprehensum in ipsa exceptione.Exemplum, excipio de permutatione , per hoc bene fateor permutationem interuenisse inter te & me,quia expresse hoc dico,sed nõ fateor, ꝙ res uere spectabat ad te,quia potuit esse permutatio de facto.& hoc, ꝙ pertinuerit ad te,ego non confiteor, vnde, cũ proponam factum excipiendo ,& repellendo ab intentione tua non debet dici,quod ego confiteor intentionem tuam, ne vna & eadem confessio operetur contrarios effectus contra c.maiores,de bapt.consuluit tamen glos. ad omne periculum euitandum,vt quis excipiat sub conditione, ut si uolo excipere de pacto de non petendo, dicam non confiteor te mihi mutuasse,& esto,quod probaretur, dico te mihi fecisse pactum de non petendo. & idem dic de excipiente de interruptione contra præscriptionem , & in coniuge excipiente de consanguinitate contra coniugem eam vendicantem , & similibus tunc enim in dubio nõ potest aduersarius se fundare super illa confessione: & hanc gl.sic clare & aperte intellectam no.& perpetuo tene menti. Et scias, quod extra gl.multũ in hac materia in diuersis locis variarunt Doc. & per ordinem sit prima hæc opi.glos.quam apertius tenet hic Innoc.dicens,quod aut non excipiendo, sed alio modo confitetur quis intentionem aduersarii, & sibi præiudicat , adeo quod contra suam confessionem non potest aliquid dicere,nisi probaret errorem ante sententiam, de quo dicendum est,ut plene dixi in c.fi.de confes.sed si non confitetur, sed solum excipiendo proponit,non potest dici,quod confiteatur.nec quod credat.qui enim excipit, non credit secũdum eum,nec discredit:immo dici potest,quod dubitat, & quasi inter duo verisimilia deducitur, C. eod.l. si quidem. hanc opin.clarius & latius prosequitur,& tenet glos.in reg. exceptionem,de reg.iu.lib.6.vbi dicit,quod illa via negandi factum non est tuta;cum doceat mentiri, si ueritas uel cõscientia est in oppositum: dicit tamen quod si pure excipit, non per hoc actor potest intentionem suam fundare per regulam hic , & ibi traditam , & huius dicti triplicem reddit rationem,quam ibi uideas. Idem videtur tenere Spec.eod. tit.in §.uiso, versi.quid si reus, & seq.sentit Cyn. in l.exceptione,

ADDITIONES.

a ¶In fauorem canonistarum . Videtur tamen , quod hæc materia ad canonistas nihil spectet,quia inquit Bal. in c.1.col.vlt.prope fin.de plus pet. ꝙ de æquitate canonica omnes contractus mundi sunt bonæfidei sequitur Ia.in §.actionum,colum.2.& col.7.Instit.de act.tamen idem Ia.in l. si fundus,in princ. ff.si cer.pet.sentit contrarium & clarius in l.pe te,col.pen.vers. ubi contra Bal. adducit hanc decr.& ita tenet Abb.hic. Seb.Sap.

b ¶Beneficia. Adde de hic.q.4. Card.in cle.1.de rer.permuta. & Bal.in l.1.col.3. versic.quæro an posset spiritualia.C.eo.tit. Zach.

c ¶In beneficio.Vide D.de Rota ita concludentes in dec.1.& 3.in nouis,& Gem. in c.1.colum.6.uersic.sed circa præmissa, de rer.permut.lib.6.sed contrariam partem dicit magis communiter teneri,& eam defendit D.Soc.in consil.166. incip.in permuta.in 1.parte. Seb.Sap.

ptionem, C. de probat. & l.si quidem, C. de except. vbi late hoc prosequitur. Secunda opi. est Accur. in l.non vtique,[a] ff. eo. & in l.si quidem, C. eo. quod aut excipiens primo negat; & non videtur fateri, vt puta si dicit nego obligationem, & inquantum apparet, dico te mihi fecisse pactum de non petendo. & in hoc casu intelligit iura, quæ dicunt quod excipiens non videtur fateri. Aut simpliciter excipit, & videtur fundata intentio aduersarii. hanc opin. secutus est Dyn. in reg. præalleg. Tertia fuit opi. Bar. in d.l.non utique, reducentis ad concordiam dictas opin. dicit enim quod si reus pure excipit, & actor ex toto negat exceptionem, & non potest actor super illa se fundare per l.cum de indebito, ff. de prob. & per regulam, ex eo, de reg. iur. lib. 6. Exemplum; dicis me tibi obligatum occasione mutui. excipio, quod mihi fecisti pactum de non petendo. tu hoc negas: dicis intentionem tuam fundatã ex verbis meis. certe non bene dicis per prædicta. Aut confiteris factum sed negas ius, ut puta, quia fateris pactum de non petendo; sed dicis illud esse inualidum ratione minoris ætatis, vel alia ratione; & tunc poteris te fundare super exceptione mea per l.quoniam, ff. de his qui not. inf. Hęc opi. Bar. iudicio meo est contra hunc tex. nam episcopus hic confitebatur permutationem de facto intercessisse, vt clare colligitur ex tex. sed eam impugnabat forte ex defectu alicuius solennitatis: & tamen non potuit fundare intentionẽ suam super illa exceptione, nisi diceres, quod iste procurator non excipit pure, sed cõditionaliter. sed pro primo facit ratio literæ, quia Papa in decidendo non se fundat super conditione, sed simpliciter super exceptione. & ad l.quoniam. quã alleg. Bar. respondeo, quod hoc non probat. loquitur enim in transigente super crimine, & dicit qđ transigendo uidetur fateri crimen. Videtur enim fecisse metu probationis futuræ, & sic nõ loquitur in excipiente. quia excipiendo intendit repellere aduersarium ab intentione sua. Quartam opin. posuit Iac. de Are. vt recitat Cyn. in d.l. si quidem, distinguens multas formas excipiendi. Aut enim reus sic respondet. confiteor obligationem, sed tu fecisti mihi postea pactum de non petendo, & tunc nisi probet exceptionem condemnabitur: quia fundata est per suam puram confessionem intentio actoris, ad hoc adducit d.l.si quidẽ, in 2. respon. & l. 1. & l.exceptionem, C. de prob. & not. hoc, quia verissimum est, quia confessio est separata ab exceptione, & est de hoc bonus text. in c. præterea, 2. de transac. Aut reus dicit, non confiteor obligationem, & si de ea appareat, dico quod fecisti mihi pactum de non petendo, & tunc non potest actor se fundare ex illa confessione, quia obligationẽ negauit. Aut dixit, si obligatio præcessit, ut asseris, tamen tu fecisti mihi pactum de non petendo, & tunc non dicitur cõfiteri, nec negare, & sic non potest actor super illa se fundare, b. & hoc casu, dicit loqui hanc decre. & l.non utique,[b] prę-alleg. cum simi. quasi velit secus esse, quando reus pure exciperet, puta si diceret, tu fecisti mihi pactum de non petẽdo: quia tunc videtur tacite confiteri obligationem, & in hoc accedit ad opin. Accur. & Dyn. sed D. An. videtur in effectu sequi primam opin. quæ mihi satis placet. cum regula, exceptionem, & d.l.non utique. loquantur indistincte: ergo simpliciter sunt intelligendæ, ut stans in finibus meræ exceptionis non uideatur confiteri, & sic nisi actor, probet intentionem suam, videtur reus absoluendus, vt hic. limita tamen, vt colligi potest ex prædictis, quia si pure confitetur obligationem, & immediate excipit, sibi præiudicat. Item super puro facto exceptionis potest actor se fundare, ad hoc allego tex. no. in c. ex parte decani, de rescr. vbi ille excipiendo dixit se procuratorem reuocasse, & aduersarius super illa reuocatione se fundauit. nam respectu eius, quod ponitur explicite in ipsa exceptione, non habet ipse reus aliquam recusationem. videmus enim, quod si excipiendo negauit, & postea super illo conuincitur, punitur in pœnam mendacii, vt l.pen. ff. de rei vendit. & auth. contra qui propriam, C. de non num. pecun. Tertio limitari potest secundum do. Anto. quando actor vult se fundare super facto intercluso, prout est in facto, & non prout est in iuris effectu. nam illud videtur reus fateri excipiendo. Exemplum. si enim agitur ex maleficio infamante, opponens transactionem videtur fateri factum, ex quo infamatur, allega. d.l.quoniam. ff. de his qui not. infa. certe illa lex hoc non probat: quia, vt sup. dixi, non loquitur in excipiente, sed in transigente, cum constat de trãsactione, & de maleficio obiecto: sed hic nos loquimur, quando nullo modo constat de facto, nisi ex eo, quia simpli-

27 citer iste excipit. † Itẽ aduerte, quia quod dixi de exceptione, habet locũ in replicatione, vt actor replicans nõ videatur fateri, vt dixi in reo excipiente, secundum gl. no. in d. regulæ, exceptionem. ideo sicut se habet exceptio ad actionẽ, ita se habet replicatio ad exceptionem. est enim replicatio quædam exceptio exceptionis, vt l. 2. ff. de except. & per hæc habes plene, & clare hunc articulum examinatum. Et nota his ex prædictis multas practicas excipiendi, vt euitentur opi. ideo sis cautus, vt taliter excipias, quod nullo modo videaris fateri. Item tene menti dictum Bar. quod actor negãs ex toto exceptionem non põt super ea aliquo modo se fundare, quod intelligo etiam super eo, quod explicite continẽtur in ipsa exceptione: quod declara, vt sup. 28 † Opp. vlterius. de c. olim, de rescrip. vbi cõmittens falsitatem in causa perdit causam. ergo monasterium debuit hic succumbere, cum pars sua falsauerit instrumentum. Sol. gl. in ver. per vitium. sentit hoc contrarium, & non soluit. sed gl. sequens videtur soluere, quod contrarium procedit in priuato falsante in cã propria: hic verò cum procurator falsauit in causa ecclesię. nam (vt dicitur in tex.) delictum personæ non debet redundare in damnum ecclesiæ. Non obst. c. cum ex literis, de in integ. restit. vbi ex delicto falsitatis fuit lata sententia cõtra ecclesiam, quia secundum glo. ibi deliquit tota ecclesia. hic vero nõ constitit capitulum fuisse in culpa: immo innuitur 29 contrarium in eo quod dicit: Delictum personæ, &c. † Not. duo singu. ex hac gl. Primo, quod delictum prælati, & capituli nocet ecclesiæ. idem no. glo. in c. 2. de ord. cogn. vide tu de hoc quod plene dixi in c. 1. de dol. & contu. & not. bene, quia sentit hic gl. quod etiã in iudicio delictum solius prælati non nocet ęcclesiæ,[c] cuius contrarium tenet glo. in reg. delictum, de regu. iur. in 6. per c. cum olim, de censi. sed uide 30 quod dixi in d.c. 1. † Secundo principaliter not. quod cõmittens in iudicio vitium falsitatis debet perdere causam, si falsitas est talis, quæ causæ præiudicare possit. Io. & D. An. trãseunt simpliciter cũ d. gl. sed ego alle. Bart. in l.in fraudem. §. quoties, ff. de iur. fis. in contrariũ. n. dicit, ꝙ cõmittens falsũ circa instrũa uel testes non ex hoc pdit cãm, licet aliter possit puniri de falso, alleg. l.diuus, ff. de re iu. & l.qui agnitis, ff. de exce. quæ leges bene faciũt: secus, si cõmittitur falsum circa acta causę, per tex. illius §. quoties. vbi tex. aperte vĩ innuere, ꝙ debebat perdere cãm, generaliter tñ gl. ibi dicit, ꝙ qui falsitatem committit in causa, debet perdere causam, sed (vt prædixi,) Bart. restringit ad acta, & sic in ueritate loquitur ille. text. ita intelligit glo. in l. 1. C. de formu. quę est no. & ponit ibi aliũ intellectum ad §. quoties, ꝙ loquitur in causa fisci, quæ agitur apud procuratorem fisci, & sic in veritate loquitur, licet Bart. & glo. ibi extendant ad omnes, & ꝙ non habeat locum in priuata causa, optime facit cap. cum olim. 2. de offic. deleg. vbi ille qui violauit sigilla iudicum circa acta, non fuit punitus in perditione causæ sed solum vt non posset opponere contra illa acta. Vel nisi uelis respondere, vt no. dicit Bart. in l.qui testiom, ff. de fal. quod ibi non fuit propriè commissa falsitas, cum non immutauerit acta: sed solum aperuit, & perlegit, & ideo fuit extra ordinarie punitus. Quid dicemus circa hanc varietatem? vt reducantur aliqua ad concordiam, facio in hoc duo membra. aut quæritur, nunquid cõmittens falsitatem in iudicio debeat perdere causam, aut quæritur nunquid falsans instrumentum seu producens instrumentum falsum debeat saltem iudicari, ac instrumẽtum esset legitimum: ita quod contra ipsum faciat plenam

ADDITIONES.

a ¶ Non vtique. Tu pondera, quia tex. iste dicit, non intelleximus per exceptionem huius procuratoris, sed ille procurator excipit cõditionaliter, ergo intelligitur, ꝙ tunc non fatetur excipiens, quare excipit conditionaliter, & alle. iste tex. formaliter, & l.non vtiq; ubi dicitur, non existimatur confiteri de intentione actoris, cum reus vtitur exceptione. & pondera vnum, quod glos. sunt discordes in hoc, quia gl. in l.non utique. eo. tit. & in l.nemo, tenet, quod non uidentur confiteri. & glo. in l.si quidem, C. eo. tit. tenet contra & in §. sancimus, in Auth. de exhib. reis, & sic illæ glo. sunt contrariæ & est dubitatio non mediocris. vnde videtur quod iste tex tollat istam dubitationem & istud est dictum meum, & ad hoc adduco tex. in c. cum venissent, de insti. cum excipit, quod non spectabat ad archiepiscopum, quia perpetuo consulerat archiepiscopo. And. Bar.

b ¶ In l.non utique. Vide ibi lat. sime per Bart. Soc. & per Alex. Are. & Mod. in l. decem, ff. de verborum obligat. & Bal. in l.polla, colum. 2. C. de his qui. in infa. Sebast. Sap.

c ¶ Non nocet ecclesiæ. Tu dic pro concor. harum differentiarum, ut not. in apposit. ad illum in c. si diligenti, nu. 2 q. in vers. nocet ecclesiæ. ubi diffus pono conclusionem hanc, supra de lib. compe. & in c. imperatorem. nu. 3. in ver. præiudicat ecclesiæ, supra de iur. cal. Zachar.

plenam fidem. Circa primum puto, q regulariter non debeat perdere causam,[a] licet posset aliter puniri: quia cũ hęc poena nullo iure caueatur, non debet ei capitalis sententia imponi, facit ad hoc quod in simili not. glo. in cap. fi. de iure patro. & poena dicti §. quoties, cum loquatur in causa fisci, in quo sunt multa specialia nõ debet extẽdi, vt in reg. odia, de reg. iur. li. 6. & de poen. dist. i. c. poenę. vbi dicitur, q poenæ non debent excedere casum proprium. Item textus in d. l. diuus, in insti. in fi. & c. dicit, quod aduersus sententiam latam ex falsis probationibus debet succumbens in integrum restitui. non enim dicit, quod falsarius debeat puniri in amissione causæ, sed potius innuit contrarium aperte, cum causa sit de nouo agitanda remedio restitutionis in integrum, quod est contra hanc glossam, & glo. c. tum ex literis, de restitu. in integr. Nec ob. c. cum olim, de rescript. quia ibi fuit clericus priuatus beneficio propter delictum falsi, propter quod potest etiã clericus deponi ab ordine, & detrudi etiã in monasterium, vt no. dicit text. in capit. si Episcopus. 50. dist. Ad c. tum ex literis, dico quod secundum alium intellectum magis communem nihil facit. tulit enim ibi Papa sententiam cõtra ecclesiam, credens quod instrumentum productum per ecclesiam, esset falsum, & sic quod nihil probaret, quod tamen non erat falsum. vnde non tulit sententiam puniendo ecclesiam: sed credens ecclesiam nullum ius habere ex defectu probationis. Ad istum tex. respondetur, q non probat, quod propter delictũ falsitatis debeat quis cadere a causa: sed quod si causa non fuisset ecclesię, debuisset iudicari secundum istud instrumentum, quia apponendo instrumento, quod ille fuit Episcopus Sabin. videtur falsarius confiteri, q in veritate iste Episcopus (de quo dicitur in originali) fuit Sabin. & hoc probat not. iste text. vt dicam in seq. membro.

31 † Venio ad secundum, in quo concludam aliqua bona, & quotidiana dicta per Inno. hic. & videtur primo quod debeat producẽs instrumentum falsum, vel minus solenne, iudicari secundum illud, quia non potest quis dicere contra instrumenta per eũ producta, tum rõne productionis & approbationis,[b] ut in c. cũ olim. de censi. tũ etiam ratione tacitæ confessionis. nam producendo instrumenta videtur tacite confiteri omnia in eis contenta, vt no. Inno. in d. c. cum olim, & hic Bar. in l. post legatum, ff. de his qui. vt ind. & facit iste tex. arguendo per locum a speciali. Expediam hanc materiam ponendo aliquos casus, qui erunt quasi conclusiones in materia.

32 † Primus casus sit quãdo quis sine dolo & ignoranter produxit instrumentum, quod postea probatur falsum, & non debet secundum illud iudicari, quia, ex quo fecit ignoranter, non debet ex hoc puniri,[c] sicut hic dicimus in ecclesia, quæ non fuit in culpa, & facit. l. post legatum, præal. nec ratione confessionis tacitę potest aduersarius se fundare, si aliquid ibidem contineatur in fauorẽ suum, quia illa tacita confessio,[d] quæ resultat ex productiõe, est cohærẽs instrũ, vñ sublato instrũ vt falso, tollitur & tacita confessio tanquã accessoria. videtur enim quis confiteri, quatenus instrumentum probat, & non aliter, vt d. l. post legatũ, & hoc voluit Inn. hic, & Bar. in d. l. post legatum.

33 † Secundus casus retentis præmissis terminis est, quando producens instrumentũ expresse fuit confessus vera esse omnia, quæ continentur in instrumẽto. & idẽ quod sup. dictũ est in instrumento, postmodũ falso probato secũdum Inn. & Bar. in d. l. post legatũ: quia licet hoc casu emanauerit vltra productionem expressa confessio. tamen est applicata & relata in instrumento; & sic videtur confiteri, quatenus instrumentum probat, & non aliter, vt d. l. post legatum. facit c. fraternitatis, & quod ibi no. de hęreti.

34 † Tertius casus est, quando confessio emanauit nulla habita mentione de priui. seu instrumento, & tunc reprobato instrumẽto, nihilominus remanet tamen confessio secundum eos, ratio potest esse, quia ex separatis non fit illatio, de translat. pręlat. c. 2. & l. Papinianus exuli. ff. de min. in l. neque natales, C. de prob. Adde ad hunc casum no. limitationem Bar. in d. l. post legatum, quam non solent hic alleg. canonistæ, videlicet q licet hoc casu non corruat confessio reprobato instrumento, tamẽ si confitens vult ratione erroris reuocare cõfessionem, hoc poterit allegando illud priuilegium reprobatum, quasi fuerit causa illius probationis, & confessionis, quod no. facit quod in simili no. in c. finem. de dol. & cõtuma. & l. qui solidum, ff. de leg. 2.

35 † Quartus casus est, quando agitur ignoranter[e] producto instrumento illud reprobatur per aduersarium non vt falsum, sed ut minus solenne, puta quia deficit consensus canonicorum, vbi necessario debebat interuenire, vel chartam non esse sufficientẽ ad probandum id, ad quod inducitur, & tunc secundum Inn. rata manent omnia ibidem contenta propter confessionẽ.[f] Ratio diuersitatis inter hunc casum & præcedentem est, quia probato instrumento falso, tollitur fundamentũ, cui inhęrebat confessio, & ita per consequens totum tollitur ædificiũ, sed in hoc casu, vbi non probatur falsum, remanet instrumẽtum in suo vigore, licet non habeat tantum vigorem, vt credebat ille, qui producebat.

36 † Aduertendum tamen est subtiliter circa hoc, nam Innocẽ. in sequen. col. uidetur prima fronte velle rescindere, vel limitare hunc casum, dicit enim quod si quis male intelligens legem, allegat eam pro se, vel instrumentum, vel chartam simplicem dicit sibi fauere in sua causa, cum in veritate de iure nõ faueat, quia non est authentica charta, vel est testimonialis tantum, tamen si postea propter alium articulum, qui in eadem charta continetur inducatur contra eum, non facit sibi præiudicium per rationem istam, quia veritas gestorũ præferenda est opinioni, l. illicitas. §. veritas, ff. de offi. præsi. & 7. di. c. veritate, & c. consuetudo, & quia erat in iure ut in casib. præcedentibus, non solum se corrigere potest, imo & iudex corrigere & supplere debet, ut no. in summis, de error. aduo. Non ob. secundum eum, si dicatur, q producens hanc chartam credebat probare per eam id, quod pro eo faciebat, ergo & eadem ratione debet probare contra eum, ergo debet haberi pro cõfesso, maxime si confiteatur ea quæ, continentur in charta eẽ probata. nam ex quo veritas est in contrarium, nec probari potest secundum quod credebat, patet q eam confitendo errauit in iure, & ideo sibi non præiudicat, vt est dictum; secus si confitetur, se credere, ea quæ sunt in charta, esse vera. hic tamen fatetur Inn. q si per talem chartam minus authenticã aliquid iudicatum esset, tunc tã iudex, quam assessor, quam etiam litigator eandem chartam, vel consimilem, vel idem ius condemnato agente cõtra se admittere tenentur. alle. no. in summa, quod quisque iur. quod est no. Ecce ergo (vt patet ex proxime dictis) vult Inno. q licet instrumentum non reprobetur vt falsum, sed vt minus solenne, non tñ nocet confessio tacita, cuius contrarium videtur sensisse in præcedentibus, nec Doctores nostri aliter declarant. Potest primo dici, q prius dicta procedunt, quando scienter quis produxit instrumentum minus sufficiens, secus in ignoranter, vt hic. sed certe hęc sol. stare non potest, quia si scienter produxisset, non esset dubium, & idem forte in instrumento falso, vt statim dicetur. cuius contrarium voluit sup. Inno. Secũdo potest dici (& melius) quod aut instrumentum reprobatur ex defectu extrinsecę solennitatis, vt puta, quia non interuenit in alienatione consensus canonicorum, est tamen instrumentũ in se publicum, & authenticum, & tunc procedant primo loco dicta. Aut non est authenticũ, & tunc procedunt hæc vltima. non enim videtur, q aduersarius possit pro se inducere, ex quo non approbauit illam chartam, vt authenticam: secus si approbauit, vt authenticam, sed ex alio defectu intrinseco reprobauit.

37 † Ad hoc alleg. dictum Io. And. in c. cum in positionibus, de iure iur. lib. 6. vbi dicit, quod si aduersarius meus impetrauit rescriptum contra me, in quo narrauit aliqua pro me, possum illa pro me facientia approbare & allegare in alio iudicio; quanquam illud rescriptum reprobem vt surreptitium, quia per hoc, quod sit surreptitiũ, non desinit esse authenticum respectu narratorum.

38 † Vel tertio diceremus, q aut instrumentum, seu charta producta continet factum producentis

ADDITIONES

a ¶ Perdere causam. Vide Bald. in l. fin. col. 1. C. de poe. iud. qui male iud. Imo. in cõsil. 119 incip. ad primam, ver. ad secundum Pet. de Anch. in consi. 399. inci. caso præmisso, col. 9. ver. præterea. Ioan. de Ana. in consi. 18 incipien. primo ad intellectum, & multa alleg. per Alex. & Mod. in d. l. diuus. ff. de re iud. Seb. Sap.

b ¶ Approbationis. Adde q producens instrumentum videtur omnia contenta in eo fateri, Roma. consi. 71. Old. consi. 192.

c ¶ Puniri. Dummodo non consistat, sed eum peniteat, ita no. Sal. in l. si falsos, C. de falsis, & Bar. in l. diuus. ff. eo. Bal. in l. 3. C. de infa. & in l. 3. C. de fid. instr. & Io. Papien. in sua sum. tim. de fal. ver. dolosa vsus, vbi dicit, quod usque ad sententiam potest penitere. Zac.

d ¶ Tacita confessio. Vide Pau. de Ca. in consi. 208. incip. aduertendum, col. 4. & Alex. in consil. 108. incipien. visio processu, col. 3. 5. vol. Ro. in consilio. 294. incip. hæc confessio. Seb. Sap.

e ¶ Ignoranter. Vide Bal. in l. alia, co. 2. C. de his qui. ut indig. & Ro. in præallegato cõs. 294. inc. hæc confessio. Seb. Sap.

f ¶ Confessionem. Adde videndum Ro. cons. 294.

centis veriſimiliter ſibi notum, & tunc, ex quo producens
videtur confiteri omnia ibidem contenta eſſe vera, nec po-
teſt ab hac tacita confeſſione deſiſtere, licet poſtmodũ pro-
betur illam chartam eſſe minus ſolennem, argu. c. ab excõ-
municato, & quod ibi not. de reſcript. Aut continet factũ
ſibi veriſimiliter incognitum, & tunc cũ videatur ex igno-
rantia approbaſſe, diſtingue vt ſup. proxi. dixi. ꝗ aut non eſt
authenticum, & non poteſt contra eum produci. aut ſic, li-
cet in aliis ſolennitatibus deficiat reſpectu cõtentorum, &
ſecus dicendum, ut ſup. ratio diuerſitatis patet ex ſe, & hæc
39 no. † Quintus caſus eſt, qñ quis ſcienter & doloſe [a] produxit
a inſtrumentum falſum, & dicunt quidam (vt Inno.) ꝗ nullũ
in hoc eſt ſpeciale in eccleſia; quia quicunque priuatus in-
ducit inſtrumentũ falſum, eo probato falſo non condemna
bitur productor inſtrumenti ad id, quod falſum inſtrumen-
tum dicebat eum teneri, cũ in veritate nõ teneretur. fateor
tñ, ꝗ poſſet condemnari de falſo, argu. de cau. poſſ. & pro-
priet. c. cùm ſuper. Item alia ratione ſecundum eum, non de
bet condemnari ad id, quod cõtinetur in inſtrumento, quia
excipiendo proponit, & ideo non confitetur. alii dicunt (vt
ipſe refert) quia ex quo ſcienter producit inſtrumentum fal
ſum, ferenda eſt ſententia contra eum in eo quod facit con-
tra producẽtem, per ſuperius dicta, quia ſcilicet videtur fa-
teri omnia contenta in inſtrumento, ſed in eccleſia eſt ſpe-
ciale, ut hic, & cum hoc tranſit hic Innocentius. Ex hoc po-
tes colligere intellectum ad iſtum tex. in eo quod dicit, ꝗ de
lictum perſonę nõ debet præiudicare eccleſiæ. nã in alio ta
le inſtrumentũ probaſſet contra producentem, licet proba-
retur falſum. non enim probat litera, ꝗ alius debuiſſet per-
dere cauſam propter delictum falſitatis, vt ſup. dixi, quod
ſatis ſentit Inn. Ex prędictis, nota. caſum, in quo iudex fert
ſententiam ſecundum inſtrumentum falſum. D. An. hoc tẽ
perat, vt non tam ex virib. inſtrumenti, quam in pœnã ſciẽ
ter producentis ſententia ferri debeat; alias eſſet ſententia
40 iniqua. † Ego in hoc articulo ſic dicerem, ꝗ aut inſtrumen-
tum continet vnum factum indiuiduum, & tunc ſi aduerſa
rius vult recipere pro ſe, debet recipere etiam contra ſe. vn
de ſaltem ex officio ſuo iudex debet conſulere producenti,
ex quo aduerſari⁹ fundat ſe ſuper illo ar. in reg. ex eo, de re.
iu. li. 6. & in c. cũ olim, de cẽſi. & ſic intelligo no. ibi per Inn.
& Bar. in d. l. poſt legatũ. facit qđ in ſimili no. in confeſſione
b expreſſa continente vnũ factum indiuiduũ, [b] vt no. Io. An.
in c. i. de confeſ. lib. 6. & Bar. in l. Aurelius. §. idem quæſiit, ff.
de lib. leg. & in l. ſi quidem, C. de excep. & ſic intellige Bar.
in l. ſi conſul. ff. de adop. vbi dicit, ꝗ ſi in facto proprio tabel
lio ſcripſit inſtrumẽtum, & produxit illud in iudicio, ſi pars
aduerſa vult recipere pro ſe, tenetur etiam recipere contra
ſe. Aut inſtrumentum continet plura ſeparata, & tunc pro
cedit dictum Innocentii hic, ut poſſit ſe aduerſarius funda-
re ex illo inſtrumento non in pœnam, ut dixit domi. Ant.
ſed quia ex quo ſcienter produxit, videtur fateri omnia cõ
tenta in inſtrumento eſſe vera, vñ ſicut in confeſſione ex-
preſſa poteſt aduerſarius recipere quod facit pro ſe, & rei-
cere quod facit contra ſe, vt in cap. præterea. 2. de tranſact.
& no. in iurib. præal. ita & in hac confeſſione tacita maxime
in odium ipſius doloſi, & hoc videtur probare hæc litera. nã
ut clare habeas factum, in orginali inſtrumento dicebatur
ſolum, ꝗ ipſe Theod. Epiſcopus permutauit cum monaſte-
rio, nec dicebatur, vnde eſſet Epiſcopus, procurator ve-
ro monaſterii doloſe in tranſumpto ex originali appoſuit,
ꝗ erat Sabi. Epiſcopus. poſtquã Epiſcopus fundauit inten-
tionem ex inſtrumento, dicebat ꝗ non proderat Epõ, quia
in originali non dicebatur, ꝗ eſſet epiſcopus Sabin. Repli-
cabat epiſcopus, ꝗ hoc non poterat allegari: quia procura-
tor falſo appoſuit, & ſic videtur fateri, ꝗ erat Sabi. Reſpon-
detur, per Papam. Quod delictum perſonæ, &c. Sed dicens
ſi epiſcopus recipiebat inſtrumentum pro ſe, quare non cõ-
pellebatur ſtare permutationi factæ per prædeceſſorem? vt
in c. cum venerabilis, de cenſi. Reſpondeo ſecundum Inn. ꝗ
forte inſtrumentum non continebat omnia ſubſtãtialia ad
permutationem; vt quia non interuenerat conſenſus ſupe-
rioris, nec alia quæ interuęnire deberent, de quib. 12. q. 2.
c. ſine exceptione, & 17. q. 4. c. in venditionibus, cũ ſimil. Et
ex hoc quod ſupra dixi, no. ꝗ ex inſtrumento producto ad
probationem exceptionis poteſt aduerſarius ſe fundare, li-
cet nõ poſſit ſuper illa exceptione; quia immediate, ꝗ pro
batio producitur in iudicio, efficitur cõmunis, vt l. 1. §. eden
da, ff. de eden. & c. G. perpetuus. & quod ibi no. de fi. inſtru.

41 Venio nũc ad gl. antep. & pe. Et quæro, an ſñia lata pręte
c xtu falſæ probationis teneat, [c] & intra quantum tempus poſ
ſet retractari? gl. pe. arguit pro & contra. videtur. n. primo ꝗ
ſit nulla, quod patet, quia ex ea non competit excep. l. qui
agnitis. ff. eod. In cõtrarium facit, quia ſi eſſet, nulla non cõ-
ualeſceret poſt viginti annos. nam ut dicit hic tex. poſt 20.
ann. nõ poteſt retractari; & ſic ſentit, quod intra 20. ann. dũ-
taxat poteſt retractari, & idem ſentit gl. aſſpen. tandem glo.
ſoluit & obſcure. ſed intentus gl. eſt ſecundum Hoſ. ꝗ nulla
eſt quo ad veritatem, ſed aliqua ad opi. vnde quamdiu non
d detegitur falſitas, debet obſeruari, [d] & poſt tempus 20. ann.
præcluditur via dicẽdi nullũ. Et ex hac gl. no. ꝗ id quod eſt
nullum quo ad ueritatem & quo ad opinionem, tractu tem
poris non confirmatur: ſed id, quod eſt nullum quo ad ve-
ritatem, ſed aliquid quo ad opinionẽ, poteſt confirmari, nõ
vt in ueritate teneat, ſed vt præcludatur via dicendi nullũ;
& ſic intelligo gl. Io. An. multum inſtat hic circa materiam.
ego plenius, & clarius examinaui hos duos articulos, in ca.
licet, de prob. breuiter quantum attinet ad hoc c. dic, ꝗ ſñia
tenet mero iure, ſi eſt lata contra præſentem, ut l. diuus, ff.
de re iud. C. ſi ex fal. iſtr. per totum, maxime in l. 3. tenet gl.
& poſt eam Bar. in l. ſi prætor. §. Marcel. ff. de iud. Non ob. l.
qui agnitis, quæ facit gl. iſtam ceſpitare; quia ſolum dicit, ꝗ
non põt excipi de re iudi. contra volentem agere de falſo;
quominus examinetur quæſtio falſi: ſñia tñ interim tenet,
vt in ca. accepimus, de fid. inſtr. donec per iudicem retracte
tur. aut ſententia eſt lata cõtra abſentem ex falſis inſtrumen
tis, ſeu allegationibus doloſis, & tunc ſententia eſt nulla, &
iſte caſus eſt in d. §. Marcellus, & tenet ibi glo. & Bart. & vi-
de per Inn. in c. cum Bertold. de re iud. & ca. cum dilecta, de
42 reſcr. Quo ad ſecundum, † intra quantum tempus [e] & qua-
e liter debeat retractari, dic quod falſo poteſt agi multis mo-
dis. Primo criminaliter, vt falſarius puniatur: & tunc debet
accuſatio inſtitui intra 20. annos. vt l. querelam, C. de fal.
quæ lex in hoc caſu loquitur, & non quando agitur ad ef-
fectum retractandi ſententiam. unde communiter dicitur,
ꝗ Papa hic poſuit falſam allegationem, & contingit hoc pro
pter varie no. in d. l. querelam. Secundo poteſt agi ciuiliter
actione, in factum, ad Intereſſe; & tunc poteſt agi uſque ad
30. an. quia tanto tempore durat quælibet actio perſonalis.
ut. l. fin. C. de præſcript. 30. vel 40. an. Trrtio modo poteſt ex
cipi, & durat hæc facultas perpetuo. l. pure. ff. de doli excep.
& in d. l. querelam. Quarto modo cum quis vult obtinere di
recte retractationem ſententiæ, ſi fuit reus, vel ſi actor vult
reduci ad priſtinam actionem, & peti debet reſtitutio in in-
tegrum intra quadriennium, ut d. l. diuus. Quinto modo po
teſt deduci falſitas per uiam replicationis, & dic, ut dixit in
d. c. licet, vbi inuenies hanc materiam longe latius diſcuſ-
ſam. Et aduerte, quia loquor de falſitate probationis. ſi. n. re
ſcriptum delegati erat falſum, vel iniuſtum inſtrumentum
procuratoris, dicendum eſt, vt in c. ſuper literis, de reſcri. &
43 in c. in noſtra, de proc. † Nunc extra gl. primo op. videtur. n.
ꝗ de iure communi eccleſiæ ſitæ in diœceſi pertineant ad
Epiſcopum loci etiam in temporalibus, vt in c. Epiſcopum.
10. q. 1. petit enim ibi rationẽ adminiſtrationis redditium,
item agit pro rebus temporalibus ſpectantibus ad eccleſiã,
vt in c. fi. de ſuc. ab inteſt. Item adduco tex. no. in ca. cum ad
ſedem, de reſtit. ſpol. vbi Epiſcopus fundabat intentionem
ſuam etiam ſuper hoſpitali, & ſuper omnibus poſſeſſionib.
ad illud pertinentib. Sol. dic vt ſup. dixi in quodam notabi-
li, & adhuc latius, quod aut Epiſcopus dicit temporalia ec-
cleſiæ ad ſe pertinere, ſcilicet vt eorum redditus poſſit con-
uertere ad vſus proprios, & de eis diſponere ad libitum, &
non poteſt, quia redditus particulariũ eccleſiarum ſunt de-
putati ad vſum miniſtrorum, & ad alia neceſſaria ipſarum
eccleſiarum, vt in c. paſtoralis, de his quę fiunt a præla. adeo
ꝗ etiam ſi uacat eccleſia, non poteſt Epiſcopus illius reddi-
tus

ADDITIONES.

a ¶ Doloſe Quomodo hoc procedat, vide Ioan. de Ana. in conſ. 12. inci. primo ad intellectum, in ſecundo dubio. & Bal. in l. ſi quis teſtibus. colum. 2. verſic. ſed numquid, C. de teſtibus. Seb. Sap.

b ¶ Indiuiduum Adde quando confeſſio cõtenta poſſit pro parte acceptari, Ro. conſ. 172. Old. conſ. 292.

¶ Adde Lanfranc de Orian. in c. quantum. contra §. confeſſiones. num. 2. & ibi in apoſ. Cel. in verſi. defenſorem, ſupra de prob. Zacharias.

c ¶ Teneat. Adde Raph. Cu. conſil. 68 vbi de ſententia lata propter falſos teſtes.

d ¶ Debet obſeruari. Adde dictum. & quod no. in apoſt. ad ipſum in c. cum in cauſa, nu. 29. in apoſt. mea in ver. poſt ſententiam. ſupra de iu. ca. Zacharias.

¶ Ip. Vide late per Io. de Ana. in c. ſuper eo, co. pe. infra de cri. fal. Seba. Sap.

tus sibi appropriare, sed debent converti in utilitatem ecclesiarum, vel reseruari futuro successori, ut in ca. præsenti, de of. ord. lib. 6. Facit quod legitur, & not. in cap. si propter tua debita. de rescrip. eo. lib. Aut uult fundare intentionem suam super temporalibus quo ad iurisdictionem, & protectionem, & ut exigat rationem de administratione ipsorũ, & potest; & hoc casu loquuntur contraria; & his respectibus admitteretur libellus Episcopi, si peteret temporalia ecclesiæ sibi subiectæ, ut no. Inno. in d. capitu. cum ad sedem, vbi uideas. dicit hic Inn. quod uacante ecclesia potest Episcopus pro ea agere per cap. fin. de success. ab intesta. dic tamen, quod etiam non vacante potest agere, ut no. in dicto capitul. fina. & ad hoc induco capitu. nouerit, & c. regenda. 10. quæstion. prima, & no. in cle. 1. de rescript. dixi plenius in c. cum deputati, de iud. ubi tractaui post Innocent. quod si cõcurrunt Episcopus & rector immediatus ecclesiæ, quis eorum debeat proferri. dicit etiam ꝙ si ecclesia non habet patronum, erit libera, & ad Episcopum pertinet ponere ibi rectorem, si non est collegiata, nec in parochia alterius ecclesiæ, quamuis aliqui dicant secundum eum ꝙ Episcopus petit rationem administrationis; sed populus præsentabit; 44 quod ipse non credit, quia nullo iure probatur. † No. plura ex dictis Inno. Primo, ꝙ episcopus petit rationem administrationis ecclesiarũ, qđ dicit ipse verũ, exceptis ecclesiis, in quibus clericus est patronus, de quo vide qđ leg. & not. in ca. in Lateranensi, de præb. & c. cum & plantare. §. in ecclesiis, de priui. vbi etiam vide per Inn. qualiter sit exigẽda hæc rõ per Episcopum vel patronum ecclesiasticum, an sit opus quod clericus particularis assignet, quid & quantum 45 expendat pro suo victu. † Not. secũdo, ꝙ vbi ecclesia est collegiata, electio pertinet ad collegium, & nõ ad Episcopum, ut in c. i. de ele. nec etiam ad legatum, vt in c. 3. & 4. de offi. leg. li. 6. dic tñ ꝙ Episcopus habet confirmare electionem, etiam si sit collegium religiosorum. ad hoc all. bo. tex. cum gl. in c. i. 18. q. 2. & quod no. in c. nihil, de ele. facit 16. q. 7. c. omnes basilicæ. vide ad materiam bon. gl. in c. quamquam, de ele. li. 6. & hoc dicit uerum Hos. nisi ex consuetudine hoc 46 competeret Episcopo, ut in ca. 2. de in int. rest. † Tertio not. ꝙ si ecclesia sita est in parochia alterius, non Episcopus, sed rector parochiæ habet præsentare ministrum; sed eo neglig&etilde; te hoc faciet Episcopus secundum Host. qui se remittit ad c. audientiam, de eccl. ædi. Et sic no. ꝙ etiam Host. approbat hoc dictum, & transeunt cum eo communiter Doc. hic, & firmat Io. An. in c. i. de capel. mon. lib. 6. sed certe hoc nullo a iure probatur, sed emanauit iste cõmunis error[a] per illud c. ad audientiam, quod loquitur, quando ecclesia parochialis contulit de suo ad ædificationem & dotationem capellæ. dedit enim ibi oẽs obuentiones illius villæ, secus ergo qñ nihil de suo contulit, quia ius patronatus non acquiritur nisi ædificatione, cõstructione, vel donõne &c. vt no. 16. q. 7. c. piæ mentis, & hoc plenius dico in d. c. ad audientiam. vbi hoc etiam sentit do. An. licet hic simpliciter transierit cum 47 dicto Inn. † Quarto no. ꝙ etiam, vbi ecclesia non habet pa- b tronum, populus non habet præsentationem.[b] An antẽ ex consuetudine vel præsumptione possit acquirere, uide no. in c. querelam, de ele. plenius per Io. An. ĩ reg. qđ alicui gratiose, de reg. iur. in Mercur. dico tamen, ꝙ Episcopus debet conari, in quantum potest deputare rectorẽ cum beneplacito populi, ar. in c. nullus. 16. dist. c. i. & uide ibi bonam glo. quid si populus non vult sine scandalo acceptare Episcopũ, seu 48 rectorem deputatum per superiorem? † Op. secundo contra c hãc sñiam Papæ, nam ratione incertitudinis[c] debet esse nulla, C. de sen. quæ si. cert. quant. profe. per totum, & 2. q. 6. c. diffinitiua. ꝙ autem hæc sententia fuerit incerta, patet in exceptione sñiæ, ibi, Quæ per auth. scripta ei noscunt esse subtracta, &c. & nõ dicit, q̃ sint illa auth. scripta, & qd cõtineãt. Sol. triplex colligi pt ex dictis Inn. Prima, ꝙ Papa ĩ sñia (licet non dicatur hic) distinguit certis nominibus, vel circumlocutionibus hæc instra, ita ꝙ constabat de quibus instrumentis sñia faciebat mentionem, quod sufficit ad certitudinem, ar. in c. licet ex quadam, sup. de test. & in l. certum. ff. si cert. pet. Secundo potest intelligi, ꝙ ista instrumenta erant producta ibi in actis, & sic ea parte actoris certificabitur sñia, quod fieri potest, vt l. penul. & ult. C. de sen. quæ si. cer. quãt. profe. Tertio dicit hanc sententiam certam, etiam si in nulla parte actorum exprimantur capitula: quia scripta authen. certa, & indubitata fuerunt, ideo eis fides est adhibenda; & ideo per hũc tex. & prædicta cõsului, ꝙ is a quo petunt iura epalia, faciat illa exprimi. nam si simpliciter condẽnaretur, teneretur ad omnia, nec releuaretur, si postmodum diceret se exemptum ab aliquibus. Iudex tñ prudenter faciet, si de aliquibus dubitet, ꝙ pronunciet faciendo exceptionem, vt hic. No. sing. ex tertia; & pria sol. Inn. ꝙ sñia posset certificari ex instrumentis productis apud acta, ad quæ iudex se in sñia retulit specialiter vel in genere. contrarium ipsemet sentit in c. 2. de lib. obla. in fi. vbi dicit, ꝙ sententia debet esse certa ĩ se, vel per acta. ff. de re iud. l. ait pretor, & l. pen. C. de sen. quæ sine cer. quanti. prose. do. An. dicit, ꝙ exceptio d sententiæ põt bene certificari per instrumenta[d] non producta, & sic intelligit istum text. quia de dubitabili põt iudex excipere, vt vult, cum exceptum nõ declaret, sed super eo protestat. hoc dictum posset procedere; quãdo iudex exciperet certa capitula, quia satis est sententiam esse certam in principali, vbi fit condemnatio; & sic videtur intelligere Spe. in tit. de senten. prola. §. qualiter, ver. sed quid si peto. sed qñ exceptio est valida & generalis, vt hic erat, nec poterat certificari ex actis tunc incertitudo exceptionis reddit principale ĩcertũ: q̃a nec apparet hic, nec ex actis apparere 49 põt, in quibus articulis sit facta condẽnatio. † Ideo pone hic singularẽ intellectum, ꝙ procedit illa generalitas in iudiciis vniuersalibus, seu generalib. in quibus multa sunt specialia, vt plene dixi in c. 2. de lib. obl. & hunc intellectum ad hoc c. & c. cum venerabilis. inf. de rel. do. sentit no. Io. And. in addi. Spec. præal. §. qualiter. versi. quid si reus. vbi dicit, ꝙ ĩ particularib. non valet sententia, nisi sit certa ex se, vel certificari possit per acta per l. pe. præal. Ideo concludit non valere e hanc sententiam;[e] pronũcio, vt talis iudex in tali causa pronunciauit, ex quo illa sententia non est producta in actis; se 50 cus ĩ vniuersalibus iudiciis seu generalib. vt hic. † No. bene ex hoc & ex tex. ꝙ cum episcopus petit subiectionem in ecclesia, valet hæc sñia, adiudicamus tibi ius Episcopale in tali ecclesia, licet aliter iura episcopalia non exprimantur. hoc dico notandum propter ea, quæ not. Inn. in ca. conquerente, de of. ord. uide tñ quæ dixi in d. cap. i. Et hæc faciunt ad quæstio. quotidianam, assumptus fuit sapiens ad consulendum in certa causa, qui consuluit reum condemnandũ: iudex redacto consilio in actis pronunciauit hoc modo, pronunciamus per omnia, vt in consilio in actis redacto conti f netur. an valeat talis sentẽtia,[f] qualiter legistę pleno tractãt. in l.

ADDITIONES

a ¶ Communis error. Vide Fed. de Sen. in consi. 234. inci. super primo puncto, in fi. & Car. in consi. 65. inc. pro discussione, colum. 1. Card. in cle. 3. in prin. col. 3. ver. solutio pro declaratione quæstionis, de sup. negl. præla. Seb. Sap.

b ¶ Præsentationem. Adde eundem cons. 67.

c ¶ Incertitudinis. An & quando incerta sententia teneat, vide hic per d. Ant. in c. constitutus, & c. cum venerabilis, de rel. do.

d ¶ Per instrumẽta. Et ꝙ sententia possit certificari ex actis non productis, tenet Bal. in l. pe. C. de senten. quæ si. cer. quant. profe. sed contrarium videtur probare tex. in d. l. pe. ponderando verbum, aliqua parte, ibi positum. Adde an sententia possit certificari ex actis, Pa. de Cast. consi. 229. in primo impressi. Andreas Barba. An sententia possit certificari ex actis, dicas ꝙ potest certificari ex actis eiusdem instantiæ de quo per Ang. in sum. in §. fortis, de re iud. idem dicit sic fuisse iudicatum Florentiæ. vide Alex. in l. ex diuerso, ff. de rei ven. & Io. And. in add. Spe. in tit. de sen. in §. qualiter, in ver. quid si iudex & Ang. in l. si conuenerit, de re iu. & Bal. & Inno. in c. cum venerabilis, de rel. do. vbi alle. Io. An. in præal. ad. & vide Pau. de Cast. in consi. 331. inci. visis & ponderatis omnibus. vbi ponit an valeat sententia, si iudex dicit, condemno, prout constat in actis, & vide Bar. in l. 1. de sen. quæ si. cer. quanti. profe. vbi tenet ꝙ sic, & vide Bal. in l. terminato, in 3. co. C. de fruc. & lit. expen. vbi ponit, an valeat sententia in qua iudex dicit absoluo absoluendum, & condemno condemnandum: & dicit quod ualet, & certificatur ex actis.

e ¶ Hanc sñiam. Vide Ale. tenentẽ sñiã in l. ait prætor. §. si iudex. ff. de re iud. Moder. in §. curare, instit. de ac. Raph. Cum. in consi. 7. inc. uisis compromisso, co. 3. Sed cum hac op. Io. An. Spe. tenet Alex sibi contrarius in consi. 209. incip. uiso processu, col. 2. in 5. vol. & in consi. 37. incip. viso in 2. vol. Seb. Sap.

f ¶ Sententia. An valeat sñia lata sm formam consilii, de hac quide plene p do. Ant. in c. constitutus, & c. cum venerabilis, de rel. do. & Bal. in l. 1. circa princi. C. de seru. ex perscu. recu. ubi dicit, ꝙ iudex non potest pronunciare sm consilium sapientis clausum, sed dẽt aperire & legere, sm do. Barth. de Sel. adde vltra cum pro confirmatione, ꝙ singu. tenet Ang. in consi. 142. quod inci. dña Liberina de Mantua, & teneas bene mente, q̃a potes lucrari vnam bonã vestem, ubi consuluit ꝙ si de causa uertente coram ordinario, puta coram potestate, fit petitum consilium sapientis, & causa commissa consilio unius confidentis partium, pone portatur istud consilium clausum iudici ordinario, qui dissigillat & dicit, pronuncio, prout in isto consilio continetur ad uerbum, & postea tradit consilium notario banchi, & notarius in fine scribit qualiter ordinarius pronunciauit, prout in isto consilio continetur, consuluit Angelus, & bene, quod ista sententia est ipso iure nulla, quare? quia sententia diffinitiua debet de necessitate proferri de scriptis recitatione, iudex ergo ordinarius debuit primo scribere illa verba, pronuntio, prout in isto consilio continetur, & postea proferre, si secus fecit, sententia est nulla. & istam decisionem Ang. pro singulari refert, & sequitur do. Ant. & Alexand. in l. 1. circa fina. C. si aduer. lib. & sic refert & sequitur d. Ias. de May. in l. nec quicquam. § vbi decretum, ff. de of. procõs.

¶ Circa

In l.i.C.si aduer.li.& plene Io.An.in addi.Spe. de excep.§. viso,ver.porro.vbi Spe. ponit in hoc casu bonam practicã, per quam euitantur variæ opi.de quib.statim dicetur, & eã ibi uide,sed in quæstione principali Bar.in d.l.i.tenet sñiam non valere,quia consilium dicit condemnandum, iudex ergo sequendo formam consilii refert se etiam ad futurum,& sic de pñti non condemnat, nec absoluit, contra l. quid tñ, ff.de arbitr.& l.ait prætor,ff.de re iudica.Cyn.post Petrum tenet contrarium,vt res potius valeat &c. Idem ibi Bal.qui verba consilii diriguntur ad iudicẽ,ideo sunt de futuro, sed iudex videtur pronunciare de pñti, cum alias sñia non esset conformis libello,alle.l.fundus,de rescin.vend. Io.And. In loco præal.post multa distinguit in diffinitiuam,& interlocutoriam,vt diffinitiua non teneat, interlocutoria sic.Rõ

51 diuersitatis est, † quia diffinitiua debet proferri in scriptis, non sic interlocutoria, quia satis est, ꝙ postmodum reducatur per notarium in scriptis, vt leg.& no.in c.fi. de regu.in. li.6.& c.quoniam contra falsam. sup. de prob.sed qñ iudex sic pronunciat,nec absoluit, nec condemnat ex scripto,cõiter tenetur, ꝙ sententia valeat, quod videtur tenendum saltem in re dubia,per c. abbate,de verb.sig.& l.quoties,ff.de verb.obl.& de subtilitate iuris videtur multum restringere consideratio Io.And.sed quia maxime in sententiis dẽmus considerare mentem potius,quam verba.mens autem iudicis est condemnare de pñti,quia alias non eẽt sñia. & interpretatio debet fieri, vt conueniat rei de qua agitur,ut in c. inter dilectos,de fid.instr. teneo partem, quod sñia valeat, pro quo all.tex.satis no.vt in c.in his,quę.infra de uerb.sig. qui optime facit,maxime cõiuncta.l.ait prætor, ff. de re iu.

52 † Ex quib.autem actis [a] debeat sñia certificari,quidã dicũt

a ꝙ ex probatoriis,vt ex attestationibus instrumentis,vel cõfessionibus, vt not.in d.l.pen. Alii dñt sufficere,ꝙ ex assertoriis,vt ex libello,quod sentit Io.And. in d.uer.quid si iudex.vbi dicit valere sentẽtiam si iudex dicat,condemno te ad vetita.Bar.in.d.l.3.sic distinguit,ꝙ aut iudex retulit se ad certa acta,& non est vis,quæ sint illa:dummodo ex illis possit certificari,vt d.l. ait prætor,& l.quid tñ. Aut non retulit se ad certa acta,sed generaliter dixit condemno te ad id,qđ debes,& tunc oportet constare ex actis probatoriis, & bene loquitur, quod ex sola assertione libelli non constat illam dñe,& quod valeat talis sententia est tex.iuncta gl.in d.

53 l.quid tñ,ff.de arb.Tertio † principaliter op.producẽs instrumentum non potest contra illud dicere, vt in c. cum olim. de cẽsi.facit quod leg.& no.in c.imputari,de fid.instr. ergo

b pars monasterii [b] non potuit aliquid allegare contra instrumentum per se productum.Solu.dicit Innoc.ꝙ licet producẽs instrumentum non possit illud redarguere de falso,vt in contrario,potest tñ dicere,ꝙ contra ipsum non facit, ita dicebat hic monasterium,ꝙ in instrumento authentico non erat Sabin.sed certe hoc nõ soluit cõtrariũ,qa respectu trãsumpti, quod monasteriũ seu ipsius syndicus produxit allegabatur falsitas,vt in litera.Ideo dico,ꝙ hoc est speciale fauore ecclesiæ,quia,vt i litera dr̃,delictũ personæ,nõ debuit

54 ecclesię præiudicare. † Itẽ dic ꝙ dictũ Inn.nõ est indistincte verum.vñ distingue,ꝙ aut scienter quis produxit instrũm,& procedit dictum Inn. vt possit cõtra illud allegare falsitatẽ, cum ipse de hoc possit accusari,& puniri, & hoc etiã voluit Bar.in d.l.post legatum.Aut produxit ignoranter,& tũc ipsemet potest dicere illud falsum, vt probatur in d.l.post legatum,& ibi Bar.& optime facit l.qui ignorans,ff.de fal.vbi

55 hoc probatur,& itellige qñ probabiliter ignorauit. † Ex prędictis etiam infertur secundum Inn. ꝙ ex quo semel approbaui aliquem ad certum officium, non possum amplius illũ respectu eiusdem officii reprobare,vt patet in teste, quem semel produxi,ut 4.q.3.c. si testes,§.si qnis testibus. nisi ex causa superueniente,vt in cap. insinuante.de off.delega.Et plus no.dicit, ꝙ etiam respectu alterius officii nõ possum re-

c probare, [c] dũmodo sit tale,ad quod personæ consimiles admittantur, secus, si dissimiles, vnde si approbaui aliquem in iudicem,possum eum reprobare, si producitur cõtra me in testẽ.quia persona criminosa potest esse iudex iuxta no. plene in c.sciscitatus,ad rescri.sed non testis, vt in cap.testimoniũ,de testi.quod not.ex hoc alias dixi,ꝙ licet scholaris fuerit approbatus in rectorem studii, non tñ per hoc concluditur, ꝙ non possit reprobari in examine, quia illud est diuersum officium.nam illiteratus potest esse iudex, dũmõ habeat peritiam causarum,vt in l.licet.C. de iudi.no.glo.in d.c.sciscitatus,non tñ doctor, vt in l.magistros.C.de profes. & medi.li.10.& l.unica,C.de profes.qui in ur.cõstan. li.12. nec statutum vniuersitatis in cõtrarium valet, quia hoc nõ est in potestate eorũ, Doct.enim in approbando sunt vt testes, & cancellarius cõfert honorem Doctoratus loco Principis,ad hoc cle.2.de mag.facit quod no.Bar.in procœ. ff.& vide quod dixi in c.proposuisti. de proba. & pro dicto Inn. alleg.bon.tex.cũ gl.in c.accepimus,de æta.& quali.vbi hoc videtur quasi expressum,& vide etiam gl.in c.scriptum, de

56 elec. † Limita tñ hoc dictum, vt procedat respectu priuati, quia approbauit,vel tolerauit in vno officio,sed respectu superioris non procedit indistincte. dico.n.quod potest illum examinare,cum est trãsferendus ad illud officium,quia potuit effici indignus,ar.l.magistros, & quod ibi no. C.de profes.& medic.li.10. & pro hac limitatione mea videtur text. in c.in causis,de ele.& in c.scriptum.præalleg.& ibi hoc idẽ videtur velle Io.An.post Vinc.super glo.in uer.pręsumptio

57 ne. † Quarto,& vltimo fortiter vltra alios opp.sic,dubia ꝓbatio recipit interpretationem ex partium confessione, vt in c.cum Ioannes,de fid.instru. sed hic pars monasterii proposuerat,ꝙ permutatio facta fuerat cũ Episcopo Sabin. ergo originale faciens mentionem de Episcopo Theodosio simpliciter,debebat intelligi,ꝙ ille Theo.erat Episcopus Sabin.Sol. dico ꝙ hic non fuit facta mentio de Episcopo Sab. in forma confessionis,sicut in c.cum Ioan.sed in forma ex-

58 ceptionis,ut colligitur ex litera. † Et ex hoc intellectu colligo singulare,& notabile dictũ, quod nescio alibi, videlicet ꝙ ex rei exceptione non solum non fundatur actoris intentio:quinimo nec declaratũ dubia probatio ipsius actoris ad ipsius commodum,& idem dic breuiter, si reus aliquid ponit in articulis,quia articulans non fatetur, vt no. Io. And.ĩ c.cum in positionibus,de iureiu.lib.6.Secundo potest dici, ꝙ hæc cõfessio emanauerat falso, & erat fundata super falso instrumento, unde sicut falsitas non nocet monasterio, ita nec illa confessio.

ADDITIONES.

¶ Circa hoc,an valeat sententia lata secundum consilium sapientis,dicas,ꝙ consilio clauso non valet,sed eo aperto sic, aliàs est nulla,ita notabiliter voluit Bal. in l.i.in 1.col C.de sen.ex peri.recit.quod intellige verum,si feratur a iudice,nõ si feratur ab arbitratore,prout etiam voluit Bald.& post eum Ang. in d.l.i.in vlti.col.& Lanf.de Oria.in c.quoniam contra,supra de prob.in ver. sententia,& Imo.in c.quanto.allis.in 2.col.de iureiu.& vide Pau.de Ca.in l.si præses.C.de sen.imo dixit Bar.in l.1.C.si aduer.liber.hic alle.in uer.facit ad quæstio.ꝙ sententia non est condemnatoria,quæ fertur secundum consilium in quo concluditur esse condemnandum,secus si consultor vtitur verbo condemnamus, vel si iudex dicit,condemnamus secundum consilium,de quo vide per Alexã. post Bal.& An.in l.i.§.si quis ita,de verb.obl.& Ro.in l.1.de iud.& in rub.de arbi.& Bar.in l.fundus.ff.de resci.ven.& Pau.de Cast.in consi.15.inc.pro clarior.& uide Clex.in consi.184.in 3.parte ad fi.ubi ponit, an ualeat sententia, quæ fertur secundum consilium editum a consultore. & an valeat sententia ferenda de consilio sapientis,si feratur sine eo,quando statutum requirit, ꝙ feratur de consilio sapientis,vide Bar.in l.i.§.si plures,in versi.4.quæro,ff.de exerci.act.vbi dicit,ꝙ non valet.& vide Bal.& Imo.in c.cum olim. de arb.Alex.in consi.32.in iii.parte consi.& in l.1.ff.de lib.& posth. Ant.Fran.

b ¶ Ex quibus autem actis.Adde Lanfr.in c.quoniam contra in §.interlocutiones app.nu 18.ver.attendatur tamen.supra de probatio. Zac.

a ¶ Pars monasterii.Vide Bal.in l.si quis testib.C.de testi.ubi dicit,ꝙ si produxi instrumentum scriptum manu cuiusdam notarii alias inhabilis, videor eum approbare adeo,ꝙ si contra me producatur illud instrumentum scriptum manu illius notarii,non potero dicere illum notarium inhabilem.& an & quando quis possit venire contra illud,quod semel approbauit,vide late per Fel.in c. capitulum sanctæ Crucis,col.xiii.cum pluribus seq.de rescri.& nunquid approbatus in vno off.possit in alio reprobari,unde alle.per Dec.in cõsi.86.col.6. Se.Sa.

c ¶ Reprobare. Verũ si approbo aliquem in uno officio videar eum approbare in alio,& uide per An.in c.præsentium,de test.15.col. & in d.c.etiam ponit, an si semel approbaui testem, postea inter alias personas possim eum reprobare.

¶ Verũ approbatus in vno officio possit in alio reprobari, dicas ꝙ non,qñ illud aliud officium requirit eandem idoneitatem personæ,ita Bal.in l.i.in vle.col.C. de ser.& in l.si qs testib.in 1.co.C. de testi.ubi dicit,idem esse in teste,quem semel approbaui,& ita dicit intelligenda esse dicta Inno.hic,& D. Ant.& aliorũ in c.præsentium.hic alle.quod intellige verum,nisi sit medicus,vel grammaticus,quia semel approbatus potest etiam reprobari, ut habetur per gl.& Doct. in l.Pompo.de nego. gest. & per Bart. in l.dispensatorem,ff.de so.& vide Spec. hic omnino in tit.de arb.in §.sequitur,in prin.& in tit.de teste.in §.pe.Adde tamen,ꝙ potest approbari factum & reprobari eius qualitas, vt no. voluit Bal.in l.i.in ii.col.C.de fur.& adde etiam, ꝙ hæres approbãs testamentum obligat se ad legata facta in ipso testamento etiam inualida, ita Bald.in l.non dubium.C. de test.in prin. Ant.Fran.

SVMMARIVM.

1 *Exceptione non admissa,si ob fuit appellatum,debet coram iudice appellationis declarari vera.*

2 *Dieta,vltra quam prohibetur quis trahi, connumeratur a fine diœcesis, non autem a loco habitationis.*

3 *Citatus non tenetur comparere, quotiescunque notoriũ est,ꝙ sibi competit declinatoria fori,nec tenet processus contra eum factus,& nu.4.*

5 Dieta an sit consideranda per aquam, an per terram, data, quod una illarum via sit breuior, vel longior alia?

6 Dieta an consideretur vsque ad locum, ubi causa est commissa, vel ad locum, ad quem se iudices conferunt?

Iudex commissarius deputatus, vt iudicet sub commemoratione loci, vbi residet, non potest vltra illum locum iudicare.

Iudex appellationis, si ad ipsum fuit appellatum circa vnum articulum, an debeat, vel possit se intromittere super tota causa?

CAP. VII.

1 Olim & infra. † Qui propter exceptionem nō admissam appellat, coram iudice appellationis probare debet exceptionem esse verā: ita cōmuniter summatur: sed secundū hanc summationem hęc decre. est de indubio per cap. interposita, de app. ideo potest summari aliter intelligendo, q̀ hic scribitur executoribus illarum sententiarum, & sic exceptio inferēs nullitatem sn̄ia etiam coram executore auditur ad effectū, vt si veram esse cognouerit, supersedeat. Vel tertio sic intelligendo, quod isti erant iudices appellationis. Si exceptio iurisdictionis exclusiua, propter quam fuit appellatum, probatur vera, iudex appellationis non debet de principali cognoscere, sed supersedere, & tam iste, quam præcedens est notabilis intellectus. In prima ponitur appellationis querela. In secunda prouisio. ibi: Discretioni. Et ut patet ex prędictis, habet iste tex. duos intellectus. secundum primū & magis communem pone sic casum. V. tractus coram iudice delegato opposuit, q̀ trahebatur vltra duas dietas. replicabatur, vt in litera. demū propter exceptionem non admissam fuit appellatum; delegatus appellatione non obstante excommunicauit illum V. & fuerunt impetratæ literæ ab aduersario super executione istius sn̄iæ ad istos, de quibus in suprascriptione, coram quibus V. proposuit exceptionem suam: & quia non audiebatur, mandat eis Papa, vt in litera patet. Secundum aliū intellectum pone casum, q̀ V. appellauit, & impetrauit literas ad istos iudices in suprascriptione contentos, quibus Papa mandauit, vt patet in litera, & iste intellectus est magis planus & literæ consentaneus: nam si scriberetur executorib. Papa nō mandaret eis, vt ipsi decernerent appellationem esse legitimam, quia nō pertinet hoc ad eorum offī: sed solum debent cognoscere ad effectum exequendi vel supersedendi, vt in c. de cętero. inf. de re iud. vbi plene tractabo hunc articulum, an & quas exceptiones debet executor admittere. Item facit c. cum contingat, de rescr. & no. in ca. pastoralis. §. quia vero, & quod ibi no. de offi. dele. Præterea ꝑ isto intellectu facit, quia appellatione pendente non debet fieri executio latę sententię post appellationem, cum validitas gestorum post appellationem a grauamine dependeat ab ipsa appellatione, vt in c. non solum, de app. lib. 6. vnde si factum contigisset, vt recitat gl. si non mandasset Papa, vt executores cognoscerent aliquo modo de appellatione, sed ut supersederent in euentum causæ appellationis, & miror q̀ gl. & Doct. hoc non ponderauerunt,

2 ideo tene alium intellectum. † No. ibi, Extra suam dięcesim &c. q̀ duæ dietæ, quibus prohibetur tractus, non computātur a loco habitationis, sed a fine diœce. concor. c. nōnulli, de rescr. & clarius tenent Doct. ibi. hodie vero non potest quis trahi vltra vnam, vt in c. statutum, de rescr. lib. 6. No. 2. practicam procedendi, cum quis citatur vltra duas dietas. debet enim, hoc proponere coram iudice, & si nō audietur,

3 debet appellare. † Ex hoc infero ad duas quæstiones. prima nunquid citatus vltra duas dietas, hodie vltra vnam teneat̄ cōparere ad excipiendum contra rescriptū? Goff. & Host. arguunt ad partes, q̀ teneatur ire, alle. l. arbiter calendis. §. 1. ff. de arbi. & sup. de offic. delega. c. prudentiam. In contrarium est. l. non videtur. & l. si quis ex aliena, ff. de iud. & l. ex quacunque, ff. si quis in ius voc. tamen hæc vltima duo iura videntur potius pro contraria parte. Concludunt tamen præfati Docto. q̀ ire tenentur, si dubitatur de dietis, vel an literæ sint obtentæ de consensu procuratorum, quos partes habent in curia, alias non teneretur ire, si nullum dubiū est. Aduerte q̀ Doc. hanc eandem quęstionem formant in d. c. nonnulli, & cōmuniter concludunt oppositum, dicentes q̀ debet ire ad allegandum priuilegiū suum per d. l. si quis ex aliena, cum similibus. sed mihi plus placet opi. præcedens,

a quia vbicunque notorium[a] est, q̀ citato cōpetit declinato-

b ria, non tenetur comparere,[b] vt d. l. non videtur, ff. de iud. no. Inn. in c. 2. de dila. & gl. in c. super literis, de rescr. in ver. nisi forsan, quæ loquitur quasi in terminis nostris, & gl. in c. veniens, de accu. & in c. si Episcopus, 3. q. 2. & Io. An. in regula, scienti, de regu. iur. in Mercu. facit optime tex. cum gl. in cap. pastoralis. §. Pisana. de re iudi. Et ad istum text. dicit, q̀ iste voluit, vt saltem euitaret præiudicium facti comparere, vel factum erat dubium.

4 † Secunda quæstio est, nunquid teneret processus si non compareret? Dic q̀ re existente dubia teneret, etiam si prius non pronunciaret se iudicē, quia rescriptum tenet mero iure, licet cōpetat exceptio iurisdictionis elisiua, ut satis colligi potest ex c. nōnulli, sed hodie potest dici contrarium per cap. statutum, de rescri. lib. 6. in

5 ħ. Tertio † quæritur, quid si ad iudicem citantem iter est per aquam, & per terram, sed per aquam nō distat vltra vnam dietam, per terram vero quatuor, vel ecōuerso, quæ via attenditur, an terrestris, vel marina? Quidam dixerunt considerandum esse viam visitatiorem, & frequentiorem, arg. in 50. dist. c. sæpe, & l. si putator, ff. ad l. Aquil. & de spons. ča. ex literis, & l. cum de lanionis. §. asinam, ff. de fun. instru. Goff. & Host. dicunt frequentius esse, vt considerētur itinera ter-

c restria,[c] maxime tempore hyemali, quo solet periculosa nauigatio esse, C. de off. recto. prouinc. l. ciuitas. Item termini dięce. melius distinguuntur per terram, quam in mari, vel aquis, facit quod no. in Spe. de cit. post prin. & hęc satis placet. de materia ista uide plures quæstiones Doct. in d. cap.

6 nonnulli. † Gl. 1. quęrit, quid si literæ impetrantur vltra duas dietas, sed iudices conferunt se ad locum propinquum, nunquid reus teneatur respondere? Glo. ista dicit q̀ sic, q̀a hic & in d. c. nonnulli, solum ponderatur tractus. olim tempore istorum iurium erat hęc opi. vera, & satis faciebat iste tex. & tō. d. c. nonnulli. sed hodie potest procedere, dummodo iudex non exeat locum cōmissionis, utputa si est deputatus in certa diœcesi, non potest illam exire, sed intra illā potest se appropinquare, vt probatur in c. statutum. §. in nullo præal. & videtur iudicio meo facta commissio in certo loco non solum, quando hoc exprimitur, sed etiam si in commissione exprimatur diœce. iudicis. Et si dicatur in tali loco cō morantī, potest tunc cognoscere in loco moræ. licet non nō sit intra suam dięcesim, ad hoc bo. tex. in c. si. de rer. permu. & ibi hoc tenet Io. And. quod semper notabis, quia quoti-

7 die accidit. † Gl. 2. opponit de multis iuribus & bene soluit. sed tu de ista materia dic ut latius dicetur in ca. interposita. inf. de app. & ibi est bo. tex. principalis & fundamentum huius materiæ. Vltima gl. op. videtur. n. quod iustificata appellatione non debeant iudices supersedere, sed procedere in causa

ADDITIONES.

a ¶ Notorium. Vide no. per Fel. in c. cum ordinem, col. 7. ver. prima declaratio. supra de rescr. vbi tangit, quando notorium non indigeat allegatione. Vide etiā Mod. in l. 2. ff. si quis ius di. non obtemp. Seb. Sap.

b ¶ Et in hoc contrarium tenet hic d. Anto. & pro eo facit glo. in ver. notorie, in c. pastoralis. de re iu. & quod no. Doct. in c. ex parte, el 1. de appel.

¶ Adde Fel. in c. cum ordinem, ver. ad allegandum. supra de rescr. & quod posui in apostil. illum in c. si duobus. nu. 9. in ver. ad allegandum. ĩ. de appe. Zac.

c ¶ Terrestria. Attēdatur potius via terrestris q̀ aquestris de quo latius d. Ant. hic satis & p d. Ant. in d. c. nonnulli, de rescr. & Arch. in c. statutū. §. cū autē, de rescr. in 6. & vide Bar. in l. itinere, ff. de ver. si. & Bal. hic, & q̀ attēdi dēat uia breuior, dummodo nō sit periculosa, alle. op. Bar. in l. uetere, ff. de ex. tut. sed tu super hoc ar. distingue pulchre, ut per Bar. in l. 1. in fi. ff. si quis cau. Imo in l. continuus, § cum ita, ff. de ver. obl. & ad hoc alle. bo. tex. in l. 1. § pen. ff. si quis cau. & refert Plutar. in vita Caton. pro tribus eum per omnem ætatem pœnitentiam egisse, primo, si quod arcanum mulieri credidisset. secundo si per aquam traiecisset, & poterat per terram proficisci. tertio si aliquos dies per in curiam sine studio transiuisset & adde q̀ imputatur alicui casus fortuitus, eo quia non iuit per viā seu iter consuetum secundum Bar. in l. cum proponas, C. de nau. foe. in l. 1. ff. de his qui deie. uel effu. facit quod no. Ang. in his igitur, in prin. Insti. de in. & iure.

¶ Quomodo fiat computatio dietarum, & qualiter dēt fieri mensuratio, primo dicas, q̀ mensuratio non fit a porta, sed a continentib. ædificiis. item fit per viā magis usitatam, uel ēt per aerem, si aliter fieri non potest, ut Bar. in l. 1. ff. si quis cau. h. c. alle. & qn̄ vna uia est longior altera, dicas q̀ mensuratio dēt fieri per viam longiorem, si forte agatur de uita hominis, ut per do. Ant. & Imo. in c. nōnulli, de rescr. & per Imo. plene in l. continuus, in § cum ita. hic allega. & vide Bar. in l. imperator, de app. utrum autem dicta intelligatur sm̄ legalem dispōnē, an uero sm̄ consuetudinem regionis, uide gl. & Doct. in c. nonnulli, de rescri. & in c. statutum. §. cum uero, eo. lib. 6. & adde, q̀ dieta computatur a fine diœcesis domicilii ipsius rei sm̄ Io. And. in d. c. statutum, & uide Doc. Ro. in dec. 644. inci. cōtrar tenet Ro. in antiquis. & adde etiam q̀ dieta in realibus computatur a loco, in quo est res, & per d. Car. in cle. 1. de rescr. & tene mēti quod dixit Bal. in l. si tibi mandauero, ff. com. q̀ qui facit dietam nimis longam dicitur esse in culpa. Seb. Sap.

¶ Terrestria. Vide Al. a. in consil. 22. incip. considerata verbis statuti. in 4. vol. & quot miliaria faciant vnam dietam per mare tangit Bar. in tractatu de insula, col. 3. ubi dicit, q̀ quinquaginta miliaria requiruntur. Sebā. Sap.

causa,cum ipsi succedant loco primorum iudicum,vt in c. vt debitus,de app.Sol.gl.ponit intellectum.quem.sup.recitaui,vt patet ex ea.Ex quo intellectu collige not.quod dixi in secundo summario.Pet.& Abb.ponunt alium intellectũ, q̃ isti,quibus nunc scribitur,erant iudicis appellationis, & hæc lec.est uerior & notabilior,vt sup.dixi Et ad contrariu dic,q̃ procedit,qñ exceptio,propter quam appellatur non venit ad declinandum, & extinguendam iurisdictionem iudicis sed concernit intentionem actoris.tunc.n.cum iudex appellationis succedat loco primi iudicis , debet iustificata appellatione de causam cognoscere. sed cum exceptio extĩguit iorisdictionẽ iudicis, debet iste facere quod primus iudex erat de iure facturus,s.supersedere,& pronũciare se nõ iudicem, alias si diceremus oppositum, iste per suam exceptionem quasi nihil obtineret,nec huic intellectui obst.ca. ex parte.il.3.de quo Petr. & Abb. opponunt & nõ soluunt, quia(vt ibi.not.) illi iudices fuerunt de noui dat nõ contra mathem appellantem,sed contra filios,in quos erat actio dirigenda,& ita potuisset Papa facere hoc,si uoluisset,sed uoluit supplere de facto.

SVMMARIVM.

1. *Excommunicatus & periurus possunt pro defensione ecclesiæ ipsorum excipere & opponere illa crimina,quibus ipsi tenentur.*
   Excommunicati possunt electionem de indigno factam incusare.
2. *Excommunicati & periuri non sunt ipso iure priuati beneficio.*
3. *Electio facta de excommunicato est ipso iure nulla.si vero excommunicatio venit post electionem,talis electio potest cassari.*
4. *Periuri repelluntur ab agendo,vel accusando,sicut alii criminosi,ab excipiendo vero non repelluntur.*
5. *Replicatio vbi elidit exceptionem , debet primo probari: quia ea probata manet exceptio inefficax.*
6. *Excommunicatus & periurus an audiantur tanquam rei voluntarii?*
   Ius suum dicitur prosequi ille,qui non vult superiorem non mancum.
7. *Exceptio criminis an tollatur per replicationem eiusdem criminis , & sic an paria delicta mutua compensatione tollantur nu.17.*
8. *Si tu excipis,q̃ gabella non est soluta de contractu, in quo me fundo , & ego excipio quòd nec tu soluisti,tua exceptio non tollitur per meam replicationem.*
9. *Replicatio debet elidere exceptionem.*
10. *Bannitus potest alium bannitum impune occidere , stante statuto, quòd bannitus possit impune occidi.*
11. *Bannitus ex forma statuti non potest nec agere,nec excipere,nec unus bãnitus potest agere,nec excipere contra bannitum.*
12. *Iudex potest ex officio etiam parte nõ excipiente personas indignas a testimonio repellere.*
13. *Statutum tollens defensionem tam circa personam, quàm circa res, an valeat?*
14. *Appellatio potest talli per Principem.*
15. *Statutum,quòd bannitus possit impune offendi valet.*
16. *Testis,contra quem excipitur de crimine , non potest contra excipientem de simili crimine replicare.*
18. *Calor iracundiæ non excusat quem ab iniuria.*
19. *Vsurarius volens repetere vsuras nõ auditur,nisi restituat quas extorsit.*

CAP. VIII.

Dilecti filij. Per excõicationis , vel periurii exceptionem a sua vel ecclesiæ suæ defensione quis repelli nõ debet,vel sic.Pro defensione suæ ecclesiæ potest quis opponere exceptionem excõicationis,periurii, vel aliam lĩimam exceptionem, nec per replicationem excõmunicationis , vel periurii repelli põt.h.d.Prima pars ponit petitionem appellantis.Secunda dat iudicem,ibi,Quocirca.Casus liter. Quidam canonicus Graden.M.nomine electus fuit in Priorem eiusdem ecclesiæ.sed S.G.& P.canonici. S. Mariæ se opponebant electioni illius,vñ contra illos literas impetrauit. Ipsi coram iudicibus constituti proposuerunt,q̃ dictus.M. nõ debebat audiri , eo q̃ erat excõmunicatus, & periurus. sed dictus M.contra G. & P. in modum exceptionis & replicatioois obiecit periurium , & excommunicatiooem & replicationem excõmunicationis cõtra S. vt eorum exceptionem eliderent.sed procurator illorum rñdit,q̃ probatio illius electi super hoc recipi non debebat, quia etsi illa etiam probarentur,non essent propterea a defensione suæ ecclesiæ repellendi, & si excõmunicatio contra dictum electum probaretur in modum exceptionis,repelleretur ab agendo,sed replicatio excõmunicationis etiam probata contra S . non repelleret eum a defendendo . iudices interlocuti fuerunt, quod prius reciperent probationes super replicatione præmissa,propter quod ad sedem Apostolicam appellauit.mandat Pa.quatenus si est ita,reuocent in irritum quicquid fuit factum,post appellationem.B.† Not. 1.quod excõmunicati vel periuri põt se opponere contra electionem de indigno factam in eorum ecclesia,ac illa eadem crimina,quibus ipsi tenentur,electo opponere.† Ex quo infertur,q̃ excõmunicatus,& periurus non est ipso iure priuatus titulo sui beneficii,quod intellige,ut no.Inno.in c.cum nostris.de concess.præb.vide quod dixi sup.in ca.querelam, de iureiu.facit c. 1.de iud.† Not.3. q̃ electo petenti suam cõfirmationẽ , vel agenti contra sibi resistentes obstat exceptio periurii,& excõmunicationis , & si ista incidit tempore electionis , electio fuit nulla,vt in cap.si.de ele.excom.minist.& cap.cum in cunctis,de ele.& quod no.in d.c.querelam. si autẽ super uenerunt , põt opponi ad effectum repellendi electũ ab agẽdo,vt eius electio cassetur , vt in c.super his,de accu . & dic vt ibi.† No.arg.per locum a speciali,q̃ periuriũ repellit quẽ ab agendo . hic enim dicitur,q̃ non repellit quem a defensione suæ ecclesię,ergo aliter agentem repellit. Io. And.hic dicit,q̃ periurium[a] non impedit agentem , sed confirmationem petentem sic,quia illius intentionẽ perimit,sicut repellit ordinandum,de temp.ordi.c.si & testem,sup.de testi.ca. testimonium . Ego dico,q̃ periurium nõ repellit,nisi quemadmodum alia crimina. nam criminosi a multis repellũtur, vt in c.1.& io c. cũ dilectus,de acc.& 4.q. 6.c.omnibus.vnde criminosi põt alios denũciare,vel accusare, vt in iuribus præallega. hic enĩ admittuntur , quia defendebant ecclesiã propriam,& secundum hoc procedit hic argu. a speciali,an suspensus ab officio & beneficio possit agere , dic vt no. inf. cap.proxi.† No. q̃ vbi replicatio elidit exceptionem , debet prius ipsius probatio admitti,quia ea ꝓbata remaneret exceptio inefficax . de hoc tamen uide quod in simili dixi in c.1.de ord.cog.& l.circa, ff.de ꝓbat . & plenius in terminis nostris dixi post Io.And.in cap.a nobis,sup. eod. dic ut ibi. † Gl. 1.colligit,q̃ quilibet admittendus est ad defensionem suę ecclesiæ,etiam periurus & excõicatus. Sed contra hoc, & contra tex.opp.videtur enim q̃ isti non essent admittendi;cum ipsi opponerent se isti electo,& sic erant rei uoluntarii,qui censentur actores, & ad hoc c.exhibita , de iudic. & quod nota.in c.super eo.de electio.facit c. cum inter. supra eod. vbi excommunicato permittitur duntaxat stricta defensio,vnde prohibetur reconuentio, ne remedium defensionis permissum trahatur ad impugnationis materiam , & sic nullo modo excommunicatus potest impugnare alium etiam ad commodum ecclesię,vt in d.c.exhibita.Sol.Inno. sup.eod.c.cum inter.fatetur contrarium, dicens excommunicatum non posse excipere contra petentem confirmationem,ne defensio trahatur ad impugnationem, & quia cum sit extra ecclesiam propter delictum suum,non interest sua, nec potest excomunicationem , vel aliud crimen obiicere, arg.55.dis.c.vna tantum. & quia cum trabẽ gestet in oculo, non potest festucam de oculo fratris eruere. 3.quæstio.7. capit.infames.in fin. Ad hanc decre. rñdet, q̃ loquitur in reo necessario,q̃ videt̃ colligi ex litera ibi, Transisset in causam &c. voluntarius autem debet primo fundare intentionem suam in iudicio, quod facere non potest excõicatus: necessarius autem firmat intentionem suam in personam hoc ipso,q̃ uocatus & citatus est ad iudicium,de iu.cap.intelleximus,& l.inter stipulantem.§. 1.ff.de uerb.obl.Host.in d.ca. cum inter , & hic tenet oppositum , adducens istum text. in eo,q̃ isti canonici prius se opponebant huic electo,& sic erant voluntarii.Item adducit casum de translato ad alium Episcopatum,cui per canonicum ad impediendam possessionem opponebantur crimen cum infamia , contra quam ipse translatus replicat excommunicationem,& dicit Clementem quartum diffiniuisse, qđ replicatio nõ elidet.at exceptionem.licet ille esset reus voluntarius prouocans, non prouocatus.ideo concludit Host. illam distinctionem Inn. inter reum necessarium & voluntarium non admittendã, nisi illam saluando dicamus secundum eum, istum,qui vult malum prælatum repellere,fore necessarium, & non uoluntarium.Quid enim grauius,intollerabilius , & periculosius est,

---

ADDITIO.

[a] ¶ Periurium. Vide Ro.in so.391.inci.in 1.ri.vbi dicit,q̃ periurus non potest agere in causa,in qua fuit periurus.vide Ale.in cons.col.2.in 3 vol.& in cons. 75. inci.visis,col.4.in 5.vol & in l.si quis maior,col.ii.C.de transa. Sebast. Sap.

est, quam ꝙ detur lupus loco pastoris, dissipator loco tuto-
ris, homicida pro medico, tyrannus pro defensore, inimi-
cus pro aduocato? certe nihil, ut sup. de ele. c. nihil est, & c.
ne pro defectu, & 40. dist. c. multi. Item cum excõmunicato
reseruetur exceptio contra temporalem iudicem delegatũ
suspectum, fortius debet reseruari contra ordinarium, qui
est perpetuus, & hoc dictum Host. dixit Spe. curiã seruare
s. ꝙ excõmunicatus pro ecclesia sua possit opponere contra
petentem confirmationem, etiam si voluntarie veniat; vt
no. in Spec. de actore. §. i. item ꝙ excõmunicatus. hoc etiam
videtur sequi Io. An. Et ad c. exhibita, præall. dicit posse di-
ci, ꝙ si canonicus excõmunicatus prouocat ad iudicium,
dans libellum, vt cassetur electio, repellitur per exceptio-
nem, si vero contra prouocantem ad confirmationem exci
pit, etiam si sponte veniat, admittetur. hoc etiam dictum vi
detur sequi D. Ant. nec Innoc. contradicit in hoc casu pro-
posito, si bene ponderentur dicta sua in c. super his, de acc.
in 2. col. vbi dicit, ꝙ criminosus non admittitur contra pe-
tentem confirmationem, nisi sua intersit, puta ꝙ sit futurus
suus prælatus, vel sit patronus. nemini enim ius suum pro-
sequenti obstat exceptio criminis. arg. 4. q. 6. c. omnibus. se
cundum eum, & pondera bene suam rationem, vult. n. ꝙ ex
cipiens contra futurum prælatum suum dicitur ius suum ꝓ
sequi, nedum ecclesiã suam defendere. excõmunicatus autẽ
non repellitur a prosecutione iuris sui. procedat ergo dictũ
Inn. in d. cap. cum inter. cum criminosus excipit tamquam
vnus de populo contra petentem confirmationem, & forte
posset attentari, ꝙ quilibet etiam laicus futurus etiam sub-
iectus esset admittendus contra petentem confirmationẽ,
non obstante replicatione criminis per respõsionem supra-
dictam; & facit c. audacter. in fin. vii. quæstio. i. ad prædicta
etiam facit, quod no. Ioan. An. in c. pia. inf. eo. li. 6. vbi con-
cordando Inn. dicit, non admittitur excõmunicatus appel-
lans extra iudicium, quando aliquod præiudicium ex omis
sione potest ibi generari. sed in casu nostro præiudicium ge
neraretur huic excõmunicato, si non posset se opponere cõ
tra petentem confirmationem: quia obtenta confirmatio-
2 *Nomen collectiuum poteſt adiungi verbo pluralis numeris.*
3 *Eccleſia quando eſt collegiata, electio ſpectat ad collegium, confirmatio vero ad ſuperiorem.*
4 *Excommunicatus poteſt ſtare in iudicio ſemper ad ſui defenſionem.*
5 *Eligens indignum priuatur ipſo facto poteſtate eligendi, & talis poteſtas deuoluitur ad ſuperiorem.*
6 *Sententia oſtendit ſuper qua re erat contentio.*
7 *Appellari poteſt a ſententia per vtramque partem.*
8 *Appellari poteſt a ſententia iudicis quando fuit omiſſum condemnari victum in expenſis limita & intellige ut hic late.*
9 *Appellare non poteſt pars quæ habuit ſententiam pro ſe.*
Sententia continens plures articulos poteſt in effectu dici habere vim plurium ſententiarum.
Iudex an teneatur condemnare victum in expenſis ſi non fuerunt petitæ. & ſi non condemnarit, an pars poſſit appellare.
10 *Quotieſcunque iudex poteſt aliquid facere ex officio ſuo, & non facit, non poteſt ad hoc appellari.*
Iudex non tenetur impartiri officium ſuum ad commodum priuatum, niſi petatur.
Iudex ſi omiſit condemnare partem in expenſis petitis tenetur reſarcire de ſuo, alias ſecus.
11 *Iudex appellationis poteſt habere conſiderationem expenſarum, licet nõ fuerint petita in primo iudicio.*
12 *Appellans ſimpliciter a ſententia cenſetur appellaſſe tam in cauſa principali, quam ab expenſis.*
Per appellationem a diffinitiua non poteſt appellans proſequi condemnationem expenſarum iam diu in eadem cauſa factarum, ſi tunc non appellauit.
13 *Inſtitutus non legitime ad beneficium tenetur ad reſtitutionem fructuũ.*
14 *Excommunicatus iuſte uolens litigare ſuper iniuſtitia excommunicationis, non auditur niſi petita abſolutione.*
15 *Iudex appellationis ſi videt appellantem fouere iuſtitiam, & eſſe excommunicatum, an debeat pro appellante excommunicato pronuntiare, an expectabit ipſum abſolutum.*
Excommunicatus non debet in ſui fauorem reportare ſententiam.
16 *Sententia abſolutoria poteſt ferri pro reo contumace non autem adiudicatorie.*
17 *Exceptio excommunicationis poteſt in qualibet parte litis opponi etiam poſt ſententiam ad executionem differendam.*
18 *Sententia lata in fauorem actoris excommunicati non poteſt mandari executioni niſi poſt abſolutionem.*
19 *Procurator qui appellauit a ſententia, an poſſit appellationem proſequi ſi poſtea excommunicetur.*
Procurator tenetur appellationẽ interponere, non aũt ipſam proſequi.
20 *Excommunicatus auditur dicendo ſententiam nullam.*
21 *Excommunicatus an poſſit petere q. laudum reducatur ad arbitriũ boni viri, vel retractari ſententiam quæ non tranſiuit in rem iudic.*
22 *Excommunicatus an audiatur petẽs ſe reſtitui aduerſus ſentiam, a qua non appellauit.*

CAP. XI.

1 Significauerunt. †Per exceptionẽ excõicationis a proſecutione appellationis quis etiam originalis actor repelli non debet. & eſt caſus ſingularis quatenus dicit de actore. Diuiditur in duas partes,in prima ponit querelam appellantis, in ſecunda inſtruit iudicẽ a quo ibi, mandamus. Caſus literalis. Canonici de Conare elegerunt P.in ſuum archipresbyterum, & electionem ſuã præſentauerunt archiepiſcopo Mediolane. ipſe vero eam renuit confirmare quendam Zephum clericum inſtituens in archipresbyterum eccleſiæ ſup. dictæ, propter quod canonici ad ſedem apoſt.appellauerunt,& cauſam appel. fecerunt committi præpoſito ſancti Stephani, qui electionẽ ſuam confirmauit, pronuncians ius eligendi pertinere ad capitulum de Conare. & abſoluens partem aduerſam ab impetratione clericorum, a qua ſententia partes ſedẽ apoſtoli.appellauerunt & cauſam obtinuerũt committi abbati ſancti Saluatoris Papienſis & præpoſito Vercellenſi. coram quib. ex.parte Archiepiſcopi & dicti Zephi exceptio excõmunicationis fuit propoſita contra capitulum de Conare. Iudices non conſiderantes, quod a proſecutione appellationis prætextu excommunicationis nõ debeat quis excludi (cum omnis defenſio legitima in iudicio excõmunicato reſeruet) pronunciauerunt partem Archiepiſcopi non eſſe cogendã ad reſpondendum clericis ſupradictis, propter quod clerici ad ſedem apoſtolicam appellauerunt & ſignificauerunt factum domino Papæ unde mandat eiſdem iudicibus quatenus, ſi ita eſt, procedant in cauſa ex-2 ceptione huiuſmodi non obſtante. Ber. † Not. ibi: Significauerunt capitum, & ibi Capitulum appellauerũt, quod nomen habens ſignificatum plurale, uel nomen collectiuum poteſt coniugi cum uerbo pluralis numeri, & de hoc 3 c.capitulum ſanctæ Crucis. de reſcript. † Not. 2. quod in collegiata eccleſia etiam ſeculari epiſcopus non fundat intentum ſuum ſuper libera collatione, ſed duntaxat ſuper confirmatione; electio vero ſpectat ad collegium, ad hoc

c.1.de

c.1.de ele.& 18.q.2.c.1.iuncta gl.dixi,sup.eo.c.cum vene
a rabilis. Not.3.q capitulumᵃ potest excommunicari, dic ut plene legi.& no.in c.Romana.§.in vniuersitatem, de sent. excommun.lib.6.No.quid fiendum cum superior nō vult confirmare electionem,debet enim recurri ad suum superiorem,& potest adiri etiā appellationis via, grauat enim in non confirmando prout de iure debet, nec tempus est per fixum ad confirmandum seu instituendum, ideo oportet (vt prædixi) recurrere ad superiorem,vt dixi post Do.
4 de Rot.in c.2.de concef.præb. † Nota vltimo regulam generalem,quod omnis defensio conceditur excommunicato habet enim semper legitimam personam standi in iudicio,& extra, vbicunque se defendit legitime.concordat su
5 pra eod.c.cum inter. † Oppo.videtur enim,quod legitime potuerit archiepiscopus non confirmare electum a capitulo. nam si capitulum eligit indignum , priuatur ipso facto potestate eligendi, & potestas deuoluitur ad superiorem, vt in c.cum in cūctis,in fi.de ele.Sol.duplex est intellectus. Primus,quod causa indignitatis electi fuit,quare archiepiscopus alium instituit, sed tunc appellatio fuisset iniusta. Secundus intellectus est, quod archiepiscopus prætendebat ius eligendi ad se spectare,& non ad capitulum.Et iste intellectus magis placet glo.primæ,& est verior per tex.in eo quod fuit pronunciatum ius eligendi pertinere ad capi
6 tulum. † Nam ex forma sententiæ præsumitur qualis erat contentio,ut no.gl. in c.inter dilectos.de fi.instrum.& ex
7 pressius no.glo.in c.audita,de restitut. spol.† Oppo.2.videtur enim,quod capitulum non poterit appellare,cum sententia fuerit pro eo lata,ut in l.omnem honorem. C.quando prouo.non est ne. Sol.dicit glos.2.& bene,quod immo fuit lata in parte contra capitulum in eo,quod pars aduersa fuit absoluta ab in petitione capituli. forte enim secundum gl. capitulum petiit parte aduersā expensas factas in causis,& pronunciari ius eligendi ad ipsum capitulū pertinere, iudices pronunciauerunt pro capitulo quo ad ius eligendi, & respectu expensarum absoluerunt partem aduersam,& sic utraque pars respectu diuersorum appellauit, q fieri potest,ut in c.Raynaldus,& in c. Raynutius, de testa. Et ex hoc intellectu not. quod victor in principali potest
b appellareᵇ respectu condemnationis expensarum omissæ, licet pars uicta appellauerit ab ipsa sententia. Petr. & Abbas tenent hic contrarium dicentes, q ex quo iudex tulit hic sententiam in fauorem vnius partis,nō potest illa pars de honestate iudicem appellando duntaxat ex omissione condemnationis expensarum, allegant d.l.omnem honorem. Aduerte hæc decertatio depēdet ab intellectu illius l.omnem honorem.sed communis opinio ibi & alibi,vt inf. allegabo est in contrarium. Concludendo veritatem, dic cum quæritur nūquid victor possit appellare ex sola omissione condemnationis expensarum ; uel quia minus sufficienter condemnatio facta est,distingue,aut enim pars uicta appellauit,& non potest uictor ex eo solo appellare, & hoc ideo,quia per appellationem aduersarii potest consequi reformationem expensarum,ideo ex quo potest intentum suum consequi sine appellatione , non debet appellare iudicem dehonestando , quod procedit etiam si pars uicta appellauerit;& appellationem non prosequatur, est.n. ius acquisitum appellato , vt possit illam inuito appellatore prosequi,& iste est verus casus d.l.omnem honorem,licet glo.aliter ibi sentiat,& hoc tenet Bar.ibi, & Do.de Ro. decis.364.& Spec.in tit.de appel.§.in quibus,uer.33.& Io. And.in addit.& Domin.An.hic:& hoc recte iudicio meo voluit ille tex.hoc tamen limitat hic Domin.An. quando fuit omissa expensarum condemnatio. Si autem fit lata condemnatoria contra reum,& absolutio expēsarum pro eo,
c tunc oportet actorem appellareᶜ, si uult expensas cōsequi, quia non posset releuari ex appellatione aduersarii , cum per illam non suspendatur absolutoria ab expensis, & sic
d dicit posse intelligi istum tex.ᵈ Sed ego non uideo sufficientem rationem differentiæ inter hunc casum, & præcedentem.nam,quando iudex condemnat minus sufficienter, vi
e detur partem absoluere a reliqua parte,ᵉ ubi non fuit petita certa quantitas,ut in l.1.C. si aduer. rem iud. secundum unum intellectum,qui communiter ibi tenetur,& not.Innocen.inf.de re iud.c.cum inter:tamen videmus,q per appellationem aduersarii potest uictor consequi reformationem sententiæ,ut d.l.omnem honorem. In hoc tamen distinguerem,quod aut uictus appellata a sentētia,quatenus erat contra eum duntaxat, & tunc puto, quod oportet uictorem appellare respectu expensarum, siue iudex omnie-
8 rit condemnationem expensarum,siue absoluerit. † Quia cum tot in effectu sint sententiæ , quot sunt articuli , vt l.etiam.ff.de min.& no.gl.in c.2.de ordin. cog.licuit victo
f appellare,quatenus facit contra se, ᶠ & per consequens nō reperitur sententia suspensa,nisi quatenus facit contra uictum appellantem,& ideo, nisi uictor appellet, non poterit pro se aliquid dicere,facit quod no.in simili in c.cum olim de cēsi.& quod habetur in d.l.etiam aut uictus simpliciter appellat a sententia, & tunc indistincte potest uictor reformationem expensarum consequi,quia simplex appellatio a sententia suspendit totam sententiā, licet contineat plures articulos,ut in c.Raynal.& c.Raynu. de testa. & sic intelligo & restringo tex.in d.l.omnem honorem.Aut uictus non appellat,& tunc potest uictor appellare.sumus.n. extra casum l.omnem honorem. Et si diceremus contrarium,sequeretur absurdum,quia ex non appellatione aduersarii uictor perderet sumptus factos in litem,& esset in optione iudicis non condemnare ad expensas.contra l. properandum,C.de iud.& c.calumnia , de pen.& Spec.in loco præallc.† Sed
9 nuerunt Domi.de Ro.& Bar.& Spec.in loco præalle.
circa prædicta quæro,quid si expensæ nō fuerunt per actorem petitæ, nunquid possit appellare, si iudex tulit pro eo sententiam in principali,& omisit condemnationem expensarum?Domi.de Ro.deci.præalleg. concludunt pro maiori parte,quod sic;quia iudex ex officio suo debebat condēnationem facere , ut l.ædiles.§. item sciendum, ff. de ædil. edic.& iura dicunt uictum uictori condemnandum,ut d.l. properandū,& c.calumnia, quidam tamen fuerunt in contraria opin. & sententia , ut ibi refert collector decisionū.
10 sed cum prima opi. vt hic transire D.Ant. † Aduerte, quia hęc est subtilis consideratio.nā, ubicunq; pt iudex aliquid
g facere ex offō suoᵍ si nō facit , nō pt ex hoc appellari.dictū est no.Spe.in tit.de offi.iu.§.impedit,uer.quid si iudex.tenet Io.And.& cōiter Do. post Pet. inf.c.proxim.ratio est, q.a iudex nō tenet impēdere offm̄ suū ad cōmodū priuati, non postulatur vt in l.4.§. hoc autem iudicium,ff. de dam. infe.& no.Innoc.in c.ad nostram. il 2.de iureiur.ideo communiter dicitur,quod si iudex omittit condemnationē expensarum,ideo quia non fuit petitum.non tenetur resarcire

ADDITIONES.

a ¶Quia capitulum.Vide Ang in l.1.§.fi.de acq.poss.Io.de Ana.in c.d.lectus.2.versic.adde prædictis.inf.de symo.cum multis congestis per Fel.in c.præcc.ētiā,uide et aliā Fel.in c.tum te uer.secunda declaratio.sup de rescr.

b Potest appellare.Vide Bald.in c.fraternitatis.sup.de testib.ubi dicit q si uictor appellauit ab omissione expensarum quamuis talis appellatio nō teneat. l.si. C quando prouo.non excusatur iudex negligens , quin soluat expensas ,quod dictum commendat D.Ias in l.properandum.§.si autem alterutra,uersic.an autem possit appellari ab omissione.C.de iudi.

c Actorem appellare Adde q de hoc scribit Ang. in suo consi.8.quod incipit in Dei nomine & sue matris,&c.& quod no.D.Abb.in c.finem litib.prope fi.de do.& contu.in recollectis,& uide quod no. Pe.de Anch.in c.si aliās.inf.in 3. col.de app.lib.6.Et pro parte,q ille pro quo est lata sententia a super principali,licet ꝑ se in expensis,non possit appellare a cōdemnatione expensarum est tex.in l.properandū.§.si autem ex gestis ibi, nulla prorsus,& e.C.de iud.sed uide q ū ibi non appellat,quia condemnatus in expensis erat manifestus cōtumax,sed pro parte q actor possit appellare a condemnatione expensarum, si reus appellauit a snīa principali, facit q ambę partes possunt simul appellare ab eadem snīa,ut est tex.in c.Raymutius.& c.Raynaldus.de testa.& c.a.si duob.in princ.de app.& uide Bal.in d.l.omnem honorem.in uer.quæro de tali casu,& ibi in uer & no. q idem dicit q idem erit in causa nullitatis,quia si iudex dimisit condemnare uictum victori in expen.iudex nullitatis hoc poterit,& qn̄ contingit ambas partes ab eadē snīa appellare , forte super diuersis articulis,an possit appellari ad diuersos iudices.uide tex.Inno.& D Ant.& D.Car.& ibi eleganter per D.Abb.in d.c.si duobus.
¶An appellatio ad plures iudices qn̄ snīa cōtinet in se plures articulos, valeat dicas q et si copulatiue fiat,valet de iure canonico,& intelligitur facta ad Papam,de qua uide Spe.in ti.de app.§.nūc tractemus.in uer.sed pone aliquis.de app.& ibi per Io.And. in addi. ubi ponit & dicit hoc esse uerum,si qn̄ est appellatum ad plures & non est declaratum ad quem sit interposita appellatio, declarabitur intra decem dies.de quo etiā per Ang.& I no in l.1.in fi.si quis. de app.& uide Alex in consi.141.& 1[illegible].in 2 par.consi. Ant.Fran.

d ¶Istum tex.Illud est contra tex.in d.l.omnē hono.in uer. nihil capere pro expensis iusta sit,& sic male loquitur D.Ant.And.Barb.

e ¶Reliqua parte. pondera,quia iste male dicit, quia qn̄ condemnat in minus , sunt in eodē articulo.ideo non est mirum,si vt absoluere in residuo,sed non est sic in casu expēsarum,quia est articulus separatus a sententia.Item sumus in tacito,qn̄ condemnat in minus , sed qn̄ absoluit ab expensis, sumus in expresso expressa nocent,tacita non,& sic male reprehendit. And. Barba.

f ¶Facit contra [illegible]. Et ideo cautela est, q dicat appello in parte & partibus facientibus contra me vide quæ dixi,in c.inter dilectos,de fi instr. And.Barb.

g Officio suo Quomodo hoc procedat,late explicat Fel.in c.exceptionem, eodem, 3. infe.eo. Mod.in l.alia pacta,C.de transac.

re de ſuo: ſecus, ſi fuit petitum. hoc no. glo. in c. ſi. de reſc. & Bar. in d. §. hoc autem iudicium, & d. l. properandum & d. l. omnem honorem. & quod non poſſit appellare, quando expenſæ non fuerunt petitæ, ſentit Spec. in d. §. in quibus, verſ. ſed quid ſi victus, & forte hæc opin. eſt verior de rigore iuris; imputet enim ſibi victor, quia non petiit. magis. n. debuit ſibi proſpicere, quam expectare proprium motum iudicis. Et ſi diceres, nonne ſæpe appellat quis, vt probet non probatum, vel vt opponat non oppoſitũ? in l. per hãc, C. de temp. app. & c. cum Io. de fi. inſtrumẽ. Reſpondeo, ꝙ ob iſtas cauſas poteſt appellare, non autem vt de nouo aliquid petat; quia hoc non ſpectat ad iudicem appel. 2. q. 6. in fin. & l. eos, C. de app. dices tu, ergo ex toto iſte perdet ſumptus, cum non competat ſibi aliquod remedium? vt in l. terminato, C. de fru. & li. expenſ. & l. in bonæ fidei, C. de vſu. dico quod ſic, & ſibi imputet, argu. in l. 4. C. depoſi. ſic limita prædicta, vt poſſit appellari, quando expenſæ fuerunt petitæ.

11 † Fateor tamen, quod ſi pars victa appellauerit, poterit iudex ad quem, habere conſiderationem expenſarum, licet non fuerint petitæ in primo iudicio; quia non ſuccedit in locum primi iudicis, ſicut ille poterat ex ſuo officio condemnare, ita iſte; facit ad hoc, quod no. Domi. de Rot. deciſ. 254. vbi dicunt, quod ad appellationem alterius partis poterit iudex reformare ſententiam, etiam in fauorem non appellantis, quia ſuccedit loco primi iudicis; facit quod not. Bar. in l. expreſſim. ff. de app. Vnde conſequitur appellatus ex perſona alterius, qđ ex propria perſona conſequi non poteſt. ſimili habes in l. petendæ, C. de temp. in int. reſ. & in c. authoritate Martini, de conceſ. preb. lib. 6. & prædicta bene notabis, quia faciunt ad multa.

12 † Subſequenter ad idem quæro, quid ſi aliquis fuit ſimul condemnatus in principali, & expenſis? Solu. dicit D. Ant. ꝙ oportet ipſum ab vtraque appellare, & proſequi vtranque, quia vna per alia non ſuſpenditur, & hoc dicit tenere Archi. in ca. ſi. in fi. de app. lib. 6. Sed tu aduerte, quia Arch. non ſic loquitur. vt allegatur. loquitur enim ipſe, quando condemnatio expenſarum fuit facta ante diffinitiuam ſuper aliquo articulo; ſi enim condemnatus nõ appellauit, & lapſum eſt decendium, non poterit poſtea in appellatione a diffinitiua illam condemnationem proſequi; & optime loquitur per c. ſi. præal. quia illud grauamen non eſt connoxum negotio principali: [a] Immo plus voluit Inno. in c. ſæpe, de app. ꝙ ſi iudex pronunciat ſuper aliqua exceptione cõtra proponentem, licet tunc non condemnauit in expenſis, non poterit poſtea appellari, ſi poſt decendium fit condemnatio: quia iſta eſt executio primæ pronunciationis. vnde ad propoſitum dico, ꝙ ſi in eadem ſententia iudex condemnauit in principali & in expenſis, ſatis eſt ſimpliciter a ſententia appellari: quia vnica poteſt dici ſententia, vt in c. 2. ſup. de ord. cog. quæ ſuſpenditur per vnam appellationem, licet habeat plures articulos, vt in c. Rayn. & c. Raynal. de teſta.

13 Redeo nunc ad contrarium primo formatum per glo. tene ſequentem ſolutionem in glo. quod forte capitulum periit fructus ab inſtituto. & hæc ſolutio eſt bona, ex qua collige, ꝙ inſtitutus legitime tenetur ad reſtitutionem fructuum; quod tamen intellige ſecundum ea, quę plene dixi in c. grauis, de reſti. ſpo. Opp. 2. de contrarietate literæ. nam primo innuit iſtos canonicos fuiſſe actores; & tamen poſtea uidetur uelle oppoſitum, dicendo ꝙ excommunicato defenſio reſeruatur. Item ex quo iſti de capitulo erant actores; quia petebant confirmationem, quare non repelluntur prętextu excommunicationis? contra c. pia, de exce. lib. 6. Sol. gl. in ver. defenſio, quę intrat hanc materiam, in effectu concludit ꝙ iſti erãt actores, ut ſatis patet ex litera: ſed, ex quo ſententia fuit lata contra eos, intelliguntur rei. veniunt. n. ad appellandum ſtimulati ex ſententia: ideo prętextu excõmunicationis non debent repelli, ne ius eorum pereat. Ex hac ſolutione colligitur, quod dixi in ſummario, ꝙ ad proſecutionem appellationis admittitur etiam actor originarius. hanc opi. clarius tenet Inn. hic dicens hoc eſſe expreſſum; quia non ſolũ reus originarius, ſed etiam actor poteſt appellationem ſuam proſequi excommunicatione nõ obſtante. Et quod capitulum fuerit actor, patet ſecũdũ eum, quia primo egit coram Archiepiſcopo petendo confirmationem Petri quem elegerant, & appellauit ab ipſo; quam appellationem proſecuti fuerunt coram prępoſito. Tertio egit coram abbate S. Saluatoris & collegis, petens ſententiam abſolutoriam latam pro aduerſario retractari. Hoſti. hic tenet cõtrarium: quia is, qui in principali eſt actor, eſt etiam actor in cauſa appellationis, facit l. hi qui ad ciuilia, C. de app. & quod no. in c. in pręſentia, de renun. ſicut ergo in principali fuiſſet repulſus, ita & in cauſa appellationis. ſi ergo vult audiri, faciat ſe abſolui; pro hoc facit. inſ. eo. cap. proxi. ubi in qualibet parte litis poteſt repelli. dicit etiam, quod ſi tanto tempore ſtetit excommunicatus, ꝙ lapſum ſit tempus appellationis exercendę, nõ audietur amplius. de ſe enim conqueratur, arg. ff. de min. l. cum mandato. nõ obſt. hęc decr. quę videtur admittere actorem originariũ; quia quatenus capitulum petebat confirmationem, erãt actor, & hoc reſpectu nõ debet audiri; ſed eo reſpectu, quo appellauit ab inſtitutione Cephi, quia tenebat locum rei: quia defendebat iura eccleſię, & hoc reſpectu debet audiri. Ioan. An. inſtat, ſed tandem cõcludit, quod aut appellat excommunicatus ab interlocutoria, & tunc finito articulo appellationis poteſt prætextu excommunicationis repelli, ex quo eſt actor, quia iam opponitur cauſę principali, cum finito appellationis articulo aggrediatur iudex cauſam principalem. facit ad hoc, quod leg. & no. in c. 1. de ap. in 6. ſed prius repelli non poteſt, cũ ueniat ſtimulatus. Aut appellauit a diffinitiua, & tenet ſimpliciter opi. Inn. vt non poſſit repelli, & hoc propter commiſtionẽ appellationis & principalitatis; non enim poteſt cognoſci de appellatione, quin cognoſcatur de principali; vnde potius propter iniquitatem grauaminis ſaltem re ipſa, quod ſi nõ ex iudicio propoſito debet audiri etiam ſuper principali, quam propter principale commiſtum ipſum excludi a proſecutione grauaminis. facit c. ſacris, de ſepul. & quod ibi no. & l. vna, in princ. C. de rei uxo. ac. & in c. 1. ne ſede va. hanc opi. (ut audiatur) tenet Abb. in c. 1. de excep. lib. 6. & communiter moderni hic. hanc opin. credo veriſſimam, & dico aperte probari per iſtum tex. nam ſi bene ponderetur ſententia lata ſuper appellatione, aperte colligitur ꝙ capitulum principaliter proſequebatur cauſam, in qua erat actor; fuit enim pronunciatum ius eligendi ad capitulum pertinerẽ, & confirmatus fuit ab eo electus. Item patet ex pronunciatione priorum iudicum in eo, ꝙ decreuerunt partem aduerſam non cogendam ad reſpondendum eiſdem; & ſic capitulum nunc erat actor, ſicut prius. non obſt. c. per tuas. inſ. de app. quia illud procedit, cum excõmunicatus appellauit a ſentẽtia excommunicationis & fatetur ſe ligatum. unde cum in omnem euentum ſit abſoluendus,

14 † ex quo excommunicatio tenuit, ut in c. cum contingit, de offi. deleg. non debet audiri volens litigare ſuper iniuſtitia excommunicationis, niſi prius abſolutionem petat, ne ipſam excommunicationem contemnere uideatur, ſed hic non fuit appellatum ab excommunicatione, ſed ſuper alio articulo, nec fatebatur ſe ligatum, ideo non debet admitti exceptio, ex quo proſequitur grauamen per iudicem inflictum. non obſt. c. inſ. prox. quia uerum eſt, quod in qualibet parte litis ſuper principali poteſt opponi excommunicatio, & ita loquitur illud c. ſecus in cauſa appellationis. Ratio diuerſitatis [b] eſt, quia nullum ſubeſt periculũ, ſi repellatur a principali: ſed in cauſa appellationis ſic; quia deſeretur interim appellatio, & ſic non poſſet ſe defendere aduerſus oppreſſionem iudicis.

15 † Et per hoc ſoluitur alia quęſtio, quę ſequitur in glo. pręſuppoſito, quod audiri debeat, prout ſupra dictum eſt, quod erit officium iudicis appellationis, nunquid ſimpliciter reperta iniquitate ſententię caſſabit illam, an etiã condemnabit reum actori excommunicato? pone exemplũ, actor petebat centũ a reo. iudex perperã reũ abſoluit, a cuius ſnia appellauit actor. cõſtat iudici ad quẽ, ꝙ debuit reus condemnari actori. nunquid ipſe faciet hanc cõdẽnationem, ex quo opponit̃ appellantẽ eſſe excõicatũ? Gl. iſtã attingit quæſtionem, & ponit duas opin. Prima eſt, ꝙ caſſabitur ſentẽtia de pręſenti, vt ſic releuetur a grauamine, ſed con-

ADDITIONES.

a ¶ Principali. Tu pondera, quia ſnia ſuper expenſis põt ferri ſeorſum a diffinitiua, ut l. Paulus, ff. de re iudi. ergo una eſt diuerſa ab alia. item quia poteſt ferri ſnia expenſarum ſine ſententia diffinitiua, ut in cle. 2. de reſc. & in c. ſi. eo. tit. ideo non eſt mirum, ſi appellatur a diffinitiua, & non vr̃ appellari a ſentẽtia expenſarum uide d. l. omnem honorem. ubi probatur formaliter, ꝙ appellatio a principali comprehendit appellatione ab expenſis, etiam ſi fuit facta ab ſoluto ab expenſis, ut probatur in tex. in verbo omiſſa. And. Barb.

b ¶ Ratio diuerſitatis, ut dicas, ꝙ opi. Hoſt. confunditur per tex. ad hoc mirabilem in l. liberalius, §. 1. ff. de in ius uocando, ubi ille, qui petit abſolui, eſt reus, ſed appellans petit ſe abſolui a ſentẽtia lata contra eum, ergo eſt reus. uide ibi Gul. & Bal. And. Barb.

condemnatio differetur in euentum absolutionis;quia non dēt ferri sententia pro excōmunicato. Secunda opin. in qua glo. videtur residere, est, vt etiam feratur condemnatoria; quia cum non constat illum excommunicatum, cum nec ad probandum debet admitti aduersarius, ex quo actor est in causa appellationis, non potest dici ꝙ sententia feratur pro excommunicato. no. rationem gl. videtur enim sentire, ꝙ si constaret, non debet condemnatoria pro eo ferri. Ioan. An. tenet idem quod su. dixi, vt ratione grauaminis admissi audiatur etiam super principali. Ioan. Cal. tenet in prima parte contra Host. ꝙ actor originarius audiatur in causa appellationis per istum tex. sed dicit ꝙ cassata sententia nō debet iudex ferre condemnatoriam, & sic tenet primam opi. glos. sed debet differri in tempus absolutionis deferendæ. erit ergo hæc diuersitas in pronunciatione ex cā, vt sicut ex æquitate potest se in causa appellationis defendere, ita debet seruari iustitia, quæ non vult vt aliquid adiudicetur excōmunicato sup. de iud. c. intelleximus. Et dicit, ꝙ iudex appellationis cassando sententiam debet protestari, ꝙ per hoc non condemnat reum actori in principali, ex eo quia de excommunicatione actori sibi est legitime facta fides, & hanc protestationem dicit obseruandam, quia simpliciter cassando a sententiam,[a] videtur reum actori condemnare. Sed hoc vltimum simpliciter non admitto, & contrarium videtur sentire Bar. in l. cum apud, ff. iu. so. & bene facit tex. in c. cū causa, de re iud. primum tamen tenuit Bar. in l. eos, C. de appel. vbi latius hunc articulum prosequitur. hic tamen non procedo vlterius, quia non est proprie materia nostra. ideo alibi dicam. vide in d. c. cum causa. Sed redeo ad primum principale dictum, & est sciendum, ꝙ pro primo dicto. Calder.

16 † facit quod in simili domini. de Ro. decis. 189. dicentes, ꝙ licet pro reo contumace possit ferri absolutoria, non tamen potest adiudicatoria, ar. in c. cum inter; sup. eo. & l. quamuis indubitati, C. de adul. D. Ant. putat hanc opin. procedere, si reus a principio opponit eum non aupiendum, inquantum velint condemnatoriam obtinere, seu declaratoriam, secus dicit, si expectat conclusionem in causa antequā opponat, quia tunc non potest excipi, nec probatio fieri, vt de proc. c. auditis. hæc distinctio D. Ant. mihi non placet, quia si potest obiici ad condemnationem differendam ante conclu-

17 clusionem, ergo & post. † Cum hæc excōmunicationis exceptio sit multum priuilegiata, vt in qualibet parte litis possit obiici, vt inf. c. proxi. & c. pia, eo. tit. lib. 6. vbi patet, quod etiam post sententiam potest obiici ad executionem differendam, multo ergo fortius post conclusionem ad condemnationem differendam. Et pro hoc facit, quia rationes positæ in c. pia, præalle. militant etiam post conclusionem. Item quia æquitate suggerente quandoq; admittitur probatio, & suspēditur primum iudicium; vt in c. pastor. de causa pos. & propriet. & postmodum reperi hoc idem tenere Spec. in tit. de ren. & conclu. §. 1. vers. & scias. in hoc tamen articulo credo, quod de rigore iuris posset defendi prima opin. glos. quam sequitur Cal. quia in condemnatione seu declaratione cessat illa æquitas grauaminis, quæ fecit excommunicatum audiri. sufficit enim quod sibi prouideatur aduersus stimulum iniquitatis sententiæ per cessationem, nam concessum contra regulas iuris ex necessitate durat, quatenus urget illa necessitas, seu causa, ut in cap. Deus qui, de vi. & ho. cle. & in c. ex transmissa, de præscr. alia tamen opin. videtur verior, & minus deuiat a regu. iur. tum quia sequendo primam opin. fertur sententia per partē contra id, quod habetur in l. 1. hoc iudicio, ff. fam. erc. quod no. in l. 1. C. si aduer. rem iu. & per Innoc. de re iu. c. cum inter. Item oriretur alia difficultas, quia ex tempore cessat officium iudicis appellationis. Item adduco bonum tex. inf. ca. prox. vbi certo casu fit condemnatio expensarum in fauorem excommunicati, & satis est, quod executio & commodum sententiæ differatur in tempus absolutionis, ita & fortius credo dicendum

18 hoc casu, ut omnes istæ difficultates cessent. † quærit gl. circa med. quid si sententia in causa principali fertur pro actore excommunicato? & respondet eam non valere. intelligetu, quod non valet in effectu, quia non poterit pro ea agere durante excommunicatione, sed post absolutionem poterit petere illius executionem, vt dicitur in fi. gl. & probatur in c. pia, præal. vbi de hoc, nisi fuisset lata vigore rescripti impetrati ab excōmunicato, vt in c. 1. de resc. lib. 6. vbi de hoc.

16 † Ext. glos. quæro. quid si procurator[b] alicuius appellauit a b sententia lata contra se, demum fuit excommunicatus, nunquid poterit appellationem prosequi? variæ sunt opi. ut recitat hic Innoc. Quidam dixerunt, quod non, quia excommunicatus est voluntarius, licet enim teneatur appellationem interponere, nō tamen ipsam prosequi; ut in l. inuitus, C. de procur. & c. non iniuste, eo. titu. Alii dicunt, quod aut promisit appellationem prosequi, & tunc, ne veniat contra fidem, debet admitti; aut nihil promisit. & procedat prima opin. & hanc opin. videtur sequi Innoc. licet non firmet pedes. Ioan. And. dicit posse dici, quod etiam ubi expresse promisit, non tenetur hoc obseruare; quia, si expresse dixerit, promitto tibi, quod si etiam contingat me excommunicari, appellationē prosequar, turpis est promissio propter periculum animarum, & sic non est obseruanda, 12. q. 4. c. in malis. Si vero simpliciter appellationem prosequi, non tenetur statu sic immutato seruare, etiam si super hoc fuisset præstitum iuramentum, quia subintelligebatur hæc conditio, si status meus non fuerit immutatus, vt patet ex no. in c. quemadmodū, de iureiur. & hanc opin. puto uerissimam, facit quod in simili no. Innoc. in c. qualiter, & quando, il primo, de accus. in illa quæst. cum quis iurauit nulla ratione reuelare secretum, & postea producitur in testem. Item nō video, quomodo potuit iste nec tacite, nec expresse se obligare cōtra iuris dispositionem, cum pactis priuatorum ius publicū non immutetur. in c. si diligenti, de fo. competen. & l. ius publicum, ff. de pact. nec ualet protestatio iuxta no. in l. alimen

20 ta, C. de negot. gest. † Quæro hic excommunicatus auditur per uiam appellationis, nunquid eodem modo debet audiri, si impetrat super nullitate sententiæ? Hostien. quod sic, & idem tenuit infra, de re iudi. in c. quod ad consultationem, c mouetur, quia excōmunicato[c] reseruatur omnis defensio, vt hic, & sup. eo. c. cum inter. & nullam excludit, qui omnes inclusit, sup. de maio. & obe. ca. solitæ, ad fi. Item si se defendit appellando, ubi sententia est aliqua, fortius vbi est nulla, de ele. c. cum in cunctis. & qui filii sint leg. ca. per venerabilem, in princ. Item si diceremus contrarium, posset de facto in non modicum tempus grauamen executioni mādari, & sic excluderetur excommunicatus a defensione, subueniendum ergo est illi ante tempus, ne contra iustitiam opprimatur, arg. de ser. non ord. c. 1. & quod ibi not. Io. An. tenet cōtrarium per c. primæ, de resc. lib. 6. Hostiensis tenet idem, ꝙ supra in exceptionibus quæ possunt opponi, ne mandetur sententia exceptioni, de quibus in dicto c. quod ad consul-

21 tationem. † Ex his putat D. Ant. quod petens laudum reduci ad arbitrium boni uiri, debet audiri non obstante excom d municatione,[d] & similiter petens retractari sentētiam, quæ non transit in rem iudicatam, quia se defendit aduersus stimulum sententiæ stimulantis & periculum animæ, ubi in obseruatione sententiæ uersatur periculum animę. Ego puto, e quod excōmunicatus[e] prouocans non debet audiri, nisi quando præiudicium de pręsenti sibi infertur ex sententia, alias debet expectare, & cum mandabitur executioni, pote f rit de nullitate opponere,[f] & sic pōt obseruari opi. Io. An. & hæc sufficiant. Alia quæ Doc. hic tractāt, sunt satis expedita

22 sup. e. c. cū inter, & in c. a nobis. † Et maxime de illa qōne, an excom-

ADDITIONES.

a Cassando sententiam. Nunquid, si iudex pronunciat male iudicatum, importet condemnatoriam, vbi prima sentēa, a qua fuit appellatum, erat absolutoria, tradit Ang. Are. late in l. si captiuum, col. 10. ver. quæro de forma, ff. de appel. Imo. in l. in summa, ff. de re iud. & in l. ex consensu. § 1 ff. de app.

b ¶ Quid si procurator alicuius, qui appellauit a sententia contra se lata, excommunicetur a iudice compe. possit hac excommunicatione non obstante prosequi appellationem, & D. Ant. hic concludit quod non.

c ¶ Et uide ibi per D. Ant. in vlt. co. ver. nunquid autem. & per Mod. in l. de pupillo. §. qui remissionem ff. de ope. nou. nun. & per Bal. in c. intelleximus, in 1. col. de iudi. Et utrum excommunicatus audiatur contra sententiam per viam supplicationis, uide per D. Ant. in d. c. ꝙ ad consultationem, vlt. col.

¶ An excommunicatus possit supplicare, dicas ꝙ coram ordinario excommunicante potest supplicare, vt reuocet sententiam, vel etiam coram delegante, non autem coram delegato, de quo uide per Io. And. post Host. in c. quod ad consultationem. de re iudi. & an excommunicatus possit conqueri tam per viā appellationis, quam per uiam querelæ, vide quæ habentur in c. qua fronte, & ibi plene per Doct. de app. Ant. Fran.

d ¶ An excommunicatus petat reductionem ad arbitrium boni uiri, an autem excommunicatus possit compromittere in arbitrum, uide per Do. Ant. in c. cum inter, in 6. col. sup. eo.

e ¶ Excommunicatus. Idem tenet Bal. in c. cum inter, ad fi. sup. eo. sed contrarium tenet Cald. in consi. sub tit. de arbitris. Seb. Sap.

f ¶ De nullitate opponere. Pondera si exceptio nullitatis est notoria, quod possit opponi, alias secus, unde Bar. in l. de pupillo, § si ff de no. ope. nunc. ubi dicit, qd si petit tenetam nullam dici, uel reuocari, non auditur, alias secus, vt ibi per eum And. Barba.

a excommunicatus[a] audiatur petens in integ.restit. aduersus sententiam,a qua non appellauit, quam format hic Host.& refert contrarias opin. ipse vero concludit, quod si petitur restitutio ex clausula generali tali causa expressa, qua probata, nisi subueniretur, damnaretur innocens, vel periret anima,tunc est subueniendum,arg.supra eo.titu.c.cum inter.§.primo,& supra de restitutio. in integ.ca.ex literis.vbi vero petitur restitutio ex solo fauore dependens,repelleretur, cum de iniquitate iudicis, vel de iniusta sententia non quæratur;argu.ff. de minor.l.præfecti.æquitas enim suadet vt hi,qui sunt exclusi a participatione ecclesiæ,ab omni legum fauorabili auxilio repellantur,vt in authen. de pri.dohære.non præstand.circa medium.collat.8.hoc idem tenẽt D.de Rot. decis.442. Vt principaliter non petat, sed si velit restitui ad appellandum,tunc dicũt, quod admittitur, quia vt præambulum quoddam incidenter petitur, & omnia ordinatur ad finem defensionis,arg.in l.oratio,ff. de sponsa. & hoc sequitur Do. Ant. hic mihi placet indistinctè opinio

b Host.[b] nisi immineat periculum animæ. non enim est sibi subueniendum ex mero fauore,cum omni fauore carere debeat,vt citius resipiscat.d.c.pia,eo.tit.lib.6.Abbas.

ADDITIONES.

a ¶Et uide quod de hoc late scribunt Do.de Ro in nouis dec.434.

b ¶Opin.Host.Vide late Rotam decis.7. in titu.de except.in nouis.ubi tenet cum Host.quod excommunicatus non petit restitutionem in integrum, nisi ubi vertitur periculum animæ Seb.Sap.

SVMMARIVM.

1 Exceptio excommunicationis potest opponi contra actorem in quacunque parte litis,& si malitiose reus distulerit opponere, condemnatur in expensis.22.23.24. vbi ponitur, an indistinctè hoc casu reus condemnabitur in expensis.

Iudex potest ex officio publice excommunicatum a iudicio repellere.

2 Exceptio excommunicationis est dilatoria.

Exceptiones dilatoriæ regulariter opponuntur ante litem contestatam.

3 Participans cum excommunicato etiam in iudicio non euitat peccatum mortale,si excommunicatus est actor.si autem sit reus,vide remissiue.

4 Terminus præfixus ad aliquid faciendum non præcludit viam, quin lapso termino id possit fieri, quod si non esset factum, immineret periculum animæ.

5 Ratio, quare in matrimonialibus sententia nunquam transit in rem iudicatam.

6 Sententia lata in fauorem excommunicati nunquam mandatur executioni,nisi post absolutionem,

7 Iudex ex officio suo potest supplere in multis casibus, & in quibus.

8 Appellare non potest pars,si iudex non facit id, quod potest facere ex officio suo.

9 Exceptionum quot sint species.

10 Exceptiones dilatoriæ concernentes ipsum iudicium, quando opponendæ sint.

11 Exceptio declinatoria ipsius iudicis,quando proponenda sit.

12 Exceptiones dilatoriæ concernentes negotium principale,quæ sint, de quo mane.13.

13 Testes post dicta testificata non possunt examinari super directo contrariis.

14 Exceptio dilatoriæ concernens negotium principale nota, vel non nota iudici,si non sit apposita per partem,quid est agendum?

Iudex potest repellere actorem, quando cõstat sibi,quod nullum ius hẽt.

15 Exceptionum peremptoriarum aliqua non possunt opponi, nisi post litem cont.aliquæ ante,& post de quibus uide hic exempla.

16 Iudex in notoriis non debet pati causam deduci in iudicium.

17 Exceptiones peremptoriæ non oppositæ in causa principali possunt opponi in causa appellationis, nisi malitiose fuerint prætermissæ, dilatoriæ vero secus.

18 Exceptiones,quæ possunt opponi post lit.contest.possunt opponi in causa appellationis.

Appellatio suspendit effectum actoris usque ad litem contestatam.

Exceptiones peremptoriæ concernentes executionem sententiæ possunt opponi post sententiam.

19 Exceptiones anomalæ peremptoriæ quæ dicatur.

Exceptiones anomalæ dilatoriæ quæ sint.

Exceptio falsi procuratoris reddit iudicium retro nullum,& potest quandocunque opponi.

20 Regulariter post conclusionem in causa non admittuntur aliquæ probationes aut allegationes, nisi ex magna æquitate.

21 Exceptione excommunicationis probata,vel detecta an processus pars validus remaneat nullus, vel sententia tam respectu iudicis, actoris, aut rei,siue in causa principali,vel appellationis,siue coram ordinario,vel delegato?23.26.

25 Exceptio excommunicationis si malitiose non fuit proposita per reum in tempore congruo,in quibus expensis condemnabitur?

27 Publice excommunicatus quis dicatur ad effectum, quod participans cum eo peccet,vel quod ipsum possit iudex a iudicio repellere.

28 Iudex tenetur ex officio suo inquirere de habilitate actoris, vel accusatoris,& etiam super hoc examinare.

Excommunicatus ingerendo se communioni hominum magis peccat.

29 Reus cum non potest compellere actorem excommunicatum, ut prosequatur iudicium contra ipsum,vel quod incipiat.

Actor excommunicatus nisi prosequatur per procuratorem procedimus contra ipsum tanquam contra contumacem.

CAP. XII.

1 EXceptoinem †Reus in qualibet parte litis excommunicationem contra actorem obiiciens,auditur,& si malitiose distulerit in expensis condemnabitũ, & dato quod non excipiat,ipse iudex publice excõmunicatum repellet. Diuiditur.nam prima pars potuit dictum,quod dicit speciale,& exprimit cautam.secunda, ibi. Qui si.puniri iubet reum dolosum. Tertia præcipit sine ope exceptionis publicum excommunicatum repelli. † Casus literalis. Exceptio excommunicationis inter dilatorias numeratur, tamen si reus illam scienter omittat,nihilominus eam in qualibet parte litis opponere potest,quod est speciale in hac exceptione, cũ aliæ dilatoriæ ante litis ingressum sint proponendæ, & hoc statutum est ne aliquis in periculũ animæ excõmunicare cogatur; sed si eam omiserit vt actor fatigetur laboribus & expensis, condemnandus est in expẽsis legitimis actori.In fin.dicit,si aliquis est excommunicatus,iudex officio suo repellet eum ab agendo, quamuis huiusmõdi exceptio non opponatur. B.† Not.ibi: In periculum &c. quod cum excõmunicato non communicatur sine peccato etiam in iudicio,quod procedit indubie, cum excommunicatus est actor, & sic loquitur iste tex. Quod autem, si est reus,nunquid per se valeat esse in iudicio siue aliorũ pe-

4 riculo,dic ut legi.& not.in c.intelleximus,de mon. † No.2. vnam regulam notabilem, quæ contra tex.colligi non minus præfixus simpliciter ad aliquid faciendum, non præcludit uiam ad faciendum seu proponendum id, ex cuius omissione imminet animæ periculum, & hæc est ratio, quare in causa matrimoniali sententia non transit in rem iudica. vt in c.lator,& c.cõsanguinei,de re iud.de quo vide,quod plene dixi in c.iurauit,de prob.& vide bo.glos.in c.lator,& ibi

5 per Host.†Not.3.quod excommunicationis exceptio põt proponi post lit. contesta.etiam si malitiose non fuit proposita tempore debito.Ex quo infertur,quod crimen,quod potest proponi extraordinario tempore,etiam si malitiose fuerit prætermissum ordinario tẽpore. Sed certe hoc est propter peccatum imminens, quando viget pariter utroque tempore, alias uideretur secus,argu.in l.auxilium,ff.de mino.ad hoc, gl.no.in c.ad audientiam.2.de rescrip.& in c.inter monaste

6 rium.inf.de re iud.& quod no.ibi Host.† Not.hic casum notabilem,in quo fertur sententia condemnationis expensarum in fauorem excommunicati. optime facit iste text. ad no. sup.c. prox. vt etiam super principali possit pro eo ferri in causa appellationis a diffinitiua,dicit tamen Inno.& placet communiter Doct.quod licet hic fiat condemnatio expensarum, executio tamen differtur, donec excommunicatus fuerit absolutus, uel secũdum eũ est speciale in pœna istius rei,qui dolose distulit hanc exceptionem proponere.ego fateor hoc eẽ speciale, sed dico, quod sicut inducitur speciale hic ratione prædicta, ita dicẽdum est,ut sit speciale,quando cã grauaminis est coniuncta cum negotio principali, ut tunc in causa appellationis possit ferri sententia etiam pro acto-

7 re originali,ut plene dixi sup. c.prox. † Vltimo no.quod in publice notis iudex supplet ex officio. Item,iudicem posse iu-

c dicare[c] de eo,quod est sibi notũ,vt notoriũ,facit ad hoc bo.tex. cum gl.in l.1.C.qui & aduer.quos. Itẽ inhabilem põt iudex a limine iudiciorũ ex officio repellere, etiam si non repellatur a parte, quia hoc non est simpliciter statutum in fauorem partis,sed publicũ;ad hoc l.quos prohibet.ff.de postulan.& tex.cum gl.in c.quærendum. 2.q.7. quod procedit, etiam si pars ob culpam suam non posset excipere, vt glo. in

ADDITIO.

c ¶Iudicare.Vide D.Ant.de But.in c.bonæ,co.8.in.de postu.prela.ubi dicit,quod vbi constat aliquid iudici ex actis,potest supplere in notorio, etiam si pars nõ petat,quem sequitur Ales.in l.i.C.ut quæ desunt aduo.part.iu.supple & Fel.in c.cum ordinem.col 7.uer.prima declaratio.& colum.10 ver.quinta declaratio. sup.de rescrip.

in c.alienæ.ea. causa & quæstione,facit quod no.glo.in ca.
8 i.de ele.li.6.† Nũquid autem possit pars appellare,si iudex[a]
a ex officio suo inhabilem non repellit? Io.And. & Doc.com
muniter sequentes post Pet.tenent, ꝙ non, idẽ Spe. vult in
ti.de of.iud.§.impedit,ubi generaliter dicit iudicem nõ gra
uare,si non facit quod ex mero officio suo facere potest, ad
quod bene facit quod legi.in l.4.§.hoc autem iudicium, ff.
de dam.insc. qđ est singulariter not.& vide quod dixi sup.
9 c.proxi.† Quæro tex.hic dicit,ꝙ exceptio excõmunicatio
nis in dilatoriis proponẽdis omissa,potest proponi postmo
dum,sed reus venit condemnandus in expensis, si malitio-
se proponere distulerit. quęro igitur,qñ est tempus dilato-
riarum proponendarum? Sol.gl.i.hinc sumpta occasione ꝓ
sequitur hanc materiam exceptionum proponendarum,&
in effectu ponit tres species exceptionum,quædam.n. sunt
dilatorię,quædam peremptorię,& quędam anomalę,& de
clarantur ꝑ gl.sed dic latius & clarius,ꝙ quædam sunt dilato
riæ temporales.quædã peremptorię,& perpetuæ: ita distin
guit tex.Inst.eo.§.appellatur. quædam vero sunt anomalæ
respectu naturæ earum,quia ex toto non sequuntur naturã
10 dilatoriarum, vel peremptoriarum. † Dilatoriæ vero sunt
duplices;quædam.n.concernunt ipsum iudicium vt perso-
nam iudicis partis, vel rescriptum; quædam concernunt
ipsum negocium principale, seu rem de qua agitur.primæ
debẽt proponi & probari añ lit.cont. seu intra terminũ ex-
pressum præfixum a iudice ad omnes dilatorias proponen
das,vt probatur in ca.pastoralis.sup. eo.& cap. inter mona
steriũ.inf.de sen.& re iu.& l.fi.C.eo.ti. & no.in l. exceptio-
nem.C.de prob.vbi satis habes de hac materia,& maxime
b per Cynum;postea autẽ proponi non põt,nisi ortæ fuerit[b]
postmodum, ut in d.c.pastoralis.& c.insinuante,de of. del.
& l.2.de consor. eius.li. vel vbi de nouo peruenerunt ad no
titiam partis.arg.in d.ca.pastoralis, & in d.cap. vt circa, de
ele.li.6.& glo.no.3.q.6.c.si quis episcoporum. §. exceptio.
voluit Inn. in c. pastoralis.prælle. & vide quod circa hoc
dixi in c.2.in fi.de or.cog. Rõ autem regulariter quare.s.nõ
põt opponi post li.cont.est,quia pars li. contestatio dicit se
velle litigare,& sic ingreditur negotium principale; sed per
istas dilatorias dicit se nolle litigare,cũ vtilitate ad differen
dum iudiciũ, illæ.n.dicuntur dilatoriæ quæ veniunt ad dif-
ferendũ iudiciũ, vt in d.§.appellantur.& sic ex promotione
istarum post li.cont.resultat quædam contrarietas ut in ca.
cum causa, inf. de ap. & quod ibi no.merito tamquam con
trarius non debet audiri; vt in c.solicitudinem, de ap. & in
l.ubi repugnantia.ff. de re iu. Idem dicendum, cum propo-
nuntur post terminum datum ad dilatorias proponendas,
quia ille succedit loco termini iuris. s.li.cõt.ideo debet eo-
dem iure cum illo censeri.d.c.pastor.& no. Inn.in ca.ex ra-
ne.de app.facit c.maiores. de bap. ratio autem exceptioñũ
est,quia qõ de nouo superueneruot, vel ad notitiam nnui-
ter productæ sunt,non fuit liber consensus in litigando; qa
ignorans non consentit, vt l.nec ignorans. C.de don. & l.si
11 qui errorem.ff.de iur.om.iu.† Dicit tamen no.ista gl.ꝙ ex-
ceptio declinatoria circa iudicẽ nõ solum dẽt proponi ante
li.cont.sed etiam ante alias declinatorias: quia proponen-
do alias coram iudice, videtur approbare personã iudicis,
& sic non potest postmodum iudicem declinare.& idem te
net gl.in ca.inter monasterium.inf.de re iu.& ibi plene per
Doct.hanc tñ opi.sequitur Bar.in l.quidam consulebant.ff.
re iud.& l.fi.C.de excep.& l.non videtur. 2.ff.de iud.& pla
cet mihi hæc opi. quia quemadmodum producendo testẽ
uideor ipsius personam approbare, & postmodum repro-
bare nõ possum.4.q.3. c.testes. §. si quis testib. ita & ipsum
iudicem approbo litigando coram eo super aliis dilatoriis,
facit c. insinuante.de of. dele. & plenius dicam in d.c. inter
monasterium.Ideo cautela est ad euitandas opi.ꝙ exceptio
contra iudicem proponatur simpliciter.aliæ vero differanť
in exitum istius,aut proponantur sub conditione, si prima
non procedit. Si uero proponuntur omnes simpliciter, dic
quod videtur in dubio proponere illam quę est contra iudi
cem,& alias sub conditione.ar.in c. causam quæ.de rescri.
& ita voluit Bar.in d.l.quidam consulebant.quod est notã-
12 dum.Secundę dilatoriæ. s.concernentes negocium princi-
pale,sunt illæ,quæ concernunt ipsam rem,de qua agitur, vt
est dilatoria solutionis: vnde si petis a me x.& ego dico ꝙ
ego non teneor tibi soluere, nisi hinc ad annũ, quia sic fuit
a principio conuentum, vel fecisti mihi pactum ex post
facto, de hoc est dubium qñ debeat proponi & probari,de
hoc per gl.hic. vt in d.l.exceptionem.& plene per Inn.in d.
cap.pastoralis,& per Bar.& Cy.in d.l.exceptionem,& con
clude sic maxime post Inn. ꝙ aut exceptio opponitur ad
processum vt repellat actorem ab agẽdo, & debet proponi
& probari ante li.cont.sic seruatur in aliis dilatoriis, nõ.n.
potest actor agere ante tempus, vt in l.continuus. §. eoq;
tempore.ff.de verb.obliga.& l.item quia.ff.de pac. Aut op
ponitur ad merita causę. s. ne condemnetur ad soluendum
ante tempus,& tunc sunt opinio. Quidam dicunt ꝙ debent
proponi necessario ante li.con.& probari, vnde non sufficit
post li.cont.proponere,& probare, & hoc dicunt per illam
l.exceptionẽ,quæ sic videtur loqui,& ita videtur velle glo.
hic, & in d.l.exceptionem. & in d.c.exceptio, & ita tenuit
quãdoq; Pet.vt ibi recitat Cy.& hoc quia proponẽdo post
li. contest. videtur proponere causam subterfugiendi iudi-
cium,& hanc opin.recitat etiam Inn.in d.c.pastor. Alii di-
cunt,quod satis est proponere,& probare post li.cont.text.
in d.l.exceptionem,dum dicit,ꝙ debet proponi ante,loqui
tur de consilio,& non de necessitate,& hæc opinio videtur
cõior,& eam tenet Inn.in præal.ca. pastoralis. & Bart.in d.
l.exceptionem.& Iac.de Are.& Pe. vt ibi recitat Cy.& hęc
mihi plus placet.nam si opponitur ad merita causæ,satis est
eam proponere post li.cont. Concludit enim actorem ma-
le petere,ut in d. iurib. Ho. in d.ca.pastoralis, tenuit primã
13 opi.& d.Ant.secundam.† Sed circa hoc quæritur, vsque ad
ꝙ tempus hoc ultimo casu põt probari? Inno.dicit ibi,ꝙ vsq;
ad conclusionem in causa,& non postea; dixerunt quidam
ꝙ ꝑ testes probari non potest, nisi ante publicationem atte
stationũ super principali: sed tu dic melius,ꝙ aut articulus,
qui nunc formatur: est directe contrarius primo; & proce-
dit hæc opi.& ꝓbatur in c.fraternitatis,de test.& sic intel
lige & restringe gl.in l.perẽptorias.C.sent. rescin. non pos.
Aut nõ est directe contrarius. imo ambo facta sunt compas
sibilia,& tunc potest ꝓbari postea sicut obseruatur in quali
bet perẽptoria, vt plene dixi in c.i.de ord.co.& facit c.hnẽ.
de do.& cont.& in c.de testi.sup.de test. exemplum primi,
si post publicatas attestationes dico ꝙ ego promisi dare nõ
pure,sed ad tps. Exemplũ secũdi.si dico ꝙ ex post facto feci
sti mihi pactum de nõ petendo vsque ad annũ: hic.n.cessat
timor subornationis,sicut ĩ qualibet alia perẽptoria cõpassi
bili cũ facto principali,& hoc expresse voluit Io. An. in hac
dilatoria absolutionis,in addi.Spe.eod. titu. §.nunc dicen-
dum.facit quod not.Bar.in auth.qui semel.C.de ꝓb.& fa-
14 cit optime text.in d.l.exceptionem.† Ad idẽ quæritur, qd
si hæc exceptio dilatoria solutionis nõ fuit opposita? cõclu-
de post Bar.in d.l.exceptionem, ꝙ aut de eo nõ cõstitit iudi
ci,& tunc iudex simpliciter condemnabit secundum instru
mentum,& probõnes actoris. Aut constitit iudici,ꝙ reo cõ
petebat hęc exceptio,licet non fuerit opposita, & tunc aut
inerat obligationi, ut puta, quia a principio fuit cõuentum
vt fieret solutio post bienniũ, vel fuit oppositũ pactũ in con
tinenti de non petendo intra biẽnium,& tunc quia hoc pa-
ctum videtur inesse illi obligationi, ut l. lecta, ff. si certum
pet.iudex debet illum condemnare ad soluendum in termi
no,quia de qua re iudex cognouit,de ea debet pronũciare.
l.de qua re.ff.de iud.& c.cum super,de causa pos.& ꝓpri.&
in hoc casu intellige Inn.in d.c.pastoralis. Hos.tamen ibi di
cit,ꝙ iudex debet duplicare inducias ꝑ ca q̃ habẽtur in ca.
uno,de plus peti.sed de hoc vltimo dic,ut ibi no. Aut pactũ
de nõ petẽdo itra bienniũ fuit appositũ ex post fcõ,& tũc iu
dex cõdẽnabit pure: quia ex quo nõ opponitur exceptio,re
manet actio nõ elisa secũdũ Bart. & no.bñ hoc dictũ, & ita
c restringe dictum Inno.ex quo hẽs,ꝙ iudex[c] non debet sup-
plere

ADDITIONES.

a ¶ Si iudex. Iudex vbi potest ex officio agentem repellere, & si non repellit, non potest tamen ab eo appellari. Ad idem vide Io.An. hic in 4.col.circa me.uer. quid si iudex.& Pet.de Anc.post Lap.in c.pia,in antepe.co.de excep.lib.6.

b ¶ Ortæ fuerint. Alium casum in quo exceptio dilatoria potest opponi post lit. contest. ponit Ang.in l.si quis libertatem.ff.de pet.hær quem sequitur Fel.in cap. super eo. supra de of.del.in prin.uidelicet quando tertius comparet pro suo interesse,& casum in quo exceptio dilatoria superueniens post litis cont.non põt opponi,ponunt Bar & Bal.in l.nihil.C.de procu.videlicet quando post dilatoriã superuenientem allegans est aliquis actus ulterior circa merita causæ cum parte aduersa,quia tunc sicut li.con.sequens excludit dilatoriam,vide Fel.in c.cum M.Ferrarien.uers.& hic incidenter.supra de constitutio. Seb. Sa.

c ¶ Iudex. Vide Pa.de Cas.& Alex in l.vbi pactum. C. de transa.vbi dicit iudicem non teneri supplere exceptionem,etiam quæ inest obligationi.vide Fel.in c.cũ ordinem.uers.6.declaratio. Seb Sapia.

plere peremptoriam ad commodum partis non opponentis,licet de ea constet,facit l.4.§.hoc autem iudicium, ff. de dã.inf.& quod no.In.in c.ad nſam.2.de iureiu.ſecus vbi cõſtaret nullum ius competere actori,vt in c.ſacerdotib.11.q.1.no.Inn.in c.1.de of.dele.& in l.ſi pupilli.§.videamus.ff.de neg.ge.& uid.quod no.Bar.in d.l.lecta,& hęc de dilatoriis.

15 Circa † peremptorias dic quod quædam ſunt peremptoriæ reſpectu actionis , ut quia directe opponuntur actioni, ut pcm de non petendo , quædam ſunt peremptoriæ reſpectu intẽtionis,vt qñ non competit actio,puta,quia reus ſoluit, ut dixi ſup.ſuper rubr. Item, quędam peremptoriæ concernunt ipſam obligationẽ,ut pactum de non petendo.Quędã vero concernunt exactionem,ut eſt exceptio , quæ competit uiro;cum conuenitur ſuper reſtitutione dotis,ut non teneatur vltra,quam facere poſſit,de qua in l.alia,& in l.ex diuerſo.ff.ſo.ma. Item pone exemplum in exceptione compẽſationis,ut in l.q in diem.§.1.ff. de compenſa.primæ exceptiones regulariter debent proponi & probari poſt litẽ cõt. vſque ad concluſionem in cauſa.d.l.peremptorias.intelligẽdo tñ,ut dixi in d.c.1.de ord.cogn.& ſecundum quod ſupra dixi in dilatoria ſolutione. non autem pñt proponi ante li. cont.quia cum iſtæ concernant negotium principale,oportet q prius partes ingrediãtur iudicium ſuper ipſo negotio principali,quam deueniant ad conflictum,ſicut ĩ bello materiali.non.n.prius pñt pugnare,quam vtraq; pars ingrediatur in campum,hoc fallit in exceptionibus litis finitæ, quæ pñt opponi ante,& poſt,vt eſt exceptio rei iudicatę,tranſactionis,vel iuriſiurandi,de quib.dicẽdum, vt in c.1.de de li. conteſta.li.6. ratio eſt in illis,quia cum ſuper inſtantia lis inchoata fuerit,& finita,noluerunt iura,vt pars iterum cõpelleretur aſſumere nouum iudicium,quia ſic proceſſus poſſet eſſe infinitus. Item fallit vbicũque peremptoria eſt notoria.

16 Quia † in notoriis non debet iudex pati cauſam deduci in iudicium, vt eſt bo.tex.in c.qñ,de fi.presb. voluit no. Spe.ĩ ti.de excep.§.dicto.uer.ſed pone ,& uer.maritus, & no. Io. An.in c.1 .Idem ſi probatur per inſtrumentum contra quod actor nihil excipit,ſeu exciperẽ põt.ut no. dicit Io.An.ĩ add.

a Spec.eo.ti.§.d.ver. ſed an reus. Idem vbicunque exceptio[a] concludit actori ius non competere , vt puta, ſi excipio, q ego ſolui,poſſum enim proponere ante lit.cõteſta.& impedire conteſtationem,quia ſi nullum ius competit actori ergo non poteſt agere, quia ſine actione nemo experitur, vt l. ſi pupilli. ff.de neg.ge.ergo non teneor intrare iudicium, & hoc tenet Bar.in l.cum quęrebatur,& l.uir bonus, ff.iud.ſolui.& bene facit ibi tex.vide aliquas alias exceptiones in materia per Spe.in d.§.dicto.uer.hoc tamen fallit,& per Arch.

17 in d.c.teſtes.§.exceptio.3.q.6.† Itẽ ſcias,q ſi iſtæ exceptiones peremptoriæ omittuntur in inſtãtia principali,poſſunt opponi in cauſa appellationis , ut in c.cum Io.de fid.inſtru. & l.per hanc,C.de tempo.app.niſi malitioſe fuerint prætermiſſæ.vide ad hoc quod no.gl.& Ho.in c.inter monaſteriũ, de re iud.& in ca.ad audientiam.2.de reſcr.& hoc ſequitur D. Ant.hic,quod eſt no.ſecus ĩ dilatoriis.illæ enim indiſtincte proponi non pñt in cauſa appellationis,vt eſt tex.nota. l.ita demum.C.de procu.& hoc quia in cauſa appellationis durat effectus conteſtationis factæ in principali,ut in c .per

18 tuas,de appel.& in l.fi.C.de temp. appel.† Conclude tamẽ, q in illis caſibus,in quibus poterant proponi in cauſa principali poſt conteſtationem, poterunt regulariter opponi in cauſa appellationis; quia appellatio ſuſpendit effectũ actionis vſque ad tẽpus lit.cont.ut dictis iuribus,& l.1.ff.ad Turpil.& in ca.veniens,de iureiu.& no.Bart.in l.ita demũ.Aliæ vero peremptoriæ non concernentes principalem obligationem , ſed exactionem poſſunt proponi ; & probari poſt ſententiam,vt d.l.ex diuerſo,in fi. & l.quod in diem,de cõ-

b penſa.& idem in ſimilibus. & uide[b] gl. in d. cap. exceptio,

19 & not.Cyn.in d. l. exceptionem. † Quædam ſunt(vt dixi) exceptiones anomalæ,quæ non ſequuntur regulam aliarũ, de peremptoriis habuiſtis ſup.multa exẽpla,vt patet in illis quæ poſſunt opponi li.cont.vel poſt ſnĩam de dilatoriis poteſt exemplum poni in ſententia excommunicatonis , quæ poteſt opponi in qualibet parte iudicii , & uide bon. tex.in clem.vna,eod.titu.Item exceptio falſi procuratoris, & quęlibet alia,quæ reddit iudicium retro nullũ , poteſt opponi quandocunque, de quo in c.in noſtra, de proc.& in l. licet,C.eo.tit.dico tamen,q exceptio excommunicationis poteſt opponi,etiam poſt concluſionem in cauſa.ar.in cap. pia.præal.& no.voluit Spec.in tit.de renunc.& conclu.§.1.

20 ver.& ſcias.† Regulariter autẽ poſt concluſionẽ non admittuntur aliquæ probationes,nec etiam allegationes,ut in ca.

c cum dilectus,[c] de fi.inſtr.no.Inno.in c paſtoral.de cau.poſ. & proprie.niſi ęquitas magna contrarium ſuadeat,ut in ca. paſtoral.no.Spe.in uer.præal.& hæc ſufficiant quo ad mate

21 riam primæ gl. † In eo q gl. iſta variat an probata exceptione excommunicationis proceſſus prius habitus remaneat

d nullus,[d] dic melius,q aut probatur excommunicatio contra iudicem.& dic ut leg. & no.in ca.ad probandum , de re iu. Aut contra partem,aut contra reum, & non nocet excõmunicatio,vt in ca.intelleximus.de eo tamen dic ut leg. & no.in c.cum inter.& ca.dilecti.ſup.eo. Aut contra actorem, & ſi ſumus ĩ cauſa appellationis.dic vt ſup.c.prox. & ſi ĩ cauſa principali , aut agebatur coram ordinario, & ualent geſta,antequam repellatur, vt in ca.pia, eo.tit.lib.6. Aut corã

22 delegato,& dic ut in c.1.de reſcri.eo.lib.† Opp.& videtur,q ſi ſcienter omittitur exceptio excommunicationis ante lit. conteſt.non poſſit opponi poſtea, vt in c.inſinuãte. de offi. deleg.Sol.gl.3.hoc eſſe ſpãle in excommunicatione,vt dixi ſup.

ADDITIONES.

a ¶ Exceptio. Vide Fel.in c.ſuper literis.in fi.uer.vl.an quantum Ab.ubi reprobat Abbatem ibi tenentem,q omnis exceptio peremptoria poſſit opponi ante li. cõt.dum pars ſtatim & incontinenti velit probare eam,& idem reprobat hic ver.datur alia fallentia. Seb.Sap.

b ¶ Et vide no.quia Pan.hic vult,q iſta exceptio,ne maritus exigatur ultra quã facere poſſit,ſit peremptoria,& idem voluerunt gl.& Bar.in l.3.C.de iur.& fac.ignor.ſed in hoc errant,quia immo exceptio, q quis non exigatur in effectu vltra quam facere poſſet,quæ competit marito damnato in ſolidũ [illegible] dilatoria [illegible] gl.ordi.[illegible] & no.in d. §.appellantur.in verſi.agentibus ſimiliter & [illegible] Ang.de Are.gl.& ibi ipſemet. Bar.in l.3.ff.de excep.Bar.& [illegible] l.ex diuerſo.§.[illegible] Bar.in l.quo[illegible] ff.de cond.[illegible] & Iaſ.in d.l.[illegible] appar[illegible] nam [illegible] exceptiones peremptoriæ [illegible] tollunt intentionem agentis. Iſtæ vero,quæ non tollunt in totum,ſed [illegible] ad aliquod tempus,ſunt dilatoriæ,vt declarat tex.in d.§.appellantur.[illegible] exceptio competens marito donatori,& ſimilis non tollit in totum,ſed [illegible] quia poſſet maritus [illegible] ſoluẽdo,quod lex in dubio præſumit.l.ſi defunctus.C.arb.tu. ergo apparet q eſt exceptio ſolum dilatoria.item non competit niſi marito, ergo eo mortuo , ceſſat, ſolum ergo eſt dilatoria. Tertio patet,quia ſi maritus ſoluat,non repetit,quare? quia iſta exceptio cenſetur dilatoria.nam ſi cenſeretur peremptoria,poſſet ſolutum repetere.l.quo [illegible] & l.[illegible] & ſi maritus, ff.de cond.inde.

¶ An exceptione quis conuenitur vltra quam facere poſſit , ſi ſit dilatoria vel peremptoria,unde [illegible] in l.ſunt.ff.de re iud.vbi per Bar. & in l.4.ff.de exc. & in l.ſi creditores.ff.de ſepara.& vide Bar.in l.cura.§.[illegible] ff.[illegible] & [illegible] q eſt temporalis quo non prodeſt [illegible] , qui poſtea locupletior factus eſt.& quod etiam videtur Bar.in l.3.præal.& in l.ſed maritus,C.ſo.matri. & in l.non tantum.in §.eo.de [illegible] & vide Pau.de Caſt.in conſil.141. vbi dic.1.q talis exceptio poſſit opponi etiam in executione ſententię , & quibus perſonis competat talis exceptio,& quibus non,vide glo.& Abb.in c.cum ca. de [illegible] relequa dicit,q debitor pauper in ſo.[illegible] non tenetur vltra quam facere poſſit.& vide Ang.in l.3.§.hæc ſtipulatio,ff.[illegible] cum pluſquam per l.F.[illegible] A[illegible] Fran.

c ¶ In c.cum dilectus.Vide ib. Fel.ampliãtem,& limitantem pluribus modis,& D. Iaſ.in rep.l.admonendi.in ver.[illegible] omnib.ff.de iureiur.Seb. Sap.

d ¶ Nullus.Tu vide etiam glo. in l.[illegible] exceptiones autem perpetuæ,& in l.fina.ff.de exce.glo.& ibi Pau.de Ca. in [illegible] ff.de re iud.eſt etiam tex. apertior,q exceptio,ne quis conueniatur,niſi inquantum facere poſſit,poteſt opponi etiã poſt ſententiam in l.qui [illegible] in pri.ff.de don. & l.Neſen ff.de re iu.Quod limitat per Bal.in l.ab executione, circa fin.C.quorum ap.non reci.vt ſit verum [illegible] iudex ante ſententiam ſtatuiſſet terminum parti ad opponẽdum omnes exceptiones peremptorias,dilatorias, & anomalas,prout tota die ſit,tunc ſi iſtæ exceptiones,quę diminuunt executionem, non fuerunt oppoſitæ ante ſẽtentiam,nõ poterunt etiam opponi poſt ſententiam,quod ſi eſt uerum,multum limitat iſtam doctrinam Panor.& Bal.in l.3.C.de iu.& fa.igno.iſtam limitationem ſimpliciter ſequitur D.Alex.de Imol.in d.l.ex diuerſo.§.fi.& nullus contradicit, bene facit tex.in c.paſtoral.ſupra eod.[illegible] tex.loquitur in exce.dilatoriis.teneas ſemper cordi, quia in practica quotidie ſit. ſecundo limita niſi tales exceptiones fuiſſent oppoſita ante ſententiam per partem & reprobatæ per iudicem , tunc non poſſent opponi poſt ſententiam in exec. ratio eſt,quia ex quo fuerunt expreſſe reprobatæ dicerentur tunc opponi contra ſententiã, nec eſſent tunc compaſſibiles cum ſententia.gl. eſt ordi.in d.l. Neſen.§.fi.no. Dy.& Bar.in d.l.ex diuerſo.§.fi.Bal.in d.l.executione. [illegible] in aliis caſib.& ſimilib.in quib. tales exceptiones peremptoriæ poſſunt opponi poſt ſententiam poſſunt etiam opponi poſt tempus quadrimeſtre, quod datur condẽnatis ad ſoluendum.gl.eſt multum ſing.q ſic,quam multum no.ad extenſionem huius doctrinę in d.l.ab executione,in ver.extende , circa med. quã Bar. ibi multum no.commendat.

¶ Circa hoc de exceptione peremptoria an poſſit opponi poſt ſententiam & infra tempus quod datur iudicatis ad ſoluendum, dicas q regulariter non poteſt opponi poſt ſententiam, niſi per minorem reſtitutum in integrum ad opponendum,ut in l.peremptorias,C.ſent.reſcin.non poſ.de quo etiam per Pau. de Caſt.in l.1.C.de iur.& fac.ignor. poſt alios. & uide gl.ordi.in l.tamet ſi ff. de excep.rei iudi.& in l.poſt rem in §.1.ff.de tranſa.& vide Spe.in tit.de exce. in §.3.verſi.hoc tamen,vbi ponit [illegible] caſus, in quibus admittitur poſt rem iudica. Ant.Fran.

¶ Adde q cum exceptio ſemel eſt appoſita,& ſuper eo cognitum,& iudex proceſſit ad ulteriora, q vlterius non poteſt deduci ad eandem finem Rom.conſ.318.& quæ exceptiones poſſunt opponi poſt ſententiam,uide Ant.in conſ.6.

sup. ratio specialitatis colligitur ex tex. & facit hæc gl. ad id, quod dixi in notabilibus, & aduerte, qđ enim hic dicitur, procedit quando excommunicatio opponitur dilatorie, s. ad differendum lites modo prædicto, si uero peremptorie, puta ad inferendam electionem nullam propter excómunicationem eligentium, tunc opponitur post lit. conte. sicut alia peremptoria, ad hoc quod no. in d. cle. i. eo. ti.

23 † Op. & videtur, ꝙ reus non debeat condemnari in expēsis, si excommunicationem probat contra actorem, qm̃ actor non frustra fecit illas expensas, cum teneāt omnia gesta, donec expellatur, & eo absoluto poterit illis vti, vt in d. c. pia, e. ti. lib. 6. Sol. dicit gl. in uer. condemnandus, ꝙ olim processus erat nullus, alias procederet cōtrarium: hodie vero secus, vt in d. c. pia, & sic sentit ꝙ hodie hꝫet locum ista condemnatio expensarum, & hoc respectu excōmunicationis actoris, sed respectu iudicis dicit gl. processum non tenere, si excommunicatio erat notoria per d. ca. ad probandum, de re iud. sed gl. non aperit, an malitiose differens opponere contra iudicem sit condemnandus in expensis, cū frustra alia pars reperiatur expensas fecisse circa processum nullum. Ego credo, ꝙ aut actor ignorabat, & habebit locum condēnatio per rationem huius tex. Aut sciebat iudicem excommunicatū, & seipsum decipit. ideo debet cessare condemnatio, ad hoc l. i. ff. de act. empt. & quod not. in d. ca. ad probandum. Item respectu partis, dicit Io. And. per rationem huius glo. & hunc tex. ꝙ si malitiose distulit reus opponere exceptionem excommunicationis contra rescriptum impetratum ab excommunicato, ꝙ locus erit cōdemnationi expensarum, cum expensæ litis interim sint perditę, per c. i. de rescr. lib. 6.

24 † Sed extra gl. quęro, nunquid indistincte habeat locum hæc condemnatio expensarum data inualiditate processus? dic, ꝙ non. Primo enim requiritur, ꝙ malitiose reus distulerit opponere, vt patet ex litera. & ideo dicit Inno. ꝙ si ex iusta causa reus distulerit, puta quia tunc non habebat probationes paratas, cessabit hæc condemnatio, quod etiam placet Host. alleg. l. argentarius. §. pe. ff. de edē. adduco bo. text. in ca. plerunq;. 2. q. 7. Secundo requiritur, ꝙ actor ignorauerit se excommunicatum, ut puta quia absens existens in remotis fuit excōmunicatus. arg. de appe. ca. cum sit, & reus hoc sciebat, & malitiose distulit. vnde cū actor non deprehendatur in aliqua culpa, merito reus dolosus condemnatur actori bonę fidei, vt hic, & arg. in c. apostolicæ. de cle. excom. mi. si uero actor sciebat se excommunicatum, tunc cessabit hæc condemnatio secundum Host. Pet. & Abb. quia vterque reperitur in culpa, vñ compensabitur dolus cum dolo, & culpa cum culpa, ff. de dolo. l. si duo, & ff. de compensa. l. si ambo, & inf. de adul. cap. pe. & vlti.

a Ego dubito[a] an hoc si uerum. Primo, quia text. iste exposcit seu ponderat malitiam rei, & nil dicit de ignorantia actoris. Secundo, quia prȩsupposito, ꝙ actor sciat se excommunicatū, non tñ est in dolo, sed in culpa dūtaxat, de cleri. excom. mi. c. illud. sed reus, qui malitiose distulit causa decipiendi ipsum actorem, est in dolo, dolus aūt ꝑponderat culpæ, vt l. item si obstetrix. ad l. Aqui. Itē reus punitur ex suo dolo duntaxat, quia non opposuit tempore debito, sed malitiose distulit. nō enim deberet de rigore post tp̃s admitti, pro prima tamen opi. potest sic argui. scienti non fit iniuria neque dolus, vt in regula, scienti, de reg. iur. lib. 6. & actor sciens se excommunicatum, & nihilominus se ingerens seipsum decipit, ut in l. i. ff. de act. empt. Item iste ꝓcessus erat nullus, etiam si iste reus nunquam opposuisset saltem secūdum hæc tempora, vt noluit ista glo. ergo, ꝙ reus nunc excipit, non lædit actorem, imo potius consulit, quia melius est nunc opponere, quam nunquam opponere, forte hæc pars est verior.

25 † Vlterius quæro, in quibus expensis fiet ista condemnatio? conclude secundum Inn. ꝙ aut excōmunicatio probatur, & habebitur respectus ad omnes expensas factas super principali, vel aliis exceptionibus vsq; ad tempus oppositæ exceptionis excommunicationis. ad expensas autem, quas reus fecit in hac probanda exceptione, non condēnabitur actor, quia in hoc non vexauit actorem, quod patet ex sñia pro ipso lata, argu. C. de iud. l. rem non nouam. Ego intelligo hoc de expēsis factis a tp̃e, quo fuit in mora excōicationem obiiciendi. nam ante moram, cum non fuerit in culpa, non video, quare debeat condemnari in expensis, arg. in c. 2. de consti. & quod no. in c. cum dilecti, de do. & contu. vt puta in expensis, quas fecit actor in citando, vel libellum porrigendo, & similibus. non eñ tenetur reus illico obiicere, cum in multis casibus potest excōmunicatus interuenire in iudicio, ideo potuit reus añ omnia petere copiam libelli, ar. in l. non videtur in iudicē, & quod ibi no. ff. de iudi. Si vero reus excōmunicationem probauit, tunc solum actor condemnabitur in expensis factis in hac exceptione, non autem in aliis, quia non frustra actor illas fecit, cum possit prosequi negotium principale. inf. c. pia, hoc ti. li. 6.

26 † Quæro, quid si excōmunicatio erat occulta, nunquid reuocabitur processus, vel sñia, excommunicatione non detecta? Sol. gl. antep. arguit per istū tex. ꝙ non, quia non cogitur quis diuinare. Aduerte, quia hoc poterat procedere de iure antiquo, sed hodie dic in iudice, vel legato, vt not. in c. ad probandum, pręal. respectu actoris, dic ꝙ si gestum est coram ordinario, valet indifferenter siue sit occultus, siue publicus, ut in d. c. pia. si coram delegato, nō tenet processus, si rescriptum fuit impetratum ab excommunicato, licet occulto, per c. i. de rescr. lib. 6. & ibi per Io. An. facit quod no. Inn. in ca. cum dilectus, de cōsue.

27 † Sed quæro hic, dicitur excommunicatum publice per iudicem repellendum, licet reus non excipiat, quando dicitur publicus? Sol. dicit gl. multum not. ꝙ si iudex[b] tulit illā sententiam in loco, vbi publice iudicare cōsueuit præsentibus officialibus suis, & partibus, vel altera per contumaciam absente, satis dicitur publicus, alias secus, ad hoc adducit l. si vt proponis, C. quomodo & quando iu. illa lex (ut dicit Io. An. & bene) parum facit. solum enim probat a cōtrario sensu, ꝙ sententia tenet, non autem, ꝙ dicatur notoria seu publica, sed melius facit secūdum eum l. in donationibus. C. de do. & quod ibi no. & de testa. l. omnia. Finaliter dicit tenendum, quod no. in c. cos. de sepul. in gl. ver. publice, & ibi obscure loquitur. videtur tñ ibi uelle, ꝙ respectu aliorū non dicitur quis publice excommunicatus, eo ꝙ sententia fuit lata præsentibus officialibus, & partibus, vt dicit ista glo. quia iura exigunt publicitatem respectu aliorum quo ad hoc vt præsumatur scientia, & sic ex multitudine assistētium tempore excommunicationis dicemus eam publicā, vel occultam. Ego dicerem, ꝙ aut agitur de pęna incurrenda respectu cōicātium publice ipsi excommunicato, & habet locum illud dictum Io. And. quia verba debent stricte capi, ne quis puniatur, & maxime sine culpa, nam de facili non habetur notitia de eo, quod iudex egit in bancho suo coram paucis, sed respectu ipsius excommunicati satis credo excommunicationem esse publicam, si ipse interfuit, vel fuit ad hoc citatus, quia id, quod fit in iudicio, dicitur notoriū in c. vestra, & in c. si. de coha. cle. & muli. quinimo dicitur id, quod ex probatione constat, manifestum, vt in c. olim, de uerb. sig. & per hoc infero, ꝙ etiam vbi agitur de incurrenda poena, vt in casu illius clem. eos, respectu scientium sentētiam esse latam, prout hic dicitur in hac gl. dico istum dici publice excommunicatum, & sic isti incurrent poenas inflictas contra cōicantes, vel sepelientes publice excōmunicatū, licet aliter, & minus bene videatur sentire ista gl. Itē quo ad dispositionem huius c. vt iudex illum repellat. gl. ista optime loquitur, vt in d. c. vestra, in si. Credo etiam, ꝙ si non fuit excommunicatus in iudicio, sed extra, ex quo non fuit publice excōmunicatus, sufficit. & credo, ꝙ uerbum, publice, non debet hic capi pro notorio, sed ꝓ specie distincta a notorio, iuxta nota. in d. c. vestra, & satis est, si probari potest excommunicatus, sicut eñ pars potest opponere excōmunicationem, licet nō sit notoria, ut hic, & in d. c. pia, ita & iudex, cum hoc fiat in fauorem publicū; ratione cuius potest iudex supplere ex officio, ut no. in l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de dā. infe.

28 † Item iudex tenetur ex officio suo inquirere de habilitate & inhabilitate accusatoris, seu actoris, ut 2. q. 7. c. quærendum, & l. quos prohibet. ff. de postu. l. filiusfamilias. §. milites. ff. de procu. & ad hoc potest testes accipere, & ad hoc quod not. Bar. in l. i. prope fi. ff. de quæstio. vnde ponitur hic, publicum, vt differat ab occulto, quia si probari non potest excommunicatus, licet sit in

ADDITIONES.

a ¶ Ego dubito. Tu pondera, quia hic dicitur, ꝙ ideo punitur reus, quia fatigauit actorem laboribus, & expensis, sed ista ratio habet locum, licet actor sciat se excommunicatum, ergo &c. Item quia mitius agitur, cum actore hoc casu, quia alter potest excusari, sed in reo arguitur malitia. An. I Barb.

a ¶ Quod si iudex. Vide Fel. in c. ad probandū in 2. col. ver. & no. ꝙ si testes. infra de re iud. vbi dicit, quòd ad hoc vt gesta per excommunicatum valeant, requiritur quòd non solum sit occultus vni parti, sed ambabus & ibi late an iniungat quid possit facere excommunicatus occultus. Seba. Sap.

sit in veritate excommunicatus. debet iudex silite, alias opponere, & repellere, ad hoc 2.q.7.c. plerũque. & 7.q.2.c. si qñ, & c. placuit. quæ iura ad hoc optime faciunt; hoc enim prodest ipsi excõmunicato, cum se communioni hojum ingrediendo peccet, de cle. excommunica. minist. ca. [a] illud. ac aliis, qui scienter cum animarum periculo ipsi cõicauerunt, facit ca. cum nõ ab homine, & quod ibi no. de sen. excom. & quod ibi habetur in gl. seq. † Et per hęc possunt decidi duæ quæstio. quas ponit hic Ion. primo, quid si actor oblato libello repellit iudicis officio, sed reus istat, vt agat, & prosequatur. quod potest reus facere, [b] iuxta no. in auth. qui semel. C. quõ & quando iud. & c. causam. de dolo & cõtu. nunquid iudex debet eum repellere? Inno. dicit, ꝙ non, idem videtur ibi dicendum, si reus non fuerit adhuc conuentus, sed timet ab eo cõueniri, vnde potest reus [c] instare, vt compellatur agere iuxta formam l. diffamari. C. de ingenu. manu. & c. conquerente, secundum vnam lect. de offi. ord. nam si diceremus contrarium, sequeretur ꝙ id quod statutum est io fauorem non excommunicati, retorqueretur in ipsi^{9} odium contra l. quod fauore. C. de leg. & cap. quod ob grãm, de reg. iur. lib. 6. Ego per prędicta dubito, an hęc sint vera, quia non agitur hoc casu de vtilitate partis tantum, sed de publica. hinc est, ꝙ parte non excipiente iudex supplet, & pro hoc dicto sunt duæ gloss. Prima in cap. quærendum est, super verbo, a iudice. & in cap. alieni. in gl. in uer. arg. ꝙ iudex. 2.q.7. ergo non potest sola voluntas rei impedire iudicis officiũ. sed si reus potest in hoc [d] aliquod prætendere interesse, procedat tunc opi. Inno. & videtur satis honestum, vt agat per procuratorem, alias procedat cõtra eum tanquam contra contumacem, quia non legitime cõparet in iudicio, & hæc sufficiant. Abb.

ADDITIONES.

a ¶ Vide Pau. de Lea. in commen. c. si celebrat. de cle. excom. mi. in pen. q.

b ¶ Reus facere. Qđ si reus instat, ꝙ actor excõicatus agat, an iudex poterit illũ repellere. vide Io. de Fã. & Doc. 2.q.7.c. quærendũ, & c. alieni. vbi pulchre loquũtur. & Inn. & pro eorũ snia vr text. in d. c. p a, in prin. de excep. li. 6. And. Barb.

¶ Circa illud de excommunicato, an compellatur agere, dicas, ꝙ excõicatus regulariter nõ agit, vt plene traditur in c. intelleximus, de iud. imo si ageret et parte non opponente, põt officio iudicis repelli, vt in c. pia. in fin. de excep. li. 6. & per Phi. in c. cum parati, in 3. col. de appe. & vide Spe. in ti. de offi. iud. in §. 2. in fine. & in 4. in ver. item post. & vide d. Ca. in cle. 1. in 10 q. de excep. Imò potest excõicatum repelli, et a tertio cum ius non intersit, si opponat cõtra eum, sm Phil. in d. c. cum parati, de quo tñ ibi dubitat Io. de Imol. nec credo, ꝙ possit compelli agere per se, nisi vel ut constituat procuratorem, vel ut absoluatur, vt possit agere propter periculum participij, per ea quæ habentur in d. c. intelleximus. Ant. Fran.

¶ No. sm limitationem ad c. insinuante de of. del. & idẽ dicit D. An. hic in 6. co.

c ¶ Potest reus. Vide Abb. & alios, in c. intelleximus, col. pe. ī. de iudi. & Io. de An. in c. dura. col. 3. ver. quid autem. ī. de crimi. fals. Bald. & Ang. in l. nulla. ff. de legib. Seb. Sm.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio rei iudicatæ non competit reo absoluto, quia non possidebat, si post sententiam inceperit possidere, nu. 3 intellige, vt infra nu. 10.*

2 *Conuentus realis, si non desiit possidere absoluitur.*

4 *Si reus fuit absolutus, quia non venerat dies, vel conditio, non prodest sibi exceptio rei iudicatæ adueniente die vel conditione.*

5 *Rei vendicatio datur etiam contra simpliciter detentorem, nisi nominauerit dominum in iudicio.*

6 *Dolo desinens possidere habetur pro possessore.*

7 *Possessor, quia a principio fuit in dolo, vel in mala fide tenetur re perempta, vel si sine dolo desierit possidere.*

8 *Dolus debet probari ab illo, qui ipsum allegat.*
Possessor quomodo probabitur dolo desijsse possidere?
Dolus probatur ex coniecturis.

9 *Offerre liti quando quis dicatur ad hoc, ut non vitet pœnã offerentis se liti?*

11 *Conuentus rei vendicatione, & absolutus, an censeatur absolutus, quia non possidet, an quia nil fuit probatum contra ipsum?*
Sententia præsumitur lata in id, quod acta sonant.
Sententia præsumitur lata ex leuiori causa.

12 *Possessor qui rẽ, ad quã conueniebatur, desiit possidere, an condẽnabitur, & ad qd, & quõ, & an teneatur ad fruct^{9} si rem ñ possidet sine culpa?*
Fructus quo casu possunt peti re perempta?

13 *Exceptio rei iudicatæ obstat, si finis agendi idem est, licet modus agendi sit diuersus.*

14 *Exceptio rei iudicatæ obstat, tñ in ꝓsecutis, licet petitio fuerit generalis.*

CAP. XIII.

a 1 ADuersario. [a] † Non cõpetit exceptio rei iudi. reo absoluto; quia non possidebat, & nõ diuiditur. Casus liter. Aliquis conuenit aduersarium suum super aliqua re, quã possidebat tempore litis cotest. Sed quia postea sine dolo desiit rem illam possidere, fuit absolutus, postea eandem rem cœpit possidere, actor petit eandem rẽ quęritur an res iudicata ei obstet? Et respondet Papa, ꝙ nõ obstat exceptio rei iudic. B. † No. i. ꝙ in actione reali venit sententia absolutoria ferenda, si reus sine dolo pendente iudi-

3 cio desiit rem petitam possidere. † No. 2. exceptionem rei iudicatæ non competere, quando cessat causa sententiæ iam latę, licet eadem sit causa petendi, & idem corpus vel quãtitas petatur, ac eadem sit personarũ cõditio. hic enim omnia ista concurrebant, sed quia absolutio fuit facta, quãdo reus desierat possidere sine dolo, quia cessat ratio sentẽtiæ, procedit iudicium exceptione rei iudicatę nõ obstãte.

4 facit c. Odoardus, & qđ ibi not. de solu. † Hinc dicit Goffr. hic, ꝙ si reus absoluitur, quia actor ante diem, vel conditionem agebat, non obstat adueniente die, vel cõditionis euẽtu excep. rei iud. alle. l. Gręce, ff. de pig. §. fi. & ff. de ędil. edi. l. bouẽ. §. pe. & vl. Idẽ dicit, si fuit absolutus reus, qa inepte agebatur, vt sup. de iud. ca. examinata, & l. i. ff. si men. fal.

5 mo. di. † Glo. i. est clara, & tu canonista no. eam. Et in eo, ꝙ dicit sufficere reum possidere saltem tempore sentẽtiæ, dic ꝙ requiritur precise possessio nec a principio, nec tempore sententiæ, sed sufficit detentatio, vt l. officium, in fi. ff. de rei vendic. & no. in d. cap. examinata, nisi nominauerit dominum in iudicio, vt in c. quoniam, vt li. non conte. §. ꝙ si,

6 & l. 2. C. ubi in rem act. exerce. de. † Venio ad gloss. secundam quam recitabo, non ut iacet, sed seruato ordine competentiori. Et primo quæro, ponderatur in tex. ꝙ sine dolo iste desierat possidere? Sol. gl. ista formauit prope mediũ hanc quęstionem, quam competentius posuisset hic ĩ principio, & soluẽdo dicit, ꝙ ideo, si dolo desijsset possidere, nõ fuisset absolutus, sed condemnatus ac si possideret, quia dolos^{9} ꝓ possessore hr, allegat multa iura, & hodie habes tex. in reg. pro possessore, de reg. iur. lib. 6. & dic ꝙ contra possidentem, qui dolo desiit possidere, non competit rei vendicatione directa, quia verba deficiũt. ut in l. si quis id quod. ff. de iur. om. iudi. & plene no. per Cy. in l. ex placito, C. de rer. permut. sed competit vtilis propter mentem iuris, vñ illa, quæ prius & antequam dolo desineret possidere, erat directa, efficitur vtilis ratione doli ex iuris dispositione. ita

7 Spec. in ti. de inter. act. §. 3. ver. antepe. † Item limita hoc dictum, & tex. nisi a principio dolo incępisset possidere, ut in l. si me vi deieceris, ff. de vi & vi arm. & hoc sentit Goff. & clarius Spe. in pręalle. §. 3. ver. item Doct. vbi dicit, ꝙ si dolo, vel alias iniuste & malitiose incœpit possidere, tenetur, licet nũc sine dolo desierit possidere, ut in d. l. si me vi, & in c. cum tu, de vsur. & in c. sicut dignum. §. eos, de homi. facit l. quod te. §. si cer. pet. & l. fi. ff. de condi. fur. & his duabus vltimis concor. probatur, hunc illicitum possessorem teneri,

8 etiam si res sit perempta. † Nunc quæro capiendo primam partem gl. quis habeat probare, si negatur dolus? gl. arguit pro, & contra, & videtur in principio inclinare, ꝙ onus probandi incumbit dolum allegenti, quia regula est, ꝙ dolum allegans probare eum tenetur, vt l. quoties. §. qui dolũ. ff. de proba. sed inf. in uer. uel dic. qui debebat cõtinuari ad præcedentia, aliter soluit dicens, ꝙ si tempore litis conte. possidebat, præsumitur, ꝙ dolo desiit possidere, si autẽ tunc non possidebat, nõ præsumitur dolus, & sic possunt reduci ad concordiam opi. de quibus in princ. gl. Doct. cõmuniter transeunt cum ista gl. Ego allego pro hac opi. tex. iuncta gl. in l. nõ ignorabit. C. ad exhi. & dicit Io. An. ꝙ dolus probabitur ex coniecturis, de renun. c. 2. lib. 6. & l. dolũ. C. de do-

9 lo. † Opp. videtur enim, ꝙ etiam non possidens debeat condemnari, ex quo litem assumpsit. ut in l. is qui se obtulit. ff. de rei vendicatione. & l. qui se liti. ff. de petitione hæreditatis. Gloss. dicit contrarium procedere duobus concur-

b rentibus. Primo, ꝙ reus non possidẽs obtulerit se liti [b] quasi sentiat,

ADDITIO.

a ¶ De intellectu huius decre. vide D. Ant. in c. 1. in 2. col. de re iu.

b ¶ Se liti. Verum autem acceptans libellum ab actore porrectum videatur se offerre liti. Vide hic D. Ant. & gl. magistralem in l. is qui se obtulit. ff. de rei vendi. & tex. in l. 4. in prin. & ibi Bar. & Doct. ff. de re iu.

¶ Circa hoc, an acceptans libellum videatur se offerre liti, dicas ꝙ nisi libellus offeratur reo, non cogitur reus [illegible] & ita gl. & Bar. in l. 2. in fi. C. de hær. vel ac. ven. & vide Bar. in rub. ff. de dam. infe. vbi dicit, quòd libellus non ẽ de processu, nisi post quã ẽ datus parti. & vide Bal. in add. Spe. in tit. de censi. in ver. lib. 1. & adde ꝙ libellus nõ pt dari vel offerri iudici parte non citata, ita Rol. [illegible] in sua voc. & vide Spe. in ti. de exce. in §. 2. i. ver. illud quoque. vbi dicit, ꝙ iudex non debet recipere exceptionem dilatoriam priusquam libellus rec. p. at a reo. & vide Spec. ibi, vbi dicit, quod receptio libelli facta per reum inducit consensum in iudicem. Ant. Fran.

sentiat, ꝙ iste non obtulerit se liti. Secundo, ꝙ actor ignora
uit reum nõ possidere, alias seipsum decipit. Aduerte, quia
gl. non declarat quãdo dicitur se liti offerre: dic, ꝙ tunc dici
tur se offerre, quãdo in iudicio vel extra dicit se possidere,
a si autem vocatus [a] venit ad iudicium & assumpsit defensio-
nem, nec fuit interrogatus, an possideret, non dicitur se liti
offerre, sed potius se defendere, quia, ex quo fuit vocatus,
tenebatur venire, cum iudicium reddatur in inuitum. vt l.
inter stipulantem. §. si Stichum. ff. de verb. obl. & de iud. ca.
intelleximus. hoc probari videtur ĩ l. qui petitorio. ff. de rei
ven. vbi dicit, ꝙ qui petitorio iudicio vtitur, ne frustra ex-
periatur, debet interrogare rem an possideat, vel dolo de-
siit possidere. & hãc opi. tenet Spe. in præal. §. ver. sed pone.
10 & Bar. in l. is qui se obtulit. præal. quod est notandum. † Gl.
etiam in ultima parte quærit, quæ & quot exigũtur ad hoc
vt obstet exceptio rei iudicatæ. gl. dicit ꝙ tria, ut patet ĩ ea.
Et in fi. videtur addere quartum, videlicet ꝙ ille qui fuit ab
solutus possidebat tempore sententiæ; nam si non posside-
bat, non ob. hęc exceptio, licet sit eadem causa petendi, idẽ
corpus, seu quãtitas, & eadem personarum cõditio, vt hic.
Non enim intelligas hoc dictum glo. indistincte, quia pro-
cedit solum, quando reus fuisset absolutus, quia non possi-
debat: si autem fuisset absolutus, quia nõ possidebat, & q̃a
actor non probauit, tunc obstat postmodum exceptio rei
iudicatæ, quia non cessat secunda causa, licet cessat prima.
Insti. de nup. §. affinitatis. hoc notabiliter voluit gl. quam se
quitur Bart. in l. si quis ad exhibendum. ff. de exceptio. rei
11 iudi. † Sed circa hoc, & circa tex. quæritur, quid si reus fuit
b simpliciter absolutus? [b] Sol. dicit Bar. post gl. in d. l. si quis. ꝙ
debet inspici & coniecturari causa sententiæ ex actis, vt in
l. non intelligitur. §. 1. ff. de iur. fisc. facit l. 3. C. de sen. quę si-
ne cer. quanti. vide bo. glo. in c. audita. de resti. spo. & ideo si
apparet probatum in actis, ꝙ iste non possidebat, præsumi-
tur ꝙ ex hac causa fuerit absolutus. si autẽ appareat ꝙ actor
non ꝓbauit, præsumitur ꝙ fuit absolutus simpliciter. Quid
autem in dubio? dicit D. Ant. ꝙ præsumetur absolutus ex
minori causa. s. ꝙ nõ possidebat, & pro hoc dicto allego, q̃a
in dubio dẽmus præsumere sentẽtiam fuisse latam ex leuio
ri causa. vt in l. si præses. ff. de pœn. & l. hæ causæ. ff. de susp.
tu. tñ in pñti puncto aliter distinguerem, & sic, ꝙ aut iudex
absoluerit reum ab impetitione actoris, & videtur absolu-
tus, quia actor non probauit. nam hæc verba istud impor-
tant, ut in cap. cum venerabilis. sup. eo. titu. cum li. Aut fuit
absolutus ab instantia iudicii, & tunc posset procedere opi
nio. contra. pro hoc facit communis stylus iudiciorum qui
attendendus est, argumen. in c. ex literis. de constitut. nam
vbi quis absoluitur, quia non possidet, vel quia actor ine-
pte egit, semper hoc solet exprimi in sententia, vt in c. exa-
minata, & quod ibi nota. supra, de iudic. Nunc glo. expedi-
tis, & suppletis, inseram aliqua quæ posuit Inno. super rub.
inf. de re iu. quę melius cadunt hic. & Spe. in tit. de interro.
§. 2. ver. verum. cum seq. quæ ueniunt ad intellectum huius
12 c. & materiæ. † Quæro igitur, quid si contingat reum euoca
tum a iudice cadere a possessione, super qua agebatur, an
ex eadem instantia possit cõdemnari qui desiit possidere?
& ad quid & q̃uo sit sententiandum? sol. post Inn. dic, ꝙ aut
reus cadit a possessione voluntarie causa mutandi iudicii,
& tunc potest cõdemnari remedio illius titu. ff. de alie. iud.
de quo in c. fi. eo. tit. & hoc siue ante li. contest. siue post. si
uero non transtulit possessionem mõ prædicto, sed aliter de
siit possidere, tunc si agitur personaliter, non est vis, an cul-
pa, an sine culpa desierit possidere, quia cum persona & nõ
res sit obligata, potest ad sententiam procedi, facit quod
no. idem Inn. in c. cum M. de consti. si uero agebatur reali,
& tunc si sine culpa desiit possidere, non condemnabitur,
sed absoluetur, vt hic. & sup. latius dixi. sed si cũ culpa, pro-
cedetur contra eum; vt ad litis æstimationem. & interesse
condemnetur. ff. ad exhi. l. de eo. & l. sin autem. §. possidere.
ff. de rei vẽ. In priori tñ casu, cum sine culpa desiit possidere
dicit Inno. ꝙ actor inuito reo, & reus inuito actore poterit
petere, vt procedatur ad sententiam diffinitiuam propter
fructus, & expensas, & interesse, & alia accessoria ad princi
pale iudicium, & propter stipulationẽ de euictione. & idẽ
in hoc vltimo casu tenet glo. in l. vtique. ff. de rei ven. & lo-
quitur Inn. quando desinit possidere post lit. contest. nam si
prius non deberet peti res principalis, quia inepte peteret,
cum desiisset possidere sine culpa. de quo in l. utique. ff. de
rei ven. neque posset petere fructus, & partus, quãdo essent
omnino accessuri ad ipsam rẽ peremptã. arg. l. 4. C. deposi.
& hoc vltimum voluerunt glo. & Bar. in d. l. vtiq;. secus pu-
to quando non essent omnino accessorii, sed possent peti
principaliter, sicut ipsa res, ut puta, quia percepisti fructus
ex re mea, iuxta no. per Bar. in l. & ex diuerso. ff. de rei ven.
& per Inn. in c. 2. de li. obl. & in c. tanta. de exces. præl. nam
tunc puto ꝙ perempta re, etiam ante lit. contest. poterunt
peti fructus, quia poterunt peti iure actionis, & sic princi-
paliter, de quo dicendũ vt plenius no. in iuribus pręal. Nũ-
quid autem nomine fructuum veniant hoc casu actiones q̃
sita occasione rei perẽptę, vt actio legis aquilię, & similes?
dic vt no. Inn. in d. ca. i. vbi uidetur tenere, ꝙ tales actiones
reus succumbens tenetur cedere actori vincenti. Qualiter
iudex debet se habere in sententia ferenda, si reus non repe
ritur possidere, dic quod aut constitit reum nõ possidere an
te, quam actor fundaret intentionem suam, aut postea. Pri-
mo casu debet reus absolui, nec in aliquo pronunciatur ꝓ
actore, de hoc est casus in c. examinata. sup. de iu. nisi actor,
vel reus instaret, vt procedatur ꝓpter fructus, & alia acces-
soria, ut sup. dixi. Si autem iam constitit de iure actoris, tũc
debet pronunciari etiam pro actore, quia pronunciabitur,
dominus, vt probatur secundum unum intellectum in l. si a
te. ff. de exc. rei iu. & no. Bar. in l. is qui se obtulit. & valebit
illa pronunciatio tantum contra reum, ꝙ si reperitur post
ea illam rem possidere mandabitur sententiam executioni
contra reum absque alio iudicio nouiter inchoãdo, ad hoc
l. 4. & quod ibi no. ff. de pet. hær. & not. Bar. ĩ l. si a te. & vide
quod dixi in d. c. examinata. Inn. ĩ loco præalle. s. super rub.
de iud. quem sequitur Spe. in d. §. 2. vers. qualiter dicit, ꝙ si
sñia est ferenda pro actore, iudex sententiabit sic. Quia in
uenimus, ꝙ reus erat in causa condẽnationis, si possideret,
ideo condemnamus eum ad fructus & expensas, sed quia
nõ possidet, nec culpa sua desiit possidere, ideo absoluimus
eum quantum ad rẽ petitam. dicit tñ, quod prius debet iu-
dex facere, vt præstet cautionem de restituenda re actori,
si ad eum peruenerit. ff. de rei uend. l. si uero. Si autem non
est sententia ferenda pro actore, dicit iudex. Absoluimus
reum ab impetitione actoris & condemnamus actorem ad
expensas. Refert tñ Innoc. alios dicere quod semper iudex
sententiabit super re, quæ petitur, non quod dicat, condẽ-
namus reũ ad æstimationẽ rei simpliciter, sed sic, s. quãdo
eam habuerit. vel sic, quia iudicabit rem petitam esse acto-
ris. arg. pro eis. ff. iud. sol. l. si seruus. Sed primum dictũ plus
placet Inn. Satis iudicio meo potest retineri, quod prius di
xi. dicit etiam Inn. in loco præalle. quod si est spes, ꝙ reus
cito recuperabit rẽ, quod iudex poterit differre sententiã,
& absoluere eum simpliciter a termino assignato, & cũ po-
stea recuperauerit rem, procedetur in causa cœpta, potest
etiam iudex, secundum eum aliquãdo absoluere non a re
petita, sed ab instantia iudicii, & tunc si postea recuperaue
rit rem incipietur iudicium de nouo. hæc bene notabis.
13 † Vltimo ad limitationem eius, quod dicitur in fi. gl. vide
not. dictum Bart. in l. i. C. de ord. iud. vbi dicit, ꝙ vbi pror-
sus idem est finis agendi, obst. exceptio rei iud. nõ ob. ꝙ va-
rietur modus agendi, ideo concludit non posse deduci per
viam actionis, quod primo fuit deductum per uiam exce-
ptionis, si idem est prorsus finis agendi. ad hoc habes text.
no. in c. duobus. ff. de except. rei iudi. vide de hoc vltimo ꝙ
14 not. Innoc. in c. 2. de ordi. cog. & quod ibi dixi. † Item adde
aliud notabile dictum, ꝙ vbi petitio fuit generalis, persecu
tio vero specialis, obstat exceptio rei iudicatæ solũ in prose
cutis, & sententia gñalis refertur ad prosecuta dũtaxat, nisi
sciẽter & malitiose fuerit facta prosecutio specialis. ad hoc
habes tex. multum no. in l. de rebus. ff. de arb. not. Bart. in l.

& an

ADDITIONES.

a ¶ Vocatus. d. Abb. in c. examinata. supra de iud. Bal. in l. cogi. ad fi. C. de peti. hære. Bal. in l. si a te. §. j. ff. de excep. rei iud. Seb. Sap.

b ¶ Absolutus. Ex qua causa in dubio præsumatur reus absolutus, vide Bart. in l. Iul. verum debitorem. ff. de cond. ind. ubi dicit, quòd in dubio, non præsumitur absolutus quia innocens, sed quia actor probauit, quod intellige & declara, vt no. ibi per eum. cum quo etiam concordat Bart. in l. duobus. §. fideiussor. ff. de iureiu. & de hoc vide bon. gl. & Bar. in l. si quis ad exhibendum. ff. de exce. rei iud. & Spec. in tit. de of. iud. § de serui. vers. quid si reus.

¶ Ex qua causa quis præsumatur absolutus, vide Bar. in l. Iul. hic alle. in vers. quandoque quis absoluitur. vbi dicit, ꝙ præsumitur absolutus ex causa, quæ apparet ex actis, & vide D. Ale. in l. admonendi. ff. de iureiu. & adde ꝙ absolutus per sententiam iniustam teneatur in foro conscientiæ, ita Bal. in l. cum quis. C. de iur. & fa. ign. & in auth. ad hoc. C. de vinca. vbi dicit, ꝙ potest talis denunciari ecclesiæ, ut fateatur iniustitiam sententiæ.

& an eadem.§.actiones.ff.de exce.rei iud.& vide ibi de materia gl.in l.si mater.§.eadem. co.ti.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus potest prosequi appellationem, licet in rescripto ad hoc impetrato non fuerit facta mentio de excommunicatione.*
2 *Excommunicatus potest appellare ab omni grauamine illato.nu. 7.*
3 *Excommunicatus in se defendendo potest personaliter comparere, & non per procuratorem.*
4 *Procurator ad agendum potest super hoc literas impetrare citra aliud mandatum.*
5 *Concesso uno censentur alia concessa, sine quibus illud non potest commode expediri.*
6 *Excommunicatus dum litigat super ualiditate, uel inualiditate suæ excommunicationis, non auditur nisi primo petat absolutionem.*
8 *Sententia lata pro excommunicato, siue sit ante, uel post excommunicatus, non mandatur executioni ante absolutionem.*

CAP. CXI.

1 VEnerabilem. †Valet rescriptum impetratum ab excõicato super prosequutione appellationis, licet de excõmunicatione non fecit mentioné. Primo ponit dictum. Secũdo subiungit ipsius causam. ibi, Quia nihil. Casus lit. Archiepiscopus. Narbo. appellauit a iudicibus ꝓpter grauamen sibi illatũ, & super appellatione sua literas imperauit coram iudicibus appellationis, obiiciebatur literas non ualere pro eo, ꝙ tẽpora impetrati rescripti erãt ex aliis causis excõ. Iudices consuluerunt Papam, & ipse respõdet, ꝙ licet ex aliis causis tẽpore impetrati rescripti excõicationis vinculo teneretur Archieps, de ꝗbus in literis suis mẽtio non haberetur ad prosequẽdam appellationé suam debet admitti, quia nihil prodesset excõicatũ appellare, si non posset appellationem prosequi, & literas impetrare. B.
2 †No.i. excommunicatum posse appellare nedum a diffi-
a nitiua, vt sup.c.significauerunt, sed etiam a grauamine [a] illa-
3 to ante sententiam, vt hic.& sup.eod.c. cum inter.† No.2. & tene menti, ꝙ excommunicatus potest se defendendo esse in iudicio per se, & impetrare literas per se, nec compel-
b litur constituere procuratorem. [b] & facit hoc ad intellectũ
4 c.intelleximus.sup.de iud.† No.3.regulam, ꝙ vbi excom-
c municatus [c] potest esse in iudicio, potest etiã literas impetrare, & facit iste tex.in argu. ꝙ procurator etiam generalis potest sine alio speciali mandato literas impetrare in causis, in quibus ex suo mandato agere potest, de quo vide quæ
5 dixi in ca.nonnulli.de rescr.§.1.No.4. ꝙ uno concesso intelliguntur concessa omnia, sine quibus illud commode expediri non potest.concor.de offic.dele.c. prudentiam.& c.
6 præterea.† Opp.contra tex. in eo ꝙ dicit excommunicatũ posse appellare, & appellationem posse prosequi &c. videtur enim ꝙ non debeat admitti ad prosecutioné, nisi prius petat absolutionem. vt in c.per tuas.de sen. excommu. Sol. dic contrarium procedere, quando quis appellat a sententia excommunicationis quam dicit iniustam, nam cum fateatur se ligatum, non debet admitti ad litigandam de iniustitia nisi prius petat absolutionem. ut in c. per tuas de sen. excom. quia cum in omnem euentum sit obtinenda absolutio, vt in c.cũ contingat.de off.del.differendo absolutioné, uidetur contemnere excommunicationem in d.c.per tuas. hic vero loquitur, cum appellatur ab alio grauamine, & de excommunicatione nihil ipse dicit, nec confitendo eã iniustam neque nullam. sed aduersarius opponit de excommunicatione ad finem istum repellendi, ad quod non debet ad-
7 mitti, cum iste se defendat.† Quero tex.hic loquitur, quando appellãs fuerat excommunicatus ex aliis causis &c. quid si fuisset excommunicatus pro eadem causa, pro qua est in iudicio? Solu.dicunt Doct. ꝙ idem, vnde satis est ipsum appellare ex grauamine legitimo, vt hic, & sup.e.c.cum inter. & pro hoc alleg. c.i.de rescr.lib. 6. vbi indistincte in appellationis articulo permittitur excommunicato rescriptum
8 impetrare. † Quæro nunquid petenti executionem [d] sentẽ-
d tiæ obstabit excommunicationis exceptio. Doct.hic olim instabant sed hodie non est disputandum per c.pia.de exceptio.lib.5.vbi concluditur, ꝙ sic, quod potest dupliciter cõtingere. Aut quia fuit excommunicatus post sententiam ꝓ eo latam nondum executioni mandatam. Aut quia fuit in iudicio agens tolleratus & non repulsus exceptionis ope, sed tunc tempore executionis excipitur, quod fieri potest vt in d.c.pia. Cætera clara sunt, & satis expedita in præcedentibus capitulis.

ADDITIONES.

a ¶ Sed etiam a grauamine. Adde Specu. in ti.de ac. ver. item ꝙ est excommunicatus.& ibi per Bal. in apostil. ad illum in c.quæ fronte. infra de ap.
b ¶ Procuratorem. An excommunicatus qui vult se defendere possit compelli cõstituere procuratorem, puto ꝙ sic, vt euitetur periculum participationis, ita ea quæ plene traduntur in c.intelleximus. hic alle.& quas exceptiones possit facere excommunicatus, vide Archi. in c.1.4.q.1. Ant.Fran.
c ¶ Vbi excommunicatus. Nunquid autem valeat contrahere? excommunicatus non potest literas impetrare, ergo nec comparere, vide Io.de Ana.in ca.duranti a de crim.fal.& Fel.in capitu.significauerunt, vers.ad unum aduerte.su pra eod. Seb.Sap.
d ¶ Executionem. Vtrum excommunicatus possit petere executionem sententiæ, vide D. Ant.in c.significauerunt.supra eo.& quod no.D.Bar.de Bellen.in d.c.pia.co.ti.lib.6. & in quantum D. Ant.hic dicit, ꝙ in iudiciis duplicibus sine communione excommunicatus in totum habet legitimam personam standi in iudicio. Adde, ꝙ contra hęc facit tex.in l.non solum.§.si stat.in fi.ff.de procu. vbi in dubio quis censetur actor, & contra hoc dictum facit text. in c.cum desideres.de sen.excom.
¶ An excommunicatus possit petere sententiæ executionem, vide Innoc. in c.exceptionem.in hoc ti.& Archi.in c.intelleximus.supra de iud. & vide Bal. in Margarita super leo.in ver. excommunicatus.in ver. 24. Ant. Fran.

De Præscriptionibus. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Diffinitio præscriptionis.*
2 *Præscriptio non dicitur contraria iuri naturali.*
3 *Præscriptio quid sit, & an comprehendat præscriptionem, uel econtra.*
4 *Per vsucapionem acquiritur dominium directum, per præscriptionem uero dic, ut hic late.*
Dominium an acquiratur utile, uel directum, uel utrunq; præscriptioné.
Præscriptio dicitur odiosa, vsucapio vero fauorabilis.
5 *Statutum inducens præscriptionem debiti non tollit naturalem obligationem.*
Statuta, quæ post certum tempus non admittunt creditorem ad agendum, an ualeant, quin saltem possit agi in foro ecclesiastico.8.
7 *Præscriptioni non potest per pactum renunciari, licet in aliquibus sic.*
Renunciare iuri introducto in odium alterius nemo potest.

Rubrica ista continuatur ad proximam hoc ordine. Supra visum est exceptionib.in gñe; sed quia frequenter obiicitur præscriptio, & pleruq. dubitatur, an & quãdo compe-
1 tat, merito post præcedentẽ sequitur ista.† Quero primo ꝓ intellectu lrę, quid sit præscriptio. uide bo.gl.16.q.7.in summa, quæ prosequitur quid sit præscriptio, quid usucapio, quæ in eis exigantur, & de earum effectu, & ipsarum interruptione. Et ad quæsitũ nostrum dicit, ꝙ est exceptio ex tpe substantiam capiens, quæ actioni personali, vel in rem opponitur. hæc profecto diffinitio non procedit, tum quia ꝑscriptio non capit substantiam ex solo tempore alias procederet a natura, cũ tps sit quid naturale. Item non explicat causam finalem rei ad omnes partes substantiales ipsius, sicut debet facere quæuis bona diffinitio, sicut leg. & not. in l.i.§.i. ff.de dolo, & in reg. possessor, de reg.iu.li.6.in Merc. Ideo diffinitur sic & melius, ut no.supra dicta regula, ꝙ præ-
a scriptio [a] est quoddam ius ex tempore congruens, authoritate legũ uim capiens pœnã negligentib. inferens, & finẽ
2 litib. imponens.† Scd̃o quæritur, an ꝑscriptio [b] sit cõtra ius
b naturalé, & prima fronte vr̃ ꝙ sic; quia est cõtra illã regulã naturalem, neminem dẽre locupletari cum alterius iactura, ut i regula locupletari, li.6.& i l.hoc natura.ff.de cond. ind. sed contrariũ concluditur per Io.An. & bene in supradicta
c regula.possessor.nam infert pœnam negligentib. [c] & finem imponit litibus quod est rationi naturali congruum. unde non simpliciter recedit ab illa regula naturali, quia nõ sine causa locupletatur quis ex præscriptione cũ alterius iactura, sed fit ut obseruentur duę regulę præmissæ, vnde nec ex toto recedit a iure naturali, nec ei in totum deseruit, uide plene

ADDITIONES.

23 Doc. in c. licet, de probat. † Quæro an interruptio ciuilis proſit omnibus, puta ſi fuit litem conteſtatus contra me, & ſic interrumpitur præſcriptio iuxta prædicta: an operabitur ſuum effectum etiam contra alios? Sol. communiter tenetur ꝙ non, ſed ſolum prodeſt actum exercenti, quaſi reſtringatur actus ad certam perſonam, ad hoc l. intra quatuor,

ADDITIONES.

a ¶Litis conteſtatio. Vide Old. in conſ. 276 inci. factum tale eſt, in uertice cuiuſdam montis. quem refert & ſequitur Bald. in l. cum ante, col. pen. C. de arbit. Seb. Sap.

b ¶Quod non. Adde ꝙ illa dicta fuerunt originaliter Old. conſ. 176. Et adde, ꝙ licet per lit. cont. interrumpatur præſcriptio de iure ciu. & perpetuetur vſque ad 40. ann. vt d. l. fi. hic all. tamen interruptio facta per citationem, vel executoris ſolam miſſionem, licet interrumpat præſcriptionem præcedentem, tamen non perpetuat actionem vſque ad 40. an. & hoc eſt gl. ſin. in l. cum not. ſſimi, in prin. in ver. contrauentionem, quam ſequitur & commendat ibi Bar. C. de præſcrip. 30. ann. & idem dicit glo. 16. q. 3. cap. placuit. il 2. §. poteſt, addens ꝙ naturalis interruptio non perpetuatur vſque ad 40. ann. Et ad idem, ꝙ dixi de executoris miſſione, vide etiam glo. in ver. executorem. in fi. in l. ſicut, C. de præſcrip. 30. ann.

c ¶An præſcriptio interrumpatur per miſſionem executoris, & an per illam ꝑpetuetur actio, & quanto tempore, vide per Bal. in l. ſicut, in 1. col. & in l. 3. C. de præſcr. 30. anno & Bal. & Alex. in l. ſi ſeruum, in §. ſequitur, de verb. oblig. & per Ang. in l. 2. in § ſi rem ff. pro emp & per Alex. in l. 3. ff. de eo per quem fac. erit. vbi dicit, ꝙ præſcriptio ſtatutaria interrumpitur per miſſionem executoris, & etiam perpetuatur in tantum tempus, quantum habet ex ſtatuto. ſed ſi interrumpatur per litis conteſtationem, perpetuatur in 30. ann. & de ſingulis modis interrumpendi præſcriptionem, vide per Bal. in c. 3 in §. [illegible] de inueſt. de re. alie. fac. & in l. 1. in 8 col. C. de furt. & per Bald in l. naturaliter ff de uſucap. & per Pau. de Caſt. in conſ. 288 inc. uiſa ſuper inſtrumento facti mentione. Ant. Fr.

d ¶Incorporalium. Vide Are. in conſ. 30. inc. viſo themate. col. fi. in princ. & late: Bart. Veron. in tract. ſeruit. ver. prædiorum. c. 20. col. 4. Seb. Sap.

e ¶De interruptione pręſcriptionis criminalis, & per quem actum interrumpatur, vide plene per D. Ant. hic in 4. col. & vide per Barto. in l. accuſatorum, ff de adul. Et no. ꝙ per citationem rei non dicitur inchoatum iudicium, ita ꝙ ſit interrupta pręſcriptio, ſi actor qui fecit citari eum non comparuit, ſecundum Bal. in l. 3 ff. de in ius voc. qui alleg. no. per Gl. in l. ſicut C. de præſcrip. 30. ann. ad idem vide Bal. in l. fi. in prin. ff. de eo per quem factum erit. item de iſta materia vide per Bar in d. l. fi ff. de eo per quem fac. erit.
An in criminalibus interrumpatur præſcriptio, & per quem actum, & an per oblationem libelli male concepti fiat talis interruptio, vel per litis conteſtationem factã ſine libello, vide per Spec. in titu. de execu. in ver. ſed numquid, & in ti. de libel. concep. in §. 9 & 16 in ver. intra ſecundum quoſdam & in titu. de in inte. reſti. in §. 3 in ver. fi. & an interruptio facta per accuſatorem proſit iudici inquirenti, vide per Bal. in l. neganda, C. qui accu. non poſ. & per Ale. in l. intra quatuor, de diuer. & temp. præſcrip.

tuor, ff. de diuer. & temp. præſcr. no. gl. in ca. placuit. §. hæc de præſcr. 16. q. 3. in uer. interrupta. no. in d. l. cum notiſſimi, & Bart. in d. l. naturaliter, & D. Ant. hic. Ego dico, quod de iure ciuili ſatis pôt hoc admitti, ſed de iure cano. pēdet iudicio meo ab alia quęſtione, quam ſup. examinaui. Nam ſi tenemus, quod per conteſtationem litis efficiatur malæ fidei poſſeſſor, & quod durat hoc vitium etiam perempta inſtantia, neſcio videre quomodo non interrumpatur quo ad omnes, quia quod non eſt ex fide .i. conſcientia, peccatum eſt, vt infra eod. cap. fin. & facit quod dixi ſupra. Sed ſi tenemus aliam opinionem, quam ſupra dixi veriorem, quod hæc eſt ficta interruptio, & quod non durat perempta inſtantia; ſatis poteſt hęc opi. ſuſtētari; & uide ad limitationem prædictorum gl. prox. all. in d. §. hæc de præſcr. quæ dicit, quod conteſtatio litis interrumpit præſcriptionem, quando. ſ. fit eo animo, ut ducat cauſam vſque ad ad finem; ſed impeditur poſtmodum per caſus fortuitos, alias non prodeſt conteſtatio, arg. a contrario ſenſu in l. vlt. C. de præſcr. 30. an. & in Auth. de litig. §. oēm, circa fin. & hæc ſufficiant. Poſſunt. n. per prædicta decidi ſimiles quæſtiones, ut puta ſi res poſſeſſa efficiatur ſacra, vel religioſa, vel extinguatur naturaliter. deficit. n. præſcriptio, quia interrumpitur poſſeſſio, ut in d. l. naturaliter. Vel ſi poſſeſſor efficiatur incapax illius rei dominii, ut in iudæo, qui non poteſt habere mancipium Chriſtianum. inf. de iud. c. fi. & idem in ſimilib.

S V M M A R I V M.

1 *Hortamur, per iſtud verbum committitur aliquando iuriſdictio.*
Rogo, iſtud uerbū ponitur, pro pręcipio, ſecundum ſubiectam materiam.
2 *Agrimenſor ſi male ſe geſſerit in menſurando, tenetur actione in factū, ſi dolo vel lata culpa fecerit in caſu, de quo infra nu. 4.*
3 *Actio locati non datur inter iſtos, qui exhibent operas ſuas conſiſtentes in aliquo notabili exercitio, vel arte liberali, vt puto inter aduocatū & clientulum, vel medicum & infirmum, & ſimiles.*
5 *Actio contra agrimenſorem quanto tempore duret.*
6 *Agrimenſor quando eligitur, vel quando vadit ad menſurandum, debet pars citari, quia poteſt ipſum melius informare.*
7 *Agrimenſor dicitur & inducitur quaſi vt quidam teſtis.*
Agrimenſor quando vadit ad menſurandum, non eſt neceſſaria præſentia iudicis.
8 *Sententia in cauſa limitum eſt ferenda lite conteſtata.*
9 *In cauſa limitum terminandorum quo ordine ſit procedendum*
10 *Arbitratores et ſimiles perſonæ, quæ interuenerūt inter partes ad diſcordias ſedandas, tenentur ſi aliquid dolo, vel culpa fecerint.*
11 *Limites eccleſiarum, vel prouinciarum, quo caſu præſcribuntur.*

C A P. IX.

QViaindicāte. Fines pdiorū eccleſiaſticorū 40. an. ſpacio pſcribunt. Primo ponit dictū, qd ſecūdo exequēdo cōmittit, ibi: Hortamur. tertio circa exceptionē inſtituit, ibi; 40. tantū. Caſus litera. Inter duos orta fuit quęſtio de finibus, Papa mandat illam quęſtionem diffiniēdam per agrimenſores, qui ad loca, de quibus cōtentio eſt accedant, & in pñtia illorum quęſtionē faciant terminari, pſcriptione 40. ann. tantum vtrique parti ſeruata. B. No. 1. quid debet facere iudex, quando quęſtio coram eo mota decidi allegationibus, ſeu probationibus non poteſt, vt puta, quia opus eſt induſtria & artificio peritorum. debet cū ire, vel ſaltem mittere vna cum peritis in illa arte, & ad illorum relationem quęſtionem decidere, & facit, quando illud vulnus infirmi eſſet mortale, ut iudex vadat, vel mittat vna cum peritis medicis. & de iudicio iſtorum peritorum, vide per Bar. in procœmio ſſorum. dixi plene in ca. propoſuiſti, de prob. vbi videas. † No. 2. quod per verbū hortamur
1 aliquando committitur iuriſdictio, de quo vide quod no. in c. 2. de teſta. nam verbum, rogo, ponitur pro pręcipio ſecundum ſubiectam materiam, ut leg. & no. in c. rogo. xi. q. 3. No. quod aduerſus eccleſias non currit pręſcriptio, niſi quadragenaria, etiam ſi agatur de modico pręiudicio, puta de
2 finib. pręediorum, vt hic, quod no. † Quęro, quia hic tracta
a tur de agrimenſore, [a] quid ſi iſte male renunciauerit, ſeu in menſurando male ſe geſſerit? Sol. dicit gl. quod tenetur actione in factum, dummō doloſe hoc faciat, quia de culpa, vel negligētia non tenetur, ff. ſi mēſor fal. mo. dix. l. 3. §. 1. Goff.
b dicit, & bñ, [b] quod non tenetur de culpa, ſ. leui, ſed de lata bñ tenetur, quia ęquiparatur dolo, ut l. 1. §. 1. ff. e. vbi text. expreſſus. Item hęc actio datur hęredi, ſed non contra hæredem agrimenſoris, quia licet reſpectu actoris ſit rei perſecutoria, tamen reſpectu menſoris eſt quodammodo pœnalis, vt ff. de eo, per quem ſac. erit. l. 1. pręedicta probantur
3 in d. l. 3. in fi. † Extra glo. & Doc. quęro hic de pluribus, & primo, quare non datur contra menſorem actio locati, cū ſoleat pro hmōi labore accipere mercedem? Sol. tex. in d. l. 1. dicit quod inter menſorem & illum, qui eum adhibuit, non eſt proprie locatio, ſed magis opera beneficii loco prębetē, & id, quod ad remunerandum datur, honorarium appellatur. Si autem ageretur ex locato, vel conducto, non teneret libellus ſecūdum tex. ibi, quod eſt bene notandū. Et ex quo no. ibi Bar. quod cum iſtis, qui exhibent operas ſuas conſiſtentes in aliquo artificio, vel arte aliqua liberali, non conſiſtit locatio, ſed potius dicitur præberi opera beneficii gratia, & hoc eſt ſecundum eum propter notabile exercitium, facit quod leg. & no. in l. 1. ff. de var. & extraord. cog. & ideo dicit notanter, quod inter aduocatum & clientulum, doctorē & ſcholares, infirmum & medicum non eſt proprie locatio, qd no. in cōtrarium tamen facit, quod no. ipſe Bar. in d. l. 1. §. illud quoque, ff. de var. & extraor. cog. ubi quærit, qualiter conſuletur doctori iuris circa ſalarium, & reſpondet, quod ſi quidem ſalarium eſt promiſſum, agetur ex promiſſione, alias ſi iſte eſt talis, qui profecit & conſueuit operas
c locare, videtur locaſſe ſecundum ſuam cōſuetudinem, [c] ut in l. exceptio, C. locati, & Inſti. eo. poſt princ. & ſic ſentit, quod poteſt agere actione locati. Sed dic melius, quod ageretur propter conſuetudinem actione, quaſi locati, quia non eſt vera locatio, ita vult ipſe in notorio, vt l. argētarius, ff. de edē. Alii vero, qui non ſunt iuris periti, poſſunt pro eorum mercedibus implorare iudicis officium, de quo dicendum, ut
4 plene legit. & nota. in d. l. 1. † Secundo q̄ro, ad quid datur hæc actio in factum contra menſorem? Sol. dic, quod ad intereſſe, & videtur tunc competere contra eum, quando non ſubeſt remedium actori contra partem. ita uidetur tex. dicere in d. l. 3. ff. ſi men. ſal. mo. dix. Exemplum. quidam fuit iudici conqueſtus, quod quidam promiſit ſibi date decem iugera terræ, & non dedit niſi nouem, iudex vero miſit menſorem, qui menſuraret, ille renunciauit eſſe 10. iugera, & ſic iudex abſoluit reum, & ſententia tranſiuit in rem iudicatam. ſecus autem, ſi competit remedium, ut puta emit quis decem iugera terræ, & interueniēte falſo menſore aſſignauit tantum nouem, certe poteſt facere contra uenditorem actione ex empto, ut aſſignet unum aliud, nec poterit agere contra menſorem, niſi uenditor non ſit ſoluendo, ita vr
5 velle tex. in d. l. 3. † Quęro tertio aliquis fuit grauatus dolo vel lata culpa agrimenſoris, intra quantum tempus debet conqueri? dicit Bald. in d. l. qui bona fide, ff. de damn. infec. quod intra annum per l. qui grauatos. C. de agri. & cenſi. li. 11. ſed mihi non placet, quia cum competat actio ſpecialis debet audiri tandiu, quandiu erit pręſcriptū contra actionem competentem. Actio uero ex uendito, vel actio in factum, cum ſint perſonales, durant. 30. annis. l. ſicut, C. de pſc. 30. an. Vel ſaltem non procedet dictum Bal. quando grauatus intra annum fuit conquæſtus, ſaltem extra iudiciū, ſicut in ſimili not. Bar. in petitione reductionis ad arbitriū boni uiri, in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorū, ff. pro ſo. † Quarto
d quæro, nunquid partes [d] debent eſſe pſentes tempore mē-
e ſurationis? Sol. dico quod ſic. [e] Vnde iudex debet ſpecialiter eas citare ad hoc, vt ſint die tali & hora tali cum tali magiſtro, vel ſecum, vt in l. 3. C. fi. regun. not. Bart. in d. l. qui bona fide. §. in quadam, ff. de damn. infect. & facit l. generaliter. §. penul. ff. de iureiur. Et eſt ratio, quia per partis pręſentiam

A D D I T I O N E S

a ¶ De agrimenſore. De qua culpa teneatur agrimenſor, proxeneta, & ſimiles perſonæ tradit Georg. Natta in rep. [illegible] §. quæ omnia, col. 6. [illegible] de verb. ſign. vbi [illegible] l. 1. ff. ſi men. ſal. mo. dixerit. Seb. Sap.

b ¶ Goſ. dicit & bene. Di. quod iſta eſt uera opi. nō [illegible] de [illegible], ſed nec leui, licet Abb. ante hic & Do. [illegible] Bart. no. idem do. in l. quod Nerua, co. [illegible] ff. depo. & in l. 3. §. 3. ff. ſi men. ſal. mo. di. & in fi. Bal. & Ale. in l. ubi exigit, ff. de [illegible]. Zac.

c ¶ Conſuetudinem. Adde quod voluit Fede. conſ. 118.

d ¶ Nunquid partes. Vide ad hanc materiam per Ang. de Are. in §. quadrupli, ante finem inſt. de action ib. Seb. Sap.

e ¶ Quod ſic. Adde quod in relatione, quæ fit iudici, non eſt neceſſaria citatio vt dicit Rom. conſil. 6 [illegible].

¶ Ad hoc, de agrimenſore referente iudici menſuram per eum factam, vide Spec. in ti. de [illegible] & [illegible] decre. in §. [illegible] in verſi. [illegible] & v. decidem in ti. de [illegible] in verſ. & quia, [illegible] ff. ſi menſor ſal. mo. dixe. Ant. Fran.

ſentiam poteſt iudex, vel agrimenſor aliter informari, & ideo conſuluit Bartol. quòd iudex de hoc, cum eſt in loco, faciat confici inſtrumentum, alias proceſſus poſſet periclitari. 7 † Quinto circa prædicta quæro, nunquid iudex teneatur præſentialiter ire tempore menſurationis? videtur iſte text. uelle hic quòd ſic, ego credo hoc eſſe utile, argumen. opp. hic, ſed non eſt neceſſarium. ſatis enim eſt, quòd iudex mittat menſorem, partibus, ut interſint, citatis; & ſiue partes uadant, ſiue non, poteſt menſor ſuum officium exercere, & per ſe, uel nuncium uel epiſtolam iudici renunciare; text. eſt in dicta lege 3. C. finiu. regun. iuncta l. 1. in fine. cum ſequen. ff. ſi men. fal. mod. dixi. & clare ſentiunt gloſſ. & Doct. in dicta lege 3. C. fin. regun. & forte ob hoc dicit text. hic, Hortamur &c. quòd in ſe non eſt neceſſitatiuum ſed exhortatiuum, ut in capitu. denique. §. hæc & ſi legibus, quarta diſtinctione, iſti enim ſunt quaſi quidam teſtes, unde ſatis eſt, ut uideant & iudici referant. 3. quæſtione 9. capitulo teſtes, & lege ſi quando, C. de teſti. & in propoſito noſtro uidetur bo. text. in capit. fraternitatis, in princi. de fri. & male. & in legè prima ff. de 8 uendi. inſpi. † Sexto quæro, an in cauſa limitum poſſit procedi ad diffinitiuam lite non conteſt. gloſ. in dicta lege tertia. C. fin. reg. quod non, dicens quòd ibi erat lit. conteſt. tempore ſententiæ, vnde appellatur ibi quæſtio, ſed in principio appellatur ibi querimonia, quia lis nondum erat conteſta. ex qua gloſſ. colligitur ibi notabilis differentia inter querimoniam, & quæſtionem. Bartol. dicit ibi poſſe dici, quòd lite etiam non conteſt. poteſt procedi ad diffinitiuam, quia hoc caſu non eſt de remedio menſorũ prouiſum, alleg. not. in authẽ. ſi omnes, C. ſi mi. ſe ab hæ. abſti. ſed Bald. ſequitur ibi glo. melius, quia cum hoc caſu non reperiatur receſſum a regula iuris, illi eſt inſiſtendum; & profecto theorica Barto. confunditur in capitu. tuæ, ut lite non conteſt. & dic, ut ibi no. & bene facit, quod leg. & nota. in 9 capitulo ſecundo, vt lit. non conteſt. † Vltimo quæro ſuper hac glo. de modo procedendi in cauſa limitum. Solu. vide bo. gloſſ. in dicta lege 3. & ibi per Doct. maxime per Barto. & duplex poteſt dari practica. Prima ut depoſita querela iudex inquirat, quis poſſideat, & quantum. poſtmodum videat circa proprietatem. quantum debeat quiſque habere, & hac informatione adhibita vadat cum agria menſure, vel alium mittat citatis partibus, & iniungat, ut circa probationem habitam menſuret agrum aſſignando cuique quod ſuum eſt, & terminos ſtatuat. poſtmodum vero iudex pronunciet illos terminos in futurũ vt legitimos obſeruandos. Secunda practica eſt, ut iudex habita informatione pronunciet terminos ponendos ſecundum probationem habitam. prima tamẽ certior & melior, arg. Inſt. de act. §. curare, & plus placet ibi Bal. gl. tamen ibi ſentit ſecundum, & dic ut ibi. Et aduerte, quia ut dicit Ioan. And. hic, & originaliter fuit dictum gl. in d. l. 3. tunc eſt ſtandum in hoc iudicio agrimenſoris, quando conſtat quot iugera. i. menſuras terræ dẽt habere utraque pars: puta unus 15. ex parte ſuperiori alter x. ex parte inferiori, alias ſæpe poteſt contingere, ꝙ quæſtio finium per agrimenſorem diffi10 niri nun poterit. † Ex prædictis habes ultra glo. & Doc. noſtros hanc materiam clare, & utiliter expeditam. Sed unũ nolo omittere, agrimẽſor tenetur de dolo & lata culpa q d de aliis, qui adhibentur inter partes ad aliquam diſcordiã ſedandum, ut rationem, ſeu calculum faciant, ut ſunt arbitratores vel ſimiles, nunquid iſti teneantur de dolo, & lata culpa, ſicut agrimenſor? dic ꝙ ſic, & text. eſt not. & ibi per Bar. in l. fi. ff. ſi menſor. fal. mod. dix. & per eundem in l. ult. ff. de var. & extraor. cog. quod eſt notandum. & vide bo. gl. in arbitro. Inſti. de obli. quæ ex quaſi deli. naſcun. in prin. puto etiam, ꝙ iſti, qui exercent aliquam artem tanquam periti & magiſtri teneantur non ſolum de lata culpa, ſed et de leui vel leuiſſima ſecundum quantitatem culpæ & imperitiæ. fuit enim in culpa immiſcendo ſe rei, quæ ad ſe nõ pertinebat, ſicut dicimus in iudice, qui per imperitiam iudicat, ut no. Inſt de ob. quæ ex quaſi delic. in glo. 3. probatur in l. illicitas. §. ſicuti, ff. de offi. præſid. & in regula, non eſt ſine culpa. de reg. iur. lib. vi. & le. imperitia, ff. eo. & in c. tua, & ibi nota. de hom. & in c. ad aures, de æta. & qualita. 11 Aliæ autem gl. ſunt faciles. † Et ad gloſ. fina. in fi. dicas, qđ limites parochiarum; & prouinciarum, ſeu epiſcopatuum bene poſſunt præſcribi iure proprietatis, ſed non iure finium,[b] ut l. limes unius extendatur, & alterius reſtringatur, ne confundantur termini, de quo uide bo. gl. 16. q. 3. c. quicunque, & quod no. inſ. de parochiis. c. fi. & in c. ex literis, de prob. vbi de materia iſta habetur.

ADDITIONES.

a ¶Citatis partibus. Aduerte, dum dicit, ꝙ partes debent citari ꝙ hoc eſt verum, vt interſint, ſi velint in menſuratione, quia menſores poſſunt facere eorum relationem parte non citata, ſicut nuncius, ita not. Ang. in l. 1. § Marcelli. ff. ſi cui plus quam per l. Fal. & Bar. in l. Theopompus ff. de do. præ. Zac.

b ¶Hoc eſt verum, etiam ſi per mille annos in diœceſi vicina non fuiſſet epiſcopus, vt eſt gl. fi. in c. ſcelus. 16. q. 1.

¶Adde quod Ol. conſ. 82. dicit, ꝙ limes diœceſis non poteſt præſcribi, ſed fines territorij ſic.

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptio non currit tempore hoſtilitatis.*

2 *Eccleſia parochialis, ſiue baptiſmalis poteſt pertinere ad ius monachorum.*

3 *Oblationes, quæ ſiunt capellis ſitis iuxta aliquam parochiam, cedunt de iure eccleſiæ parochiali, ſub qua ſunt ſita.*

4 *Præſcriptio continuatur cum tempore habili, remoto tempore, quo dormiuit.*

5 *Præſcriptio dormiuit non ſolum tempore hoſtilitatis, ſed etiam quando in loco non redditur ius ex defectu iudicis, uel rei, quibus caſibus oportet, quod actor protestetur, quod non potuit ius ſuum proſequi, uide infra nu. 14. ubi uidetur poni contrarium.*

6 *Impedimentum non ſufficit probare, niſi probetur, quod fuit cauſa impeditiua, quod probatur, ſi ipſe fuit ſollicitus, non tamen potuit agere.*

7 *Præſcriptio interrumpitur, uel dormit tempore peſtis.*

Præſcriptio licet currat tempore peſtis, ſi in loco reddebatur ius, tamen ille, contra quem præſcribitur, reſtituitur ex clauſula generali.

Citatus in loco, ubi eſt peſtis, habet iuſtam cauſam non comparendi.

8 *Præſcriptio dormit contra eccleſiam, quæ non habet prælatum, uel habet, ſed inutilem.*

9 *Præſcriptio dormit aduerſus eos, qui non ualent agere, nu. 13.*

10 *Præſcribi non poſſunt res, quæ ſub conditione debentur.*

11 *Præſcriptio currit etiam tempore feriarum, licet aliquo caſu ille, contra quem præſcribitur, reſtituatur.*

12 *Præſcriptio an & quo caſu currat aduerſus illum, qui abeſt cauſa reipubli.*

13 *Præſcriptio in caſibus, in quibus interrumpitur, uel dormit, an interrumpatur, uel dormiat ipſo iure, an uero currat, ſed aduerſus eam detur reſtitutio?*

14 *Præſcriptio an indiſtincte non currat non ualenti agere.*

CAP. X.

1 EX transmiſſa. † Tempore hoſtilitatis non currit pſcriptio. Prima pars ponit querelam. Secunda dat iudices, ibi: Diſcretioni. Caſus literalis. Eccleſia de Camenone pertinet ad monaſterium de Haben. & homines de Sibino Vitonien. eccleſiæ ſunt parochiani matricis eccleſiæ, & illi de Sibino, qui prædictam habent eccleſiã minutatim omne ius parochiale præter ius funerandi ſubtraxerunt illi matrici eccleſiæ, ſcilicet decimas & oblationes. vnde Abbas & non monachi de Haben. pro eccleſia ſua matrice de Came. conqueſti ſunt D. pa. vnde Papa mandat iudicibus, quatenus faciant reſtitui decimas & oblationes cum aliis obuentionibus prædictæ matrici eccleſiæ de Came. non obſtante præſcriptione tempore ho2 ſtilitatis, a clericis prædictarum eccleſiarum. Ber. † No. primo, ꝙ eccleſia parochialis & baptiſmalis, quæ aliter dicitur matrix, poteſt pertinere ad ius monachorũ, de quo vide quod le. & no. in c. de monachis, & c. in Lateran. de præben. No. ſecundo, ꝙ prælatus poteſt agere pro eccleſiis ſibi ſubiectis, de quo in c. fi. de ſuc. ab. inte. & plene dixi in cap. 3 cum deputati, de iud. † Nota tertio, & tene menti, quod obligationes, quæ ſiunt in capellis ſitis intra alicuius eccleſiæ parochiam, cedunt de iure ipſi eccleſiæ parochiali,[a] nõ autem

ADDITIO.

a ¶Eccleſiæ parochiali. Adde Inno. in c. 3. in prin. de ſepul. Flo. in l. ſtatuas, de vſu fru. & Car. in clem. dudum, § olim, de ſep. Zacharia.

autem pertinent ad capellas; & facit per locum a ſpeciali tex. In c. ad audientiam, de eccle. ædi. & vide quod ibi dixi, & ſuper rub. de parochiis, & cap. paſtor. de his quæ fi. a præla. No. quarto, quod ius funerandi pertinet ad eccleſiã parochialem; quod intellige ſecundum quod leg. & not. in c. in noſtra, de ſep. Not. ꝙ matrix eccleſia. i. eccleſia baptiſmalis, vel plebanalis fundat intentum de iure communi ſuper decimis; & facit iſte text. quod decimæ non pertinent
a ad capellas, ſed ad eccleſiam plebis: [a] tu vero dicas, vt plene dico poſt Doc. in c. cum contingat, de deci. Et tenendo, quod pertineat ad eccleſiam parochialem, vt videtur tex. in c. ad decimas, de reſtit. ſpol. lib. 6. & d. c. cum contingat, quod mihi ſatis placet; poteſt dici ad iſtum text. quod iſtæ capellæ non habebant parochiam diſtinctam: vel melius dic, quod loquitur de decimis perſonalibus quæ debentur
4 vbi quis audit diuina, vt in c. fi. de parochiis. † Vltimo collige vnũ caſum, in quo non currit præſcriptio, ſcilicet tempore hoſtilitatis. Et pondera text. in eo, quod dicit tunc nõ currere præſcriptionem. Dormit aũt tunc præſcriptio: nõ tamen interrumpitur, quod tenet Innocen. & communiter Doct. ita quod finita hoſtilitate tempus ſequens continuabitur cum præcedente, & ſic perficitur præſcript. quadraginta annor. ſubducto tempore medio. inf. eo. ca. auditis, & habet locum ſecundum Innocen. non tantum ſecundum canones in eccleſiis, ſed etiam ſecundum leges, & in
b laicis: [b] & ſiue vna die tantum, ſiue pluribus annis hęc hoſtilitas interuenerit, ſemper hoc tempore præſcriptio dormitabit, & hoc tempus, quantumcunq; magnum, ſiue modicum ſit, de medio ſubducetur, ſecundum Innocen. quod ſatis iudicio meo probatur hic in fine, vbi in fine dicitur, Hoſtilitatis tempore non currente præſcriptione: facit c. ſolitæ, de ma. & obe. & 31. q. 1. c. quod ſi dormierit, ſimile. inf. c. auditis, & c. de quarta. Sed quæro nunquid ſunt, & alii caſus, in quibus non currit præſcriptio, ſed dormiat,
c quam in caſu noſtro? Sol. Innocen. ponit hic plures caſus, [c] quorum aliquos enumerat glo. inf. eo. cap. cum non liceat, vbi bo. gl. & in c. prima actione. 16. q. 3. & hic enumerabo, vt eos examinem, & poſtmodum ſubiiciam regulam gene-
5 ralem, an & quando currat præſcriptio. † Secundus eſt ſecundum Innoc. in quo non currit præſcriptio, vbi ius non redditur propter defectum iudicis, vel rei, allegat. ff. ex q̃b. cau. ma. l. ſed & ſi per prætorem, per totum uſque ad §. quoties: limitat tamen Innocen. multum notanter hunc caſum & præcedentem. dicit enim ꝙ eſt neceſſe, ꝙ actor doceat ſe voluiſſe agere, ſed non potuit propter cauſas prædictas impeditus, vt quia ius non reddebatur in illo loco propter hoſtilitatem; & ſic intelligit iſtum text. vel propter iudicis defectum, vel Rei, non potuit ius ſuum proſequi, allegat d. l. ſed & ſi per prætorem. §. ſi feriæ. vnde & vtile eſt ſecundũ eum, vt ſcilicet proteſtetur ſuper hoc. C. de ann. excep. l. vt perfectius, & leg. no. ſup. de offic. ordin. c. paſtor. §. fi. quod
6 bene notabis. † Ex quo tene menti, quod non ſufficit probare impedimentum affuiſſe, niſi doceatur, quod id impedimentum fuit cauſa non agendi, & id probatur, probando, tunc temporis ſolicitudinem, & idem not. Archi. in prima actione, præalle. & Bar. in l. 2. §. quod dicimus, ff. ſi quis cau. vbi dicit non ſufficere probare tempeſtatem fuiſſe tũc temporis in mari, adeo quod nauigare non potuiſſet, niſi probet ſe iuiſſe ad mare, vt nauigaret. ſed propter temporis qualitatem non potuiſſe nauigare, facit etiam quod ipſe no. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prętori, ff. de ope. no. nun.
7 † Et ſub iſtis duobus caſibus poteſt comprehendi caſus, quem ponit Bar. in l. naturaliter, ff. de vſuc. vbi dicit, quod
d ſicut tempore hoſtilitatis, [d] ſeu guerrę hominum non currit præſcriptio, ut hic, & in d. c. prima actione, ita nec tempore mortalitatis, ſeu peſtilentiæ, quando ita ſęuit in loco, quod ius in eo non redditur. plus ego credo, quod etiam ſi ius reddatur in loco mortalitatis: tamen, ſi actor erat abſens propter timorem, quia peſtis multum ſęuiebat in loco, quod tunc currit præſcriptio: tamen eſt iuſta cauſa petendi reſtitutionem ex clauſula generali, ad hoc allego notabile dictum Bar. in l. de ętate, ff. ad Trebel. vbi dicit, quod tunc citatus habet iuſtam cauſam non comparendi; alleg. in arg. bo. tex. in c. ad ſupplicationem, de renun. ego allego bo. glo. in c. ſi uero, de iureiuran. & in ca. communis filius. 23. diſt. In. facit text. 22. quæſt. 4. in c. innocens. §. vlt. verſic. quiſquis, & uide quod dixi in c. cum dilecti, de do. & cõtu.
8 † Tertius caſus comprehendens in ſe multos alios eſt, cum eccleſia nullum habet prælatũ, vel habet inutilem ad agendum, & ſub iſto comprehenditur tempus vacationis eccleſiæ, de quo in c. 1. ſup. eo. tempus excommunicationis, vel ſuſpenſionis, vel captiuitatis ipſius prælati. de cõceſ. præben. c. quia diuerſitatem, & 16. quæſt. 3. c. 1. & ca. porro, & de ele. c. quia diligentia. Item tempus pręlati dilapidantis, ſeu alienantis, ut in c. ſi ſacerdotes. 16. quæſt. 3. facit. quod legi. & no. in c. 1. de in integrum reſtit. lib. 6. & vide ad prę-
9 dicta glo. in d. c. prima actione. † Quartus caſus etiam ſatis generalis eſt, cum quis de iure impeditur agere. exemplũ in filiofam. viuente patre, ut in l. 1. in fin. C. de anna. excep. & in vxore viuente marito, reſpectu rerum dotalium. l. in rebus, C. de iur. dot. item in pupillo ætate pupillari duran-
10 tę. l. ſicut, ultra medi. C. de præſcrip. triginta anno. † Quintus caſus tempore ſchiſmatis. inf. eo. ca. cum nobis. Sextus in rebus, quæ ſub conditione debentur, non enim currit præſcriptio durante cõditione, ut in l. cum notiſſimi. §. ſed illud, C. de præſcr. 30. annor. quia tunc nulla committitur
11 mora. † Septimus eſt dubitabilis, ſcilicet tempore feriarũ, & in hoc dicit Innocen. quod in uſitatis, & ſolennib. feriis bene currit præſcriptio: quia pręuideri potuerunt, de quo eſt text. in d. l. ſed & ſi per prętorem. §. ſi ferię, ff. ex quibus cau. ma. facit l. 2. ff. ſi quis cau. & l. ſi quis domum, ff. loc. ſed in repentinis feriis currit pręſcriptio, ſed indulgeri poteſt reſtitutio tanti temporis, quanti fuit cauſa reipublicæ, & impedimenti, & hoc, quia iſtæ feriæ repentinę non potuerunt pręcaueri, ut dicit tex. in d. §. ſi ferię. ergo a ratione literę ſecundum hoc, ſi non potuiſſent vſitatę ferię & ſolennitates pręcaueri, etiam in illis daretur reſtitutio, arg. eorũ
12 quę not. in c. licet de prob. † Octauus caſus in abſente cauſa reipublicę. In hoc tamen dicit Innocen. ſupra in pręcedenti caſu, quod currat pręſcriptio, ſed indulgebitur reſtitutio pro tempore abſentię, limitat tamen hunc caſum & pręcedentem, quando pręſcriptio fuit completa tempore feriarum, uel tempore abſentię cauſa reipublicę, uel parũ poſt: ſecus, ſi poſt magnum epiſcopus poſt reuerſionem cõputandum completa ſit: quia tunc fit nulla reſtitutio, cum habuerit tempus ſatis prolixum ad conueniendum aduerſarium, & interrumpendam pręſcriptionem: negligentia ergo ſua & non tempus feriarum, vel abſentię fuit cauſa pręſcriptionis. nam beneficium reſtitutionis in integ. cum ſit extraordinarium, non eſt relaxandũ, ſed potius reſtringendum, ut patet in l. in cauſę. 2. ff. de mino. ex quo ergo ſibi potuit prouidere iure ordinario, non tamen debet ſibi ſubueniri remedio extraordinario. Goſfred. recitat primo hanc opin. quę placuit Innoc. & pro ea adducit verba prętoris, qui ait. Si quid ex bonis abſentis reipublicę cauſa pręſcriptum fuerit, cum is abeſſet, poſtea vero reſtituam & c. dicens, quod id, poſtea, ad modicum tempus refertur, ſcilicet dum reuerſus conduxit hoſpitium componit ſarcinulas, & aduocatum quęrit, quę modica pręſentia pro abſentia reputatur, ut in l. ab hoſtibus, §. ſed quod ſimpliciter ff. ex quibus cau. ma. facit l. hęc adiectio, ff. de verbo. ſigni. Secundo ponit aliam opin. quę habet, vt non ſolum vnum tempus, ſed etiam plura temporalia talis abſentię per iſtã reſtitutionem debeant de pręſcriptione ſubduci, quia ex totali tempore pręſcriptionis quis lęditur, non tantum ex eo, ꝙ pręſcriptio completur; alioquin ſolũ ultimi diei, vel momenti tempus pręſcriptionis laberetur reo, & ad illud ſolum reſtitui deberet, quod videretur abſurdum. & hoc tenentes dicunt, quod hęc opin. habet ęquitatem, & iuuatur legibus, ff. ex qui. cau. ma. l. nec non. §. ſi quis ſępius. C. de temp. in int. reſtit. l. vlt. cum ſi. ſubdit tñ Goſ. ꝙ dñs ſuus dicit in ſũma, ꝙ licet iſta opi. ſit ęquior: prima tñ ſm leges eſt

ADDITIONES.

a ¶ Eccleſiam plebis. Adde Cald. conſ. 1. de decimis, & quod conſuluit Fed. conſil. 2 [illegible] vbi tenuit, ꝙ capellę tenentur ad reparationem plebis, cum illa non eſt ſufficiens, & quod a capellis poſſint exigi iura epiſcopalia, illis non ſolutis per plebem.

b ¶ In laicis. Adde Pau. de Caſt. conſ. 1 [illegible] in primo impreſſis, & vide per eundem Abbat. conſ. 46 & 93. lib. 2.

c ¶ Plures caſus. Vide practicam Papien. forma reſponſionis Rei conuenti in Ver. exceptionem pręſcriptionis. Seb. Sap.

d ¶ Tempore hoſtilitatis. Nunquid autem currat pręſcriptio contra populum hoſtilitate [illegible] poſt tempus hoſtilitatis [illegible] conſ. 358. incip. proponit ꝙ quidam, ver. 3. quæritur, in 1. volumi. Nunquid autem, quando quis habet ſaluum conductum, contra eum currat [illegible] hoſtilitatis, vide Aret. in conſ. 16. incip. [illegible] in facto, & Felin. in ca. accedens. 2. col. 1 & 4. ſup. vt lite non conte. & Felyn. hic, col. 2.

eſt ſecitior;& ſic tecitando tranſit ſimpliciter Io. An. hic. iudicio meo prima opi. In.eſt verior, & ſatis vr̃ probari in l.ab hoſtibus,præal.& facit c.dilecto.inf.de ver.ſigniſ.licet adduci poſſint pro & contra not.in c.ex ratione, de app.in illa q.quando impedimentũ contingit intra annũ appellationis exercendę.

13 † Nunc vltimo, vt habeamus in materia regulã,quæro an in p̃dictis & ſimilib.caſib.impediatur prę ſcriptio , ita ꝙ non ſit opus reſtitutionem petere ; an vero currat,ſed detur reſtitutio?Sol.But. & ſequaces dixerunt, ꝙ opus eſt beneficio reſtitutionis,arg.ff.ex quib.cau.ma.l. ab hoſti.in fi.& C.de teſt.mil.l.2. & l.ignorare,ſed Inno.tenet,ꝙ ipſo iure impeditur præſcriptio,niſi in caſibus ſupra exceptis,ita ꝙ illa tempora impedimenti ſubducuntur de medio prę ſcriptionis,vt in iurib.ſup.inductis.nec obſtant iura proxime allegata:quia loquuntur ſecundum Inno.de reſtit.in integ. quæ datur abſenti cauſa reipublicæ.cum.n. præſcriptio ſit odioſa,ut patet ex eo,quod legi.& not.in c. vigilanti.ſup.eo.non eſt relaxanda, ſed potius reſtringenda,ar.ff.de lib.& poſth.l.cum quidam. bene eſt ergo ſecundum Inn.ꝙ ex cauſis ſupradictis retardetur vſucapio , nec currat,& per cõſequens nec reſtitutio neceſſaria ſit,& notanda eſt hæc ratio.Bar.vero in d.l.naturaliter, ponit caſũ hoſtilitatis,ut tunc non currat præſcriptio:ſed dicit, quod ſi in alijs caſibus quis impediatur agere,currit contra eum præſcriptio , ſed reſtituitur , ut in titulo quibus ex cau.ma. per totum,& maxime in l.ſed & ſi quis prætorem,in prin. Sed idem Bar.aliam theoricam ponit ſequẽdo Gul.de Cu. in l.ſenatus.ff.de offic.præſi.dicẽs,quod aut aliquis eſt impeditus impedimento iuris,aut facti.Primo caſu aut impedimentum accidit ante actionem competentem, aut poſt. Si ante,non valenti agere non currit præſcriptio , vt in d.l. 1.in fi.C.de anna.excep.Si uero impedimentum ſuperuenit poſt actionem competentem,tunc currit præſcriptio , datur tamen reſtitutio.d.l.ſenatus.Secundo caſu principali,quando quis impeditur impedimento facti , & tunc aut impedimentum eſt iuſtum,& præſcriptio currit,ſed datur reſtitutio,vt in l.& Atilianus.ff. de ſer.ru.præd.Si uero nõ eſt iuſtum impedimentum , & tunc præſcriptio currit , & non datur reſtitutio,vt l. 2.ff.ſi quis cau. Iacob.But.reprehendit Guil.in primis duobus caſibus,vt refert Bar. in d.l. ſenatus.primo in eo,ꝙ Guil.dicit,ꝙ ſi impedimentum accidit ante actionem competentem , nõ currit præſcriptio. nam contra hoc adducit d.l.ſenatus,dicens ꝙ ſi illi officiales contraxiſſent poſtquam in prouinciam peruenerunt , multominus debet eis ius dici,vt ibi no.in 1.gloſ.ma.Item reſpectu ſecundi membri in eo, quod Guil.dixit, ꝙ ſuperueniente impedimento poſt actionem competentem currit præſcriptio,ſed datur reſtitutio;adducit in contrarium l.fi.§.donec.C.de iu.delib. vbi ſuperueniente impedimento præſcriptio non currit.vnde ipſe Iaco. But. ponit aliam theoricam,& ſic in ordine quartam,dicens,ꝙ aut eſt impedimentum ex parte rei,ꝙ res ipſa nõ eſt præſcriptibilis , & tunc tale impedimentum ſuperueniens non tollit præſcriptionem inchoatam,ſed impedit inchoandã, vt in l.ſi fundum,ff.de fun.do.& no.hoc membrum,pro quo etiam facit tex.in l.Aemilius.ff.de mi.& quod no.Ioan.An.in cap. vno,de iure patron.lib.6. Si uero impedimentũ eſt ex parte agentis, ſeu agere debentis:& tunc aut omnino impeditur agere;& tale impedimentum impedit præſcriptionem inchoatam & inchoandam. d.l. 1.§.fin.C. de anna.except. Aut non impeditur omnino agere,ſed commode non poteſt agere,& tunc currit prę ſcriptio,ſed datur reſtitutio,& ita intelligebat d.l.ſenatus , & videtur hæc diſtinctio ſatis probabilis.ſed Bar.(vt dixi)ſequitur opin.Guil.dicens , ꝙ l.ſenatus,non facit pro opi.Iac.quia ibi nil dicitur, an curratpræſcriptio , ſi impedimentum accidat ante actionem competentem.Nec obſt.ſecundum eum.§.donec,præalle. quia poteſt dici, quod ibi impedimentum accidit cũ actione competenti.& cum Bar.tranſit D.Anto.hic.ſed certe iudicio meo ille tex.hanc reſtrictionẽ non patitur.unde optime facit pro opin.Iacob.ad quam etiam adduco bo.tex.in c.cum nobis.inſ.eo. vbi de præſcriptione tolluntur tempora intercedentium ſchiſmatum.& pondera uerbum,intercedentium,quaſi ſchiſma interceſſerat poſt inchoatã præſcriptionem , & nihilominus impeditur ipſo iure præſcriptio.ad idem c.auditis.inſ.eo. vbi expreſſe probatur,quod tempus uacationis eccleſiæ intercedens poſt inchoatam prę ſcriptionem ſubducitur ipſo iure de medio , ita, vt illo tempore non curreret prę ſcriptio,facit etiam c.quia diuerſitatem,de conceſ.prẽb. vnde dicerem, ꝙ aut quis directe impeditur[a] ſeu inhabilitatur a iure ad agendum, & ipſo facto impeditur præſcriptio durante impedimento, ſiue impedimentum acciderit a principio , ſiue poſt inchoatam præſcriptionem . exemplum in filiofam. durante paterna poteſtate . dicta l.prima , C. de anna. excep. & in muliere durante matrimonio in rebus dotalibus d.l.in rebus. C.de iureiur.& in prælato excommunicato, vel ſuſpenſo, uel mortuo . nam eccleſia tunc inhabilitatur ad agendum. ſed extrinſecus,venit impedimentum, & tunc licet ſit iuridicum,currit præſcriptio, ſed datur teſtamento , & ſic poteſt procedere quod dixi ſup.de tempore feriarum repentinarum: vel ſi per iudicem ſteterit , ut probatur in d. l.ſed & ſi per prętorem, in prin.& §.ſi ferię,ff.ex qui.cau. ma.licet aliud in hoc ultimo ſentiat hic Innocen.vt ſupra dixi. hoc verum, niſi, vbi ꝯrium, ut præſcriptio non currat,reperitur expreſſum.nã tunc ſerua ius expreſſum,ut eſt tp̃e ſchiſmatis,hoſtilitatis,& ſimilibus, & ſic poteſt intelligi glo.no.in c.auditis.inſ.eo.in ver.imponentes, prope medium. Ad l. ſenatus , poteſt multipliciter reſponderi. primo , quod ibi loquitur de impedimento extrinſeco. vel ſecundo,videlicet ut ibi glo.dicit, quod quando quis poteſt interrumpere prę ſcriptionem,licet non commode,ideo datur reſtitutio. vel tertio loquitur in officialibus priuilegiatis , vnde diſpoſitio ſpecialis non poteſt impedire diſpoſitionem iuris communis quare currit prę ſcriptio,ſed datur reſtitutio,& hoc ultimum tenuit hic.Oldr.

14 † Sed circa prædicta quæro , vtrum indiſtincte , non ualenti agere non currat præſcriptio?glo.in d.l.ſenatus, videtur velle hoc mirabiliter limitare,quando quis non potuit præſcriptionem interrumpere,puta mittendo executorem, uel alias extraiudicialiter, iuxta ea quæ habentur, in l.vt perfectius,C. de anna.exce. & 16.q.3.c.placuit.§.poteſt.alias autem currit præſcriptio ſed ſi non potuit commode interrumpere, datur ſibi reſtitutio;& ſic intellexit illam,l.vt ſup.tetigi, & hoc firmat D. Anto.hic,ſed mihi non placet. nam cui dubium eſt,ꝙ tempore hoſtilitatis,quantumcunque ius non reddatur , poſſit actor adire epiſcopum loci, vel proteſtari coram tabellione, vel alijs bonis viris?& tamen tex.hic indiſtincte dicit, quod illo tempore non currit pręſcriptio. ſic etiam potuiſſet facere filiusfa. vel uxor, cum hęc querimonia ſeu proteſtatio conſiſtat in facto : & tamen iura indiſtincte dicunt , quod tunc non currit pręſcriptio. Et ad l.vt perfectius,dico quod loquitur in interruptione , per quam conquaſſatur tota tela pręſcriptionis. vnde eſt neceſſe de nouo incipere.ſed nos loquimur ad effectũ, ut pręſcriptio dormiat, & ad hunc effectum caſſandum ſufficit iuris impedimentum, vt in dictis iuribus . Fateor autem , quod impeditus volens ſibi pinguius prouidere, utile eſt,ſi poterit præſcriptionem interrumpere:ſi tamen non facit, non currit tempus,ex quo agere non poteſt ; & hunc intellectum apertiſſime ſentit hic Innocen.in fin.ubi dicit,quod in caſibus,in quibus ſupra dictum eſt pręſcriptionem non currere , ſeu dormire , licitum eſt actori , ſi vult , interrumpere pręſcriptionem ſiue litem conteſtando in caſibus in quibus ſola proteſtatio ſufficit,ut ſupra de offic.ordin.c.paſtora.in fin. C.de anna.except.l.vt perfectius.illud enim beneficium a iure conceſſum , quod aliquibus caſib. currat pręſcriptio , non tollit maius beneficium,ſcilicet vt pręſcriptionem interrumpat, ſecundum eum; quod eſt bene notandum . hic non ſunt alia vtilia .

A D D I T I O.

a ¶Impeditur. Vide Bal.in repet.l.fi. ob.1 a C. de præſcrip. long.temp. Alex.in l. fin.§.donec,circa med.de iu.delib.Bal.in l ſicut,ad fi n.vbi Ang.C.de præſcrip. 30.vel 40.an.& quot in xdis quis dicatur non poſſe agere,declarat Bald.in l.in rebus,col.2.C.de iu.dot. Seb. Sap.

S V M M A R I V M.

1 *Procurationes, quæ debentur nuncijs ſedis apoſtolicæ, vllo tempore præſcribuntur non ſolum contra ipſos nuncios, ſed etiam aliqui clerici contra totum clerum.*

2 *Ad procurationes debitas legatis & nuncijs ſedis apoſtolicæ tenentur eã tribuere omnes eccleſiæ, & epiſcopus loci.4.*

Procurationes debita legatis & c. poſſunt priuilegio remitti.

5 *Canonici non tenentur ad præſtationem procurationum debitarum legatis*

ſedis apoſtolicæ,vel ad alia ſimilia onera, quando eſt eis aſſignata ali qua præbenda pro eorum ſuſtentatione tantum.

6 *Præſcribere an poſſit una eccleſia, ne teneatur ad onera,ad quæ tenetur totus clerus?*

7 *Titulus cauſatur præſcriptione tanti temporis,de cuius initio non ſit memoria.*

Cauſa in dubio præſumitur.

8 *Immunitas onerum conceſſa aliquibus an operetur, vt onus incumbens immineat inſolidum reliquis?*

9 *Appellare non licet ab eo,quod motu proprio princeps concedit.*

20 *Præſcribi an poſſint illa, ad quæ tenentur eccleſiæ pro conſecratione epiſcoporum ſuorum.*

CAP. XI.

a ACcedentes. [a]Procurationes,quæ debentur legatis & nunciis apoſtolicæ ſedis,præſcribi non poſſunt.Prima pars ponit querelam. ſecũda dat iudicem,ibi:
1 Volentes.†Caſus hic. Præpoſitus Sancti Nazarii & A. canonicus S. Stephani ſyndici & procuratores primicerii & clerici Mediol.ad ſe.apo.accedentes conqueſti ſunt grauiter de ordinariis maioris eccleſiæ, ꝙ cum ipſi procurent legatos & nuncios apoſtolicæ ſedis, dicti ordinarii nolunt illos procurare,nec aliquid conferre ad procurationes præſtandas.volens Papa,vt quod omnib.imminet, ab omnib. comportetur,mandat abbati de Cirieto,quatenus,niſi dicti ordinarii per ſpeciale priuilegium apo.ſed. a præſtãdis procurationibus oſtenderint ſe immunes, decernat ipſos teneri ad procurationes ordine debito faciendas, etiam ſi longiſſimo tempore nnn impenderint procurationem, cũ in talibus non habeat locum præſcriptio. B. Not.ꝙ clerici etiam habentes dignitatem & canonicatũ poſſunt eſſe ſyndici,ſeu procuratores clericorum,de quo vide quod leg.& no.in c.in noſtra.de procu.No.2.ibi:Syndici & procuratores,& tene menti text.pro conſuetudine hodierna, ꝙ non vitiatur procuratorium,licet accumulentur plura & diuerſa nomina adminiſtratorum.iſta.n.hic pro eodem ſumuntur,licet ſtricte inter ſe differant,ſed ſatis eſt, ꝙ conſtet de intentione conſtituentis, de quo vide quod le.& no.in ca. petitio,de procu.ſolent.n. hæc & ſimilia ad cautelam accumulari.No.tertio,ibi:Primicerii & Clerici,& tene menti, ꝙ clericus ciuitatis poteſt conuenire & conſtituere vniuerſitatem,& creare in factis pertinentibus ad clerum,ſyndicum, qui agat nomine totius cleri. habent.n.clerici totius ciuitatis ꝑ ꝓ onera & alia eis cõiter incumbẽtia iuſtã cãm conueniendi in vnum.& ideo poſſunt vniuerſitatem conſtituere.l. t.ff.de colle.illi.hoc idem voluit Inn.in c.dilecta, de exceſ.præla.cir.fi.vbi dicit,ꝙ clerici ciuitatis, vel caſtri poſſunt conſtituere vniuerſitatẽ cauſa religionis.ſ. vt miſſas celebrent pro viuis & defunctis & ſimilibus; vt puta ꝓ oneribus eis incumbentib.vt hic. Et no.bene ꝙ poſſunt facere vniuerſitatem ſine epiſcopo, & poſſunt habere alium præſidentem,vt erat primicerius,facit quod no.Inno.in c. cum ab eccleſiarum,de offic.ordi. quinimo notanter dicit Inno.iu c.cum non ignores,de præb.ꝙ ad eſſe collegii non requiritur de neceſſitate rector,ſed ipſum collegium tenet locum rectoris reſpectu ſingulorũ,facit.l. t.ff.quod cuiuſq;
a vni.†No.ꝙ nedum legatis, ſed ẽt nunciis apo.ſed.debẽtur procurationes per clerum totius ciuitatis;& intellige,ꝙ & tenentur clerici ratione eccleſiarũ.vnde hoc onus vr̃ principaliter imminere eccleſiis,vt in c.cum inſtantia,de cenſ. & tenetur etiam eṗs in his contribuere,ar.hic,& melius in c.ego,de iureiu.& in c.cum inſtantia,præall.No.ibi:Ordinarii,ꝙ canonici appellãtur ordinarii, & eſt vulgare illius
b loci: Rauennę vero dñr Cardinales.[b]†No.ꝙ valet priuile-
† gium eximens aliquos a procuratione legatorum & nunciorum ſed.apoſt. præſcriptio vero non valet. Et ſic no.ꝙ
c multa poſſint quæri priuilegio,[c]quæ non poſſunt quæri ꝑſcriptione,facit quod dixi. ſup.eo. ca.cauſam.quod poteſt intelligi,quando præſcriptio, vel conſuetudo non inducit ad conſcientiam illius,qui poteſt priuilegiũ tribuere, alias ſecus,vt ſentit hic D. An.pro hoc adduco l.de quib.ff.de legi.vbi habetur,ꝙ inducta cõſuetudo ab habente poteſtatẽ habet vim legis;& qui patitur pręſcriptionem vr̃ alienare, vt l.alienationis verbum,ff.de ver.ſig.facit c.duo ſimul,de
4 offi.ord.quod no.†No.ꝙ canonici eccleſiæ cathedralis tenentur de redditibus præbendarum ad procurationes legatorum, & nũciorum apoſtolicorum, & idem videtur in aliis oneribus toti clero incumbentibus,quod probat iudicio meo litera,in uerbo.Volentes. Opp.contra hoc,& contra tex.videtur enim, ꝙ canonici non dẽant ad hoc aſtringi,quia onus hoc incumbit eccleſiis.d.c.cum inſtantia.canonici vero non habent eccleſiam, quia epiſcopus eſt ſpõſus eccleſiæ cathedralis.ſup.de transla.præl.c.2.& c.quanto,& ipſe eſt,qui percipit redditus eccleſiæ pro onerib.incumbentibus,vt in c.videntes.12.q.1. canonicis vero ſunt aſſignatæ præbendæ pro eorum neceſſariis.12.q.1.c.vidẽtes.§.fi.vnde dñr beneficiati perſonaliter, vt not.in c.pręſenti,de offi.ord.lib.6.certum eſt,ꝙ quis non debet indebite grauari in hac contributione fienda ultra quã poſſit,ſed debet conſiderari ne egeat vt no. in d.c.cum inſtantia.Sol. contrarium vr̃ difficile,nec per Doct.tactum. Ego dico, ꝙ canonici non allegabant hic impotẽtiam,ſed præſcriptionem tantum.quare fateor plane,ꝙ ſi canonicis fuiſſent aſſignatæ præbendæ pro eorum ſuſtentatione tm̃ reliquis bonis eccleſiæ remanentibus penes eṗm,ꝙ ipſe eṗs ſolus pro ſua eccleſia ſubiret hæc onera,ar. bo.ex his quæ no.in c.de monachis,de præb.& in cle.1.de iure patron.§.1.vbi bon. tex.ſed præbendæ ſolent communiter aſſignari pro uictu, & aliis neceſſariis.d.c.videntes.§.fi.12.q.1.Ex hoc dico,ꝙ in eccleſiis regularibus maxime cathedralibus, in quibus de antiqua conſuetudine, vel ſtatuto bona oĩa remanent penes epiſcopum,uel abbatẽ modica portione relicta conuentui pro fratrũ ſuſtentatione, & hęc & ſimilia onera debent ſubiri per prælatum,& non per conuentum.Idem dico in eccleſiis pertinentibus ad ius & proprietatem monachorum,in quib. ponunt rectores vel vicarios,eis aſſignata modica portione pro eorum ſuſtentatione duntaxat,ut in d.cle.1. de iure patro.§.1. iuncta gl.in ver.obſeruentur,
d quod notabis.Quæro,hic dicitur, ꝙ procuratio[d]non præſcribitur,an procedat indiſtincte? Sol.Io. de Lig.quem ſequitur hic D.Ant. dicit, ꝙ clerici non poſſunt præſcribere contra legatos;& ita intelligit hũc tex.ſed aliqui bene poſſunt pręſcribere contra reliquos clericos,puta in terminis capituli,cum potuiſſent ordinarii ſeu canonici iſti pręſcribere contra totum reſiduũ cleri. nam tota procuratio pręſtabitur per alios clericos.nihil autem pręiudicabitur legatis & nunciis ſedis apo.& ſic ceſſat ratio prohibitionis huius c.quod procedit ſecundum Do.Car.niſi pręſcribentes eſſent tot,ꝙ indirecte minueretur procuratio,quia reliqui non ſint ſoluendo, vel nimium grauantur, nam tunc poſſent appellare,vel iudicis officium implorare,vt infr.dicã. Et quanquam hoc dictum videatur ſubtile;tamen iudicio meo iſte tex.vehementer reſiſtit. hic enim non conquerebantur legati,aut nuncii ſedis apo.ſed clerus,nec proponebatur ꝙ iſti ordinarii nollẽt procurare legatos ſimpliciter, ſed ꝙ ipſi clerici legatos & nuncios deuote recipiebant & procurabant;ipſi vero ordinarii tenebantur procurare, & procurantibus ad expenſas ſubſidium impartiri.vnde põdera hoc vltimũ. ex quo clare infertur,ꝙ legatis nil deerat in procurationibus debitis, ſed totum onus incumbebat reſiduo cleri; & tñ Papa mandat, ut hoc onus ab omnibus comportetur,ẽt ſi lõgiſſimo tꝑe aliqui procurationis offiũ non impenderint,reddens rõnẽ,ꝙ in talib.pręſcriptio non procedit.hoc ergo vr̃ impręſcriptibile,forte propter bonũ obedientię,ar.inſ.co.c.cum non liceat,& propter vtilitatẽ communem.facit optime ad prędicta quod no.in cle.1.de cenſi.iuncta gl.in verſ.legitimam. Ex qua iuncto tex.infertur,ꝙ in oneribus alias pręſcriptibilib.valet præſcriptio ꝑ aliquos clericos,vel eccleſias contra reſiduum cleri, & ſic alias conſului[e]in qõne facti,quę talis erat. Quædam eccleſia

ADDITIONES.

a ¶Amplia iſtum tex.multum no.vt per D.Aut.poſt In.in c.cum ex officii.in 3. col.infra eo.tit.

b ¶Dñr Cardinales. Ita dicit Io.An. in addi.ad Spec. in ti. de iura.cap 8. reſtat videre.vel quid ſi aliquid.de quo ẽt per Car. in cle.2.poſt gl in prin.de cele. miſ.vbi idem dicit de canonicis eccleſiæ Compoſtellanæ, qui dñr Cardinales,ſed non ſunt ſimpliciter Cardinales, ut 32.q.2.c.pudor.

c ¶Verum omne,quod poteſt acquiri ex priuilegio, poſſit acquiri ex conſuetudine,vel ꝑſcriptione, & vide qđ late ſcribitur poſt glo. in c.catholicam.21. diſt & de hoc in terminis per Ange.in Authen.nei Eccl.Ro.c.an gaudeat,circa fi.vbi dicit, quod non ualet pactum quod non currat niſi centenaria pręſcriptio.

d ¶Procuratio.Vide Abb.in conſil.94.incip.uidetur primo,in 1.volum.vbi dicit, quod licet in procuratione legatorum & nunciorum ſedis apoſtolicæ non currat præſcriptio, tamen contra reſiduum cleri bene currit, de quo etiam meminit Ioan.Fran. Balb.in tractat.Præſcrip. in 2. parte quintæ partis princ. quæſt.16.

a ſia non curata per tps, de cuius initio non erat memoria,
cum aliis eccleſiis ciuitatis ad onera cõiter incumbentia
minime cõtribuit; ſed alus ſoluentib. pro rata illa minime
ſoluerat. vrgebat̃ per clerum ut ſolueret, conſuetudine nõ
obſtante. dixi ꝙ poterat ſe defendere ex illa pręſcriptione.
allegabam. d. cle. 1. de cenſi. iuncta gl. vbi probatur, ꝙ præ-
ſcriptio prodeſt in his oneribus vitandis; in his tamen, quę
præſcriptibilia ſunt. Et forte iõ illa gl. adiecit hanc limita-
tionem; quia dubitabatur, nunquid aduerſus cathedraticũ
currat pſcriptio. nã gl. in c. quicunq;. 16. q. 7. voluit, ꝙ licet
currat præſcriptio in quantitate, non tñ in totum, vt nihil
debeatur. aliud tñ ſentit Archi. in c. 1. de pręben. li. 6. & ple
nius de hoc per Io. An. in c. cum venerabilis, de cenſi. Item
dubitatur in charitatiuo ſubſidio, ſentit. n. Io. An. in d. c. cũ
venerabilis, ꝙ non poſſit eccleſia ſuo nomine allegare præ
ſcriptionem, & idem in procuratione ratione viſitationis,
vt in c. cum officii. inſ. eo. & in procuratione legatorũ nun-
ciorum ſedis apo. ut hic. ſunt ergo quædam impræſcripti-
bilia. in aliis uero onerib. regularib. currit præſcriptio, vt
etiam ſentit Io. And. in d. c. cum venerabilis. videmus. n. ꝙ
in quarta decimarum & mortuariorũ currit præſcriptio,
ẽt contra epiſcopum, vt in c. de quarta. ſup. eo. Item una ec
cleſia præſcribit decimas in parochia alterius. ſup. eo. c. ad
7 aures, & c. 1. eo. tit. li. 6. † Et præſertim hoc procedit in præ
ſcriptione tãti temporis, de cuius initio non eſt memoria.
illa. n. præſcriptio habet uim tituli, ſeu conceſſionis. d. c. 1.
l. hoc iure. §. ductus aquæ, ff. de aq. quot. & æſti. & l. 1. §. i. &
2. & l. 2. §. pen. ff. de aqua plu. ar. Præterea uidemus, ꝙ in p-
ſcriptione cenſus & ſeruitiorum ſufficit allegare uñ tẽpus,
de cuius initio non eſt memoria, alia cã non allegata, quia
cã præſumitur, vt not. Io. An. c. peruenit. de cenſi. & Bar. in
l. cum de in rem verſo. ff. de vſu. & gl. in c. nullus epiſcopus.
1. q. i. ergo fortius eſt admittendum in pſcriptione liberta-
8 tis, & plenius de hoc videas in d. conſ. 95. † Nunc quæro,
certum eſt, ꝙ Papa põt aliquem eximere ab iſtis onerib. ut
9 hic, & c. cum inſtantia, de cenſi. † nunquid onus[b] incũbens
b immineat inſolidum reliquis? & eſt notabilis qõ & quoti-
diana, cum ſæpe ciuis uel comitatiuus, vel forenſis ab iſtis
onerib. eximatur, an integrum onus omnibus incumbens
remaneat reliquis? vt priuilegium ſic tendat in diſpendiũ
aliorum, cum alii plus agrauabũtur quibuſdam exemptis,
iſte tex. facit ꝙ ſic, & idem vr̃ uelle d. c. cum inſtantia, facit
optime l. ab omnib. ff. de leg. 1. ubi patet, ꝙ ſi teſtator man-
dauit per hæredes ſuos ſolui centum, & poſtea aliquem ex
hæredibus exemit ab onere ſoluendi, tenentur reliqui ad
integram ſolutionem. nam & princeps, qui habet plenitu-
dinem poteſtatis, poteſt quem vult ab onerib. eximere, &
cui vult onera imponere, ut patet. C. de proſeſ. & me. l. me-
dicos, & ff. de iure immu. per totum. & l. una; C. de ſuperin
c dic. li. x. In ꝯriũ facit quod no. Spec. in ti. de cenſi.[c] §. nũc di-
cendũ, uerſ. quid ſi uniuerſitas. ubi dicit ꝙ ſi aliqua uniuer
ſitas tenetur ad aliquam annuam præſtationem dño ſuo,
ſi dñs aliquẽ exemerit, non tenentur illi de uniuerſitate ad
integram ſolutionem; ſed tantum minus, quantũ eſt illud,
quod debebat ſoluere priuilegiatus, & idẽ vr̃ ſentire Bart.
in d. l. ab oib. in obligationem ex contractu, ut uno libera-
to reliqui non teneantur inſolidum, ar. in l. epiſtola, & l. ſi
unus. §. ante omnia. ff. de pact. cum ſi. & de hac quæſtione
uide ibi per eum & plenius per Io. And. in c. 2. de immu. ec
cle. Et concludendo & reducendo omnia ad concordiam
dicerem, ꝙ ſi onus imminet plurib. non inſolidum, ſed pro
uirili portione, & tũc aut incumbit ex ꝯctu, aut ex ultima
uoluntate, aut ex diſpõne iuris cõis, aut ex conſuetudine.
Primo caſu uno exẽpto p creditorẽ, alii teneñ pro virili
portione, & non in ſolidum per iura ſuperius alle. facit l. 1.
C. ſi plures una ſententia. iud. ſint, ſecus, ſi fuiſſent obligati
in ſolidum, ut l. ſi. ff. de duo. re. no. Bar. in d. l. ab omnib. Se-
cundo caſu, cum tenentur ex ultima uoluntate, & ſi teſta-
tor exemit aliquẽ, reliqui tenentur in ſolidum. d. l. ab om-
nib. quia hoc vr̃ fuiſſe de mente teſtatoris cuius mens eſt
habenda pro lege. 13. q. 2. c. ultima uoluntas, & d. l. ab om-
nib. Tertio caſu, cum ex diſpoſitione iuris Imperator ſolus
poteſt eximere regulariter in temporalibus, & Papa in ſpi
ritualib. ꝙ onus accreſcit aliis, & ſic intellige hunc text. &
ea quæ plene no. per Io. An. in c. 2. de immu. ec. alii vero re
ges, principes, & barones, & ſimiles non habentes iura im
perii, licet poſſint eximere aliquem in eorum præiudiciũ,
non tñ in præiudicium aliorum, & reipublicæ, & pro hoc
tex. opt. in l. vacuatis, iuncta gl. & Bar. C. de decu. li. 10. per
eundem Bar. in l. 2. ff. de iure immu. idem dicerem in obli-
gatis ratione ſtatuti, & ſic diſtinguerẽ ſecundum Bar. & Ia.
de Aret. in d. l. ab omnib. ubi dicunt per illam l. ꝙ ſi ſtatuto
cauetur, vt comitatiui teneantur ſoluere ſalarium. Poteſta
tis, & poſtea villa aliqua eximitur ab oneribus, tenentur re
liqui comitatiui ſoluere integrum ſalarium. hoc puto verũ
niſi ex cauſa rationabili quis eximatur per inferiorem, ut
l. 1. C. de decre. decu. lib. 10. ſentit Bar. in d. l. vacuatis, in ſi.
Quarto mẽbro, in obligatis ratione conſuetudinis credo
idem dicendum, quod in obligatione ex cõtractu, quia ex
quo oẽs tenentur ad onus ratione conſuetudinis, non dẽt
vnus eximi. in aliorum præiudicium; facit quod not. Ioan.
An. in add. Spec. in d. §. nunc dicendum. in 3. col. ubi dicit,
ꝙ ſi de conſuetudine forenſes conſueuerunt eſſe immunes
ab oneribus, non poſſunt nunc ad illa per ſtatutum obliga
ri; facit quod in ſimili no. Bar. in l. quod ſemel, ff. de dec. ab.
or. fa. & prædicta notabis. Ex his infertur ad quæſtionem.
quid ſi multi per priuilegium apoſtolicum ſint exempti a
procurationibus legatorum, ita ꝙ alii nimium grauentur?
So. modicam lęſionem debent ſuſtinere, ut in l. quoties, C.
de preci. imp. off. no. in c. reſcripta. 25. q. 2. & etiam magnã,
vbi clare conſtaret de intentione Papæ, vt in ca. in memo-
riam. 19. diſt. ſed in dubio princeps non præſumiẽ hoc vel-
le, ut in c. ſuper eo. de offi. deleg. & melius in ca. ſuggeſtum.
c. dilecti, de dec. & l. ex facto. ff. de vulg. & pup. ſub. quo ca-
ſũ dicit Cat. ꝙ reliquus Clerus põt reſiſtere, ne ſoluat totã
procurationem, & appellare, expreſſa in appellatione hac
cã, quia enormiter ex hoc grauantur, & debebit princeps
hoc uiſo priuilegia illa reuocare tanquam tendentia ad no
xam. d. c. ſuggeſtum, uel procurationem minuere, & ita di-
10 cit ſe conſuluiſſe. † Ego aliter dicerem, & ſic, ꝙ aut priuile-
d gia[d] fuerunt conceſſa proprio motu principis, & tunc non
video, ſup quo poſſit fundari appellatio, cũ ꝯ principis di-
ſpoſitionem non ſit licitum appellare. 9. q. 3. ca. cuncta per
mũdum, & c. per principalem. ſed ſi nimium grauat, debet
implorari remediũ a principe, cuius eſt decernere de ſuis
priuilegiis, ut no. in c. cum veniſſent, de iud. & in c. ſugge-
ſtum, præalle. Si uero fuerint conceſſa ad inſtantiam, tunc
poterit dici; ꝙ emanarunt vel per ambitionem, vel per im
portunitatẽ impetrantium. quod ſi princeps ſciuiſſet, ꝙ ta-
lia præceſſiſſent nunquam conceſſiſſet cũ tanto eorum pręɥ
iudicio, maxime cũ ſint contra Rempublicam, & a iure dã
nata, ff. ſi contra ius vel vti. pu. l. ſi. & l. vacuatis, C. de decu.
lib. 10. & ſi hæc exceptio non admittatur, poterit appella-
ri. ar. in c. ſuper eo, de offi. deleg. & hæc vñr de mente Ioan.
11 An. in ſimili q. in d. c. 2. de im. eccl. † Itẽ per prędicta vr̃ ſol-
ui q. quã inſolutã reliquit hic Hoſt. quærens, quid de capel
e lis nolentib. contribuere ad expenſas,[e] quę fiunt pro conſe
cratione Epõrum ſuorũ ptendentes ſol. i pręſcriptionẽ, vel
conſuetudinẽ? & arguit ꝙ non inueni per hoc c. cũ ſuis cõ
cordantiis: demũ remittit ad no. in c. ut pterite, de ele. Ego
dico, ꝙ expenſæ principaliter incumbunt ipſi prælato, cu-
ius factum agitur, vt no. in d. c. vt præteritæ. Si vero facul-
tates

ADDITIONES.

a ¶ Conſului. Adde eundem conſ. 26. 2. lib. Ro. conſ. 368. Lapum alleg. 60 Cald. conſ. 2. & dicunt domini de Ro deca. 10. hæc no. in antiquis, ꝙ eccleſia paro chialis & hoſpitalarii poſſunt præſcribere iura aliarum eccleſiarum.
¶ An eccleſia parochialis & hoſpitalia poſſint præſcribere bona aliarum eccleſiarum, dicas ꝙ poteſt præſcribere, ſicut præſcribit eccleſia contra eccleſiã, quia appellatione eccleſiæ ueniunt omnia monaſteria, & omnis locus pius, ſec Io. An. in c. 2. in prin. de in integ. reſt. in 6. Nouel. & Abb. in ca. 2. de conſue. & Car. in cle. 2. in 3. q. de Iudæ. quod ſine dubio procedit, qñ hoſpitale eſt conſtructum authoritate epiſcopi, quod in dubio præſumitur, ſi in eo miſſæ celebrantur, ut per Arch. in c. nemo, de conſe. diſt. 1. & adde, ꝙ hoſpitale conſtructum authoritate epiſcopi habet omnia priuilegia, quæ habet eccl. ut in cle. quia contingit, de reli. do. & per Bal. in auth. in. quas actiones, C. de ſacroſanc. & ppea dicit, ꝙ bona hoſpitali. gaude. eo priuilegio, quo bona eccle. l. oĩa & ibi per Bar. C. de epi. & cle. & vide Alex. in conſi. 120. in 3. part. conſ. & in cõſ. 9. in 3 par. & Paul. de Caſt in conſi. 78. & 295. ubi dicit, ꝙ aduerſus hoſpitale non detrahitur falcidia, uel Trebel anica, ſicut nõ detrahitur aduerſus alia loca pia ut in auth. ſimiliter, C. ad l. fal. Ant. Fran.
b Nunquid onus. Vide Bal. in etiam. in vlt. co. C. de exe. rei iud. Card. in cle præſenti, in vlt. q. de cenſi. & Pet. de Anch. in conſi. 243. inc. ad prædicta, & in conſi. 406 inc. viſo inſtrumento, ad fin. Ro in l. 4. in pri. de re iud. & conſi. 252. in ci. deciſione propoſitæ conſultationis, & Alex in conſi. 101. incip. uiſis inſtrumentis, in 3. col. in 3 vel. & in conſi. 162. inc. in cauſa & lite, & in 2. uel Sc. Sa.
c In tit. de cenſi. Adde Pet. de Ancha. con. 291. qui hoc dictum ſequitur.
d Aut priuilegia. Aliam diſtinctionem ponit. Do. Iaſ. in l. cum ineptus, col. 3. ff. de pac. ubi plura ad propoſitum. Sep. Sap.
a ¶ Vide D. Ant. & d. Bar. de Bellen. in c. ſi archiepiſcopus. de temp. ord.

tates prælati nõ ſufficiunt, tunc alii ſubditi tenentur ad charitatiuum ſubſidium, vt in c. cum apoſtolus, de cenſ. & no. in d. ca. vt præteritæ.[a] So. ergo quæſtionis dependet nunc, an contra charitatiuum ſubſidium currat præſcriptio, & ſaltem poſſint aliqui contra reſiduum cleri præſcribere; vide quæ ſupra vltra alios plene examinaui.

ADDITIO.

a Vt præteritæ. adde pro hac opin quo tuolum Fel. conſ 124.

SVMMARIVM.

1 *Subditi nullo tempore præſcribunt obedientiam domino. 3.*
2 *Clerici tenentur obedire capitulo ſiue ſede vac. ſiue non.*
Epiſcopus cum capitulo debent explicare negotia eccleſiæ, nec vnus ſine alio.
Capitulum & ſinguli canonici non iudicantur a pari, nam plus eſt capitulum, quam ſinguli canonici.
3 *Obedientia propter quæ crimina eſt deneganda prælatis?*
4 *Clerici vel prælati notorie fornicatores vel ſimoniaci, ſunt ipſo iure ſuſpenſi a beneficio.*
5 *Hæreticus eſt priuatus omnibus iuribus & bonis, & eſt excommunicatus.*
6 *Tanquam hæreticus punitur ille, qui credit eccleſiam non habere poteſtatem canones condendi.*
7 *Res prohibita alienari per legem, vel ſtatutum, vel defunctum, ſiue per pactum, an poſſit præſcribi? vide per diſcurſum.*
8 *Error iuris impedit præſcriptionem: error facti non, nu. 9.*
10 *Præſcriptio non currit contra pupillum, furioſum, aut prodigum, & quatenus curra1, reſtituuntur.*
11 *Præſcribere non poſſunt colonus habens precario, vſufructuarius, creditor pignoris, & ſimiles perſonæ.*
12 *Præſcribere poteſt ille, qui bona fide emit rem a colono: ſed dominus ignorans aduerſus hanc præſcriptionem reſtituitur. Deficit 13.*
14 *Articuli non ſunt admittendi, quando veniunt contra deciſionem alicuius textus.*
15 *Præſcriptio libertatis, quam faciunt ſubditi, procedit ſine poſſeſſione.*
16 *Præſcribere licet quis poſſit iura imperii in territorio ſuo; tamen non poteſt præſcribere, vt nemini ſubſit.*
Imperator non poſſet concedere priuilegium omnimodæ exemptionis, quia eſſet lacerare imperium.
17 *Abbas poteſt præſcribere iura Epiſcopalia.*
Monachi poſſunt exercere curam animarum, vbi de hoc eſt conſuetudo.
Abbas poteſt præſcribere aliquam eccleſiam contra Epiſcopum.

CAP. XII.

1 CVm non liceat. † Subditus non præſcribit obediẽtiam contra prælatum. Sunt duæ partes. Prima reprehendit factum iſtorum, quibus ſcribitur. exprimendo cauſam. Secunda illud corrigi præcipit, & exceptionem remouet, ibi: Ideoque Caſus literalis. Archiepiſcopus Bracharen. conqueſtus eſt Do. Papæ, quòd priores de Coſta & de ſancto Donato denegabãt ſibi obedientiam, & reuerentiam exhibere, licet eccleſiæ ſuę diœceſi ipſius archiepiſcopi eſſent conſtitutæ, dicentes, ꝙ eã ſibi exhibere nõ conſueuerunt. Mandat Papa dictis prioribus quatenus prædicto archiepiſcopo exhibeant obediẽtiam & reuerentiam debitam, ſicut alii clerici ſuæ diœceſis, præſcriptione temporis non obſtante. Ber. Not. primo, ꝙ epiſcopus dicitur eſſe caput omnium de diœceſi. inferiores vero prælati dicuntur eſſe membra; & ſic non ſolum canonici dicuntur membra; vt in c. nouit, de his quæ fi. a prælа. facit quod leg. & no. in c. ſignificaſti, de ele. in fi. No. ſecũdo, quod quis non poteſt eſſe ſine capite, eſſet enim a Cephalus, de quo vide tex. cum gl. in c. nulla ratione. 93. di. Et no. quod caput eſt honorabilius membrũ, quod ſit in corpore. membra enim ſequuntur caput, & non econtra. hinc eſt, quod ſolum caput ſine aliis mẽbris facit locum in quo ſepelitur, religioſum. l. cum in diuerſis, ff. de reli. & ſum. fu. & amputato capite fruſtra iactat ſe quis hẽre reliqua membra. 1. q. 1. c. illi offerunt, in fi. 2 † No. tertio, quod omnes clerici diœceſis, etiã ſi ſint prælati tenentur Epiſcopo ad obedientiam & reuerentiam. concordat quod leg. & no. in ca. his, quæ. de maio. & obed. vbi fit mentio de obedientia, & reuerentia, & honorificientia, & dic vt ibi de differentia inter hæc. Et aduerte, quia videtur velle iſte tex. ꝙ non ſolum Epiſcopo tenẽtur obedire, & eum reuereri, ſed etiam capitulo, vt patet, ibi: Archiepiſcopo & eccleſiæ nam appellatione eccleſiæ venit capitulum, ut in ca. requiſiſti, de teſta. Io. An. intelligit iſtum tex. reſpectu capituli ſede vacante, alleg. c. his quæ. & c. cum olim, de ma. & obed. & ſic ſentit, quod ſuperſtite Epiſcopo non tenentur inferiores capitulo ad obedientiam & reuerentiam. Ego vero dico contrarium per tex. expreſſum. in c. cum clerici, de ver. ſig. vbi patet, ꝙ clerici iurant obedire Epiſcopo, & eccleſiæ. i. capitulo, & dicit ibi tex. in fi. ꝙ per tale iuramentum Epiſcopo tanquam capiti principaliter obligantur; & per illũ tex. dicit Innoc. in c. dilecti, de ma. & obed. quod ſpiritualia & dignitates eccleſię ſunt communia, & communiter tenentur per Epiſcopum & capitulum, licet Epiſcopus ſit caput. ſatis bene facit ille tex. in d. c. dilecti. cũ materia ſua. probo ratione. Epiſcopus omnia facit aut cum cõſilio, aut cum conſenſu capituli, aut ſimul per vtrunque explicãtur. faciunt enim vnum corpus, iuxta ea quę habentur & not. in c. nouit, & c. quanto. de his quę fi. a præla. & in c. edoceri, de reſcr. & in c. 1. de proc. qua ratione omnes de diœceſi debent exhibere reuerentiam, & obedientiam Epiſcopo, & capitulo, ſed Epiſcopo tanquam capiti, & non ſic dico in ſingulis canonicis; quia aliud eſt capitulum; aliud ſinguli, pro hoc faciunt not. per Innocen. in ca. cum dilectus, de conſue. vbi dicit, ꝙ ſinguli canonici non habent publicum officium, ſed capitulum. Idem no. ipſe in c. cum Vintonien. de elec. per D. Ant. in c. illa, eo. ti. & ſic aliud eſt capitulum, aliud ſinguli, vt hic dicit Io. And. & dic vt no. in ca. ad probandum. inſ. de re iudi. & 12. q. 2. c. qui manumittitur. Nec obſt. illud c. his quæ, & c. cum olim, allegata per Ioan. quia dico; ꝙ vacan. ſede debetur capitulo obedientia & reuerẽtia principaliter, & inſolidum, & ſicut Epiſcopo. ſed ſede repleta debetur acceſſorie tanquam membris Epiſcopi, facit quod in ſimili no. Io. mo. in cap. ſuper co. de hære. lib. 6.

3 † Opp. contra tex. & videtur, ꝙ liceat recedere a prælato, vt in c. ſane. 24. q. 2. & c. quia diligentia, de ele. cum ſi. Solu. dicit gl. 1. ꝙ regulariter procedit, quod dicitur hic in text. fallit in caſibus, vt in crimine hæreſis primo, ſecundo in in ſchiſmate, tertio in crimine notorię fornicationis, quarto in ſimonia in ordine commiſſa, ſi probari poſſunt. 32. diſtin. c. præter. §. verum. In aliis autem criminibus,[b] etiam ſi ſint notoria, non eſt licitũ ab obedientia prælati ante ſententiam contra eum ferendam, recedere. 8. q. 4. c. nonne, & not. hanc bene gl. idem no. gl. in c. nullus, 32. diſt. Quare autem in prædictis caſibus licitũ eſt ante ſententiam ab obediẽtia recedere? dicit gl. ꝙ inuoluti in illis criminibus ſunt a iure ſuſpenſi. Sed contra hoc gl. inſtat, nam & alii criminoſi videntur prohibiti a perceptione ſacramentorum, de conſe. diſt. 2. capit. quotidie. Solu. dicit gl. ꝙ canon dicit, ꝙ iſtos ſimoniacos, & fornicarios vitare poſſumus, ſed alios non, niſi ſint excommunicati, vel ſuſpenſi, vel depoſiti. hęc gl. ſecundum Io. An. (& bene) non reddit ſufficienter rationem diuerſitatis, quia repetit ipſum, quare ipſe vero Ioan. An. dicit, ꝙ ratio diuerſitatis ſeu ſpecialitatis in ſimoniaco in ordine eſt, quia intus ortus occidit, quantumcunque occultus, ut no. de ſimo. c. tanta. videtur text. 1. q. 1. c. quibuſdam. fornicatio autem inquinat animam, & corpus. Item quia nimis frequentatur, ideo iura magis exaſperant. 32. q. 7. c. quid in omnibus. & ff. de pęnis. l. aut facta, in fi. & idẽ no. Goff. in d. c. tanta. Aduerte latius, quia cum quæritur, an & quando ſit licitũ recedere ab obedientia prælati, primo enim licet, quando prælatus eſt ab eccleſia præciſus, ut quia excommunicatus, de app. c. paſtor. in fin. & 11. q. 3. c. excommunicatos, & c. cum excommunicato. & dicit Inn. in c. 1. de ſchiſma. ꝙ quantumque iſte toleretur, dummodo probari poſſit, ſi vocat aliquem ſubditum ad ordines, vel ad alia ſacramenta, poteſt ei dici, non recipiã hoc a te, quia es excõicatus, vnde tibi participandũ non eſt. & ex hac cã legitima

ADDITIONES.

a ¶ In aliis aũt criminib. limita hoc dictum per gl. in c. ſacerdotes. 2. q. 7. quę vult, ꝙ prælato non ſeruanti conſtitutiones, ſeu canones, poſſit impune leuari obedientia, & ab eo recedi & ante lata ſuper hoc ſententia. Q̃ tñ gl. limita, vt p Ge. ibi. ſ. ſi non ſeruet ex ſimplicitate: ſecus; ſi ex contemptu, ut & no. Car. in cle. 1. q. 10. de æta. & qual. Aliã gl habes, i c. venerabili, & ibi Gemi & Celſus in apo. ad ipſũ, de ele. li. 6. q̃ ad hoc ſingulariẓat Ro. ſin. 486. i c. curialis de Fl. re. Zach.

b ¶ Circa hoc an obedientia poſſit leuari non ſeruanti canones vel leges nõ expectata ſnia dicas, ꝙ canones ſunt ab oĩb. obſeruãdi, qui ſunt; chriſtiani & ſubditi papæ, vt in c. 1. de conſti. & ſuperiori quiſq. tenet obedire, vt in c. legeb. de ma. & obe. & recuſans obedire iudici & ſuperiori poteſt ab eo puniri, ut per Spec. in tit. de acc. in §. 6. in ver. ſi credit: adde tamen, ꝙ obedientia & papę non eſt pręſtanda in illicitis, ut per Ioan. in c. inquiſitionis de ſen. excom. & in c. propoſuit, de conceſ. præb. & habetur in c. ſi dñs, & in c. qui reſiſtit. 11. q. 3. Ant. Fr.

& aliis criminoſis: quia contra eos non eſſet admittenda talis exceptio, non recipiam hoc a te; quia es irregularis. ſufficit enim ꝙ toleretur. 8.q.4.c.nonne. Ratio diuerſitatis ſecundum eum eſt, quia excommunicato non poteſt communicari ſine periculo, ſed in aliis ſecus. & adde ad hoc ꝙ no. idem Innoc. in c. inter dilectos, de exceſ. præla. & in c. ſciſcitatis, de reſcr. & in c. cum ſuper, de offi. dele. Idem qđ in excommunicato dicit hic Inno. in notorio fornicatore, & ſimoniaco; & hoc ea ratione, quia ab eorum obedientia ſua authoritate recedere licet. 32. diſ. c. verum. No. hoc dictum; & idem voluit gl. hic licet non ita clare. Ex quo habes, ꝙ non ſolum in diuinis poſſumus propria authoritate vitare fornicatorem notorium, & ſimoniacum in ordine, ſed etiam poſſumus recedere ab eorum obedientia; iura tamen clare non dicunt, ſed poteſt ſic argui pro hac opi. † iſti ſecundum communem opi. ſunt ipſo iure ſuſpenſi ab officio, de quo dic, vt no. in c. veſtra, de cohabi. cle. & mu. in c. per tuas, de ma. & obe. ergo & a beneficio; de quo dic, vt no. in c. cupientes, de pœnis, in gl. noua. Præterea ſuſpenſus ab officio, eſt ſuſpenſus a iuriſdictione; vt no. in c. cum dilectus, de conſue. Sed an hoc ſit verum indiſtincte, quod notorius fornicator[a] ſit ſuſpenſus ab officio, dic vt no. in d. c. veſtra. Idem quod ſupra dic in aliis præciſis ab eccleſia, vt in ſuſpenſis & depoſitis, vt hic in gl. & in d. c. 1. per Inn.

4 | a

5 † Et hæc eſt ratio ſpecialitatis in hæretico & ſchiſmatico. hæreticus enim eſt priuatus omnibus iuribus, & bonis, & eſt excommunicatus, vt in c. excommunicamus, de hær. & c. vergentis. eo. tit. & c. cum ſecundum leges. eo. titu. lib. 6. Schiſmaticus etiam eſt excommunicatus. vt in c. licet. de elec. lib. 6. & 23. diſt. c. in nomine domini. Adde alios duos caſus multum no. primum ponit gl. in c. ſacerdotes, il 1. 2. q. 7. ſi prælatus non ſeruat canones,[b] & videtur hoc mirabile, nec iudicio meo aperte iure probatur, poteſt tamen adduci ca. alieni. 2. q. 7. ſed non facit multum intelligendo vt ibi not. gl. quæ intelligit iſtum tex. in ſchiſmatico. † Poſſet tamen intelligi in non obſeruante canones illos contēnendo, quia non credit eccleſiam habere poteſtatem condendi. talis enim debet puniri vt hæreticus, vt no. gl. in ca. generali, de elec. li. 6. facit tamen pro illa gl. alius caſus, quē ponit Io. An. in c. 1. de cenſi. poſt Hoſt. melius loquitur, & clarius Hoſt. in c. licet in corrigendis, de offi. ord. vbi dicit, ꝙ ſi prælatus corrigens ſubditum eodem peccato mortali æquali, vel minori notorio, ſit detentus, videtur appellatū ab eo; & vide no. in d. c. de priore, de app. in fi. vbi dicit, ꝙ a prælato etiam religioſo conſtituto in mortali peccato cuius crimen eſt notorium, vel famoſum, ſi eſt incorrigibilis. poteſt appellari: & ſi deſert bene quidem, alias acriter puniretur per c. de priore, de app. & reddit cauſam; quia iudicialis correctio ad talem prælatum non ſpectat. 3. q. 7. c. iudicet. & quamquam iſtorum ſit magna authoritas, ego tamen hoc non puto verum, & eſt expreſſe contra authoritatem huius glo. quæ dicit, ꝙ regulariter, etiā ſi crimina ſint notoria, non eſt licitum ante ſententiam recedere a prælato. 8. q. 4. c. nonne, & idem no. gl. in d. c. nullus, & d. c. ſacerdotes, & ad c. iudicet, dic, vt reſpondet Gra. in c. ſancimus. §. item in euangelio. 3. q. 7. ꝙ criminoſus nō iudicat ex merito vitæ: alias ſibi noceret: ſed eius iudiciū non debent ſubditi uitare, quamdiu toleratur, ad hoc ca. dictum. 1. q. 1. facit optime quod no. Inno. in d. c. ſciſcitatus. & uide bo. tex. i c. ſacerdotes, d 2. 2. q. 7. vbi traditur regula. ꝙ ſubditi dēnt obedire præceptis prælatorum, licet ipſi aliter agāt, quam debeant, niſi in fide errauerint, & ſic ſolum excipit vnū caſum. non ergo licet ab eis recedere prætextu criminis, niſi reperiatur iure permiſſum: quod no. Vltima glo. diuiditur principaliter in tres partes. In prima ponit 26. caſus, in quibus præſcriptio non procedit, aut dormit. In ſecunda ponit quinque perſonas, quę non præſcribunt. In tertia prope fi. firmat unum contrarium contra text. & ſoluit. ſecunda pars, ibi: Item quidam ſunt, tertia ibi, arg. eſt contra. Et pro intellectu primæ partis ſcias, ꝙ quādoque pręſcriptio currit, ſed per interruptionem tota tela cōquaſſatur, ita ꝙ non proſunt præcedentia tempora, quod quando contingat, non eſt materia noſtra: ſed eam expediui ſup. eo. in ca. illud. Quandoque uero præſcriptio dormit iam inchoata ꝑ ꝑ aliquod accidens ſuperueniens: non tamen conquaſſatur præſcriptio: ſed ceſſante impedimento currit, & continuantur pręcedentia tꝑa cum ſequentibus, nec eſt iſta materia noſtra: ſed eam tradidi in c. ex tranſmiſſa, ſup. eo. Quādoq; vero præſcriptio nullo modo currit, ita ꝙ nō eſt opus vt interrumpatur, aut ut dormiat, & hæc eſt proprie materia noſtra, & ſic gl. impertinenter ponit hic aliquos caſus, in quibus pręſcriptio dormit. Scire enim debes, ꝙ lex ſeu canon in multis caſibus directe impedit uſucapionem, ut in tex. noſtro, & in multis caſibus notatis in gl. in quib. caſibus non prodeſt bona fides poſſidēdi, vt dicit tex. in l. vbi lex. ff. de vſuca. & quatenus hæc gl. dicit, ꝙ in rebus fiſci nō currit uſucapio minus perfecte materiam fiſci explicat in tꝑe præſcriptionis. nam in contrariū videtur tex. in l. quāuis, ff. de vſu. & l. inter quatuor, & l. ioib. ff. de diuer. & tēp. ꝑſcr. & l. 1. C. de quadr. ꝑſer. nec ēt hoc Doc. declarāt. Ego vero dicā latius, inf. eo. c. cū nobis: q̃a hoc. c. ſatis eſt onerarū. † Et circa iſtā primam partē gl. q̃ro, quid ſi lex vel canō directe ſeu expreſſe non inhibet vſuc. ſed tacite, vt q̃a prohibet rē alienari, nunquid poſſit vſucapi,[c] ſeu ꝑſcribi? & vr̃ primo ꝙ non, quia res prohibita alienari, tacite prohibetr̃ vſucapi, ut not. gl. in d. l. vbi lex. vr̃ tex. in l. alienationis verbū, ff. de ver. ſig. vbi dicit, ꝙ alienationis uerbū cōtinet vſu. vix eſt. n. ut non uideatr̃ alienare, qui patitr̃ uſucapi. In ꝯriū facit q̃a res minoris prohibetr̃ alienari ſine decreto, vt C. de prædi. mi. ſine decr. non alie. ꝑ totū, & tñ ꝑt pręſcribi, ſi bona fide res fuit empta, puta quia emptor putabat illum maiorē, vt l. 2. §. ſi a pupillo, ff. pro empto. Item res eccleſię ꝓhibentr̃ alienari. de reb. eccl. non alie. ꝑ totū, & tñ præſcribuntr̃, ut hic licet poſſit rñderi ꝙ iura non ſimpliciter alienationem prohibent rerum pupilli, uel minoris, vel eccleſiæ, ſed ꝓhibent ſine cā & certa ſolennitate: & ſic iura non reſiſtunt ſimpliciter alienationi, vt ſentit Bart. in l. fi. C. in qui. cau. in inte. reſt. non eſt ne. Itē aliud eſt expreſſe prohibere vſucapionē, aliud tacite; puta ꝑ prohibitionē vſucapionis, vt no. gl. in d. l. ubi lex. Pro ſolutione dico, ꝙ q̃nq; lex prohibet rem alienari, quia eius cōmerciū hēri nō ꝑt, nec poſſeſſio, vt in rebus ſacris, & religioſis, ſpiritualib. reſpectu laicorum, & in illis non procedit vſucapio: quia deficiēte poſſeſſione non ꝓcedit ꝑſcriptio, ut in c. cūm, ſup. eo. Q̃nq; res ꝓhibetr̃ alienari ſimpliciter fauore ipſius rei, exemplum in fundo dotali, & tūc prohibitio ipſa impedit vſucapionem inchoari, ut in l. ſi fundum, ff. de fun. do. no. gl. & Bar. in l. a. C. de uſuc. pro emp. ſed ſi erat inchoata, & poſtmodum ſuperuenit qualitas, ſuper qua ſe ius fundat in ꝓhibitione, vt puta quia poſt factū res efficitur dotalis, tunc non impeditr̃ vſuca. tex. eſt in d. l. ſi fundum. ff. de fun. do. Idem eſt, quando res peruenit ad priuilegium, vt non poſſit contra eum præſcribi, vt no. Ioan. And. in c. unico, de iure patro. lib. 6. † Et intellige ſemper ꝙ poſſidens ſit bonæ fidei, ut q̃a ignorat prohibitionem iuris probabiliter, alias autem error iuris non iuuaret in vſucapione. d. §. ſi a pupillo, & l. nunquā. ff. de vſuca. no. in c. apoſtolicæ, de do. † Quandoq; res non prohibetur ſimpliciter alienari, ſeu ſine certa ſolennitate, vt in reb. minorum, & eccleſiæ, & tunc data bona fide, & excluſo iuris errore procedit præſcriptio, ſi hēt concomitantiam ſuam, vt in ꝯriis alleg. ſuperius; facit quod dixi ſu. eo. c. de quarta; ut puta emi rem eccleſiæ a pręlato, ſed putabam capituli cōſenſum interceſſiſſe, qui tñ non interceſſerat, ut dixi in d. cap. de quarta; vel putabam uenditorem maiorē, qui tñ erat minor. Secus ſi errabam in iure, vt quia putabam minorem poſſe uendere ſine decreto, uel ꝑlatum ſine conſenſu capituli, ut d. §. ſi a pupillo: ſic intellige gl. in c. 2. de his quæ fi. a ꝑla. & tex. iuncta gl. in c. 1. de re. eccl. nō ali. lib. 6. & ſic intelligo & diſtinguo Bar. in l. fi. C. in quib. cau. in integ. reſtitu. non eſt neceſ. prædicta procedunt, ſi res eſt prohita alienari per leges uel canones. Quandoque res eſt prohibita alienari per defunctū, & tunc idem dicendum quod in prohibitione legis, ut uſucapi non poſſit, tex. eſt no. in l. 2. C. de uſuca. pro emp. & ibi gl. & Bar. qui idem no. in l. ubi lex, pręalleg. nam diſpoſitio teſtatoris in impediendo alienationem habet uim legis, ut not. Innocen. in

6 | b | 7 | c | 8 | 9

c. Ray

ADDITIONES.

a ¶ Notorius fornicator. Adde. Ale. in conſ. 72. 1. lib.
b ¶ Canones. Adde Rom. ſing. in 2 fo. 14.
c ¶ Vſucap. Adde Ale. conſ. 1. 4. lib.
¶ Vſuca. Vide circa hanc materiā pulchre per Bal. in l. 1. col. 4. cū ſe. C. de ſer. ſuper Pau. de Ca. in l. fi. § pe. C. commu. leg. per Mod. in l. ſi haſſam § dit i. ff. de leg. 1. & Ale. in conſ. 19. in c. attentis uerbis teſtamenti, col. 3. in 3. vol. & D. Soc. in conſ. 251. in c. ... i. col. pe. Cor. in conſ. 300. in c. placet, in 4. col. in 1. vol. & in cōſ. 364 in ... in 4 vol. & Pal. in cōſ. ... pe. fi. in fin. ... ꝙ prohibita alienari fauore publico ... præſcribi non poſſunt.

c.Raynaldus,de teſta.& no.in l.fi.C.de reb.eccl. non alie. facit 13.q.2.c.ultima uoluntas;& hoc intellige,quando ꝓhibitio fit per teſtatorem ex cauſa. nam ſine cauſa non ualet,vt leg.& no.in l.filiusfa.§.diui.ff.de leg.1. ubi plene per Bar.Idem no.& ſing.dixit Bar.d.l.vbi lex, quando prohibitio fit in contractu, & eſt talis, quæ habet impedire dominii translationem.quod quando fit, ibi proſequitur:remitto ad plene not.per eum & alios in l.ea lege.C.de cõdit.ob cauſam,& l.nemo,ff.de pac. & in effectu dicit, ꝙ tunc ĩpeditur per pactum dominii translatio , cum paciſcens reſeruat ſibi aliquod ius in re .exemplũ in creditore , cui res eſt obligata, & appoſuit pactum, vt illa res interim nõ alienaretur.tunc enim impeditur dominii translatio , text.eſt no.& ſingularis in l.ſi creditor.§.vlti.ff.de diſtra.pig. alias non impeditur dominii translatio , ſed ſi paciſcentis intereſt,agit ad intereſſe,vt in l.fi.C.de pac. inter emp.& ven. & no.in dictis iurib. Sed ego dubito, an illud dictum Bart. ſit uerum , ut pactum hoc caſu habeat impedire uſucapionem.moueor, quia pactum priuatorum non poteſt impedire præſcriptionem, vt ipſemet Bar.no. in l.nemo poteſt. ff.de leg.1, & in l.1.ff.de uſuc. dixi ſup. ſuper rub.quia hoc eſt introductum in ſauorem publicum , & in odium negligentis.ſup.eo.c.vigilanti,& in d.l.1.& hæc.non poſſunt pactionibus priuatorum remitti.c.ſi diligenti. de fo.compet. Non obſt.quod ſup.dixi in deſuncto, quia poteſt dici ſpeciale in ipſius prohibitione,quia voluntas deſuncti pro lege ſeruanda eſt, vt in Auth.de nup.§. diſponat.no.in c.ultima voluntas.Idem dic ubi prohibitio fit per ſtatuta,ut no. Bar.in d.l.vbi lex. nam ſtatutum eſt loco iuris ciuilis.i.dicitur ius ciuile.c.ius ciuile. 1.diſt.& hoc not.

10 † Secundo quæro.dicitur in gl. ꝙ contra pupillum[a] non currit pręſcriptio, & eſt tex.in l.ſicut,C.de præſcrip. triginta annorum nunquid idem ſit in furioſo & prodigo? vide in furioſo glo.no. ĩ l.2. C.de cur.fur.quæ ſingulariter dicit, ꝙ priuilegia & beneficia collata minori in præſcriptionib. & in aliis, videntur collata furioſo.Idem in prodigo dicit Io.An.poſt Vber. de Bon.in addi.Spe.eo.tit. ſuper rub.in 2.col.ar.illius l. cũ ſimi.& facit l.2.ff.de cur.fur.Et ad omne dubium tollendũ dicit , ꝙ proſuppoſito, ꝙ currat,daretur tamẽ reſtitutio,& no.hoc vltimum pro his, quæ in eccl.dixi. ſup.eo.titu.c.fi.

11 † Venio ad ſecundam partem gl.quę dicit præſcriptionem quandoque impediri defectu perſonæ. & primo exemplificat in præcario tenente.& ratio huius eſt; quia non ipſe, ſed dominus poſſidet.l.certe.§.is qui rogauit, de preca.Secundus caſus eſt in colono: & eadem ratione in iſto : quia non ipſe,ſed dominus poſſidet per eũ , ut in l. male agitur. C.de præſcr.trigin.annorum,& in l.1.C. commu.de vſuc. Tertius caſus eſt in eo, qui alieno nomine poſſidet. inſ.eo. c.ſi diligenti, & hoc præmiſſa ratione quia is poſſidetur.c. cum veniſſent,de reſt.ſpol.Quartus caſus eſt in vſufructuario. iſte enim non præſcribit proprietatem ipſius rei , tum quia non poſſidet ipſe ciuiliter,ſed naturaliter,vt in l.naturaliter.ff.de acq.poſ.tum quia non habet bonam fidem, vt dicit tex.Inſt.ꝑ quas perſo.nob.acqui.§.fructuarius.vſumfructum vero poſſet quis bene præſcribere, ſi haberet bonam fidem, vt l.fi.C.de præſc. lon.temp.& not. in l.corruptionem.C.de vſu & habi. l.ſi iuſto errore.§.non mutat.ff. de vſufru.ꝑ Bar. quintus & ultimus caſus eſt ĩ creditore,[b] qui nunquam pręſcribit pignus quod intelligit gl.in longa præſcriptione:non in longiſſima.ſ.30.an. vt l.ſicut,& l. omnes.C.de pręſcr.30.anno.Aduerte,illud procedit de iure ciuili,non autem de iure canonico,repugnante mala fide.inf.e.c.fi.

12 † Circa iſtam partem quæro.certum eſt,quod colonus non pręſcribit,ut ſup.dixi. nec poteſt ſibi mutare cauſam poſſeſſionis,vt l.nemo.C.de acq.poſ. pone ꝙ colonus alteri bona fide recipienti vendidit & tradidit.nunqd iſte emptor poterit præſcribere, qui habet cauſam a colono? Spec.hanc quæſtionem tangit eo.tit.§.1.ver.pone colonus,& ibi tandem concludit, ꝙ ſic:ſed ſi dominus ignorauit,poterit petere reſtitutionem in integ. clauſula generali.l.1.ff.ex qui.cau.ma.& no.hoc vltimum ad ea,quæ dixi ſup.eo.in c.vigilanti.Ego reperio , ꝙ gl.iuris ciuilis format hanc quæſtionem, & late eam proſequitur in d.l.cum nemo,& tandem concludit,quod præſcribere poteſt:quia colonus ipſe nõ pręſcribit,quia non poſſidet,& habet malam fidem: ſed emptor acquiſiuit poſſeſſionẽ per traditionem.l.3.§.quod ſi ſeruus.ff.de acquiren.poſſe.& l.fi.C.eo. Item habet bonam fidem , nam credebat poſſeſſionem & titulum habere a colono ; & circa hoc vide , ꝙ late ſcribit Bar.in l.cum ſolus.ff.de vſuc. & hoc de ſecunda parte gloſ.

3 † Venio ad tertiam & vltimam partem gl. & op.cõtra tex. videtur enim ꝙ obedientia & ius ſuperioritatis poſſit pręſcribi,vt in c.cum olim, de priui.vbi eccleſia præſcribit libertatem contra Epiſcopum. Sol. dicit gl. ꝙ ibi interuenit priuilegiũ, cuius ratione præſcripſit. Item ibi non pręſcripſit libertatem ſimpliciter,ſed vt ſubeſſet alteri.ſ.Rom.eccleſ.& Romana eccleſia videtur potius præſcripſiſſe cõtra Epiſcopum,& concordat huic c.cum perſonæ, de priuile. lib.6. vbi valet præſcriptio contra Epiſcopum in iure ſuperioritatis. idem quod glo.vult hic in effectu Cald.licet per verba ſubtiliora & latiora dicens in effectu,ꝙ cum quis nõ poſſit ſibiipſi imperare, nec in ſe ius iuriſdictionis exercere.l.pen.ff.de arbi.& c.fi.de pęn. & re. per conſequens nec ſeipſum poſſidere,& ſine poſſeſſione præſcriptio non procedit,vt in regula,ſine poſſeſſione.lib.6.Ex quo inſertur,ꝙ quis ſimpliciter non poteſt pręſcribere,vt non ſit ſuo ſuperiori ſubiectus vt hic,ſed ſi alter in eo exercuit iuriſdictionem,tunc bene poteſt præſcribere ille contra ſuperiorem iſtius,vt in c.auditis,& ibi per Inno.inſ.eo. & iſtud eſt clarum.Item ſecundum Cal.poteſt iſte ſubditus præſcribere, vt non ſubſit iſti,ſed alteri,& in hoc præſcribit iſte libertatatem contra ſuperiorem ſuum, & ita loquitur d.cap.cum olim,& d.ca.cum perſonæ.

4 † Et idem voluerunt in effectu D.de Ro.deci.226.vbi dicunt,ꝙ ſi ſubditus Epiſcopo ſormat articulos,ꝙ eſt exemptus ab omni ſua iuriſdictione,& ꝙ præſcripſit omnimodam libertatem , tales articuli non ſunt admittendi,quia ſunt contra iſtũ tex.& rationes prædictas ; ſecus autem , ſi dicit ꝙ alter præſcripſit in eis hanc iuriſdictionem ; vel ꝙ ipſe præſcripſit, ꝙ eſſet alteri ſubiectus,allegant not.hic,& in d.c.auditis.

15 † Sed contra hoc ſic op.videtur enim quod non poſſit dicere ſe præſcripſiſſe,vt alteri ſit ſubiectus,quia ſicut dixi.ſup.ſine poſſeſſione præſcriptio non procedit.ſed iſte nihil poſſedit, ſi alius in eum exercuit iuriſdictionem;ergo non poteſt allegare præſcriptionem.Sol.eſt duplex.primo aut allegat præſcriptionem ex parte ſuperioris,& poteſt ipſe allegare:quia intereſt ſua nõ mutare dominum, vt plene no.in c.fi.de maior. & obe. & inſ.eo.c.auditis,per Innoc.probatur in c.imperialem.§. præterea ducatus.de prohib.alie.ſeu.per Fed.colla.10.Secundo poteſt allegare ex perſona ſua allegando,ꝙ præſcribit libertatem. Nam ſecundum Cal. aut præſcriptio inducitur ad acquiſitionẽ rei, vel iuris in re;& tunc proprie procedit regula prædicta , ꝙ ſine poſſeſſione, &c. Aut inducitur ad extinguendum ius alterius, vel ad defenſionem contra ius alteri competens,& tunc tali defendenti non eſt neceſſaria vera poſſeſſio, vel quaſi, alias ſequeretur,quod nõ præſcriberetur actioni perſonali, contra id quod habetur in l.2.C.de conſti.pec.& l.ſicut.C.de præſcript.trigin.annorum quia nemo uere eam poſſidet,niſi is,cui vere competit,ut no. Inno.in c.in literis, de reſ.ſpol. In præſcriptione aũt obedientiæ duo ſunt conſideranda, vnũ eſt, inquantum dicit relationem duorum terminorum.l.præcipientis & obſequentis,& tunc procedit,quod dictum eſt,quod nemo ſibiipſi imperat,cum ſint relatiua. Natura enim relatiuorum

ADDITIONES.

a ¶ Contra pupillum. Vide Alex.in l.ſi curatorem habens,in ii.no.C.de in integrum reſtitu.min.vbi tradit, an priuilegia conceſſa minoribus habeant locum in prodigo & furioſo.vide quomodo furioſus & minor æquiparentur per Fel.in c.paſtoralis,col.ii.de iudi. & quomodo minor & prodigus æquiparentur per Fel.in c.1.col.v.circa fi.ſup.eo.Iaſ.in l.is cui bonis,colum.ii.ff. de verb.obl. Seb.Sap.

b ¶ Adde,quod licet creditor non poſſit præſcribere pignus,vt dicit hic gl.& in c.clerici 16.q.3.tamen præſcribit,ne conueniatur pignoratitia actione a debitore,gl eſt no.in l.1.§.pe.in ver pro ſo.in fi.C. de ann.exc.& gl.in l.pignori. ff.de exc.Ille autem , qui cępit pręſcribere rem alienam non deſinit præſcribere,licet eam tradiderit pignori,tex.eſt in l.qui pignori.ff. de acq poſſ.& in l. non ſolũ.§.qui pignori.ff. de vſuca.quod eſt verum, niſi ea traderetur pignori vero domino quem etiam ignoraret eſſe dominum,tex. eſt in d.l.non ſolum. § ſi rem tuam.& ſimiliter erit interrupta præſcriptio,ſi locaret uero domino, uel deponeret penes verum dominum, text.eſt in l.ei a quo.ff. de uſuca.quod eſt verum non ſolum,ſi ille, cui ſuit data res pignori, a prin. erat dominus rei pig.ſed etiam ſi tempore dati pignoris creditor cui ſuit datum pignus,nõ erat dominus,ſed ſuperuenit eo poſt facto, quia ex tempore ſuperuenientis domini interrumpitur præſcriptio,caſus eſt no.in l.ſi rem alienam.ff.de pign.ca.quod eſt uerum etiam ſi creditor debitori pignoratus eſdem rem precario conceſſiſſet,ut eſt caſus in d.l.ſi rem alienam.

uorum eſt, vt vnum non ſit aliud.inf.de baptiſ.c.debitum, cum ſim.& ſic ipſe non dicitur præſcribere[a] obedientiam, ſiue ſubiectionem vel exceptionem, ſed alius, vt in ſ.eo.ca. cum ex officii. Aliud, inquantum habet effectum abnegatiuum; cuius vigore dicit ſe liberum ab obedientia huius epiſcopi, vel prælati, & per conſequens dicit ſe præſcribere non obedientiam proprie loquendo, ſed libertatem. C.de præſcr.quæ pro li. in rubro & nigro. ff. de acq.poſſ.l.3.§.ſi ſeruus, facit l.ſi partem, ff.quemad.ſer.amit.& ſic poteſt intelligi.d.c.cum olim. & ca.cum perſonæ.† 16 Et per hūc tex. & prædicta puto Bar.non bene ſenſiſſe in l. infamem. ff.de pub.iud.in fin.& in l.hoſtes.ff.de capti.vbi ſentit, ꝙ contra Romanum imperium poſſit aliquis princeps, vel communitas præſcribere, vt ſit ab illa iuriſdictione vniuerſali exēptus, vel exempta, & ut ſit loco Imperatoris in ſuo territorio nullum ſuperiorem recognoſcendo. hoc enim non videtur poſſibile,[b] vt hic. fateor ꝙ poſſit præſcribere iura imperii, ut in cap. ſuper quibuſdam, de vet.ſig.& quod leg.& no.in l.ſi publicanus.§.in vectigalib.ff.de pub.ſed quod ipſe poſſit præſcribere, vt nemini ſubſit, non eſt poſſibile, ꝑ rōnes prædictas, & c.nulla.93.di.& 8.di.c.quo iure.no.Ho in c.ꝑ venerabilē, q. fi.ſint leg, ubi dice.nec etiā Imperator poſſet cōcedere priuilegium omnimodę exemptionis, q.a eſſet lacerare imperium, & abdicare a ſe iuriſdictionem, quod non eſt poſſibile.arg.l.legatus, ff.de of.præſid.& hoc ultimum tenet Bal.in prooemio ſuper li.feu. Poteſt decidi 17 alia quęſtio, quę de facto pendet hic Senis. † Quidam abbas exemptus habens in monaſterio ſuo certam parochiā populi non exempti exercuit curam animarum per monachos ſuos, nunc uni, nunc alteri committendo, prout uidebat ſibi expedire, nec unquam recepit ipſe curam ab epō, nec ab eo fuit ipſe abbas, vel præpoſitus curæ per eum viſitatus, & hoc durauit per tantum tēpus, de cuius initio non eſt memoria. nunc eps vult viſitare, & allegat tria cōtra abbatem. Primo ꝙ contra viſitationē non currit præſcriptio. inſ.eo.c.cum ex officii, & argu. hic. Secundo ꝙ Abbas nō poteſt per ſuos monachos curam exercere, ſed hoc debet facere per capellanum, qui curam populi debet ab epiſcopo habere. ut in ca.i.de capel.mo. Tertio, ꝙ ius inſtituendi quo ad curam populi non poteſt præſcribi per inferiorem epiſcopo, ut ī c.cū ſatis, de of.Arch. & ibi tenuit hoc Hoſt. & ꝑfecto circa hoc multa poſſunt ſcribi, quę breuitatis cā omitto, & concluſiue teneo cōtrarium. Cum enim Abbas hoc caſu non intendat ſeipſum præſcribere; cum ſubſit ſuperiori ſuo, ſed potius præſcripſit contra Epiſcopū, vt ipſe committat curam, & præpoſitum curę viſitet, corrigat, & caſtiget, non eſt impugnanda præſcriptio, quia poteſt pręſcribere iura epiſcopalia,[c] ut in c.auditis, & c.cum olim.ī. eo.& per Io.And.in c.cum epiſcopus, de of.ord.lib. 6.& dixi in c.cum contingat, de foro cōpet. Ipſe vero abbas viſitabitur a ſuperiore ſuo, cū ſit exemptus, & ſic ceſſat prima obiectio epiſcopi. Non obſtat ſecunda, quia procedit, niſi ſit conſuetudo, ut ꝑ monachos cura exerceatur, vt no. Io. de Lig.poſt Lau.in cle.ne in agro.§.cæterum, de ſtatu reg. & Ioan. And.in ca.ſtatutum, de ele.lib. 6. & ſentit Paul. de Lea.in cle.frequens, de exceſ.prælat.dico plenius in d. c.1. de capel.mon. Ex his colligitur tertia obiectio.dico enim, qđ imo valet præſcriptio, vt in d.c.auditis, & in c.cū olim. & ſentit Innoc. in d.c.auditis.& Ioan. Andr. in d.ca.ſi Epiſcopus, & in d.c. cum venerabilis, de cenſi.& Pau.in d.cle. frequens; facit quod not. Archi. 16.quæſt. 2. in ſumma, & Io.And.in c.literas, de reſt.ſpol.& gl. iuncto text.in c.accedentibus. de exceſ. pręla. In iſtis.n. vltimis concordantiis patet, quod ea quæ ſunt dignitatis epiſcocalis, poſſunt per inferiorem præſcribi. In prioribus vero concordantiis expræſſe dicitur de cura, & ad c.cum ſatis, dic ut ibi nota.

ADDITIONES.

a ¶Præſcribere. Vide Ol.ſr.in conſi 263.& in conſil.213.& Pet.de Anch. in cōſil.261.incip.clarior & breuior. Seb.Sap.

b ¶Poſſibile. Vide Socin.in conſil.275.inci.in cauſa fratrum, col.2.& 3.in 2.par. Iaſ.in l.imperium, col.11.ff de iu.om.iudic. D.Prepo.in ca.per venerabilem, in 5.opp.qui fi ſint leg. Seb.Sapia.

c ¶Iura epiſcopalia. Adde Bal.conſil.93.3.lib.

SVMMARIVM.

1 *Infeudare bona ad Romanam eccleſiam pertinentia ſolus Papa pōt, ſed an hoc poſſit facere ſine cauſa?*
2 *Cenſus, an debeatur alicui ratione conſuetudinis.*
3 *Priuilegium Papæ facit fidē de contentis in eo etiam contra laicum poſſeſſorem, de quo vide infra nu.9.*
4 *Liber cenſualis alicuius eccleſiæ repertus in loco non ſuſpecto facit fidem.*
5 *Camera camerarii Papæ, vel alterius Cardinalis, vel Epiſcopi dicitur locus non ſuſpectus.*
6 *Notarius præſumitur bene & diligenter exercere officium ſuum, & nō præſumitur aliud ſcribere, niſi id quod teſtes dicunt.*
7 *Teſtis aſſerens ſe nō ita depoſuiſſe, prout notarius ſcripſit, an credatur magis ſibi, quam notario?*
8 *Inſtrumenta in quibus caſibus habeant maiorem fidem, quam teſtes?*
10 *In dubiis pleniſſime creditur aſſertioni Papæ.*
11 *Libri antiqui probant diuiſionem diœceſum.*
Libris ex actis archiuo publico habentibus teſtimonium notarii archiui, fides adhibetur.
12 *Præſcriptio tantum centenaria currit contra Romanam eccleſiam, ſed de rebus ad ipſam principaliter ſpectantibus: ſecus, ſi ſecundario.*
13 *Subditorum intereſt non mutare dominum.*
Papa non habet ſuperiorem in orbe.
14 *Feudum, an quis poſſit præſcribere reſpectu vtilis dominii, quod eſt penes uaſallum, directo remanente penes dominum? 16.*
Feudum poteſt quis præſcribere poſſidendo per triginta annos, & ſeruitia præſtando. 15.
16 *Feudum ſi fuerit perditum, & dominus recuperauerit, non tenetur illud vlterius vaſallo reſtituere.*
17 *Vaſallus, an poſſit præſcribere libertatem & directum dominium aduerſus feudi dominum?*
18 *Præſcriptio an currat aduerſus præſtationem cenſus, aut tributi?*
19 *Præſcriptio contra ſupremam poteſtatem Papę nunquam currit.*

CAP. XIII.

AD audientiam — In feudo Romanæ eccleſię contra ipſam eccleſiam, & vaſallum currit ſola præſcriptio centum annorum, vel generalius ſic. In iurib.ad Roma.eccle. ſpectantib. currit ſola centenaria præſcriptio. Duę ſunt partes principales. In prima ponitur ꝑceſſus narratio. In ſecunda diffinitio, ibi: Nos igitur. Prima ſubdiuiditur. Quia primo petitionem actoris. Secundo reſponſionem rei, ibi, Sed ea. Tertio probationes actoris, ibi, Ad quod. Quarto, probationum ipſarum impugnationes, ibi: Sed inter. Caſus literalis. Inter nobilem virum Mataſelonem ex una parte, & caſtellanum de caſtro Palatioli ex alia vertebatur quęſtio ſuper quibuſdam iuribus, quæ nobilis prædictus dicebat ſe debere percipere in dicto caſtro pro eccl.Ro. partibus propter hoc in præſentia Papæ conſtitutis, ex parte ipſius nobilis proponebatur, ꝙ Alex. Papa conceſſerat ſibi in dicto caſtro 40. ſolidos Papienſes, quos Ro.eccl. ibi conſueuit percipere annuatim, inſuper comeſtiones, placita banna, & omnia iura, quæ ibi Ro.eccle. habebat. Caſtellanus econtra dicebat ſe ad ea nulla ratione teneri. Ad hoc probandum prædictus nobilis inducebat priuilegium Alexandri, & librum cenſualem, & hoc idem nitebatur probare per teſtes, qui dicebant ſe vidiſſe prædictum cenſum nunciis apoſt. ſedis a 50. annis & infra fuiſſe ſolutum. Sed ex aduerſo fuit reſponſum, ꝙ nec priuilegium, nec liber cenſualis aliquid commodi conſerebāt, cum ipſo priuilegio vſus non fuerit ſpacio 30. an. nec liber cenſualis, quia ſuſpectus erat ex eo, ꝙ non fuerit inuentus in camera Papæ, & notarius aliter ſcripſerat dicta teſtium, quam dixiſſent. D.Pa. conſiderans potius authoritatē priuilegii, quam dicta teſtium, nec librum cenſualem habere ſuſpectum, licet in camera Papæ non fuiſſet inuentus, nec credit notarium aliter ſcripſiſſe dicta teſtium, quam dixiſſent, cum notarii ſit officium ſuum fideliter exequi, cōſiderans inſuper, ꝙ eſt longe validius negotium ipſum tāgere principaliter Ro. eccl. contra quam niſi centenaria currit præſcriptio, condemnauit dictum caſtellanum in ſolutionem omnium petitorum iniungendo eidem, vt dicto nobili non tanquam ſibi, ſed tanquam R.eccl. cuius authoritate percipere debet prædicta, & cuius etiam uaſallus propter prædicta exiſtit, perſoluat. B.† 1 No. 1. ꝙ ſolus Papa pōt etiam laico in feudum cōcedere certa iura in aliquo loco ad Ro.eccle.ſpectantia. poteſt ergo ſolus bona eccleſię alienare. An autem valeat hoc ſine cauſa legitima facere, vide per Arch.in c.non liceat Papæ. 12.q.2. quod no.Ioan.Mo. in capit.ſuper eo, de hæretic.li.6. † 2 Not.2.ibi: Conſueuit, ꝙ cenſus poteſt deberi ratione ſolius conſuetudinis. ſufficit ergo in petitione cenſus conſuetudines exprimere pro

cauſa

cauſa,& videtur concordare tex.in c.dilectus, de oſ. ord. & ibi per Io.And.ſic limita quod le.& no.in c.peruenit,de cenſi.dic tamen melius,ut ibi no.& per Barto. in l.cum de in rem verſo.ff.de vſu.& vide gl.1.q.1.in c.nullus Epiſcopus grauamen, quæ requirit tantum tempus,de cuius ini-
3 tio non ſit memoria,dic ut in iuribus præalleg.† Not. 3. in ver. Nos igitur,mirabilem tex.ꝙ priuilegium Papæ facit fidem de contentis in eo,etiam contra laicum tertium poſ-
4 ſeſſorem, & de hoc aliquid.inſ.†Not.4.& tene menti ꝙ creditur libro cenſuali antiquo alicuius eccleſiæ, dummodo
a reperiatur, & conſeruetur in loco non ſuſpecto.[a] vide qđ dixi in ca.cum cauſam,de prob.& quod no.Bar. in l.1.ff.ſi
5 cer.pe.facit auth.ad hęc,de fide inſtr.C.† Et no.ꝙ camera camerarii Papæ, vel Cardinalis eſt locus probabilis & nõ ſuſpectus.Idem dixit hic Pe.de camera Epiſcopi, qđ not. & uide quod no.in c.poſt ceſſionem, de proba.& gl.in ca.
6 i.8.q.i.& in cle.ne Romani,de elec.† No.5. in uer.Nec credentes,ꝙ præſumitur pro tabellione,ꝙ diligenter exercue
b rit officium ſuum.[b] nec prǽſumitur aliter ſcripſiſſe depoſitiones teſtium,quam ipſi dixerint, licet ſine teſtium plentia illorum dicta receperit vt hic,& dicit Inno.ſpirituale eſſe actis. vt ſoli notario credatur ſine teſtium inſcriptione, niſi probetur contrarium,de quo remittit ad no.in ca.poſt ceſſionem,de probat.& dixi plenius in c.qñ contra falſam
7 de probat.& facit tex.in l.in donationibus,C.de don.† Et facit iſte tex.no.ad q.teſtis publicatis,nunc dicti facta dixit ſe
c ita non dixiſſe,ſicut notari[9] ſcripſit,cui[c] debeat magis credi, ſibi an notario?& fuit hæc quęſtio dominicalis, & eam plene Spe.proſequitur in ti.de teſte.§.i. ver. ſed pone ecce iudex.& in tit.de inſt.ędi.§.reſtat,ver.quid ſi dum atteſtationes,cum duobus ſequentib. Et ibi in effectu concludit, ꝙ in ciuilibus debet credi notario per hũc tex. cum teſtes ſint ſingulares.Et notarius ratione publici officii pręſumitur diligenter ſuum exercuiſſe officium,ut hic, & hoc verum,niſi notarius ſit ſuſpectus, vel teſtis ſit multum notabilis perſona,facit quod in ſimili no. Cy.in l. ſi quis decurio,C.de fal.& Ioann.Andr.in capitulo,cum parati,de teſti. pręſertim ſi teſtes ſint multi, & omnes conueniant, ſed ſi contra teſtem agerenur criminaliter de falſo,& producereтur dictum ſuum, & ille negaret ſe ſic dixiſſe.Spec. dixit in d.§.reſtat,ver.quid ſi unus,omnes Doc.in ſua examinatione priuata cõcordaſſe,vt ſcripturæ notarii, nõ credatur,quia in criminalib.debẽt eſſe probationes luce meridiana clariores,ut in l.ſciant, cuncti.C.de proba.canonizata.2.q.7.in ca.ſciant, nec creditur dicto teſtis contra notarium, cũ ſint ſing. licet plures ſint.de elec.c.cũ dilecti.& vide de hoc quod no.in c.ſicut,de teſti. vltimo collige ibi: Beneficia,ꝙ feudum dicitur beneficium,& clarius probatur in c.i.quib.cau.feu.amit. vbi dicitur, quod beneficium generaliter ſumptum diffinitur, ꝙ eſt beneuola actio gaudium tribuens capienti. Alia declarabuntur cũ gl. ad quas deſcendendo primo quæro, de intellectu iſtorum,quæ fuerunt data in feudum hic,vt comeſtiones,banna,placita,& fortisfacta. Sol.gl.1.& 2.exponunt duo ex prædictis,& dic ut in eis.ſed Ioan.An.exponit comeſtiones.i.albergarias. ſeu procurationes,quas a ſingulis,ſeu certis percipere poterat.Banna,id eſt ius indicendi bannum, vel,ędictum,Placita dic ut gl.& aliud vulgari.ſicut.inſ. ne clerici vel monachi.capit.primo.& 15.quæſtio.3.capi.placita.Fortisfacta.
8 dic ut in gl.& eſt vulgare loci, † Opp.cõtra tex.I verſi.Nos igitur vbi dicitur; quod Papa magis conſiderauit priuilegium,quam dicta teſtium.Nam priuilegium, ſeu inſtrumẽtum,& teſtes habẽt parem vim in probatione fienda,vt in l.in exercem.C.de fi.inſtr.& c.cũ Ioã. de fi.inſtr. Sol. dicit
d glo.3.ꝙ contrariũ[d] procedit regulariter,fallit primo in antiquitate facti.nam facta antiqua melius probantur per inſtrumenta,quam per teſtes, quia hominum memoria labilis eſt;C.de proba.l.cenſus. Secũdo fallit, vbi ſcriptura eſt neceſſaria.l.1.C.de man.prin.quod quando ſit habes glo. no.in ca.i.de cen.lib. 6. Tertio ubicunque allegatur priuilegiũ, magis enim tunc creditur ſcripturę, quam teſtibus. ar.in c.porro,& c.cum olim,de priui. Prima ſolutio eſt uera in ſe,ſed non conuenit huic literæ, quia priuilegium nõ fuit confectum tempore quo cenſus competit Ro. ecc.ſed poſt, teſtes autem deponebant de longiori tempore.ſ. de 50.ann.& inſ. & ſic debebãt inducere validiorem proba-
9 tionem.† Et forte ob hoc Io. An.ſoluit hic aliter dicens, ꝙ Papa habuit hic reſpectum ad factum, narratum, quia teſtes dicebant ſolum vidiſſe cenſum ſolutum, priuilegium vero aſſerebat illum debitum, & facit ſecundũ cum de priuilegiis,c.ſi Papa lib. 6. & propter hoc probatio priuilegii erat validor,facit quod le.& no.de cenſi.in c.peruenit.Ex prędictis ſentit.Io.An.unum mirabile, vt dixi ſuper text. ꝙ aſſertis cõtentis in priuilegio Papæ, ſuper quibus fundatur papæ intentio, creditur etiam ad pręiudicium laici nõ ſuppoſiti,licet narrata tendant in fauorem Ro.eccl. & cõmodum,quod ſi eſt verum,extendit miro modo cle.in lite
e ris,[e] de proba. In contrarium tamen facit quod no.Innoc. in capitu.inquiſitioni,de ſenten.excommunic. cum enim laicus hoc caſu non ſit ſubiectus papæ, nec ratione perſonę, nec cauſæ non apparet quare debeat credi verbis ſuis enunciatiuis ad commodum Ro.eccl.& in pręiudiciũ laici non ſuppoſiti. põt dici iudicio meo, ꝙ forte iſtud caſtrũ Palatioli erat de patrimonio Ro. eccl. & ab iſto caſtellano tenebatur in feudũ, ratione cuius debebat ſoluere cẽſum, vt patebat in libro cẽſuali,& ſubire alia onera,quę hic narrãtur,unde ratione rei cauſa erat ſuppoſita foro eccleſiæ, ut in c.ſi clericus laicum,de foro compe.merito credendũ
10 erat papæ. † Vel ſecundo ſpeciale eſt in papa, ut in dubiis credatur pleniſſime aſſertioni ſuę.ar. in c. per venerabilẽ, qui fi.ſint le.& in c.1.40.di.& c.quicũque.11.q.1. Ex quo infertur, ꝙ d.cle.in literis, debet intelligi indiſtincte. Vel tertio dic,ꝙ hic non credit priuilegio ad plenum præiudicium laici nam ponderantur hic cenſualis liber, & dicta teſtium,ſed permaxime priuilegium,& ſic facit cum aliis plenã probationẽ, non autem per ſe tantum, & quælibet
11 ſolutio eſt per ſe notabilis,& poſſet ſuſtineri. † Gl.7.adducit duo ſimilia.ſicut enim creditur hic libro cenſuali,ita in ſimili per libros antiquos probatur diuiſio diœceſum; de quo dicendum, vt plene dixi in c.cum cauſam.de ꝓb. Itẽ creditur pari rõne inſtrumento producto ex archiuo pu-
f blico[f] habenti teſtimonium publicũ, vt ĩ auth.ad hæc, C. de

ADDITIONES.

a ¶Et an & quando ſcriptura producta de archiuo probet, vide per Inn.in c.1. in vlt.lua glo.& quod ibi notatur,de proca.& quod habetur in auth.ad hæc.C. de fid.inſtru A.ide ꝙ libri cenſuales faciunt plenam fidem, Roma conſi.187. Abb.conſil.67.
¶An credatur libris & ſcripturis repertis in archiuo publico,vide quæ habentur in cap.1 de proba.& quis dicatur archiuum,vide glo.in cle.1 in ti. de iureiur. & glo.in auth.ad hæc,C. de fid. inſtru.& an credatur libro cenſuali canonicorum,vel aliorum etiam ſcripto manu priuata,vide gl.& Innoc.in c.aud entiã, de præſc.vbi dicitur,ꝙ probat tam pro tempore præterito,quam futuro.& vide Io.An.in add.1 Spec.in tit.de inſtr.edi.in § nunc dicendum, in 3.additio.& habetur per Bal.in rub.C.de fide inſtr.in pen.col.& in l.exemplo.C.de probat. & ibi per Sal.qui dicit,ꝙ probat contra ſcribentes,non contra alios.& eundem Bal.in l.ſi.C.ſine cenſ.vel re. vbi dicit, ꝙ ſi in libro cenſuali reperitur ſic eſſe ſcriptum per 10 an.non eſt aliud quærendum,& per tales probatur conſuetudo.vide Pet.de Anch.in conſil.121 incip.In Chriſti nomine, circa primum dubium. Ant.Fran.

b ¶Officium ſuum.Vide Bal.in c.litera.ĩ de præſump.& Io. de Ana.in ca.cum dilecti,col.3.ĩ de accu.Sal.in l.ſi quis decurio,C.de falſis. Rom.in l.1 §.ſi.col. vlt.ff.ſo. matrim. ſol. Seb.Sap.

c ¶Cum credendum ſit, ſi teſtis dicat ſe dixiſſe contrarium eius, quod ſcripſit notarius,vide hic D.Ant.& Abb.primum in c.cum cauſam,il.1.circa prin.de teſti.& eundem aliter loquentem in c.ſicut,e.tit. & de hoc etiam per Innoc.in c. cum Ioannes.& circa prin.de fide inſtru.& aud ut allegari,& viri allegatum, ſed non potui reperire Inno. hoc dicere in c. quoniam contra, de proba.ſed hoc ibi aperte dicit Do.Ant.in 14.col.in verſic. inquantum dixi,& de hoc per Bar.ſentialiue in l.1.ff.quemadmo.teſt.ape.& Inno in clem.1.in vl.colum. de hæc.& vide Pet.de Anch.in c.cum ab vno.in ti.de re iud.lib.6.vbi allegat. Cy.in l.ſi quis decurio.C.de fal.& de iſto articulo,vide pulchre per Fl. in l. de ætate,in fin.ff.de probat.& Bar.in apo.in lob. carmen.in 3.col.verſ.ſed quid ſi teſtes, ff.de teſti.vbi dicit,ꝙ nõ creditur teſti,& allegat. Inn.in d.c.cũ Ioãnes, & i.d.c.qm contra,& de hoc articulo,vide Ang.& Sal.in l.ſi quis decurio,C.de fal.vbi ſimiliter,qđ credi debeat notario ſi nõ eſt ſuſpectus, dicens de hoc eſſe caſum.i l.3.§.duæ.ff.de Carbo.edi.& vide etiã per Imo.nac,& vide not.q.ĩ. de app.in c.cum parti.& ꝙ potius credi debeat notario quam teſtib,tenet Ro.in l. 2.§ ſi.in 9.col.ff.de ver.ob.hoc referendo,& ſequendo Cy.in d.l.ſi quis decurio.C.de fal.de quo vide ibi per Sal in vlt.col.Adde Alex.conſi.56 1.libr.
¶An magis credatur notario aſſerenti verum in inſtrumento,quam teſtibus deponentibus contrarium dicas ꝙ magis creditur notario in dubio,niſi aliæ ſint præſumptiones in contrarium,vt per Cy.in l.ſi quis decurio, hic all. & quando teſtes deſcripti vel non, in inſtrumẽto faciant vacillare fidem inſtrumenti vide per Bald.& alios in l.in exercendis,C.de fide inſtr.& in l. proxime, & ibi per Bart.ff.de his quæ in teſt.delen. Ant.Fran.

d ¶Contrarium Quod in multis admittatur probatio per teſtes, in quibus non admittitur per inſtrumentum,vide And.Sic.in rep.rub.ĩ.de fid.inſtru. colum. 21.& Iaſ.in repe.l.admonendi, col.23.ff.de iureiur.vide etiam Dec. in conſil. 29 in vi.col.in 3.dub.& in conſ.82.in 2.col. Seb.Sapia.

e ¶Cle.in literis.Ad intellectum d.cle.in literis,vide Aret.in c.cum a nobis,ĩ.de teſtam.Pau.de Caſ.in conſi.116.incip.viſo & examinato,ad fi.ſecundum antiquam impreſſionem. Seb.Sapia.

f ¶Archiuo publico. Adde Ro.conſi.116.& dicit idem Rom.conſi.350. ꝙ ſcriptura archiui publici facit notorium.

de fid.instr. Et dicitur habere testimonium publicum, siue magistratus attestetur illud de archiuo publico esse, ar. hic siue manu commentariensis habeat signa solita & cõsueta imponi, & dic commentariensis. i. tabellionis super archiuo deputati; tamen si nõ sit tabellio dummodo sit publice deputatus ad illud officium, sufficit ad fidem imponendã. ut no. in d. auth. ad hæc. & est archiuus, locus in quo solent reponi scripturæ publicæ, & authenticæ. Quæro, quare Papa dicit, ꝙ hoc negociũ tãgebat principaliter Ro. ecc. ideo erat necessaria præscriptio? So. dicit gl. in uer. principaliter, ꝙ ideo, quia si non principaliter, sed secundario spectaret ad Papam, non requireretur tam longa pręscriptio. ar. inf. de priu. c. accedentibus, & c. si de terra, vbi contra ecclesiam inferiorem subiectã currit in suis iuribus 40. annorum præscriptio, & tamen qualibet ecclesia spectat ad Papam: sed iura illarum pertinent ad Ro. eccl. secundario, nõ

12 principaliter. † Et no. hanc solutionem iuncto text. pro intellectu iurium dicẽtiũ contra Ro. ecc. solũ currere pręscriptionẽ centenariã. debẽt. n. intelligi respectu rerũ & iuriũ

a principaliter, & nun secũdario [a] spectantiũ ad Ro. eccl. Et idem voluit Host. hic exponens verbum principaliter. i. ꝓprie. quo ad propriam mensam, vel patrimonium, quod tã quã principale & proprium ab aliis est exclusum, in Auth. hæc constitutio, coll. 8. Et sic non colligitur secundum Io. An. ecclesiam Ro. se posse opponere contra omnem quadragenariam præscriptionem factam contra minorem ecclesiam, quasi illę primo & principaliter sibi sit subiecta, sicut quidã arguebant in c. 2. inf. eo. per illum tex. quod est falsum, ut hic patet. Fateor enim quod Papa audiretur pro iuribus ecclesiæ illius, quæ principaliter ad eũ pertinerẽt, secus in spectantibus ad illam ecclesiam inferiorem, & de hoc vide tex. iuncta gl. no. in c. volumus. 16. q. 4. quæ dicit ꝙ contra ecclesiam exemptam currit præscriptio communi tempore, quatenus ꝑiudicatur illi ecclesiæ, sed non quatenus pręiudicatur Papæ. Idem & clarius dicit gl. no. in ca. dilectus, de capel. mona. in uer. generetur, quæ dicit, ꝙ cõtra monasterium exemptum præscribitur spacio 40. ann. licet non contra Papam, & alleg. d. ca. volumus, & videtur hoc procedere etiã respectu exemptionis, quatenus præscriptio præiudicat exempto tantum, ad hoc alle. bo. text. in c. cum dilecta, in uer. quia vero, de confirmat. vti. vel inuti. sicut enim ecclesia inferior potest pręscribere libertatẽ & priuilegia contra Episcopum, ut dixi sup. eo. in ca. cum non liceat. ita & Episcopus potest pręscribere contra libertatem, & priuilegia libertatis spacio 40. ann. non tamen ꝓiudicabit ecclesiæ Romanæ respectu iuris sui, vt in d. cap. cum dilecta. vnde poterit dicere Episcopus quo ad te liberas ædes habeo. l. loci corpus, §. competit. ff. si ser. ven. Ex quo infertur, quòd ecclesia inferior, contra cuius libertatem est præscriptum, non poterit se tueri ex persona Papæ, cui forte papa constituit procuratricem Abbatissam monasterii, ut posset allegare ius competens Romanæ ecclesiæ, ut in d. c. cũ dilecta. qđ alias allegare nõ potuisset. In contrarium tamen iudicio meo multum facit, quod no. in ca. mandatum. sup. de refer. vbi concluditur, ꝙ quis potest defendere, se ex iure tertii, ex quo concluditur actori ius non competere, saltem ibi non allegat turpitudinem propriam; facit ca. cum dilectus. de iurepatr. & ca. authoritate Martini. de conces. præben. sed certum est, ꝙ contra ecclesiam Romanam etiam respectu iuris, quod habet in ecclesia exempta non currit prescriptio, nisi centenaria, ut in d. c. cum dilecta, ergo potest ecclesia inferior dicere Episcopo: nõ potes ergo nos vti iurisdictione, quia sumus immediate subiecti ecclesię Romanæ contra quam non est com

13 pleta pręscriptio. † Nam interest subditorum non mutare dominum, maxime Papam, quo nullus est in orbe maior, ut no. j. eo. in c. auditis, per Inno. & in c. fi. de ma. & obe. ꝑ Host. & tunc oportet dicere ad c. cum dilecta, ꝙ ad maiorẽ cautelam papa constituit illam Abbatissam procuratricẽ: & forte hæc pars est verior cum exemptus non possit, etiã si velit, expresse renunciare priuilegio libertatis, vel in inferiorem iudicem consentire, vt in ca. cum tẽpore, de arb. no. Io. And. in regula, scienti, de reg. iur. lib. 6. in Mercu. facit quod no. Pau. de Lea. in cle. frequens, de exce. pręla. & reus potest vti diuersis exceptionibus etiam contrariis, ut in regula, nullus pluribus, & quod ibi not. de reg. iu. lib. 6. in l. nemo, §. de excep. & vide ad prius dicta Archid. in d. c. volumus. & in d. c. 2. eo. titu. lib. 6. qui dicit, ꝙ ecclesia Lateran. cui Papa immediate præsidet, & res ipsius ecclesiæ, & generaliter omnia q̃ immediate pertinent ad dispositionem apostolicæ sedis, gaudent hoc priuilegio pręscriptionis, sed intellige, vt dixi in iuribus, & bonis, quę immediate pertinent ad dispositionem ipsius Papæ, & idem voluit Ioan. And. inf. cap. proxi. vbi dicit, quod ecclesia Romana gaudet hoc priuilegio quo ad singulare patrimonium suũ. alle. no. hic. Ex his infertur ad quęstionem, quę sequitur in gl. an iste castellanus potuisset pręscribere communi spacio contra illum vasallum Papę, vt ipse esset vasallus Romanæ ecclesię? & concludit ꝙ sic, quia per hoc nullum pręiudicium patitur Papa, cum solum pręscribatur ius uasalli.

14 Ex hac gl. fin. not. ꝙ quis potest pręscribere feudum respũ

b vtilis dominii [b] quod est penes vasallum, directo remanente penes dominum. sed hoc non credit Hos. ꝙ ecclesia Romana habeat vasallum, quem nollet, vel quem sibi habere nõ expedit. Et idem pari ratione est dicendum in alio domino. Ego reducendo hęc ad concordiam dicerem, ꝙ glo. saluari potest quando dominus sentit istum extraneum se gerere, pro uasallo, & non contra dixit. nã sicut potest de nouo acquirere per hmõi patientiam ius feudale, ut in ca.

c si quis per 30. si de feu. fue. cõtr. coll. 10. vbi dr̃ ꝙ si quis [c] ꝑ 30. ann. rem aliquam vt feudum possidet, & seruitium domino exhibuit, quamuis de ea re nunquam fuit inuestitus, pręscriptione tamen 30. ann. poterit se tueri, & est tex. no. fortius patiente domino potest hoc ius iam formatum & constitutum & in alium translatum pręscribere, sed vbi dominus ignorauit, & potest pretendere aliquod interesse in immutatione vasalli, posset forte procedere dictũ Hos. cum quo transeunt hic communiter Doc. facit quod in simili leg. & no. maxime per Inn. in c. ueniens. il 2. de testi. & in c. Pisanis, de rest. spo. Sed nihilominus, licet hoc videatur æquum. contrarium tamen puto verius, vt hoc casu etiam non possit dñs istũ, qui pręscripsit ad minus spatio 30. an. molestare. hoc probo per tex. apertum iuncta gl. quam sequitur ibi Bal. in c. 1. de capi. Conra. §. 1. vbi dicitur, ꝙ licet domino alienationem feudi factam nulla obstante pręscriptione reuocare, & intelligit ibi glo. & bene, de pręscr. 10. vel 20. an. secus in quadragenaria, nec distinguitur ibi scientia vel ignorantia domini, ex quo non agitur de præscriptione proprietatis. Nam & contra ignorantem in sui pręiudicium currit pręscriptio, maxime 30. an. in l. fi. C. de pręscr. lõ. temp. & l. sicut. C. de pręscrip. 30. ann. facit quod dixi sup. eo. in cap. vigilanti, & hoc videtur sentire Inn. hic dicens ꝙ pręscrip. 40. ann. hic currebat contra istum. sed ex persona ec. Ro. contra quam non currit nisi centenaria, iste iuuatur ar. i l. si cõem, ff. quẽad. ser. ami. & sic sentit, ꝙ si iste castellan⁹ voluisset excludere ecclesiã Romanã, valuisse pręscriptio contra illum, & satis hoc iudicio meo innuit

15 tex. iste. † Sed Io. An. in addi. Spe. in ti. de feu. super rubr. in 2. col. uer. 38. post Pile. sentit contrarium. ibi enim vult, ꝙ licet pręscriptum sit contra uasallum spacio 30. ann. tamẽ dominus cui uasallus continue seruierat, & casum ignorauerat, potest feudum recuperare. & illud eripere a manibus pręscribentis, nec tenetur amplius restituere prio vasallo, quia fuit negligens, & ingratus in patiendo feudum præscribi. alienauit enim quantum in se fuit, feudum, vt in l. alienationis uerbum, ff. de uer. si. Et fundañ primi dicti est, quia dominus possidebat ciuiliter, & sic non currebat ꝑscriptio contra eum, iuxta no. in l. i. C. de ser. fug. dixi plenius in c. uigilanti, sup. e. & sic sentit, secus si sciuisset dominus alium possidere, vel si ignorasset, non tamen fuisset in possessione ciuili: sed ista consideratio licet multum equa posset procedere respectu proprietatis, nõ ãt respectu vsusfructus, quem habet vasallus, vt in cap. i. in fi. qui. cau. feu. amit. Nam ad vsumfructum præscribendum sufficit naturalis seu corporalis possessio, ut l. fi. C. de pręscr. lon. temp. not. Bar. in l. 1. ff. de acqui. pos. dico tamen, ꝙ tenendo pręscriptionem currere, daretur restitutio domino ignorãti, ne cogatur habere vasallum, quem noluit, iuxta ea quę dixi in

ADDITIONES.

a ¶Secundario. Adde Pet. de Anc. cons. 16.

b ¶Vtilis dominij. Adde Ro. cons. 246. & Anch. ubi s.

c ¶Si quis uide Ale. in cons. 167. inc. uiso themate, in 3. col. in 2. uolu. & in cons. 113. inc. uiso & diligenter considerato, col. fi. in 4. uolu. & Ang. in cons. 106. in c. sanctissima. Dec. in cons. 44. inci. & mature, col. 3. uer. sed his non obstantibus Iac. de S. Georgio in sua inuestitura feudali, in uer. ita ꝙ ipsi inuestiti habeant, col. 2. Seb. Sap.

xi in d. c. vigilanti. Opinio tamen distinguens inter scientiam, & ignorantiam, est multum ęqua. Et no. illud incidēter actum, quia dominus feudum recuperans non tenetur id restituere vasallo. † Sed quæro & reuoco in dubium quāto tempore pręscribatur contra vasallū respectu iuris sui? dico q ad hoc, ut pręiudicet domino, nō currit pręscriptio minor 30. ann. & est speciale in feudo, quantumcunque p̄scribens habuerit titulum & bonam fidem; casus est in d. c. 1. iuncta gl. de capitu. Coram. & sentit Io. An. in add. sup. ī proxima quęstione allegata: sed respectu, & in præiudiciū solius vasalli quo ad utile dominium suū est magis dubiū; & profecto, ubi non interuenit ti. sed tātū bona fides, requiritur præscriptio 30. ann. sicut in aliis rebus pręscribendis immobilibus & iuribus, vt ī l. si quis emptionis, C. de p̄sc. 30. ann. & 16. q. 3. c. placuit. i l 2. §. potest, & per gl. in d. cap. 1. de c. Coram. Si uero interuenit titulus putatiuus, puta q a successit defuncto, vel erat fama, q pater suus habuerat in feudum iuxta ea quę le. & no. maxime per Bar. in l. Celsus, ff. de usuc. est magis dubium, ut dixi. tex. hic sentit q acquiritur tempus 30. an.[a] & clarius sentit Inn. & & Ioan. And. in præall. add. & profecto hoc uidetur clarum, vbi nunquā habuisset possessionem: quia contra actionem non præscribitur regulariter minori tempore, ut in l. sicut, C. de p̄scrip. 30. ann. sed si habuisset possessionem, quæstio est satis dubitabilis. nam sicut præscribitur directum dominiū, & ius incorporale spacio 10. ann. cum titulo, ut in l. fi. C. de præscri. lon. tem. ita uidetur dicendum & fortius in dominio vtili; & hoc uidetur uerissimum, nisi dicas speciale ī feudo, per tex. d. c. 1. de ca. Coram. ut non præscribatur minori tempore 30. an. ille tamen tex. loquitur in domino recuperante, q non in vasallo nisi diceres, q si præscriptio curreret minori tempore contra uasallum, non daretur ibi facultas domino recuperandi feudum præscriptione non obstante, nisi respectu p̄prietatis, & hoc satis bene potest admitti, ut sit speciale in feudo, ut non currat præscriptio minor centenaria, & hoc no. † Sed iuxta prędicta quęro de notabili quæstione, nunquid uasallus[b] possit præscribere libertatem & directum dominium feudi. 30. ann. non seruiendo? hæc fuit q. Vbe. vt recitat Io. An. in addi. Spec. pro uasallo facit l. omnes, C. de præscr. 30. ann. In contrarium facit, quia nunquam interpellauit ius domini dicēdo eum non suum dominum, & sic nō potuit sibi mutare possessionis causam l. cum nemo, C. de acq. poss. Dicebat Vber. posse distingui, an deberet uasallus dare certas pensiones domino, puta tenere ęquum p̄ feudo, & tūc sit imputandum domino, q illas non exegit. Si autem erat feudum honorificum. nō est q possit domino imputari, qui nihil potuit exigere, & hoc satis sibi placet. Vel distingue secundum eum, an intra illud tempus 30. ann. dominus habuerit negotia, ad quæ uasalli essent uocādi, & uerisimile esset, q dominus hūc uocasset, si uasallus fuisset, ut in militia, & in uxore ducenda, & similibus. In talibus. n.[c] si aliis euntibus iste non iuit interpellasse uidetur ius domini, & sic posset libertatē pręscribere. nam & libertas serui, si mala fides non obstat, longo tempore præscribitur, C. de pręscri. lon. tem. quæ p̄ libe. 1. & 2. hęc dicta satis mihi placent dummō uasallus sit in fide bona, utputa quia credebat id non esse feudum, q a alteri successit. Aduertendum tamen, ne uitium reale sibi noceat, iuxta l. nitia, C. de acq. pos. l. cū hæres, ff. de diuer. & temp. præs. dixi in c. nihil. sup. eo nam sine bona fide non potest præscribi nedum directū & dominium, sed nec solū utile, ut s. res teneatur in feudum pręstando seruitium, ut no. Bal. in ca. si quis per 30. ann. si de feu. fue. controuer. colla. 10. licet gloss. aliter sentiat in hoc vlt. (licet minus bene) per c. fi. eo. † Vlt. opp. contra tex. videtur enim q contra cēsus præstationem non currit pręscriptio,[d] vt l. cōpetit, C. de pręs. 30. ann. sol. dicit Goff. q contrarium loquitur in tributo, vel hic allegabatur pręscriptio non tantum in censu, sed etiam in aliis secundum eum. Prima sol. est uerior, pro cuius tamen intellectu scias, q inter censum, & tributum seu publicam functionem, vel pensionem non dr̄ia, cū hęc pręstātur principi in signum suprę mę p̄tātis. sunt. n. hęc synonyma, ut no. glo. & Bar. in l. i. ff. de publ. sed cum præstatio fit priuato, vel ciuitati, vel alicui domino, inferiori, est dr̄ia inter censum, & pēsionem, de qua dic ut no. gl. & Inn. c. constitutus, de reli. do. dic ergo, q aut tributum seu cēsus præstatur principi in signum supremę p̄tātis, & vniuersalis dominii, & tunc non potest pręscribi, sic vt nec ipsa subiectio, ut in d. l. competit. facit in simili c. cum ex officii inf. e. aut census debetur alia consideratione, & tunc potest pręscribi. ut hic, & no. Cy. in d. l. competit. sicut. n. alia iura. ecclesię Romanę, vel principis possunt pręscribi, ita & census, ex quo cessat causa pędicta. Et per prędicta puto, qđ vbi potest pręscribi subiectio, puta Episcopi vel alterius citra principem, q poterit pręscribi census, etiam si pręstaretur in signum subiectionis: quia sicut potest p̄scribi subiectio, ita & fortius subiectionis signum, ne fortius sit signū, quam signatum, ad hoc qđ de cathedratico no. in ca. olim, & c. cū venerabilis, de censi. † Dubitatur tamen an remanēte subiectione possit in totum pręscribi subiectionis signū, & dic ut no. in iuribus prox. all. Contra Papam vero certū est, q suprę ma potestas pręscribi non potest, sicut nec contra Deum, cuius uices gerit, & notanter dicit Inn. in c. botię. 2. de post. pręla. & dicam inf. c. prox. in casu vero huius ca. nō pręstabatur cēsus Papę in signum supreme potestatis, seu vniuersalis dominii, sed potius ex alia causa forte.

ADDITIONES.

a ¶ Tempus 30 an. Vide Bal. in consi. 17. incip. verba inuestitura, col. 1. in 3 vol. Seb. Sapia.

b ¶ Nunquid vasallus. Adde Ro. consil. 469 & 171 & quod dixi. Fulg. de emphyteuta, cum consi. 164.

c ¶ In talibus enim illud procedit, quando dominus egeret opera vasalli, & non fuisset vsus, quia non egebat, non videtur posse præscribere contra dominum p̄ s not. per Bar. in l. cum scimus. C. de agri. & cen. lib. 11. cum allegatis per Fel. in c. cum accessissent, co. 9. cum se. ē. de consti. & per Ias. in l. fi. col. 1 a. ff. de cōsti. pecun. & hoc etiam voluit Ze'. hic. Seb. Sap.

d ¶ Non currit præscriptio. Adde tamen, q præscribitur solutio, quæ fieri debet in vna re, per legitimum tempus, si fit in alia, vt vult Ro. consi. 198.

SVMMARIVM.

1 *Laicus potest statuere super rebus ecclesiæ ipsas priuilegiando.*

2 *Præscriptio quanto tēpore currat aduersus, res quæ spectant ad Papā, & ex speciali sua prærogatiua.*

3 *Iura reseruata Imperatori in signū supremę potestatis præscribūtur tanto tempore, de cuius initio non sit memoria.*

4 *Consuetudo tanti temporis, de quo non sit memoria in contrariū habet uim concessionis.*

5 *Præscriptio centum annorum quomodo probabitur.*
Possessio quando probetur tradita alcuni.

6 *Testes possunt post facti maiores testificari de his quæ uiderunt in pupillari ætate, nisi ius requirat maioritatem tempore actus celebrati.*

7 *Præscriptio contra Romanam ecclesiam non semper requiritur centenaria 9. 10.*

8 *Inquisitores hæreticæ prauitatis an possint inquirere potest post quinquennium a morte hæretici ad effectum confiscationis bonorum?*

10 *Præscriptio centenaria an requiratur tam contra bona delata tantū Romana ecclesia, quam incorporata. 12.*

11 *Præscriptio aduersus Imperatorem, uel fiscum quanto tempore finiatur.*

13 *Præscriptio an possit Papa contra ecclesias inferiores, uel aliter contra ipsum?*

CAP. XIIII.

Cum nobis. De centenaria pręscriptione, quę solum currit contra Romanam ecclesiam, t p̄a schismatum deducuntur. In prima parte ponitur consultatio. In secunda responsio, ibi Licet. Casus literalis. Hildesmensis Episcopus mouit quæstionem subiectionis contra monasterium Gradeñ. & ecclesiam Ro. dicēs q pręscripserat subiectionem contra libertatē monasterii. Papa commisit quibusdam abbatibus, vt reciperent testes Episcopi ad probādum præscriptionem contra libertatē monasterii. Sed postquam inchoata fuit præscriptio contra monasterium scissura trium schismatum fuit in ecclesia Romana. vnde Papa iterum scribit eisdem abbatibus dicens, q tam de iure canonico, quam ciuili Romana ecc. gaudet priuilegio speciali, vt contra eam non currat præscriptio in fi. centum ann. tamen non vult Papa t p̄a trium schismatum computari in præscriptione: sed de medio p̄scriptionis deduci. Ber. No. primo, q in eodem puncto, seu super eodem facto pōt concurrere & allegari vtriusque iuris dispositio etiā in foro canon. sic limita q no. glo. x. di. in c. si in adiutorium. † No. secundo, q princeps secularis potest edere statutum super rebus ecclesiæ etiam Romanæ. In contrarium facit c. eccl. de const. & 96. di. c. bene quidem. sed intellige hunc tex. in statuto priuilegiatiuo priuilegiauit. n. ius ciuile ecclesiā ī cursu præ-

ſu pſcriptionis,ut i auth.quas actiones. C.de ſa.ſan.ecc.nã & non ſubditum poteſt quis priuilegiare, vt le.& no.in ca. nouit,de iu.& 11.q.1.c.quicunque. No.tertio,q contra eccleſiam Romanam non currit regulariter niſi pſcriptio cẽtenaria,dixi regulariter quia quandoque fallit,ut inf.dicã. Item habet in hoc eccleſia Romana ſpeciale priuilegium: quia contra alias eccleſias inferiores currit regulariter pſcriptio 40.ann.ut in c.de quarta, ſup.e.& auth.quas actiones,præall. Not. vltimo, & tene menti, q impedimentum etiã ſuperueniens poſt inchoatam præſcriptionem impedit curſum præſcriptionis,non autem interrumpit, ſed facit eam durante impedimento dormire, & q hic eſſet inchoata præſcriptio ſatis innuit tex.aperte tenet gl. 1.quod eſt contra Bar.in l.ſenatus. ff.de of.pręſi. & uide quod dixi plene in c.ex tranſmiſſa,ſup.eo.Op.& videtur q contra Romanam eccleſiam non currit præſcriptio, cum ſit cunctis diſpoſitione diuina præla.22.di.c.1.& 2.nec poteſt quis ſe ab unitate eccleſię diuidere.24.q.1.ca.loquitur.nec eſſet acephalus.93.di.c.nulla,& ſup.eo.ca.cum non liceat.Soluit glo.4.& bene,q contra eccleſiam Romanam reſpectu prælationis,& ſupremæ poteſtatis non currit præſcriptio, vt i contrario,ſed in rebus & poſſeſſionib. & iuribus ipſius eccleſiæ Romanæ ſic,vt hic;& no.bene ſolutionem.Idẽ not. Inn.in c.bonæ.2.de poſt.præl.vbi dicit hoc procedere etiã reſpectu ciuitatum, & uillarum eccleſiæ Romanę;all.ſup. eo.ca. ad audientiam. In quibus autem bonis eccleſia Romana gaudeat hoc priuilegio centum annorum dixi plene

2 ſup.eo.c.prox.& vide Arch.in ca.nemo.16.q.3.† Sed circa hanc particulam glo. quæro, quid in his, quæ ſpectant ad papam ſpeciali prorogatiua ſeu in ſignum priuilegii ſingularis?glo.no.in c.vno,de cle.ęgro.lib.6. in uer. non obſtante,dicit per iſtum tex.non valere in illis conſuetudinẽ

a in contrarium,[a]& ſic non poſſunt per conſuetudinem cõ-

3 petere inferiori.† Sed ego allego in contrarium cap. ſuper quibuſdam,de uer.ſig.vbi patet,q iura reſeruata Imperatori in ſignum ſpecialis priuilegii poſſunt præſcribi tanto tempore,de cuius initio non eſt memoria. & no.per Bart. in l.ſi publicanus. §. in vectigalib. ff. de pub. de reſeruatis vero Papę allego tex.in cap.quod tranſlationem,de of.le.

4 † Nam conſuetudo tanti temporis habet vim conceſſionis,ut in l.hoc iure.§. ductus aquę .ff. de aqua quo. & ęſti. & l.1.& 2.ff.de aq.plu.ar.& c.1.e. ti.li.6. In hac tamen conſuetudine ſeu præſcriptione requiritur ſcientia Papę: quia in iſtis incorporalibus non poteſt haberi quaſi poſſeſſio ſine ſententia illius,qa ea poſſidet ut l.2.C. de ſer.& aqua. no.Inn.in c.bonæ.pręal.& c.conquerente,de of.or. & multis aliis locis.p Bar.in l.1.ff.de aqua plu.ar.& d.§. in uectigalib.& hęc ſcientia Papæ habet vim cõſtituti in dictis iurib.Ex his põt inferri ad ĩtellectum illius c.vnici vt intelligatur in conſuetudine inducta ſine ſcientia Papę vel quę non eſt tanto tempore præſcripta, quod eſt notandum,& vide in ſimili quod dixi in ca.1.vt lite pe.vbi tractaui,an facultas deferẽdi inſignia pontificalia poſſit conſuetudine q

5 ri,tangit Io.An.in c.abbates,de priu.li.6.† Secundo principaliter op.cõtra tex.in eo,q cõtra eccleſiam Romanam requirit pręſcriptionem centum ann.videtur enim q hęc diſpoſitio ſit fundata ſup impoſſibili:quia nũquã poterit pro

b bari poſſeſſio centum annorum[b] per inſtrumenta, quia per ea non probatur poſſeſſio, ar.c.inter dilectos,de fid.inſtr.nec per teſtes, quia oportet teſtes hr̃e centum, & quatuordecim annos, vt p cẽtũ annos viderint iſtum allegãtẽ pſcriptionẽ poſſidere,nec potuerũt videre a tpe natiuitatis ſuę,ſed ad minus debebãt eſſe puberes, ſed rõiter homines nõ viuunt vltra cẽtũ annos. ergo requirere ita lõgiſſimã præſcriptionem nihil aliud eſt in effectu,quam impedire pſcriptionem,& ſic utriuſque iuris diſpoſitio videtur in hoc fundata ſuper uerbis & non ſuper rebus contra c. commiſſa, de elec.li.6.Sol.dicit glo.pręall.in 2.parte,q propter difficultatem probandi videtur ſufficere probare poſſeſſionẽ per tantum tempus,de cuius initio nõ extat memoria. vel q teſtes dicant ſe ſemper audiuiſſe,&c.ut in glo.ſed in effectu finaliter non placet glo.quia non eſt recedendum a verbis iuris. vnde neceſſe eſt ſecundum eum probare pręſcriptionem centum annorum prout hic dicitur.Sed aduerte, qa p hoc glo.non ſoluit contrarium, quia non eſt veriſimile, q lex ſit poſita ſuper impoſſibilitate,non enim eſſet tũc lex.4.di.c.erit aũt lex & in l.ri.ff.q ſen.ſine ap.reſcin.glo.tñ ſimpliciter proſequuntur Tan. Vin. & Hoſt. qui dicit hoc priuilegium per nullam glo. lædendum, maxime quia reſpicit honorem dei & fauorem eccleſię.nam & priuilegiũ conceſſum priuato a principe, a priuato non debet minui vel lędi,de regu.iu.in reg.decet,li.6. ſed nec per hoc dictũ ſoluitur contrarium.Ioan.An.ſoluit dicens,q licet probare ſit difficile,non tamen impoſſibile,cum interdum inue-

c niantur tam antiqui teſtes.Item per inſtrumenta[c] poteſt probari poſſeſſio,ut ipſe no.inf.eo.in ca. ſi diligenti. vbi ponit vnum modum probandi poſſeſſionem,vel quaſi:ut ſi volo probare quaſi poſſeſ.ſubiectionis, potero probare per inſtrumenta confecta de fidelitate per cc.annos, vel plus.Itẽ poteſt probari poſſeſſio ſecundum eum per confeſſionem partis aduerſæ,& licet hoc ſit rarum,ſatis eſt tamen q poſſit probari,vt uitetur obiectio.Ego vero dico,q multis modis per inſtrumenta poteſt probari, poſſeſſio etiam lõgiſſimi temporis, vt puta ſi authoritate iudicis vel voluntate partis tradentis appræhendit tenutam, de qua appræhenſione fuit rogatus notarius. nam per traditionem transfertur poſſeſſio, Inſti.de re.diui.§. per traditionem,& l.traditionibus.C.de pact.& c.2.de conſue.Item poteſt probari poſſeſſio,ſi venditor in pñtia rei mihi poſſeſſionẽ tradidit,

d & notarius[d] ſcripſit,qđ uẽdidit,tradidit, & aſſignauit,&c. & eſt text.multũ no.in l.2.C.de acq.poſ.& ibi per Doc.Itẽ põt probari p uiam conſtituti vt qa vẽditor vel donãs cõſtituit ſe alterius noĩe poſſidere, ut in l.qđ meo. ff. de acq. poſ.& l.certe. ff.de pca. & vide plures alios modos, quos poſui i c.cũ veniſſent de reſ.ſpo.& d.c.2.de cõſue.Pręterea nõ eſt neceſſe in teſtib.ut hẽant cẽtũ, & quatuordecim an

6 nos.† Nã regulariter ſatis,eſt q tpe apphenſionis erat doli capax.& tunc tempore depoſitionis ſit maior,ut not.gl. in c.relatum.27.diſt.& Spe.in ti.de teſte.§.opponitur,uer. ſed nunquid factus pubes.& Ioan.And.in cap.ex parte.de cor.uit ia.uide tex.iuncta gl.Inſti.de teſta.§.teſtes.hoc verum, niſi ius requirat ſpecifice maiorem ætatem tempore appræhenſionis,ut in teſtamento,in quo teſtes debent eſſe puberes.d.§.teſtes.& hanc concluſionem firmat gl.in l. 3.§.lege Iul.ff. de teſti. & q per teſtes poſſit hæc præſcrip. probari,uidetur tex.in c.cum dilecta;de confir. vtili. Item poterit partim per teſtes, & partim per inſtrumenta pbari,cum partem vim habeant,ut in l.in exercendis.C.de fi. inſtr. & c. cum Ioannes.eo.ti.nec hęc difficultas per teſtes probandi debet eſſe alicui moleſta, cum plura ſint, quæ ad ſui ſubſtantiam exigant ſcripturam,ut not.glo. in cap.1.de

7 cenſi.lib.6.† Extra glo.opp.contra text. & uidetur, q minor præſcriptio centenaria currat contra eccleſiam Romanam,ut in c.2.§.1.eo.tit.li.6.vbi dicitur, q bona hæreticorum,qui ignorabãtur in uita,q eẽnt hæretici, præſcribuntur per catholicos bona fide illa poſſidentes, etiam contra eccleſiam Romanam ſpatio 40. annorum.ſo. quod ponit hic procedit regulariter, vt ſup.dixi. illę uero eſt caſus ſpe

8 cialis,ut colligitur ibi ex tex.& gl.† Et aduerte diligenter, quia per illum text.dico,q confunditur opi.Bart.in l.2.C. de apoſt.vbi per illum text. dicit, q inquiſitores hæreticæ prauitatis

ADDITIONES.

a ¶ In contrarium.Quod non currat preſcriptio contra Papam in his, quæ ſunt reſeruata in ſignum ſuperioritatis,voluit Bal.in l.2.in 4 q C.de ſeru. & aqua, & Iaſ.in l.imperium,col.11.ff.de iur.om.iu.& Soci.in conſ.277.incip.in cauſa fratrum,co.2.in ſecunda par.Contrarium voluit Bal.in l.1 c.[illegible] C.ne rei domi.vel templo.vide Fel.in c.non liceat, col. 4.de præſcrip. Qualiter probent poſſeſſor.100.annorum,uide plene per Baldũ in l.c. fina. C.de ſa.ſan.eccleſiis. Seb.Sap.

b ¶ Quomodo probetur poſſe.Vide Bar. An & Imo.l.l.qui uniuerſas,§.quod per colonum,& in l.quamuis.§ ſi conductor ff.de acqui.poſſeſſ. & per Ange. in l. quidam mulier,de rei vend.& in l.[illegible] C.de ag.cenſi.& per Ale. in conſ. in. in 3.par.& in conſ.132.in 1.parte.& adde q per locationem,& fructuum perceptionem probatur poſſeſſio,& non per locationem tantum, ut per Bar. in l 3. C.de acq.pol.& per Bal in l [illegible] C.de ſer.fug.& an probetur poſſeſſio per ſolam inueſtituram,inter contrahentes,in præiudiciũ terti vide Ang. in l.quiſquis.C.de don.& per Bal.in l emptione,in ver.[illegible] qualiter. C.plus val.quod agi.& an conſtitutione præcarii probetur poſſ. ſiue vera,vel ficta,& quando habens conſtitutionem præcarii præferatur habenti veram traditionẽ poſſeſſionis,vide quæ habetur in l.quoties C.de rei vend. Ant.Fran.

c ¶ Per inſtrumenta. Vide quid debet inſeri in inſtrumentis ad hoc, vt probent poſſeſſionem,& an ſi ſolum inſeratur clauſula,præcario poſsidere,& per vẽdentem vel donantem,& quid,ſi conſtituat ſe vſufructuarium,& generaliter plures modos probandi poſſeſſionem,vide per Lanf.de Ori.in c.quoniam cõtra falſam.§ tertium depoſitiones,nu.96.ver.tertio veni probanda,& per diſcurſum totius verſic.& in apo.Bened. Vadi,in verſ.poſſeſſio,& in verſic.præcario,& in ver.per æſtimum,ſupra de proba. Zacharias.

d ¶ Et notarius.Vide Bar.in l pœdia,vbi Alexan.& alij.ff de acqui. poſſ. Bal. in l. iudicia,col.1.C.de rei vendicat.Alexan.in l.2 §.ſtipulatio. ff de verbo. obliga. Seb.Sapia.

prauitatis non possunt inquirere post quinquennium a tẽpore mortis ad effectum bonorum: quod aperte est cõtra illum text. nisi saluãdo dictum suum dicatur, q quatenus bona ueniunt publicanda fisco iudicis secularis, procedit illa pręscriptio, quinquennii. pro quo adduco bonam & no. glo. quam non alle. Bart. in l. Manichęos, C. de hære. nã tex. quem all. Bat. aperte non probat. & ideo glo. prædicta loquitur sub dubio forte: & facit in simili bo. text. in l. 2. C. de vect. & cõm. ubi tex. no. dicit, q in bonis delatis fisco ꝓ (a) pter vectigal non solutum præscribitur spacio 5. anno. & no. Bart. in l. cõmissa. ff. de pub. aut bona ueniũt seu cedunt (9) fisco ecclesiæ, & habet locũ d. c. 2. † Et ex hoc pone vnũ singulare dictum, q licet in iuribus principis, seu fisci fiat distĩctio in cursu præscriptionis inter bona fisco incorporata, & bona delata nõdũ incorporata, ut inf. latius dicã: tñ respectu ecclesiæ nõ vr̃ dr̃ia faciẽda, sed semꝑ uniformis est ꝓscriptio; requiritur. n. tp̃s 40. ann. vt probatur ĩ d. c. 2. quatenus loquitur de aliis ecclesiis, circa ecclesiam Ro. est differentia saltem quo ad illum casum: quia in corporatis requiritur cursus. c. annorum, in delatis uero sufficit tẽpus. (10) 40. ann. sicut in aliis ecclesiis. † Sed potest dubitari, nunqd idem sit in aliis casibus, in quibus bona deferuntur, sed nõdum sunt incorporata, ut sufficiat tempus 40. anno. respectu ecclesię Romanæ? & credo, q non potest per illum tex. qui ponit casum specialem, vt patet ibi, in hoc casu; & ius nouum, ut patet ibi sancimus. Et quanquam Ioan. An. ibi in nouella dicat, quod nisi esset ille tex. non curreret ibi ꝑscriptio: quia non facta prius declaratione super hęresi; nõ possunt appręhendi bona, ut in c. cum secundum. de hære. li. 6. & per consequens non currit præscriptio, cum nõ possint bona peti. Ego dico contrarium, quia qui actionẽ habet, non impedit agere, ut l. qui actionem. ff. de reg. iur. vñ satis, est quod bona sunt ipso facto publicata, & potuisset agere, ut pronunciaretur iuxta formam d. c. cum secundũ. Præterea in rebus latentibus currit præscriptio, ut in c. uigilanti, s̃. eo. & l. fi. C. de præsc. long. temp. Item q currat ꝑscriptio in tali casu, est tex. in d. l. 2. C. de aposta. & l. 2. C. de uecti. & commis. & text. iuncta glo. in uer. & hoc debet, C. de hære. l. Manicheos. & quod not. Bart. in d. l. cõmissa. Ponit ergo tex. ille casum specialem in hoc, quia contra ecclesiam Ro. currit pręscriptio minor centenaria, & hoc fauore catholicorum, qui bona fide illa possederũt, & arbitror, q licet alias iusta ignorãtiæ cã intercedẽte possit peti in itegrum restitutio aduersus pręscriptionem, ut dixi in d. cap. vigilanti, tamen in casu illius ca. 2. peti non poterit de iustitia ordinata; quia probibet ille text. post 40. annos aliquã molestiam possessoribus bonorum fieri & hæc sunt multũ (11) no. ad intellectum istius c. & huius materiæ. † Nunc quęro nisum est qualiter præscribatur aduersus ecclesiam Romanam, & inferiores ecclesias tam respectu bonorum incorporatorum, quam delatorum duntaxat, quid aduersus imperatorem seu fiscum? Sol. glo. sup. eo. c. cum nõ liceat, simpliciter dicit res fisci non usucapi, alleg. instit. de usuc. §. res fisci; & profecto nimis breuiter se expediuit glo. s. ibi. s. in §. res fisci, dum intellexit illum text. in usucapione triennii, vel saltem in præscriptione, 10. vel 20. ann. secus dicit in ꝑscri. 40. an. l. omnes, & l. cõpetit. C. de pręsc. 30. vel 40. ann. sed qđ etiam currat præscriptio minoris temporis, allego. multa iura ciuilia, quæ in hoc varie loquuntur, ut patet in l. 1. C. de quad. pręscri. vel de pręscriptione quatuor an. ut in l. inter quatuor. ff. de diuc. & temp. præscri. & in l. omnibus, eo. ti. vbi requiritur præscr. 20. ann. & l. quamuis. ff. de usuc. vbi requiritur præscri. 10. vel 20. an. & l. 2. C. de vect. cõmi. & l. 2. C. de apos. vbi sufficit præscri. 5. ann. Quid er(b)go [b] in tanta varietate dicendum? profecto vario mõ dixerunt ad horum concordantiam glo. & scribentes in locis p̄all. sed ego ero pro conclusione contẽtus recitatione Bart. qui oĩum iudicio cũctos scribentes in æquitate & ueritate præcessit. dixit enim ĩ l. 2. C. de apo. & l. commissa. de uec. q aduersus bõa publicata nondum incorporata sufficit ꝑsc. 5. an. ut in iuribus præall. & dicebat hoc notandum propter statuta, quæ in multis casibus inducunt ipso fcõ bonorum publicationem, ut post quinque annos a tempore publicationis non possit agi; sed contra eum facit text. iuncta glo. in d. l. in omnibus, vbi habetur, q regulariter in talib. requiritur præscribi. 20. ann. exceptis causis, in quibus minora tempora seruari specialiter constitutum est, & gl. ibi, & pro casu speciali alleg. d. l. 2. C. de vect. & commis. & l. inter quatuor. præall. ideo distingue melius post eum in l. in omnibus præalle. & vbi melius examinauit hanc materiã, q aut quæritur in bonis seu in iurib. reseruatis principi in signum subiectionis, ut in tributo seu censu, & in illis nullo tempore currit præscriptio, ut in l. e. competit. C. de p̄sc. 30. an. idem dico & fortius in ipsa subiectione, ut actiue ꝑscribi non possit; ne sit acephalus, ut dixi. sup. eo. in ca. cum non liceat, & in c. per venerabilem, qui filii sint legi. Quædam sunt iura reseruata principi in signum priuilegii singularis, ut legitimare spurios, creare tabelliones, exigere vectigalia, pedagia, & similia, & in istis currit præscriptio sed requiritur scientia ipsius principis, & tantum tempus, de cuius initio non existat memoria, ut est tex. no. in c. sup quibusdam, de uer. sig. no. Inno. in ca. cum P. tabellio. de fide instr. & per Bart. in l. si publicanus. §. in vectigalib. ff. de pub. & l. i. de aqua plu. ar. & l. cunctos populos. C. de sum. Tri. & fi. cath. Quędam enim sunt bona, & iura pariter possessibilia, & ista si sunt principi incorporata, requiritur pręscriptio 40. annorum vt in d. l. competit, & sic procedit gl. ĩ d. §. res fisci. Si uero non sunt incorporata, sed duntaxat delata tanquam vacantia seu ex causa publicata, & tunc bonis delatis propter vectigal non solutum sufficit tẽpus 5. ann. ut d. l. 2. Idem dico in bonis sibi delatis propter hæresim, ut d. l. 2. C. de apo. & per gl. in d. l. Manichęos. In aliis uero si præcessit denunciatio bonorum vacantium, sufficit tempus quatuor ann. ut d. l. inter quatuor, & d. l. i. C. de quadri. pręsc. Si uero denunciatio non interuenit, & tunc aut quis illa bona possedit bona fide tantum, & requiritur tempus. 20. anno. & sic loquitur d. l. in omnib. aut habuit etiam titulum, & tunc sufficit præscriptio x. ann. & sic loquitur l. quamuis. ff. de usuc. & per hæc habes clare hanc materiam respectu Papæ, & Imperatoris; & de priuatis & inse(12)riorib. ecclesiis dixi in cap. de quarta, sup. eod. † Vltimo hic q̃ro, an ecclesia ĩferior possit p̄scribere cõtra Papã, vel ecõ(c)tra [c] Papa contra ecclesias inferiores? Spe. hanc quæstionẽ posuit eo. ti. vet. illud etiam; & finaliter concludit q nõ, q̃a res ecclesiæ sunt suæ, & sic non possunt amplius effici suæ, de fide instr. cap. inter dilectos. §. cęterum. nec contra eum potest præscribi: quia licet per pręscriptionem aliquis sibi quęrit in reb. ecclesiæ Papę subiectæ, ius tamen Papæ remanet semꝑ saluum, quia intelligitur semꝑ excepta authoritas sua, de re iudic. c. suhorta, & de capel. mo. c. dilectus. D. Ant. tenet contrarium, dicens Papam esse dominum vniuersalem. vnde potest præscribere in spem. & putat q 40. anni. sufficiant Papæ ad præscribendum, ne ius pro eo introductum contra eum retorqueatur, de regu. iu. ca. qđ ob gratiam, li. 6. Ego dico latius sic, quod aut Papa vtitur plenitudine potestatis, & tunc nõ pręscribit, nec possessionem quærit: quia pręscriptio fundatur super bona fide, q̃a credit rem esse suam, vel ad se pertinere. 34. q. 2. c. si uirgo, & infra, eo c. fi. Ex quo infertur, quod si Papa per maximũ tempus ex plenitudine potestatis uisitasset aliquod monasterium episcopo subiectum, non per hoc præscribit cõtra eum, quia episcopus non fuit negligens, nec Papa communi aliorum iure id fecit, secus autem, si alius rem a papa recepit consetente illam ex plenitudine potestatis, q̃a ex illo titulo forte minus sufficienti potuit inferior habere cãm præscribendi, ar. in c. cum personę. de priui. li. 6. & ca. cum dilectus. de consue. hoc in effectu voluit Inn. in ca. bonæ. il 2. de post. præla. ĩ 2. col. & Arch. in c. uolumus. 16. q. 4. Aut papa vsus est simpliciter iure alterius priuati, & tunc præscribit, sicut alius & communi spatio, sicut de ecclesia præscribente, contra priuatum, dixi sup. eo. c. de quarta, & no. Io. An. in regula, qui ad agendum, de re. iur. lib. vi. in Mercu. & gl. in auth. quas actiones. C. de sacr. san. eccl. si autem fuit vsus re ecclesiæ inferioris, eam pręscribit, & spectat ĩmediate ad ecclesiam Ro. & idem dico si fuit vsus immediate subiectione alicuius ecclesiæ credens illam immediate pertinere ad ecclesiam Ro. ut in cap. cũ. personæ pręall.

primo

ADDITIONES.

a ¶ Quinque annorum. Adde Roma. singul. fin. folio. 5. Francis. Are. cons. 154.

b Quid ergo. Vide Ioan. Fa. & Ang. in §. res fisci, instit. de vsucap. Pau. de Castr. in l. fi. colum. penul. C. de sacrosan. eccle. Are. in cons. 153. mei. consultatio præposita, col. vlt. Bal. in cons. 38. ante finem in tertia parte, & in consi. 308. incip. quidam Lucanus, & in tertia parte, & Alex. in consi. 84 in 1. vol & in consi. 31. inc. ponderatis his, in fin. in 5. vol. Soci. in consi. 86. col. fi. ver. 5. hac conclusio, & in consi. 156 co. fi. ver. sed clarum, in 2 parte. Seb. Sapia.

c ¶ Vel econtra. Adde eundem consi. 7. lib. 12. vbi latius.

primo enim illa eccleſia ſuberat papæ vniuerſaliter & iure aliorum, nunc autem erat ſubiecta ſpecialiter, ut in c. ſi papa, de priui. li. vi. de eccleſia vero inferiore dico, q non pôt præſcribere contra papam reſpectu ſupremę poteſtatis, ut ſup. dixi, ſed bene poteſt pſcribere iura ſua & bona, ut immediate ſibi ſubſint, licèt teneatur recognoſcere papam in uniuerſalem dñm, ut probatur in c. cum dilecta. de confir. vti. & d. ca. volumus, & idem in priuato contra papam ſup. c. proxi.

SVMMARIVM.

1 *De præſcriptione facta cõtra eccleſiam vel iura epiſcopalia, ſubducuntur tempora, quibus eccleſia fuit ſine paſtore.*
2 *Sententia eſt ſtricti iuris.*
3 *Dubia probatio inſtrumenti non releuat, niſi factum aliter certificetur.*
4 *Monaſterium poteſt habere pleno iure eccleſiam inferiorem ſubiectã aut ex priuilegio, aut ex præſcriptione.*
Iura epiſcopalia poſſunt pleno iure præſcribi. 6. ſed non illa, quæ ſunt ordinis. 13.
5 *Præſcriptio contra eccleſiam vacantem non currit.*
6 *Cognitio cauſarum matrimonialium poteſt per inferiorem prælatum præſcribi.*
7 *Præſcribi an poſſit per inferiorem prælatum certa pars diœceſis cum territorio, excludendo prorſus epiſcopum.*
Præſcribens iuriſdictionem excludit illum, ad quem pertinebat, non autẽ cum illo concurrit.
8 *Titulus ſine bona fides in præſcribendo cauſari pôt ex priuilegio dubio.*
9 *Interpretatio præſcriptionis reſpectu certę rei non extenditur ad alias, etiam conſimiles.*
Præſcribens iuriſdictionem reſpectu certorum articulorum nõ porrigit effectum ſuum ad alios etiam conſimiles. 23.
10 *Interruptio proueniens poſt finitam præſcriptionem, nil nocet. 12.*
11 *Conſuetudo iam in eſſe deducta non tollitur, ſi contra eam bis, vel ſemel aliquid intentetur.*
13 *Præſcriptio iurium incorporalium, puta iuriſdictionalium, quomodo interrumpatur.*
14 *Præſcriptio iurium epiſcopalium quomodo interrumpatur per ipſum epiſcopum.*
Ius excommunicandi, vel uiſitandi poteſt eſſe apud plures inſolidum, & locus eſt præoccupationi.
15 *Teſtes deponentes ueriſimiliora, & concordantes iuri communi præferũtur alus.*
16 *Indefinita non ſemper æquipollet uniuerſali.*
Teſtes deponentes indefinite ſuper capitulis, neceſſario non concludũt, & ideo non probant.
18 *Poſſeſſio alicuius rei ſi probetur æqualiter fuiſſe apud duos, eſt utrique res illa adiudicanda.*
19 *Sententia lata contra ſubditum an noceat ſuperiori?*
Subditi an ſint moleſtandi ſine conuenienti ab his, qui prætendunt habere intereſſe?
20 *Subditorum intereſt non mutare dominum, & dominorum intereſt non mutare ſubditos.*
21 *Subditis facientib vel ignorantib. an præiudicet dominus trãſigendo, vel aliter componendo de feudo?*
22 *Subditus non poteſt præſcribere, ne præſtet obedientiam ſuperiori: ſed iura ſuperioris bene poteſt præſcribere.*
24 *Res mea non poteſt eſſe mea ex pluribus contrariis acquiſitionibus.*
Exceptiones contrarias ſi quis oppoſuit, uidetur illas disiunctiue oppoſuiſſe.
25 *Probatio debet in ſpecie, & non in genere concludere. 28.*
Equus ſi probetur mortuus, & non probetur talis equus talis pilaminis &c. non releuat probantem.
26 *Pignus quod probetur venditum a creditore ex pacto, debet probari qđ illamet res pignorata fuit uendita.*
27 *Articulans præſcriptionem non debet ſe arctare ad tempus ſtatutum ad finiendam præſcriptionem ſed ad maius tempus: quia ſi deducũtur aliqua tempora, tempus ſufficiens remanebit.*
29 *Factum quando eſt punibile certo loco vel tempore, debet exprimi locus & tempus: alias dubia probatio non releuaret.*
30 *Delictum, quod poteſt eſſe punibile & non punibile ſecũdum exceptionẽ rei præſumitur potius non punibile.*
31 *Agens ad mutuum debet probare mutuum factum ante libellum datum, alias actor ſuccumberet.*
32 *Confeſſio inquiſiti poteſt acceptari, quatenus facit contra ſe, & non aliter, niſi probetur, & quid operetur.*
33 *Ex præſumptionibus uehementibus non debet quis corporaliter puniri.*
34 *Prælatus præiudicat eccleſiæ ſuę in omittendo, puta in permittendo rem eccleſię præſcribi, tenetur tamen de ſuo reſarcire.*
35 *Reſtitutio in integrum aduerſus præſcriptionem intra quantum tempus debet peti.*
36 *Præſcriptio an currat aduerſus debitum annuum, ſi creditor ceſſauit petere?*

CAP. XV.

1 AVditis. † De pręſcriptione ſubducitur tẽp°, quo uacauit eccleſia cõtra quã præſcribitur. ita ſummat Ioan. An. hic. ſed hęc ſummatio de nihilo ſeruit, cum hoc ſit expreſſum in multis iurib. ſup. eo. c. de quarta, & ca. i. cum ſi. ideo ſummo ſic. Prelatus inferior poteſt pręſcribere in certis eccleſiis diœceſis totum ius epale, ſubducitur tamen de pręſcriptione tempus, quo vacauit eccleſia cathedralis. h. d. no. Primo ponit proceſſum, & concluſionem negotii. Secũdo, indeciſe narrat reſtitutionem ab una parte peritam & conceſſam. Tertio, committit probationes recipendas ſup reſtitutione, & cauſam diffiniendam. tertia, ibi: Quocirca Caſus lit. Inter epm Vigo. & abbatem de Heueſcam vertebatur controuerſia ſuper quibuſdam eccleſiis in ualle de Hęueſcam conſtitutis, quas dicebat epiſcopus ad ſe ſpectare leg. diœceſana. cauſa ſuper his commiſſa fuit iudicibus, coram quib. petit epiſcopus eccleſias ſibi dẽre ſubeſſe quo ad legem dięceſanam, & omnia iura epiſcopalia ſibi debere adiudicari in illis eccleſiis. abbas vero dicebat ecc. illas ab eius iuriſdictione prorſus exemptas per priuilegia. Itẽ dicebat ſe illas ecc. ltime pręſcripſiſſe. ſup his vtraque pars ſuas probationes induxit. abbas induxit tam priuilegia, q̃ teſtes ad probandum ſuam intentionem & epiſcopus ad pbãdum interruptionem, tandem cauſa ſic inſtructa remiſſa fuit ad ſedem apo. poſt allegationes multiplices intellexit epiſcopus, qđ licet abbas per priuilegia non probaſſet ſuam intentionem, tamen probauerat pręſcriptionem, petit epiſcopus ſe admitti per beneficium reſtitutio. ad pbãdum, q Vigoren. ecc. tanto tempore uacauerat, q tẽpore uacationis ſubducto, præſcriptio non ſit completa. abbas uidens q iſta probõ præiudicabat ſibi in totum, petit ſe admitti per idem beneficium ad probandum per priuilegia Theo. & Off. regum. q uallis de Heueſcã eſt iſte locus, quẽ Cęleſtinus libertati donauit. Papa videns, q utraque ecc. neceſſariam probationem omiſit, utranque reſtituit cõtra alteram in prędictis articulis, ſed quia probatio abbatis p̃iudicialis erat, mandat papa iudicibus, quatenus inſpiciãt priuilegia Theo. & Off. regum. quę abbas ſuper libertate p̃miſſa afferit ſe habere, & ſi per illa conſtiterit, q uallis de Heueſcã ſit ille locus quem Cęleſtinus libertati donauit, abſoluant abbatem ab impetitione epiſcopi ſuper eccleſiis prædictis, epiſcopo ſuper illis ſilentium imponentes. ſi uero abbas in hac probatione defecerit, audiant probationes epiſcopi ſuper tempore, quo intra 40. ann. ſedes epiſcopalis uacauit, & ſi per tantum tempus illam uacaſſe cõſtiterit, v illo ſubducto pręſcriptio non ſit completa, adiudicent epiſcopo ius epiſcopale in illis eccleſiis abbati ſilentium imponendo: ſi autem epiſcopus hanc exceptionem non probauerit, quia tamen interruptionem probauit in quibuſdam articulis, adiudicent eidem ius epiſcopale in illis, dummodo intra quadraginta annos interruptio facta fuerit, ĩ cęteris, in quibus abbas præſcriptionem probauit, epiſcopo ſilentium imponentes. B. Not. 1. iuncta glo. 1. qđ lex diœceſana generaliter ſumpta comprehendit legẽ iuriſdictionis. colligitur autem hic, quia petebat epiſcopus in iſtis eccleſiis ius epiſcopale, ut patet in ſequentibus hoc autem ius conſiſtit in utraque lege, & pręcipue in l. iuriſdictionis, & cum ab illa monaſteria non ſunt exempta, ut plene le. & no. in c. dilectus. de of. ord. & 10. q. i. in ſum. capitur autem hic ita large tum propter ſubiectam materiam, tum quia verba libelli ſunt late interpretanda in fauorem libellantis[a] ut l. ſi quis intentione ambigua, & l. ſolemus. ff. de iud. & c. cum ecc. Sutrina. de cauſa poſ. & propri. & bo. tẽx. cum ibi notatis in c. conſtitutus, de reli. do. ſecus autẽ ubi hoc verbũ proferretur in materia ſtricta, quia tũc nõ comprehenderet legem iuriſdictionis, ſed legem diœceſanam tantũ in ſpecie ſua, ſic intellige tex. d. c. dilectus. † Nã iſtud uerbum, fuit ibi prolatum in ſententia, quæ eſt ſtricti iuris, ut l. vna. C. ſi plu. una ſen. not. Bart. in l. ſi expreſſim. ff. de

ADDITIO.

a ¶ Libellantis. Vide quod decidit d. Abb. in c. ex parte, ĩ. de reſcr. & in c. ſedes, in 1. no. ĩ. de teſta. & multa accumulat Felyn hic & mod. in l. ſed & ſi poſſeſſori. §. item ſi intrauero. ff. de ... quid autem ſi in libello, eſſet clauſula, ... modo, an libellus continens repugnantiam ... Al. ... conſ. 110. in 3. volu. vbi uidetur contrarius his, quæ dicit Fely. ... Seb. Sapia.

de appel. in 2. col. quod not. Ex his do hanc regulam, qđ in materia differenti, ſi ſumus in fauorabilibus una lex comprehendit aliam: ſecus in odioſis. Not. ſecundo ꝙ reus poteſt ſimul & ſemel ſe defendere ex priuilegio, & præſcriptione, de quo vide bonam gl. in regula, nullus pluribus. de reg. iu. lib. 6. & quod not. inf. eod. ca. ueniens. Item ꝙ pluribus defenſionibus allegatis (quarum quęlibet eſt per ſe ſufficiens ad intentum proponentis) recipienda eſt prius ꝓbatio ſuper leuiori. vnde papa mãdauit hic recipi prius ꝓbationes ſuper priuilegio, & in defectum ſuper præſcriptione. ſimile in ca. ſi ſorte, de ele. lib. 6. † Not. tertio, ꝙ probatio instrumenti dubia non releuat, niſi aliter certificet, nec recipit interpretationem ab articulis, ſeu confeſſione producentis. facit c. in preſentia, de proba. & c. cum Ioannes, de fid. inſtr. † Not. 4. duos modos quibus eccleſiæ ſeculares poſſunt pleno iure ſubeſſe abbati, per priuilegium, ſ. Romani Pontificis & per p̄ſcriptionem, & debentur ſubiectæ pleno iure, quando epiſcopus nullum ius epiſcopale in illis exercet, ſed utraque lege ſubiiciuntur abbati, ut le. & no. in c. qm̃, de priui. Ex quo ſingulariter not. ꝙ totum ius epiſcopale in certis eccleſiis eſt præſcriptibile per inferiorem, & de hoc latius ĩ. ſuper gl. 3. † Not. ibi: Intra 40. annos &c. ꝙ uacatio eccleſiæ impedit contra eam præſcriptionem currere, & facit eam dormire, ſiue ante præſcriptionem inchoatã contingerit, ut ſup. eo. c. 1. & c. de quarta, ſiue pendente pręſcriptione, ut hic, & facit ad ea quæ dixi ſup. c. ex trãſmiſſa, & c. cum nobis. † No. ibi: Cauſarum matrimonialium iuncta glo. 3. in fin. habes enim hic text. expreſſum, quod cognitio cauſarum matrimonialium poteſt præſcribi per inferiorem prælatum[a] epiſcopo etiam regularem. Abbas enim hic præſcripſiſſet, niſi interruptio obſtitiſſet, cuius cõtrarium (& minus bene) tenuit Hoſtien. in c. literas, de reſt. ſpol. & ſatis videtur concordare huic tex. c. accedentibus, iuncta glo. fin. de exceſ. pręal. & c. 1. iuncta gloſſ. 4. de conſang. & affini. tenet Io. And. in d. c. literas, & capit. accedentibus. Ex quo not. quod nedum ea, quę ſunt ſimplicis iuriſdictionis, poſſunt per inferiorem pręſcribi, ſed etiam ſi ſint dignitatis epiſcopalis. nam cognitio cauſarum matrimonialium eſt dignitatis epiſcopalis, ut in d. c. accedentibus. Ex quo inſero, quod institutio etiam authorizabilis poteſt per inferiorem prælatum pręſcribi, cu hoc non ſit ordinis epiſcopalis, & ſic ceſſat contrarium, capi. quanto, de conſu. & cap. quamuis. 68. diſtin. cuius contrarium voluit hic Hoſti. & in ca. cum ſatis, de offic. archi. ſed minus bene iudicio meo, & contra hunc tex. locutus eſt: quia ſub cura eccleſiarum iſtarũ erat tota illa uallis de Heueſcam. hinc eſt, quod etiam præſcripſiſſerat abbas iuriſdictionem Epiſcopalem reſpectu populi, ut patet in cognitione cauſarum matrimonialium, circa quam facta fuit interruptio, & ſic abbas acquiſiuit plenum ius epiſcopale in iſtis eccleſiis, & in tota illa valle, præterquam in exceptuatis, hic in quibus facta fuit interruptio per Epiſcopum alias proceſſiſſet in totum præſcriptio. ergo competebat huic abbati inſtitutio etiam authorizabilis reſpectu curæ populi, & not. ſingulariter, quia nemo ad hoc ponderauit iſtum text. Et quod hæc inſtitutio quæſibilis ſit per inferiorem epiſcopo ſentit hic Inn. & clarius, inſ. e. ca. cum olim.[b] vbi uidetur tex. iudicio meo non cauillando literam, & tenet glo. in d. c. cum ſatis, & Ioan. An. aperte ſentit in c. cum venerabilis, de cẽſi. & Pa. de Leaz. in cle. i. de exceſ. pręl. in cle. ne in agro. §. cæterum, de ſtatu. reg. facit quod not. Ioã. An. poſt Arch. in cap. cum epiſcopus, de off. ord. li. 6. & Archid. 16. q. 2. ĩ ſum. & D. de Ro. dec. 231. † Ex prædictis & ex tex. not. aliud ſingulare dictum[c] quod alibi ita bene nõ probatur, ꝙ inferior prælatus poteſt præſcribere certã partem diœceſis cum territorio, excludendo prorſus epiſcopum in illo loco ab exercitio iuris epiſcopalis, cuius cõtrarium, & non bene, ſenſit Hoſt. in ca. cum contingat. de for. comp. ſed primum dictum tenet Archidia. & Ioan. And. in d. c. cum epiſcopus, & uide in hoc, quod pleoe dixi in d. c. cum contingat. Aliud etiam ſingulare colligo ex hoc text. ꝙ exercens iuriſdictionem in aliquo loco utiliter, uel in certis articulis, uidetur illam pręſcribere excludendo illum, ad quem pertinebat iuriſdictio, non autem, ut in exercitio cum illo concurrat, licet gl. & quidam alii ſentiant cõtrarium in ca. paſtoralis, in prio. de off. ord. ſed hic eſt text. prorſus in contrarium. hic. n. dicitur, qđ epiſcopus fuit aliquãdo ꝓhibitus exercere iura epiſcopalia, ſed abbas exercendo pręſcripſit contra epiſcopum negligentem, & imponitur ſilentium epiſcopo, & abbati adiudicatur ius epiſcopale, & ad idem. inf. e. c. cum olim, & facit quod no. Inn. ĩ c. dilectus, de capel. mo. † Not. ꝙ priuilegium incertum & dubium, ut erat hic priuilegium Cęleſtini, quod referebat ſe ad priuilegium illorũ regũ, dat legitimam cauſam p̄ſcribendi certa iura, ad idem vide bonum tex. in c. cũ dilectus de conſue. † No. ex fine tex. ꝙ interruptio[d] facta in certis capitulis alio poſſidente iuriſdictionem vtiliter, non operatur effectum ſuum reſpectu iuriſdictionis vniuerſalis, ſed ſolum reſpectu aliorum articulorum, in quibus facta fuit. ſimile in poſſidẽte, ſeu exercente iuriſdictionem reſpectu certorũ articulorum alio poſſidente vtiliter. non. n. extẽditur poſſeſſio ad alios articulos etiam conſimiles, ſed tantũ præſcribitur quantũ poſſidetur, ut eſt tex. bo. in d. cap. cum olim, & c. cum contingat. inf. de decimis, no. ponit Innoc. in d. c. cum dilectus. de capel. mona. † Vltimo not. in uerſi. Si autem ꝙ interruptio, poſt completam præſcriptionem non habet lædere ius ex pręſcriptione iam quęſitum oportet ergo, ad hoc, ut ualeat, ꝙ fiat intra tempus pręſcriptionis. Ex quo inſero, † ꝙ præſcriptio ſeu conſuetudo iam completa non tollitur, licet bis uel ſemel fiat contrarium, quod tenet Spe. eo. ti. §. i. verſi. quid ſi poſt completum: allegat l. ſi unus. §. ſed ſi pactum. ff. de pact. ſed iudicio meo hic magis clare probatur, & ad hoc clarius l. temporales, ſicta glo. de reg. iur. alias eſt §. l. præcedentis, quæ incipit, nemo alieno. no. Io. And. in c. fi. de conſu. requiritur ergo ad tollendam præſcriptionem vel conſuetudinem contraria pręſcriptio uel conſuetudo, ut no. in iuribus proxime allegatis, facit c. 1. inſ. de reg. iur. † Et no. ꝙ ex ſola præſcriptione poſſunt ſe tueri etiam religioſi, licet expreſſe & ex poſt facto conſtet titulum, qui dedit cauſam præſcribendi no ſufficere ad ius transferendum, ſimile in ca. cum dilectus, de conſu. Sed antequam deſcendam ad gl. quia tex. facit mentionem de interruptione, & non dicit, qualiter fiat iſta interruptio. † Quæro, qualiter fiat interruptio pręſcriptionis ĩ incorporalibus? Sol. hãc materiam ſatis examinaui ſ. eo. in c. illud. Sed propter aliqua dicta Inn. hic. q̃ mihi non placent, nec illa in totum ibi recitaui, dicam hic. dicit. eñ ꝙ interruptio fit in iuribus, & in aliis incorporalibus eodẽ modo ſicut in corporalibus, ſcilicet per litis cõteſta. & aliis modis not. in d. cap. illud. fit etiam in his ſpecialis interruptio ſi epiſcopus ſaltem una uice fuiſſet vſus his iuribus antę completam pręſcriptionem abbatis, arg. C. de pręſc. 30. annorum. l. cũ notiſſimi. Idem dicit, ſi prohibuiſſet epiſcopus per uiolentiam abbatem volentem exercere iuriſdictionem, quam pręſcribebat, ita, ꝙ timore epiſcopi dimiſerit illam exercere: quia cum poſſeſſio perdatur ſolo animo. multo fortius interrumpitur, ff. de acquir. poſ. l. poſſidere, §. in admittenda, & l. quemadmodum, & quia deiectus videtur, qui non utitur: quia ſuſpicatur ſe poſſe repelli. ff. de acq. poſ. l. ſi id quod. §. fin. hoc dictum ſatis placet, & tenet Bar. in l. naturaliter, ff. de uſuca. † Sed contra præcedens dictum in eo, ꝙ uoluit, ꝙ epiſcopus[e] exercendo & utendo illis iuribus ſaltem una uice ante completam præſcriptionem videatur interrumpere pręſcriptionem, op. quia licet epiſcopus exercuerit epiſcopalia, nõ minus poterit abbas illa exercere, cũ uiſitatio, excommunicatio, & ſimilia poſſunt eſſe inſolidum apud plures, ſicut ſunt apud Archipreſbyterum; Archidiaconum, Epiſcopum, & Archiepiſcopum, qui in ꝓprios ſubditos exercent pręd icta. inſ. c. prox. no. de offi. archidia. c. i. & c. cum ſatis, de offi. archipreſ. c. 1. & 3. ſic & abbas poterit cum prædictis hæc iura exercere, nec præſcribet ſibi ius alterius, ſed præſcribet ſibi ius cõſimile. ſol. hoc cõtrarium formauit ipſemet Inn. ſed iudicio meo minus bene ſoluit. dicit enim ꝙ Abbas præſcribit cõ

tra

ADDITIONES.

a ¶ Inferiorem prælatum. Adde Cal. late conſi. 2. hoc eo. ti. Bal. conſi. 93. 1. lib.

b ¶ Olim. Et ibidem de hoc vide per D. An. in 2. col.

c ¶ Singulare dictum. Vide Fel. in c. irrefragabili, circa prin. ĩ. de offic. or. Abb. in c. audītis, in 4. no. ĩ. de in int. reſt. & in c. cum venerabilis. ĩ. de cenſib. Seb. Sap.

d ¶ Interruptio. Verum ꝙ interruptio præſcriptionis, vel acquiſitionem poſſeſſionis quo ad vnum articulum intelligatur interrupta præſcriptio, vel acquiſita poſſeſſio quo ad alios, vide omnino Pet. de Anc. in rep. c. beneficium, in ultima char. ver. 10. quæro, de reg. iur. in 6. Adde Ro. conſi. 383. Abbatem conſi. 52. 2. lib.

e ¶ Quod epiſcopus. Vide Io. Fr. Balbum in tract. præſcriptionum in 3. parte ſextæ partis principalis in prima q. vbi refert verba Abb. hic. Seb. Sap.

tra ſingulos, & contra omnes. nam quicunque fuerit ille, qui habet ius excommunicandi, vel viſitandi, vel quodcũque, ſiue Archiepiſcopus, ſiue Epiſcopus, ſiue quis alius, etiam ſi ex præſcriptione habeat, contra eum, vel omnes præſcriberet abbas, & ſi aliquis ipſorum interrumpat aliquo modorum ſupradictorum, contra eum non proficietur præſcriptio, & hoc dicit bene probari ex hoc c. & infra eo. c. cum olim. Certe hic, & in c. cum olim, non probatur, quod epiſcopus exercẽdo per ſe interrumpat præſcriptionem abbatis. ſolum enim hic fit mentio de interruptione: ſed non dicit, qualiter fuit facta. nec puto id dictum Innocen. verum, & contrarium ipſemet ſenſit in d. c. cum olim, in princi. vbi dicit, quod ſi epiſcopus vidit alium iura epiſcopalia exercere, & populum obedire, vel illius ſententiam obſeruare, & paſſus eſt in tantum, quod parochianos alteri obedientes non puniuit, nec exercuit, animo puſillanimi deſeruiſſe videtur ſuam poſſeſſionem, & ſic eſt in alium translata, argumen. ff. ſi ſer. ven. l. & ſi forte, §. i. ſed ſi epiſcopus non eſt paſſus ſuum populum alterius epiſcopi vel prælati ſententias ſeruare, puta quia vel temporaliter puniuit parochianos, qui ſeruabant ſententias alterius in tantum, quod eos vilipenderet, vel ſaltem excommunicauit eos, licet non poſſit facere quod alterius ſententias non ſeruauerint: vel alio modo proceſſiſſet contra eos, ita, ꝙ bene appareat, quod poſſeſſionem non dimittit. Dicit Innocen. quod non amittit poſſeſſionem, quæ non amittitur niſi animo, & iſte nullo modo videtur habere animum poſſeſſionem amittendi. Et idem dicit Innocen. ſi aliter cõtra parochianos huiuſmodi proceſſiſſet, puta mulctando vel eorum bona occupãdo. Ex his enim ſatis arguo, quod Epiſcopus non impedit, nec interrumpit poſſeſſionem alterius illa iura exercendo: ſed oportet ꝙ ipſe probibeat illum exercere, vel ſubiectos ſibi obedire, vel litem conteſtetur, vel alium actum exerceat per quem interrumpat præſcriptio, de quo in d. c. illud, facit optime l. vt perfectius, C. de anna. excep. & etiam 16. q. 3. c. placuit. §. poteſt. vbi ponitur modus interrumpendi præſcriptionem, nec numeratur prædictus modus. Bar. etiam in d. l. naturaliter, ponit dicta Innoc. hic: ſed omiſit hunc modum, quia forte ſibi non placuit. Præterea, ſi hoc dictum Innoc. eſſet verum, ſequeretur, quod nunquam quis præſcriberet iuriſdictionẽ accumulatiue ad epiſcopum, ſi ambo exercerent, ut ſit locus præuentioni: cuius contrarium ſenſit gloſ. & clarius Ioan. Andr. in c. paſtoralis de offic. ordin. Dico ergo concludendo, quod aut ſolus præſcribens uſus fuit illis iuribus, & uidetur præſcripſiſſe excluſo Epiſcopo, & hoc tenet Innocẽ. in dicto c. cum olim, aut etiam Epiſcopus fuit uſus, & tunc præſcripſit accumulatiue ad epiſcopum. Epiſcopus. n. non vtendo, & patiendo alium uti, videtur conſenſiſſe ut ambo utantur, & ſic intelligo not. in d. c. paſtoralis, & pro hoc facit totus ſere titulus, de offic. arch. nam pro maiori parte illa ſpectant ad archidiaconum de conſuetudine, & nihilominus epiſcopus illa exercet, & hec notabis, quia non bene per alios declarata. Ex prædictis infero ad aliam quæſtionem, quam potuit Innocen. quod ſi teſtes per epiſcopum producti dicunt, quod exercuit iura epiſcopalia, & teſtes abbatis deponunt pro abbate, quorum dicto ſtabitur? Sol. dicit Innocen. quod ſi teſtes epiſcopi, & teſtes abbatis omnino ſunt pares, ut quia teſtes epiſcopi dicunt eũ exercuiſſe iura epiſcopalia, & teſtes abbatis illud idem dicunt de abbate. 15 † Data in aliis teſtium paritate pręferũtur teſtes, qui concordant iuri communi, & ſic dicunt veriſimiliora [a] argumen. ſupra de prob. c. licet, ver. ex præmiſſis. Si vero teſtes abbatis dicant generaliter abbatẽ exercuiſſe iura epiſcopalia, & teſtes epiſcopi probant ſolum eccleſiam ſitam in diœceſi, & ꝙ epiſcopus exercuit ibi epiſcopalia, non tamen dicunt, ꝙ omnia epiſcopalia adiudicabũtur abbati, illis exceptis, de quibus probauit epiſcopus, & exceptis his, de quibus probauerit interruptionem interueniſſe, quod forte ſufficit probare per duos teſtes ſecũdum eum, licet abbas generaliter probauerit per plures, argum. ſup. eod. c. illud. dicit tamen Innoc. ꝙ prudenter faciet examinator, ſi de ſingulis capitulis iuris epiſcopalis ſigillatim interroget teſtes abbatis, Hoſ. dicit, ꝙ hęc debet eſſe cautela aduocati epiſcopi, contra quem teſtes producuntur, ad hoc de teſti. c. 2. lib. 6. & tunc ſecundum Innocen. non proderit præſcriptio abbatis, niſi in capitulis probatis, vt ſup. eo. c. cum olim. 16 † Mihi non placet hoc ſecundum membrũ Innoc. quia licet indefinita in multis æquipolleat vniuerſali, iuxta no. in c. vt circa, de elect. lib. 6. & bene facit text. in l. ſi. ff. de vi. trit. & oleo leg. tamen aliud [b] dicendum in teſtibus, [c] cum eorum dictum debeat concludere neceſſario, & non præſumptiue, vt in c. in præſentia, de prob. nam indefinita poſſet verificari in duobus capitulis, ſeu iuribus epiſcopalibus, & in hoc no. dictum Inno. 17 † Sed primum membrum Innocẽ. non mihi placet in eo, quod dicit, ꝙ ſi teſtes vtriuſque ſunt æquales, præferendi ſunt teſtes epiſcopi: quia concordant iuri communi. nam poſſibile eſt, ꝙ utriuſque teſtes verum dicant, ſ. ꝙ epiſcopus & abbas exercuerunt, iuxta ea, quæ dixi in pręce. q. Saluando tamen certo caſu dictum Innocen. diſtinguo ſic, ꝙ aut epiſcopus & abbas dicunt ſe illa iura inſolidum poſſediſſe, & tunc cũ impoſſibile ſit, ꝙ duo illa eadem iura poſſederint inſolidum, ſententiandum eſt pro eo, qui habet præſumptionem iuris pro ſe, & iſte eſt proprius caſus. d. c. licet, ver. ex præmiſſis, de proba. Aut dicit abbas, ꝙ exercuit & poſſedit illa iura, epiſcopo tamen excluſo, ſed cõcurrente in exercitio, ita, ꝙ locus erat pręuentioni, & tunc ſentẽtiabit pro vtroque, cum vtrunque ſit poſſibile, quia diſtinctum, arg. c. cum tu. de teſtib. & eorum quę no. in d. c. paſtoralis. 18 † Facit optime quod no. Bartol. in l. ſi duo. ff. uti poſſi. vbi dicit, ſi duo probant ęqualiter poſſediſſe eandem rem, adiudicanda eſt eadem res vtrique, & de hoc vltimo dixi plene in d. ca. licet. 19 Nunc venio ad gl. & op. cõtra textum in eo, † ꝙ epiſcopus egerit ſuper eccleſiis ſitis in valle de Eueſcham contra abbatem. videtur enim quod debuiſſet agere contra capellanos, ſeu rectores illarum eccleſiarum, vt in c. querelam, de elect. Sol. gl. 2. hic contrarium ſenſit. & in effectu voluit ſic ſoluere, quod aut agitur de ſubiectione, & tunc nõ illi, qui poſſederunt iure ſubiectionis, ſed ille, qui dicit illos ſibi ſubiectos, conuenire debet, quaſi iſtius principaliter interſit & ita loquitur hic. Aut agitur de ſacto ſubiecti vel rectoris, ut quia dicitur ipſum etiam eccleſiam occupaſſe, & petitur deinde remoueri, & conuenitur ipſe ſubiectus: & ita loquitur. d. c. querelã. Aut agitur de aliis iuribus, puta quia quis petit cenſum uel procurationem a capellanis, & tunc illos conuenit, quaſi principaliter interſit capellanorum, & non illius, qui poſſidet ſubiectionem, & hęc eſt mens huius gl. Extra gl. multa dicuntur. Vin. ſentit, ꝙ contra vtrunque poteſt agi, licet agatur de ſubiectione, & obtinendo contra vnum, alteri non ſit pręiudicium, infra de re iud. c. cum ſuper, & c. ſuborta. not. bene hoc dictum Vinc. & idem tenet Tan. ſed Phi. hoc limitauit, niſi is, qui dicit eos ſibi ſubditos, ſciuerit cãm ſuam agi, & tacuerit, per c. quamuis. inſ. e. Inn. in hoc multa ſcribit hic, & in c. inter quatuor. de maio. & obe. & in c. cum deputati, de iud. & c. cum ſuper, & c. pe. inſ. de re iud. Ego aliqua tetigi, in d. c. deputati. & intra remitto. Sed hic annectã, quæ dicit In. hic, qui primo dicit, ꝙ tunc

ADDITIONES.

a ¶ Veriſimiliora. Vtrum indiſtincte pręferantur teſtes deponentes veriſimiliora, & de hoc per D. Ant. in d. c. licet cauſam, in 16. col. & quod ibi no.
¶ Adde dicta Panor. Oldr. conſi. 274.

b ¶ Tamen aliud. Idem tenet Alex. in conſi. 130. inc. viſis acutiſſimis, in 3. col. in 3. vol. & Deci. in c. cum omnes, in 1. lec. in 1. col. ſup. de conſti. cum multis allegatis per Fely. hic, col. 14. Alex in conſi. 68. in 2. vol. & in conſi. 139. in eo. vol.

c ¶ In teſtib. No. limitationem ad regulam, quæ habet, ꝙ indefinita equipollet vniuerſali. nam illa regula fallit in dicto teſtium, quia cum debet neceſſario concludere indefinita prolata a teſte, non equipollent uniuerſali, puta ꝙ teſtes deponunt qualiter canonici talis eccle. conſenſerunt in electione talis ſyndici pars aduerſa dicit eſt bene verũ, ꝙ duo uel tres cõſenſerunt: ſed in illa eccleſia ſunt 30. canonici, profecto illa indefinita prolata a teſte non equipollet uniuerſali, nec probat, ꝙ omnes cano. conſenſerint: immo nihil releuat, & idem qđ Pan. hic, tenent Pe. de Anch. & Inno. in c. quanto, de his quę fi. a prela. ſine conſen. c. & illam deciſionem ſequitur D. Alex. in multis conſiliis. in conſi. 130. inc. viſis acutiſſimis dubitationib. in 2. col. & conſil. 210. inci. viſo & bene diſcuſſo proceſſu. in 2. col. & in conſi. 210. inc. in cã & l. te vertente inter dominos, pen. col. & in conſi. 476. quod incipit uiſo ſuperiore themate, in 4. col. & in conſi. 415. inci. uiſo proceſſu cauſæ vertentis inter dominum Fran. ad fin. alibi tamen neſcio quo ſpiritu Do. Alex. tenuit contrarium, & male in conſil. 118. in 2. colum. Sebaſtianus Sapia.
¶ An & quando indefinita equipolleat vniuerſali, vide Bart. & Doct. in l. 2. ff. de reg. iur. & eundem Bar. in l. ſi plures. ff. de leg. 3. & in l. ſi quis ita de teſtam. & in l. ſi ſeruum. ff. de ſer. vrb. pręd. & Old. in conſi. 372. & per Pau. de Caſt. conſil. 148. & vide Bar. in l. qui ędificium. ff. de ſer. vrba. pręd. & ad illud quod iſte dicit, ꝙ ſi ſunt plures canonici in eccleſia & fiat mentio de canonicis ſimpliciter, non intelliguntur vniuerſaliter, vt eſt tex. & ibi per D. Abb. & Modeſ. in c. cũ neceſſe ſſent de conſtitut. ubi ſit mentio de canonicis ſimpliciter. & quando ſit mentio de canonicis uniuerſaliter, ſit ibi mentio de capitulo. & habetur in cap. cum M. eo. tit. d. conſti. Aud. ſic.

ꝙ tunc nocet taciturnitas hoc caſu, quando lata eſt ſenten tia contra illũ, ad quem primo loco pertinet defenſio, ſciẽ te illo, ad quem pertinet ſecundo loco, per præalle. decre. q̃uis, & l. ſæpe. ff. de re iud. ſecus dicit eq̃, alleg. d. c. cũ ſuper & dicit quoſdam dicere, ꝙ primo loco ſpectat ad prælatũ defenſio eccleſiæ, de cuius ſubiectione agitur, qui ſubie ctionem poſſidet. ſecundo ad miniſtrum illius eccleſię, ſi ue ad rectorẽ: ſecus, ſi ageretur de poſſeſſionib. eccle. quaſi per hoc ſentiat Inno. ꝙ ſniã lata [a] ſuper ſubiectione contra ſuperiorem ipſam poſſidentem nocet ſubiectis ſcientibus illam cauſam agi, quibus competit ſecundo loco defenſio: ſecus, ſi eſt lata contra ſubiectos, quia tunc non nocet ſupe riori, licet ſciuerit cauſam agi. Sed Hoſti. ait, ꝙ per illa iura c. quamuis, & l. ſæpe, potius eſſet dicendum oppoſitũ. q. d. Hoſti. ꝙ magis eſſet imputandum ei, cui primo loco com petebat defenſio, & permiſit ſequentem agere, quia pote rat illum repellere, & cauſam in ſe aſſumere, quam ecõtra. Et forte melius dicit, ſi illa iura recte ponderentur: ſed dic, vt inf. poſtea no. dicit Inno. alios dicere, & forte melius ſe cundum eum, ꝙ hoc caſu non dr̃ pertinere primo ad vnũ, ſecundo ad alium, ſed plene & æqualiter defenſio pertinet ad vtrunque. C. de libe. cau. l. principaliter. Et no. quia hoc

20 dictum ſatis mihi placet. †Nam (ut dicit Inn. & bene) ſicut intereſt domini nõ perdere ſubiectos, ita intereſt ſubiecto rum non mutare dominum, ad hoc alle. quod leg. & not. in c. humilis, de maio. & obed. & in l. imperialem, §. præterea Ducatus, de prohi. feud. alie. colla. 10. & l. 1. §. ex eadem, de c. Conr. ea. colla. vbi dr̃ non poſſe dñm alienare feudũ ſine conſenſu vaſalli, ne compellatur habere dñm, quem nolit, vel ſibi non expediat habere, in d. c. humilis. citantur pręla ti inferiores, cum agitur de iure primatiæ: quaſi eorum in terſit non habere nouum dominum & ſuperiorem. dicit etiam Inno. ꝙ ſniã contra vnum ex prædictis lata non pręiudicat alteri ignoranti, ſed ſcienti ſic, per iura præalle. ſed certe iudicio meo hoc dictum ſe non compatitur cum præ cedenti. nam ſi ad vtrunque pertinet defenſio ęquæ princi paliter, ergo ſententia lata contra vnum, non debet pręiu dicare alteri etiam ſcienti, per iura, quæ ad ſuam opi. addu cit Inno. c. quamuis, & l. ſępe, loquuntur, quando ſententia fuit lata contra eum, cui ſecundo loco competebat defen ſio, quia tunc eſt quid imputandum tacenti, & ſcienti, cui competebat primo loco defenſio, quare permiſit ſequen tem agere. nam vr̃ litigaſſe de ſuo conſenſu, ex quo potuit illum remouere, & non remouit, & ſuper hac ratione ſunt fundata illa iura: ſed qñ defenſio pertinet ſimul ad vtrunq; ceſſat hęc ratio, cum non ſit quid imputetur tacenti in iudi cium non vocato, cum nõ poſſit remouere illum, cui prin cipaliter ſicut ſibi, competebat defenſio, cum exequeretur ſeu defenderet ius ſuum. vnde ꝑꝑ par intereſſe negorium agitatum cum vno dr̃ reſpectu alterius res inter alios acta ad hoc, ꝙ alteri non præiudicat, ad hoc allego tex. apertũ in d. c. cum ſuper. qui eſt ſingularis iudicio meo in hac ma teria, & ibi latius hunc articulum examinabo, & ſic intelli gendo poteſt ſaluari dictum Vinc. & Tan. quod ſup. recita

21 ui. †In compoſitione, ſeu tranſactione fatetur Inn. ꝙ facta ab uno alteri ẽt ſcienti non pręiudicat, arg. in eo, quod leg. & no. in c. contingit, de tranſact. quod eſt bene notandum: ſi ergo ſuperior cõponit & tranſigit ſuper ſubiectione, non pręiudicat ſubiectis ẽt ſcientibus & tacentibus, nec econ tra; [b] & hoc puto procedere reſpectu ſuperioritatis eccle ſiaſticę. In ſecularibus vero dicerem, vt in Comitatibus, ducatibus, & ſimilibus, de iure vendicare non poſſe, cum ſint publici iuris, niſi cõſuetudo aliud habeat, quo caſu po terunt uendi ad libitum, non obſtante contradictione ſu biectorum, & ſentit Bal. in c. 1. §. ex eadem, de lege Conra. collat. 10. & hoc caſu puto, ꝙ dñs poterit ſolus in iudicium ſubiectionem deducere, componere, & tranſigere, & præ iudicabit ſubiectis [c] etiam ignorantibus: quia qui poteſt ſo lus vendere, poteſt fortius in iudicio experiri & compone re, arg. in l. ait prętor, ff. de iur. delib. idem dico in feudo, ut poſſit dominus cum vniuerſitate illud in alium transferre & experiri in præiudicium vaſallorum, ſeu ſine conſenſu eorum, vt in d. §. ex eadem. Poterit etiam ſine vniuerſita te, ſi conſuetudo habet, vt ſolus poſſit alienare, de quo in d. c. 1. §. ex eadem, & in c. imperialem, §. prętereа Ducatus, de prohi. feud. alie. Finaliter Inno. hic circa ordinem agen di diſtinguit, ꝙ aliquando poſſidet quis iura aliqua: aliquã do non poſſidet ſed tantum in eo poſſidẽtur, inter quę duo

ſcilicet eſt differentia notanda. ponit exemplum, quando que eſt aliquis in poſſeſſione, ꝙ non teneatur ire ad conci lium, vel ꝙ poſſit ordinari & benedici a quo maluerit epi ſcopo, & conſimilia. inſ. eo. c. veniens. quandoque vero nõ poſſidet hæc iura, ſed ab alio poſſidentur in eo, ſicut mona ſterium (de quo hic agitur) dicebat ſe habere, & poſſidere quędam iura in quibuſdam eccleſiis: quæ tamen eccleſiæ non poſſidebant, neque poſſidere poterant in ſeipſis, quia nullus poteſt in ſeipſo ius vel ſeruitutem habere: nec mi rum, quia nec in re propria quis poteſt habere ſeruitutem. l. in re communi, ff. de ſer. vrb. pręd. hoc vltimo caſu poteſt agi, ſ. contra vtrunque, ſcilicet cõtra detinentem ſubditos, & contra ſubditos, qui non obediunt. contra detinentem vero agi poteſt: quia ſua intereſt, cum ſit in poſſeſſione ſu biectionis, ut hic, & c. inter quatuor, de maio. & obe. cõtra ſubditos vero agi poteſt: quia actorem non patiuntur uti iure ſuo, ſibi non obediendo. Item ſicut intereſt prælatorũ non perdere iura ſua, quę habent in ſubditos, ita quando que intereſt ſubditorum non mutare dominos, vt ſupra di xi. Et ex hac ratione dicit Innoc. ꝙ ſubditi poſſeſſi admit tuntur ad defendendam litem, & ad aſſiſtendum defendẽ ti, & appellandum, ut not. inſ. tit. proxi. c. cum ſuper, & hoc membrum ſatis placet Io. An. & credo veriſſimum per ea, quæ ſuperius dixi. & ꝙ poſſit agi contra poſſeſſum, allego c. cum inter, & d. c. cum ſuper. inſ. tit. proxi. facit c. cum di lectam, de confir. vti. In præcedenti vero membro, cũ quis poſſidet aliqua iura, non autem poſſidentur in eo, dicit In noc. ꝙ pręlatus talis poſſeſſoris, ſiue ſit reus, ſiue actor, nõ poteſt ſuper huiuſmodi iuribus, vel libertate conuenire, nec conueniri, vel aſſiſtere conuenienti, vel cõuento, nec appellare, cum eius non interſit. 2. q. 6. ca. non ſolent. quid enim ſecundum eum intereſt epiſcopi diœceſani, ſi cleri cus ſuus vadat ad Concilium, vel ſynodum alterius epiſco pi, dummodo epiſcopo nihil detrahatur? hęc dicta non pla cent Hoſt. dicenti ſe non poſſe capere iſta verba. non enim concipiebat, quomodo poſſit eſſe, ꝙ meus ſubditus tenea tur ire ad alterius ſynodum; vel ꝙ poſſit ab alio benedici, vel ordinari, vel ꝙ alius poſſit habere in eo aliquam ſerui tutem, quin & mihi aliquod præiudicium generaretur. D. Ant. concordando dicit, ꝙ dictum Hoſt. poſſet procedere, qñ eſſet alias reſpectu horum iurium ſubiectus: ſed quãdo in illis pretendit ſe liberum, procedit dictum Inno. niſi di catur ſecundum eum, ꝙ tunc intereſt epiſcopi, vt liber ſit potius, quam habeat alium dñm ꝑꝑ faciliorem venditio nem, ad hoc ꝙ not. in cap. veniens. 2. de teſti. putat tñ, ꝙ li cet hoc caſu poſſit ſuperior aſſiſtere defenſioni, libellus ta men eſſet dictandus cõtra prætendentem ſe liberum. Ego puto

ADDITIONES.

a ¶Sententia lata. Vide Io. de Imo. in l. a ſententia, col. 1 a. ff. de appel. cum mult. [illegible] alleg. per Alex. in repetitio. l. ſępe. col. 86. ff. de re iud. Seb. Sap.

b ¶Nec econtra. Vide Fel. in c. dilectis. ſup. de maior. & obed. in c. ad audienciã. col. a. ſup. eo. & Iaſ. in prælud. in feud. char. 8. col. 3. Seb. Sapia.

c ¶Subiectis. Adde eundem conſi. 3.

¶Adde ꝙ iſtam deciſionem ſequitur hic D. Ant. in 4 col. & D. Alex. conſi. 108. inc. in cã, & lite vertente inter Peregrinum, in vlt. col. & in conſi. ſeq. quod in cipit, viſo proceſſu, in 4. col. Et ex prędictis infero, ꝙ in reb. pręſumitur plura litas, & ſic habes colligere limitationem ad regulam, quę habet, ꝙ pluralitas in dubio pręſumitur, niſi probetur. l. omnia, iuncta gl. in ver. comprobat. C. de teſt. l. ſi. vbi no. Bar. C. ſi cer. pet. bo. tex. in cap. in pręſentia § verum [illegible] & ibi expreſſe no. D. Ant. de Bu. & alii, de proba. idem tenet Bal. in l. a. C. de error. aduo. vbi dicit, ꝙ in dubio non pręſumitur pluralitas ſententiarum, & ibidem Sal. no. ꝙ in dubio non pręſumitur pluralitas [illegible] & ꝙ non pręſumatur pluralitas in actib. hominum, nec in perſonis, niſi pr [illegible], dicit Bal. in l. ne que natales, in a. col. C. de prob. ſic nec pręſumitur pluralitas in nomine pro prio ſecundum Bar. in l. ſi in rem. ff. de rei uen. & Bar. in pulchra q. in l. ſi quis ſeruos. § inter duos, in fi. ff. de le. a. ad literam. D. Ant. de Bu. in c. a. in a. col. in fi. de liber. oblig. iſta regula multum reſtringit contra dicta h. c. per Io. An. Pa. & ſequaces, niſi dicamus, ꝙ prędicta regula fallat in reb. [illegible] loquuntur hic Io. An. & Pau. ut ſup. colleg. & iſtam limitationem expreſſe ponit D. Alex. nullam tñ mentionem faciens de prædictis in conſi. 175. inc. in cã & lite vertente in ter Alber. de Manard. in a. col. ubi expreſſe conſuluit, ꝙ in reb. præſumit plu ral tas niſi identitas probetur, alleg. not. per Iac. Butr. & Bal. in d. l. a. C. de er ro. aduo. Sebaſt. Sapia.

¶Circa hoc an pluralitas pręſumatur, dicas ꝙ in perſonis, & in actib. homi num non pręſumitur, vt per Bald. in locis hic alleg. & in l. edies. C. de eden. & per Pau. de Caſt. in conſi. 35. nec etiam pręſumitur in delictis ſecundum Bal. in l. ſi duo. in §. 1. ff. de arbit. & habetur per gloſ. in l. vulgaris q. ff. de fur. & per Alexan. in l. is, qui reus. ff. de publ. iudi. nec etiam pręſumitur in teſtib. ut hic per Bal. in l. ſi. C. de re cre. & per Alex. in l. diuus. ff. de cuſto. & per Bal. in l. con uentu cula C. de epiſ. & cleri. in rebus autem pręſumitur pluralitas, vt per D. An. in c. in pręſentia. de prob. & in c. cum Io. de fidanlie & per Bal. in l. conuẽ ticula pręalleg.

puto dictum Inno. verius indiſtincte, ꝙ ex quo conuenitur ſuper iurib. ali eo poſſeſſis, vel in quib. prætendit libertatē, ſuperior iſtius non eſt admittendus, ēt vt aſſiſtat in lite: q͂a ſicut pōt ſubditus acceptando beneficiū ab alio illi ſe obligare ſine prioris præiudicio, iuxta no. per Inn. in c. cū iam dudum, de præben. facit c. 3. de temp. ord. lib. 6. & vaſallus vnius pōt recipiendo feudū ab alio illi ſe obligare ſine prioris præiudicio, vt in ca. 2. de proh. feu. alie. per Lotha. colla. 10. ita pōt & debet iſte ſolus de illis iurib. litigare, facit qđ no. Inno. in c. conquerente, de offic. ord. & in c. dilectus, de 22 appel. Opp. ſecundo, & vř, † ꝙ abbas nequiuerit ꝯ epm præſcribere iura epalia per c. cum non liceat, ſup. eo. Sol. dicit gl. 4. ꝙ aut quæritur, nunquid abbas poſſit præſcribere ſuā propriam libertatem, vt. ſ. amplius non ſubſit epo; & dicendum ꝙ non: alius tñ bene potuiſſet ſubiectionem in eo cōtra epm præſcribere concurrente titulo, cum hæc præſcriptio ſit ꝯ ius cōe, vt in d. c. cū non liceat, iuncto c. inſ. prox. Aut quæritur nunquid abbas poſſit præſcribere eccleſias epo ſubiectas, vt ſibi pleno iure ſubſint, & non epo; & dicēdum eſt ꝙ ſic, vt hic. Gl. vero reddit diuerſitatis rōnem inter hunc caſum & præcedentem, & dicit rōnem eſſe: quia abbas, vel quis alius ſeipſum poſſidere nō pōt, ſicut nec imperare ſibi pōt. l. 2. ff. de arbitr. merito non pōt præſcribere ſeipſum ꝯ epm, cum ſine poſſeſſione præſcriptio non procedat, vt in regula, ſine poſſeſſione, de reg. iu. lib. 6. ſed alias eccleſias bene poſſunt poſſidere, merito illas pręſcribunt, vt hic, & infra c. prox. & pondera bene, quia gl. aperte ſentit, ꝙ abbas ēt epo ſubiectus pōt præſcribere iura epalia in eccleſiis ſubiectis epo, licet ipſe abbas remaneat ſub epiſcopi obedientia; & hoc in effectu voluit hic Inn. & clarius inſ. eo. c. cum olim, in fi. & vide circa hoc, quod plene dixi 23 in d. c. cum non liceat. † Contra hoc gl. iſta in ſecunda parte oppo. de c. quamuis. 68. diſt. Sol. in effectu & bene, ꝙ ea, quæ ſunt ordinis epalis, per inferiorem præſcribi non poſſunt, & probatur clarius in c. quanto, de conſuet. Sed alia, quæ ſunt iuriſdictionis, ſiue ſpectent ad legem diœceſanā, ſiue ad legem iuriſdictionis, pręſcribi poſſunt, ut hic; & inſ. eo. c. cum olim, & intellige, ꝙ requiritur titulus putatiuus, cum ius cōe reſiſtat, vel tñ tps, de cuius initio memoria hominum non exiſtat, ut in c. i. eo. tit. lib. 6. hic autem ſuberat illud priuilegium Celeſtini, licet etiā incertum, tñ putabat Abbas, ꝙ verificaretur in illis eccleſiis. ſufficit. n. in hoc er-24 ror probabilis, ut l. ꝙ vulgo. ff. pro empto. † Opp. 3. in eo, ꝙ hic Abbas propoſuit ꝯrias defenſiones, ſ. priuilegiū, & pręſcriptionem. nam ꝙ meum eſt, ex alia cā meum fieri nō poteſt, niſi defecerit eſſe meum. c. inter dilectos. §. cæterum, de fide inſtrum. tanquam ergo proponens contraria, non erat audiendus, in c. ſolicitudinem. inſ. de app. & l. vbi repugnātia. ff. de re. iur. gl. in ver. pręceſſiſſe, ſoluit duo. mo. primo, ꝙ has exceptiones non propoſuit Abbas ſimul, ſed de vna tranſiuit ad aliam, ſecundo, ꝙ eas propoſuit diſiunctiue, ut ſi una non ſufficeret, alia iuuaretur. Ego remitto ad gloſ. in regula, nullus pluribus de reg. iur. lib. 6. & no. in c. veniens. inf. e. plene per Bar. in l. nemo. ff. de exceptio. & vide quod dixi poſt Io. And. Io. de Lig. in c. imputari, de fid. inſtrumē. & dic ut ibi. Et dicit hic Innoc. vnum menti commendandum, ꝙ proponens exceptiones ꝯrias intelligitur proponere ſub diſiunctione, quaſi ſi unū non poterit probare, aliud probet, arg. d. l. nemo, & ff. de inof. teſ. l. Veterani. §. ſed nec impuberis. Opp. quarto ꝯ tex. in eo, ꝙ Papa mandat ad probationem libertatis eccleſiarum inſpici priuilegium regū ſeculariū. nam principes ſeculares ſuper huiuſcemodi non valent priuilegia concedere, ut in c. dudum, de deci. & 96. diſt. c. bene quidem. Sol. dic, ut no. in gl. in uer. ſi per illa. nō enim reges cōceſſiſſent libertatem ſuper ſpiritualibus ſed ſuper temporalib. Papa uero Celeſtinus (vt in litera dicit̃.) eximit in ſpiritualibus referendo ſe ad priuilegia illorum regum, puta dicendo ꝙ illa loca, quæ illi reges exemerunt in temporalibus & contulerunt monaſterio, ipſe eximebat a poteſtate eporum & aliorum ordinariorum, & pleno iure illa tribuebat monaſterio. aduocatus monaſterii incaute produxit ſolum priuilegium Celeſtini, per quod non potuit conſtare, an illa uallis de Eueſcham eſſet ille locus, cū Papa retuliſſet ſe ad priuilegium illorum regū. ideo ad verificationem & liquidationē priuilegii Celeſtini, Papa mādat nunc inſpici priuilegia illorum regum. debuit ergo aduocatus eſſe cautus, ut probatio concluderet neceſſario; facit in ſimili quod no. in Spec. de loca. §. nunc aliqua, verſ. 58. in fi. & uer. ſequē. Et dicit hic Io. An. ſe aliter prauicaſſe 25 ſimiles caſus. † Quidam bidellus conduxit equum ad certū locum, qui mortuus eſt in uia, naturaliter, ut dicebatur. locator petebat emendam equi. conductor probauit in genere equum mortuum naturaliter, probauit enim per illos, qui ſecum erāt, ꝙ equus, quem equitauit die tali mortuus erat naturaliter. dicebat dictus locator probaſti unū equū mortuum, ſed non illum, quem tibi locaui, quare probatio a te non iuuat[a], & bene dicebat ut pater ſecundum eum. debuerat ergo formaſſe articulos ſuper ſignis equi, & proba-26 re illum equum mortuū. † Similiter dicit ſe uidiſſe in quodam infortiato, ꝙ ſcholaris debitor petebat poſt annum a creditore uniuerſitatis mercatore, qui dicebat ſe uendidiſſe, quod licebat ex pacto, & probauit, ꝙ uendiderat unum infortiatum, ſed probatio non profuit, quia non probauit de illo, cuius inter ſignia debuiſſet capitulis expreſſiſſe, ut 27 ſup. dictum eſt de equo. † Et hęc ſunt utilia ad inſtructionē nouitiorum aduocatorum, quos etiam inſtruit hæc decre. in alio, ſ. ꝙ non arctent ſe uel clientulos habentes probare b præſcriptionem[b] ſolum ad tps præſcriptioni neceſſarium, puta 40. an. contra eccleſiam: quia ſi ſic ſe arctant, facile inuenietur aliquid interim occurriſſe, ꝙ fecit dormire præſcriptionem puta uacationem, ſchiſma, uel hoſtilitatē, uel his ſimile. quo probato inutilis erit hæc probatio. unde aduocati moderni ſic formant articulos. intendit probare, ꝙ poſſedit rem talem 40. uel 50. annis, vel plus tanto tempore, cuius initii uel contrarii non eſt memoria; & ſic teſtes deponant de qua remoto tēpore uouerint, ſecundum Ioā. 28 An. quę no. in practica. † Ego uero adduco ad proxime pcedentia quæ no. Bar. poſt gl. in l. non ſolum. §. ſed ut pbari. ff. de nou. oper. nun. vbi gl. dicit, ꝙ ad deſtructionē operis non ſufficit probare opus nouum fuiſſe nunciatum, niſi probetur, ꝙ poſtea fuit ædificatum: quia probatio actoris debet eſſe clara, & optime facit c. in pręſentia, de prob. ubi non ſufficit probare in genere, ꝙ ille erat minor annis, cū intrauit religionem: quia poterat eſſe minor 25. tamē ma-29 ior 14. † Et per gl. pręalleg. dicit Bar. ſe dixiſſe in quæſtione facti ſtatuto cauebatur, ꝙ in talib. pratis non poſſunt tenere homines beſtias ad paſcendum intra terminos deſignatos, & ſic in certa parte prati poterant paſcere, ſed in certa non. fuit quidam accuſatus eo, ꝙ tenuerat beſtias in dictis pratis: non tamen fuit dictum intra terminos aſſignatos, & ſic ſimpliciter fuit probatum; ꝙ debebat ſequi abſolutio & non condemnatio; alleg. etiam d. l. de pupillo. §. qui nūciat. ff. de nou. ope. nun. per quę dicit, ꝙ quando unum & idem factum non eſt punibile in qualibet parte loci, debet exprimi & probari illa pars loci, in qua factum eſt punibile, pro hoc uidetur tex. in l. 1. in fin. cum l. ſeq. ff. de incen. rui. nau. & idem dicit in diuerſitate temporis. pone licitum eſt uigore ſtatuti poſt medium mēſis Martii paſturare in certis pratis, non ante, accuſo Titiū, ꝙ paſturauerit de menſe Martii, & ita gñaliter probo; eſt ne condemnandus? certe nō: quia factū in parte dicti menſis eſt punibile, in parte uō. ad hoc ergo ꝙ ſequatur condemnatio, oportet ꝙ exprimatur, & c & probetur illa pars loci, in qua factum eſt punibile;[c] pro hoc

ADDITIONES

a ¶ Non iuuat. Id in tenet Alex in conſ. 118. incip. in cauſa vertente inter Peregrinum, in vlt. col. 1. vol. & in conſil. 119 inci. viſo proceſſu ſuper cauſa vertente in 2. col. in 1. vol. ſed de veritate dubitat D. Iaſ. in l. non hoc. col. 3. ver. 9. ad iſtam regulam, C. vnde legiti.

b ¶ Præſcriptionem No formam articulandi, quando quis intendit probare pręſcriptionem. & vide D. Anto. hic in 11. col. & in c. licet cauſam, de proba. in 7. col. & quod ibi late no.

c ¶ Punibile Facit quod refert Pau. de Caſt in l. 1. §. in eum ff. ne quis eum, qui in ius vocatus. vbi refert Mar. Sil. determinaſſe ꝙ ſtante ſtatuto, ꝙ villa teneatur pro homicidio cōmiſſo in ſuo territorio, ſi reperitur homo occiſus in illo territorio, & non fuit probatum, ꝙ ſuper illo territorio fuiſſet occiſus, defendit villam a tali condemnatione, quia potuiſſet eſſe occiſus in alio territorio, & delatus ſeu portatus ſuper illo territorio. Vide etiam ad pręd. ꝙ pulchre decidit Io. An. in c. 1. de homicid. [illegible] vbi refert ſe euaſiſſe quendam prelatum a pœna impoſita de iure prælatis facientibus aſſaſinari Chriſtianum, ubi eſt tex. nam bene probatum eſt, ꝙ prelatus fecerat aſſaſinari quendam hominē, ſed quia non fuerat capitulatum, nec probatū ꝙ ille homo eſſet Chriſtianus, defendit illum prelatum a pœna. & idem dicit Bal. in l. ſi quis non dicam rapere, in 3. col. C. de epiſ. & cle. & iſtam deciſionem refert, & ſequitur in multis locis D. Ale. in conſ. 213. inc. viſis & opportune diſcuſſis, in 2. co. & in conſ. 365. inci. uiſo proceſſu inquiſitionis contra Peregrinum, & in conſi. ſeq. quod inci. viſo proceſſu inquiſitionis formatę contra Ant. in 9. col. & in conſ. 347. incip. uiſo proceſſu cauſę vertentis inter uniuerſitatem in 6 co.

hoc facit,quod no.ff.de neg.geſt.l.eum actum, in fi.vbi eſt
quaſi expreſſum,facit gloſ.iu.in cle.ſi.de reſcrip.Prædicta
procedunt,quando actor clare ſuam intentionem nõ pro-
bauit, pro quibus videtur caſus in dicto cap. in præſentia.
30 † Sed quandoque cõtingit, quod probatio redditur dubia
propter exceptionem rei, & ipſa probatio exceptionis eſt
etiam dubia propter probationem actoris.pone exemplũ,
accuſatur Titius,ꝙ vulnerauit Semponiũ de menſe Maii,
Titius vero probat ad ſui defenſionem,ꝙ ille potuit offen-
di de iure municipali:quia erat bannitus,& producit ban-
nimentum factum in medio menſis Maii, & ſic per exce-
ptionem aduerſarii eſt dubium,an talis percuſſio fuerit de
lictum,vel non;hoc eſt an fuerit percuſſus ante bannimen
tum,vel poſt.Pone aliud exemplum: ſtatutum eſt,ꝙ nobi-
les non poſſunt intrare palatiũ,niſi tempore conſilii . qui-
dam nobilis accuſatur ꝙ intrauit palatium de menſe Maii.
ipſe vero probat ad ſui defenſionem , ꝙ fuit factum conſi-
lium de illo menſe . an aũt intrauerit tempore conſilii per-
miſſo,vel tempore prohibito dubitatur, quæro,an abſolu
tio,an condemnatio ſequi debeat? & primo videtur ꝙ nõ
ſit abſoluendus quia ſicut actor debet intentionem ſuã cla
re probare,vt in iurib.ſup.alleg.ita & reus ſuam exceptio-
nem:quia in excipiendo fit actor.l.1.ff.de except.& in l.in
exceptionibus.ff. de proba. & videtur expreſſum in l.ma-
a trem,C.de proba.Bart.notanter dicit,ꝙ in delictis.[a] in du-
bio debemus præſumere actum factum tempore quo licet,
vt ſic delictum vitetur.l.merito.ff.pro ſo.& l.interpretatio
ne.ff.de pœnis. facit quod dicimus in teſtibus,vt per præ-
ſumptionem actus multiplicati ſeu geminati reducãtur ad
concordiam,ne periurio notentur, vt in c.cum tu,de teſti.
Ad idem eſt optimus tex.iuncta gl.in l.2.C.de pe.hære.ibi
enim fundata intentione actoris excipiebat reus de titulo
ſuæ emptionis , ſed dubitabatur , an dicta emptio preceſ-
ſerit litem,vel fuerit ſecuta,& dicit ibi glo.ꝙ in dubio præ
ſumitur præceſſiſſe , quia alia præſumptio faceret delictũ,
ſcilicet contractum litigioſum.Si aut ſumus in aliis non de
lictis, tunc ſi excipiens clare non probat ſuam intentionẽ,
debet in dubio ſuccumbere, vt hic,& in d.l.matrem.no.gl.
in cle.ſi.de reſcr.& facit l.Titiæ textores,de leg.1. In cauſa
tamen liberali dicit Bar.ꝙ ſtaret pro libertate,niſi alius eſ-
ſet in poſſeſſione ſeruitutis,& hoc,ſi conueniatur.ſi autem
ageret,dicens ſe liberam uel liberum, credit idem quod ſu
pra,ſcilicet ut habeat plene probare ; & pro hoc d.l.matrẽ.
31 † Item prædicta faciunt, quod ille, qui petit centum occa-
ſione mutui,debet probare mutuum factum ante libellum
datum,alias ſuccumberet,ut in c.abbate ſane, de re iudic.
lib.6.circa fi.not.in l.& an eadem.§. actiones.ff.de except.
re iud.& hæc ſingulariter notabis,quia aperiunt intellectũ
32 ad multa. † Sed contra prædicta in eo,quod dictum eſt, ꝙ
in delictis exceptio dubia releuat , non præſumatur deli-
ctum: fortiter facit quod ipſe Bar.no. in l. Aurelius.§.idem
quæſiit.ff. de liberat.le. ubi dicit, quod ſi accuſatus de ho-
micidio excipit,quod hominem illum interfecit ad ſui de-
b fenſionem, [b] poteſt ex ſua confeſſione damnari , quia licet
confeſſio ſit ſub uno contructu,& qualificate prolata : ta-
men quia præſumptio orta ex homicidio eſt contra confi-
tentem,poteſt recipi confeſſio, quatenus eſt contra confi-
tentem,& reſpui,quatenus eſt pro eo,& facit quod in ſimi
li not.in c.cum acceſſiſſent , de conſtitu. ſed ſaluando præ-
cedens dictum poſſet dici , quod procedit , quando ex-
ceptio eſt prubata , ſed probatio eſt dubia : ſecus , quan-
do non conſtat, niſi per confeſſionem, quia confeſſio non
releuat cõfitentem,ubi præſumptio eſt contra eum, ut no.
in c.cum acceſſiſſent. 14. quæſtione ſecunda,in princ.puto
tamen quod ex illa ſola confeſſione non debeat damnari ,
ſaltem capitaliter ; quia in tali pœna inferenda probatio-
nes debent eſſe luce meridiana clariores . l. ſciant cuncti .
C. de prob.canonizata, 2.quæſt.7.c.ſciant,& l.qui ſenten-
tiam.C. de pœnis , & optime facit, quod not.eſt hic, cum
illa confeſſio non emanauerit pure, ſed qualificate:nec ex
præſumptione,licet uehementi, debet quis de tanto crimi
ne condemnari, vt in c.literas,de præſump.facit quod no.
Innocen.in c.quia veriſimile,de præſump. ubi dicit notan
ter,quod quando iudex procedit ſuper delicto ex præſum
ptione,debet multum temperare ſententiam ſuam, maxi-
me ne condemnet, niſi raro & modice ad pœnam corpo-
ralem , uel ad pœnam pecuniariam . uide ad prędicta quæ
dixi in capitulo tertio loco, de probatio. & in cap.in præ-
33 ſentia.eodem titu.† Oppon.quinto,quia interruptio facta
in uno articulo iuriſdictionali debet prodeſſe quo ad to-
tam iuriſdictionem , quia qui aurem hominis tetigit , to-
tum tetigiſſe uidetur , ut in l.uulgaris.ff. de fur. canoniza-
ta,de pœniten.diſtinctione prima,cap.uulgaris. Solu.glo.
in uer.interruptionem , tangit , ſed formaliter non ſoluit :
dicit tamen & bene , quod licet præſcribatur in uno capi-
tulo , non tamen pręſcribitur in alio , ſic interruptio facta
in uno non prodeſt in alio , & no.gloſ.& limita præcedens
dictum gloſ.ut no. Innocen. in c.dilectus , de capel.mo.&
ſupra aliquid tetigi, Hoſtien. uero ſoluit contrarium de d.
c l.uulgaris , dicens quod illud ius [c] & ſimilia loquuntur de
indiuiſibilibus & contiguis,ad hoc l.eum actum.ff. de ne-
gotiis geſtis,& ff.de uſuca.l.rerum mixtura; facit de præb.
cap.quia ſæpe,& c.antepenul.lib.6.de conſec.eccle.uel al-
ta.c.uno,eodem libro de ſenten.excommunicat.cap.ſi ci-
uitas,in fin. eodem lib. hoc uero cap. & ſimilia procedunt
in diuiſibilibus, & ſeparatis. cũ uero abbas poſſideret uni-
uerſaliter iuriſdictionem epiſcopalem,interruptio nõ pro
deſt, niſi in articulis , in quibus facta fuit interruptio . ita
exercitium in uno articulo non extenditur ad totam iuriſ-
dictionem alio illam uniuerſaliter poſſidente,ut no. Inno-
34 cen.in dicto ca.dilectus.† Gloſ.ultim.diuiditur in tres par-
tes.In prima colligit,quod taciturnitas prælati ecclesię no
cet in pręſcribendo . In contrarium oppo. de cap.nihil.ſu-
pra eodem.& remittit ad ibi no.& dic ut ibi, tenetur tamẽ
prælatus de ſuo ſatisfacere eccleſię in eo , quod eccleſiam
læſit permittendo pręſcriptionem contra eam currere, ut
dicit glo.ſing.in c.placuit,el ſecundo, 16.quæſtione tertia.
In ſecunda parte glo l. quærit , an non ualenti agere currat
a hanc diſtinctionem [a] adduco ad q̃ōnem no. & quotidianã. Epiſcopus contulit beneficiũ ante lapſum menſis, de quo in clem. 1. de conceſ. præben. demum habens gratiam iuxta illam cle. non acceptauit beneficium intra mẽſem. nũquid conualeſcat dicta collatio, cum intra menſem haberet ordinarius collator manus ligatas? uidetur per iſtam diſtinctionem dicendũ, ꝙ ſic: ſecus uidetur, ſi cõtulit beneficium, cuius collatio, vel inſtitutio ſpectat ad inferiorem. licet enim poſtmodum ad eum deuoluatur collatio, nõ tamen per hoc reconualeſcit collatio, vel inſtitutio ante deuolutionem factã; quia primo caſu Epiſcopus hẽt iuriſdictionem, & poteſtatem in habitu, licet exercitium ſit interdictum intra menſem ſed in ſecundo caſu nõ ſpectabat ad eum poteſtas conferendi nec in habitu, nec in actu ante deuolutionem factam, de quo tamen ſatis poſſet dubitari, & in primo caſu credo, ꝙ ipſo facto recõualeſcat collatio, q̃a nullum ius ſuperuenit de præſenti, ſed ſolum fuit remotũ 36 obſtaculum. † Ad hoc adduco no. dictum Bar. in l. cum vir prædium. ff. de uſuc. vbi quærit, cauetur ſtatuto fauore creditorum, ꝙ debitor exbannitus, vel condemnatus pro debito nullum contractum poſſit facere, donec ſoluat, cõtingit ꝙ prius contraxit, & poſtea ſoluit; an contractus confirmetur? & tenet ꝙ ſic ſiue ſua interſit, ſiue non, quia hic non ſuperuenit ius ſed obſtaculum remouetur, alleg. l. pignori ff. qui & a quibus, & C. ne tut. vel cu. l. 1. nec puto etiam in alio caſu ꝙ teneat collatio, uel cõualeſcat, ſi Epiſcopus contulit ſciẽter beneficium, quod conferre non poterat, quia obligatus eſt ad conferendum aliud, ne ille decipiatur, in ca. inter cetera, de preben. ergo ſtatim, ꝙ ad eum fuit deuoluta poteſtas, cõualidata fuit illa collatio ſiue inſtitutio, cũ requiratur alia traditio, ad hoc l. ſi rem alienam, in fi. ff. de 37 pig. actio. † Et quod no. in ſimili. Bar. in d. l. cum vir prædiũ ex quo dicit ibi Bar. ꝙ ſi aliq̃s vẽdit eccleſię rem alienã, & venditor ſuccedit domino, ꝙ ſtatim tranſit vtile dominiũ in eccleſiam, ratio eſt, quia non requiritur ibi traditio. l. ii. C. de ſac. ſan. eccl. & intererat venditoris contractum confirmari, cum ipſe eſſet obligatus ex contractu ſuo, ſed ſi ꝑſupponimus, ꝙ collator non erat obligatus ad beneficium conferendum, utputa quia contulit ignoranter, vel ſciẽnti illud conferri non poſſe per eum; & tunc credo, quod non conualeſcit collatio ex ſuperuenientia poteſtatis. quia ſua non intererat, ut ualeat. vnde oportet, ꝙ interueniat noua collatio, ar. in d. l. cum vir prædium, & quod ibi no. Bar. & in regula, non firmatur, de reg. iur. lib. 6. & quod no. Dy. in l. ſi ſeruo. ff q. & a quib. & l. 1. ff. de pig. ac. quod puto verũ, niſi poſtea fecerit aliquem actum, per quem tacite videatur approbaſſe illam collationem, cum hic non requirat̃ alia ſolennitas, vel traductio, ſed ſufficit nudus conſenſus, ar. bo. in c. dilecto. de præb. & in c. ſi tibi abſenti, eo. ti. lib. 6. & quod no. Bar. in l. c. qui enim. ff. rem ra. ha. & quod leg. & not. in c. ex ore. de priu. & no. hoc ſingulariter, quod nemo diſcutit, nec nunquam ita late examinaui, ſicut nunc, & ſecundum hoc puto limitanda ea, quę no. D. de Ro. dec. 207. in antiquis, & pro hoc ultimo membro facit quod no. Bal. in d. l. vna. C. qui pro ſua iuriſ. Et quo ad principale quæſitum, de quo ſup. uide per Bal. i l. i. C. vbi de crim. agi oportet, ubi etiam de materia habetur bo. gl. & per Bal. in d. l. vnica, & Spec. in titu. de dele. §. excipi poteſt, uer. quod ſi 38 committens. † Sed breuiter concludẽdo, dico ſic, ꝙ aut ante ſuperuenientiam iuriſdictionis in delegante delegatus exercuit aliquem actum de ſubſtantialibus iudicii, & tunc dico ꝙ quantumcunque ſuperueniat iuriſdictio, nõ poteſt conualidari proceſſus, quia cũ fuerit prorſus nullus ex defectu ſubſtantialium, non poteſt poſtmodum conualidari, ad hoc c. dudum. de ele. & c. 1. de litis cont. lib. 6. & l. momẽtanea. C. qui le. perſo. uoluit in ſimili Inn. in c. prudẽtiam. de off. dele. & ibi aliqua tetigi, firmat hoc Bal. in d. l. unica, & Spe. in loco ꝑall. nec valebit reliquus proceſſus, cũ deficiat in fundamento, d. l. momentaneæ, & d. c. dudum. Aut nil de ſubſtantialibus fuit actum tempore ſuperuenientiæ iuriſdictionis, & ſic ſolum quæritur an confirmetur delegatio, & communiter tenetur illa opi. Iac. de Aret. ſupraſcripta, ut hr̃ per Bald. in d. l. i. C. ubi de crimi. agi oportet, ubi ꝑ alia verba dicit, ꝙ aut ſuperuenit iuriſdictio ex cauſa de ꝑterito, & confirmatur d. l. obſeruare, in fi. aut ex cauſa de ꝓſenti poſt delegationem orta, & ſecus, ut d. l. ſi a Titio. ff. de 39 rei. ven. † vbi dicitur, ꝙ ſi emi fundum ab eo, qui non erat dominus, licet poſtea efficiatur dominus non per hoc ipſo facto in me tranſit dominium: de hoc tamen, an & quãdo contractus nullus a prin. conualidetur iure ſuperueniente, dic ut plenius no. Bar. in d. l. cũ uir ꝑdium. hoc tñ vltimum membrum limito, niſi poſt iuriſdictionem de nouo ſuperuenientem delegans fecerit aliquem actum, per quem videatur approbare primam delegationem, cum ſufficiat ſolus cõſenſus, ad hoc l. ſi. filiusf. ff. ad Mac. & cle. 1. de procu. Quod tamen ſ. dictum eſt de electo delegante ante cõfirmationẽ, non bene procedit de iure canonico in dignitatibus eccleſiaſticis, per c. auaritię. de elec. lib. 6. quia qualitercunque ſe ingerit ante cõfirmationem, priuatur ipſo facto iure quod prius habebat ibi, & hoc idẽ ſenſit Ioan. Andr. in addit. Spec. in loco præalleg.

ADDITIO.

a ¶ Hanc diſtinctionem. Vide Petr. de Anch. in c. ſtatutum. ad ſi. de præben. in 6. Ab. in diſputatione ſua incipien. Augurio, colum. 16. Car. late. in conſ. 116. incipien. A. B. clerici. in clem. j. in 13. col. ver. ſi ca. quibus attentis, de ſup. negli. prala. Seb. Sapia.

SVMMARIVM.

1 *Præſcribere non poteſt ille, qui alieno nomine poſſidet.*
Titulus non requiritur in præſcriptione quadragenaria cõtra eccleſiam, niſi cum ius commune, uel præſumptio eſt contra præſcribentem.
2 *Papa & imperator licet ſint domini in uniuerſo, non tamen ſunt domini rerum particularium.*
3 *Vaſallus habet utile dominium rei feudalis: directum uero eſt apud dominum.*
4 *Confeſſio prælati non nocet eccleſia, niſi præſumptio ſit contra eccleſiam.*
5 *Incorporalia quaſi poſſidentur, & poſſunt quaſi poſſideri per alium.*
6 *Præſcribere poteſt quis rem quam per alium poſſidet.*
7 *Acquirens res tam peccato uel cõtra iuramentum proprium, tenetur illas reſtituere.*
Iuramentum non impedit ualiditatẽ actus, licet attentans ſit periurus.
8 *Res feudalis poteſt præſcribi contra dominum, non tamen per uaſallum.*
9 *Præſcribi poſſunt ciuitates ad eccleſiam Romanam pertinentes ſpatio cẽtum annorum, & non minori.*
10 *Præſcriptio centenaria quomodo probabitur.*
11 *Iura & bona ſpectantia ad papã poſſunt præſcribi & per eccleſiã inferiorem: ſed eius ſuprema poteſtas non præſcribitur.*
12 *Bona fides an requiritur in præſcriptione iurium?*
13 *In bona fide, dicitur, ille qui non habet notitiam rei alienæ.*
14 *Bona fides præſumitur, niſi in quatuor caſibus, & ignorãtia præſumitur, niſi probetur contrarium.*
15 *Bona fides an & quo caſu præſumatur tam in præſcriptione rerum corporalium, quam iurium. 18.*
16 *Bona fides præſumitur poſt 30. annos. retro ſemper fuiſſe penes illum, ꝙ non fuit moleſtatus per dictum tempus.*
17 *Remedium canonis, redintegranda: datur etiam contra bona fide poſſidentem probata antiquiori poſſeſſione aduerſarii.*
19 *Titulus non requiritur in præſcriptione iurium, puta ſeruitutum: ſed ſufficit probare, quod de hoc erat fama, & ſimilia. 19.*
20 *Titulus requiritur in præſcriptione, quando ius cõmune, uel præſumptio eſt contra præſcribentem.*
21 *Bona fides in præſcribente libertatem indiſtincte præſumitur, licet poſſit probari contrarium.*
22 *Mala fides præſumitur, ſi fuit denunciatum emptori, ne emeret: quia res erat alterius: ſecus ſi ex poſt facto.*
23 *Mala fides præſumitur, ſi res fuit acquiſita contra ius, uel non ſeruata iuris ſolemnitate, niſi longo tempore qui poſſederit.*
24 *Error iuris licet noceat ad præſcribendum, tamen non nocet in acquiſitione fructuum, ſed in præſcriptione fructuum ſic 25. ubi ponitur ratio.*
Error iuris non præſumitur, ſed debet probari per allegantem.
26 *Emens a prodigo aut luxurioſo an poſſit præſcribere.*
27 *Lædendo ſi unus uendit alteri, emens non præſcribit, & uenditor non tenetur ad euictionem, ſecus ſi uendit alteri.*
28 *Præſcribere poſſum rem, quam emi a bonafidei poſſeſſore, licet ego ſciã alienam.*
29 *Mala fides authoris an noceat ſucceſſori in bona fide, ſiue ſit ſucceſſor uniuerſalis, ſiue particularis? 30.*
31 *Errans in iure an præſumatur in mala fide.*
32 *Titubans an præſcribat tanquam ſit in bonafide?*
33 *Titulus requiritur in præſcriptione non ille, per quem transfertur dominium, ſed putatiuus.*
34 *Præſcribit quis contra eccleſiã ſpatio 40. an. cũ bona fide, & ſine titulo, ſi præſcriptio non eſt contra ius: alias requiritur titulus.*
35 *Titulus an indiſtincte requiratur iure communi reſiſtente?*
36 *Præſcribuntur bona patrimonialia clericorum ſicut priuatorum.*
Clericus non gaudet in bonis patrimonialib. priuilegio eccleſiarum, niſi in caſibus iure expreſſis. 37.
Priuilegia non debent extendi ad perſonas in eis non comprehenſas.
37 *Inſtantia in cauſa fiſcali & eccleſiaſtica non perit triennio.*

CAP.

CAP. XVII.

1 Si diligenti. † Qui alieno nomine possidet, non præscribit: nec etiã is, qui proprio, nisi habeat bonam fidem, & iustum titulum. ita summat Io. An. & satis conuenit literæ quo ad corticem. Sed ad intellectum adde, si præsumptio est contra eum: hoc dico, quia titulus non requiritur in præscriptione quadragenaria contra ecclesiã, nisi cum ius commune, uel præsumptio est contra præscribentem ut in c.i.eo.tit.li.6. Diuiditur. nam primo inducit vnã rationem contra Archiepiscopum, & secũdo reprobat excusationem ipsius per locum a diuisione. Secunda, ibi. Nos igitur. Casus literalis. Archiepiscopus Pisanus fecit sibi pstari iuramentũ fidelitatis nomine suo & ecclesię Pisanę a Marchione Massæ iudice Calaritano pro ipso iudicatu, cũ tamen iudicatus ille pertineat ad Roma. ecclesiã. papa hoc intelligens mandauit Archiepiscopo Pisano, ut illum absolueret ab illo iuramento, nisi aliud postea exhiberet ecclesiæ Rom. eo non obstante, Archiepiscopus receptis literis domini papę misit nuncios suos ad eum, ut super hoc se excusaret, scribens eidem, ꝙ postquam fuit in Archiepiscopum assumptus, iuramentum illud recepit ab illo iudice pro ecclesia Rom. & hoc idem fecit antecessor ipsius. papa audita, responsione Archiepiscopi, & aliis quę nuncii proponere voluerunt, rescripsit eidem Archiepiscopo in hũc modum dicens, ꝙ iudicatus Calaritanus ad ius & proprietatem Romanæ ecclesiæ pertinet, sicut tota Sardinia nullo mediante. unde non licuit ei pro se vel ecclesia sua prædictum exigere iuramentum, & intellectis, q̃ nũcius ipsius proposuit corã papa, non intellexit ipsum, vel ecclesiã suã aliquo iure iuuari, cum authoritate apost. si super hoc nõ ostẽdat per quẽ iuramentũ illud aliquando sit exactũ, nec præscriptione aliqua muniatur. imo secundum confessionem Archiepiscopi non ecclesia Pisana, vel ipse Archiepiscopus fuit in quasi possessione exigendi hmõi iuramentum, quod ab ipsis iudicib. pro se. apost. confitentur fuisse receptum, per quod constat, ꝙ ecc. Ro. semper fuit in quasi possessione, quia ministerio illius & antecessorum suorum pro Romana eccl. exactum fuit & præstitũ hmõi iuramẽtũ. ille enim possidet, cuiꝰ nomine possidetur. si uero dicat Archieps, ꝙ noie suo & non nomine Rom. ecclesiæ iurm fuit exactum, posset ei inferri, ꝙ ipse uiolauit iuramentum prę stitum pro conseruando iure, & honore Ro. ecclesię; vñ licite retineri non posset quod contra iuramentũ hmõi fuerit scienter obtentum: quia etiam secundum hoc locũ præscriptio habere non posset, cum in præscriptione rerũ ecclesiasticarum bona fides & iustus titulus exigantur, etsi præscriptio locum posset habere, non tamen posset centenariã pręscriptionẽ probare, quę sola currit contra Romanam ecclesiam. Ber. No. i. ꝙ tota Sardinia pertinet ad ecclesiam Romanam nullo mediante, & sic habet ecclesia Romana iura imperii ibidem, sicut habet i toto pñmonio ecclesiæ, ut in cap. per uenerabilem. qui fil. sint leg. & habuit Papa illam insulam Sardinię ex donatione Constantini, & aliorum Imperatorum vna cum aliis prouinciis, ut i c. tibi domino; & in c. ego Ludouicus. 66. dist. & 69. dist. c. Constantinus. & de Sicilia, qualiter pertinet ad ecclesiã Romanam, vide in c. mandata, de præsumpt. & melius in cle. pastoralis, de re iudi. & c. ad apostolicæ, eo. tit. li. vi. de Roma.

2 uide in c. fundamenta, de ele. li. vi. † No. 2. ꝙ ualet arg. de toto ad partem. habens enim ius in toto fundat intentionem in qualibet eius parte. & est ar. secundum Host. ꝙ comites & domini temporales fundant intentionem suam de iure communi quo ad res sitas intra limites suæ terræ, de quo vide quod no. Ioan. And. in cap. fi. de of. Archi. ꝙ intelligo respectu iurisdictionis, non autem respectu proprietatis rerum, & bonorum intra limites existentium, sicut de impe-

a ratore * respectu totius orbis no. in l. bene a Zenone, C. de quadri. præscrip. Et idem dico in papa quo ad patrimoniũ ecclesiæ. fundat enim intentum suum quo ad iura imperialia, non autem in proprietate bonorum, argu. in d. c. per venerabilẽ, in l. traditio, ff. de acqui. rer. domi. & c. nuper, de dote post diuor. resti. & arguit hic papa de toto ad partem hoc modo. ducatus Calaritanus est i Sardinia, sed tota Sardinia pertinet ad eccl. Roma. immediate, ergo & ducatus

3 Calaritanus, simile de rel. do. c. cum venerabilis. † No tertio. ibi. Ad ius & ꝓprietatem, ꝙ dominium rei feudalis est penes dominum feudi, & itelligit Inn. in dominio directo, utile enim est penes uasallum secundum eum, ad quod allegat Host. d. c. nuper. illud c. solum probat, ꝙ concedẽs feudum dicitur dominus, & hoc est clarissimũ: sed difficultas stat in uidendo, quale ius habeat uasallus. Inn. enim (ut hic uides) dicit, ꝙ utile dñium, qđ uo. sed nihil alle. ego allego tibi tex. in c. 1. in ꝗb. cau. feud. amit. coll. 10. vbi dicitur ꝙ ꝓprietas remanet apud dominũ. vsusfructus vero transit in uasallum, sed Bald. ibi. dicit, quod vsusfructus ponitur ibi ꝓ utili dominio; quod dicit ibi notandum, & alibi post gloss. assumit disputationem, super hoc scilicet in c. i. de ca. Conrad. coll. 10. & tandem dicit pro firma conclusione tenendum, ꝙ utile dominium competit vasallo, quod probatur ex eo, quia sibi datur vendicatio, facit quod leg. & not. in l.

4 1. ff. si ager vecti. per Inn. i c. cæterum. de iud. † Not. ibi. Cũ secundum confessionem tuam &c. ꝙ confessio solius prælati nocet ecclesiæ; concord. ca. 2. de capel. mo. sed in contrarium facit quod le. & no. in c. 2. de testi. libro 6. & in ca. de Constantinopolitana. 22. dist. ubi patet, ꝙ in ecclesia collegiata confessio solius prælati non obest. & credo hunc tex. procedere, cum præsumptio seu ius commune est contra ecclesiam, ut hic erat: nam tota Sardinia pertinebat ad papam, ut in tex. alias secus, ut in contrariis, & no. hanc limi-

5 tationem ad illa iura. † Not. ibi: In quasi possessionem. ꝙ est dare quasi possessionem iuris exigendi iuramenta fidelitatis, & sic posset quis petere restitutionem si vasallus denegaret tale iuramentũ fidelitatis exhibere. Et not. ꝙ iura incorporalia quasi possidentur. & ideo dicit quasi quia vere non possidẽtur cũ tangi non possi ut, Insti. de re. corpo-

6 ra. & incor. §. i. & l. i. in prin. ff. de acqui pos. † No. quod detinens nomine alieno non dicitur possidere, sed nudum pbere ministerium. is autem possidet, & per consequens pscribit, cuius nomine possidetur, ut hic, & in c. cum uenissent. de restit. spol. & not. qđ etiam incorporalia potest quis

7 per alium possidere. † Nota ibi: quod contra iuramentum &c. & tene menti, quod tenetur quis restituere quod contra iuramentũ proprium acquisiuit, quod not. hic Hostiẽ. alleg. c. ad audientiam, quod me. causa. idem dicit de aliis cum peccato acquisitis. infra de Iudæ. ca. cum sit. Ego pro hoc ulti. alle. & remitto ad melius, & ad plenius not. in ca. ex transmissa. de deci. & 14. quæstio. quinta, in summ. & 1. quæst. 1. c. cito turpem, & c. non est putanda & per Io. An. in regula, qui semel. de reg. iur. lib. 6. in Mer. Sed ex primo

b dicto not. ꝙ iuramentum * impedit validitatem actus, licet attẽtans sit periurius, de quo per Inn. & alios in c. dilecto,

8 de præb. & per Ioan. And. in d. regula, qui semel. † No. ulti. ꝙ in rebus feudalibus currit præscriptio etiam contra dominum. vnde potest etiam tertius præscribere directũ dominium qđ erat penes dominum vtili remanente penes

9 vasallum, uide qđ dixi. sup. e. c. ad audiẽtiam. † Item nn. qđ contra ecclesiam Roma. potest præscribi in rebus, ciuitatibus, & regnis ad eam pertinentibus pleno iure. sed requiritur præscriptio non minor cẽtenaria, uide qđ dixi sup. e. c.

10 cum nobis. † Opp. cõtra finem tex. in eo quod dicit: ꝙ posito ꝙ hoc casu locum habuisset præscri. tamen cẽtenaria pscriptio, quæ sola currit contra ecclesiam Roma. probari non poterit. Et sic uidetur. ꝙ lex seu canon requirens hanc pscriptionem, sit impossita verbis & non rebus cõtra c. cõmissa. de ele. li. 6. Item tex. in ca. cũ dilecta. de confirm. vti. uel inuti. tenet eam posse probari. ad idem quod plene dixi sup. eo in c. cum nobis. So. dicit Ioan. An. ꝙ papa ponderat hic factum speciale quo ad hunc casum, & non ius. q. d. ꝙ de iure bene possibilis est ꝓbatio: sed papa credebat hic ꝙ non possedisset Archiepiscopus Pisanus tanto tempore, ut posset probari præscriptio centenaria. uel secundũ Hostien. papa no. hic probationem testium, per quos non credit hoc posse probari. alias tamen probari posset per instra de fidelitatibus facta per ducẽtos annos & plus. prima sol. plus mihi placet, cum Archiepiscopus non allegasset hic probationem testium; & uide quod dixi in d. c. cum nobis.

11 † Ex prædictis & tex. no. ꝙ ecc. inferior potest præscribere iura & bona ad papam spectantia: supræma tamen ptãs pręscribi non potest, vt dixi in d. c. cum nobis. Venio ad gl.

in

ADDITIONES.

a ¶De Emperatore Vide Bart. in l. 1. §. per hanc, ff. de rei vend. vbi declarat qualiter Imperator sit dominus totius mundi. Seb. Sap.

b Iuramentum. Vide A'c. in l. stipulatio hoc modo concepta in 1. to. ff. de ver. ob. & in consi. 16. in 3. vo. & remit. per Fel. hic, co 2. Seb. Sapia.

In uerbo, Bona fide, quia aliæ sunt faciles, quæ multa facit. Primo enim format duas q̃stiones, & Soluit. secundo vnã oppositionem, & non respondet. Tertio, iterũ format duas quæstiones, & non soluit. Quarto, opponit & soluit. Quinto ponit duas quæstiones, & soluit. 12 † Primo igitur quærit. an semp sit secundum canones necessaria bona fides? & respondet q sic, siue agatur de iure spirituali, siue ciuili. infra eod. c. fin. Aduerte tamen, q ubicunque præscriptio causatur ex possessione præscribentis, communiter tenetur, qđ necessario requiratur bona fides, ut sup. eo. c. vigilãti, & c. fi. inf. e. & in hoc iuri canonico standũ est hodie etiã in foro ciuili rõne peccati, ut no. Bar. ĩ l. priuilegia, C. de sacrosan. ecc. & gl. ĩ regula possessor, de reg. iur. li. 6. Quandoque procedit pręscriptio sine possessione præscribẽtis, ut ĩ actionibus, & similib. & tunc Bar. in l. sequitur. §. si uiam. ff. de vsuca. dixit. q non requiritur ibi bona fides. quia præscriptio causatur ex negligentia non petentis. Ego hunc articulum plene examinabo. inf. eo. c. fi. 13 † Secundo gl. quærit, quando pręscribens dicitur esse in bona fide? a respondet, q cũ credit tradentem esse dominum, vel habere ius distrahendi, licet erret in facto. Ego generaliter dicu, q bonæ fidei est, cum non habet notitiam rei alienæ: sicut ille dicitur malæ fidei q habet notitiam rei alienæ, ut in c. si uirgo. 34. q. 2. ita per cõtrarium dicitur bonę fidei, qui possidet cogitatione domini, ita, ut non erret in iure, quia error iuris non excusat in pręscriptione, ut l. nunquam. ff. de usuc. & c. dudũ de deci. no. glo. in c. apostolicæ de don. 14 † Tertio quærit, an bona fides b præsumatur? gl. respon. q sic: quia præsumitur ignorantia, nisi probetur scientia. Idem not. in c. sanctorũ: sup. eo, Excipit glo. 4. casus. Primus, si facta fuit denunciatio acquirenti, q res esset alterius. C. de rei ven. l. si fundũ. secundus, si rem acquisiuit contra ius. l. quẽadmodum. C. de agri. & censi. lib. 10. Tertius, si emit a procuratore meo per collusionem. Quartus, si emit a prodigo, vel luxurioso, cui bonis ĩterdictum, est cum sciret illum protinus cõsumpturum pecuniam: iura allegãtur in gl. 15 † Examinemus nũc regulam, & casus exceptos, dicit. n. primo glo. q regulariter bona fides præsumitur, glo. in c. dilecti. 16. q. 3. dicit, qđ parti, quæ allegat titulum & bonam fidem, si non potest ꝓbare, permittendum est iurare, q bona fide possederit rem illam, & iusto titulo eam acquisierit. glo. in §. aliæ. Instit. de act. & in l. pe. C. de euict. simpliciter dicunt, qđ bona fides p̃sumitur, Aduerte, aut quęritur ĩ reb. corporalib. aut ĩcorporalib. Primo casu dicit. Bar. in l. Celsus. ff. de usuc. q aut pcessit titulus ẽt errore iniusto, & p̃sumitur bona fides, vt in d. l. pe. C. de euic. facit l. igitur. §. potest. ff. de lib. cau. Idẽ dicit de quolibet possidente, nisi alius possessor antiquior appareat. Illę enim potest bene facere illam allegationem, q tuum non erat, debebas scire ad alium pertinere. l. fi. C. unde ui. quo ad alium licite & bona fide præsumitur tenere, nisi ius commune sibi contradicat, facit eo. ti. c. i. lib. vi, secundum eum, & cum eo transit D. An. hic. sed ego allego in materia duo dicta multum not. quorum vnũ est Bartol. & aliud Inn. 16 † Bar. enim in l. fi. in fi. C. vnde vi, videtur dictum suum præcedens limitare, ut mala fides c possit allegari per antiquiorem possessorem, s. intra spatiũ 30. ann. sed postea nõ, per tex. illius l. fi. nam præsumptio malæ fidei cõtra ingredientem possessionem sine titulo tollitur per cursum 30. annorum & ex tunc præsumitur illum retro fuisse bonæ fidei: quod est singulare dictũ semper mẽti tenendũ, ad cuius cõfirmationẽ, & ampliationẽ allego singulare dictũ In. in c. 2. de in int. rest. vbi đt cẽ notandum, q licet quilibet p̃sumatur esse bonus, nisi probetur malus, de pręsum. c. fi. sup. de seru. in or. facien. c. uno, nõ tamẽ sic est in bona fide, quia oportet ad hoc, ut præsumatur bona fides. q habeat iustũ titulum. uel q probabilibus rationibus quæsiuerit possessionem. ff. de li. cã. l. igitur. §. 2. & l. liberis. §. fi. & q lõgo tempore fuerit ĩ possessione. l. possideri. §. si seruus. ff. de acq. pos. & qđ dicatur longũ tempus, arbitro boni iudicis relinquitur. ff. de iure delibe. l. i. hic dicit, q si alius quã capitulum maioris ecclesiæ sit in possessione eligendi. & petit confirmari suam electionem, succumbit in petitione sua, quia nõ p̃sumitur bona fide esse in hac possessione, qa contra ius, & idem est in consimilibus. Aduertendũ tamẽ, q Inno, videtur se restringere ad casum, cum possessio est cõtra ius, licet. n. Bart. simpliciter dixit, q possidens cõtra ius non præsumitur bonæ fid. Inn. limitat, nisi sit possessio longi temporis, vel pluribus, rationib. fuerit acquisita. pro hoc adduco tex. c. cum ecclesia Sutrina, de cau. pos. & proprie. & c. ad decimas. de resti. spo. lib. 6. in uerbo, Aliquandiu, Ex quo infero ad dictum Bar. nam si possidens lõgo tẽpore, iure resistẽte, præsumitur bonę fidei, fortius debet p̃sumi bona fides ex diuturnitate temporis contra antiquiorem possessorem, cum hoc vltimum cõsistat in facto, & ꝓbabiliter ignorari potest: pręcedens vero consistit in iure, cuius ignorantia de facili non præsumitur, pro hoc regula, 17 ignoranti. & regula, præsumitur. de reg. iur. li. 6. † Nunquid autem antiquiori possessori sit proditum aliquod remediũ contra secundum possessorem? dic, q sic, ẽtsi præsumatur bona fide possidere, potest enim implorare iudicis officiũ, uel intentare conditionẽ ex l. si coloni. C. de agri. & cẽsi. li. xi. ita notanter voluit Inn. in c. sæpe. prope. fi. de rest. spol. quod dicit notandum ꝓ possessoribus prioribus ecclesiarum, qui amittunt earum possessionem, nec pñt ꝓbare suã canonicam ĩstitutionem. fiet. n. restitutio probata antiquiori possessione, licet non probent spoliationem. d. l. si coloni, & 3. quæstio. i. c. reintegrãda. & idem uoluit Bar. in d. l. si coloni. restringit tamẽn hoc contra malę fidei possessorẽ, sed glo. in l. in ciuilem. C. de fur. uidetur sentire simpliciter cum Inn. Sed Bart. ibi remittit ad not. per eum in l. ii. eo. ti. ibi enim. & in l. rem quæ. ff. de acqui. pos. distinguit, q aut secundus habuit ab authore, uitioso, & potest agi contra eum, vt sic mala fides authoris istum aliqualiter afficiat. argu. in authen. malę fidei. C. de præscri. lon. temp. idem & fortius, quando iste secundus est in mala fide. & sic intelligit d. l. si coloni. secus dicit, vbi secũdus est in bona fide, & habuit ab authore non uitioso. tunc enim tenet, q prius nõ agit contra secundũ. per l. siue autẽ. §. si duobus. ff. de publ. ubi dicitur, q si duo emerunt rem a diuersis, quos putabãt dominos, si cuique tradita fuit suo tempore possessio, potior nunc est possessor, & non ille qui primo possessionem habuerit. Sed mihi plus placet dictum Inn. & gl. in d. l. in ciuilem. & per l. si coloni. quę loquitur indistincte, & ar. eorũ quę not. in d. c. reintegranda, & per Inn. in c. post. electionẽ de conces. pręben. in fi. Et ad l. si duobus. respondeo q loquitur, cum liquet de defectu ꝓprietatis utriusq;, ideo in pari causa potior est conditio possidentis, ut in regula, in pari causa li. 6. sed nos loquimur, quãdo simpliciter quis fundat se super possessione, quam dicit se habuisse, & sine iusta cã perdidisse, & ante omnia petit illam sibi restitui per officiũ iudicis, uel per condictionem ex l. si coloni. uel c. reintegrãda. secundum unam opi. & uide quæ dixi in d. ca. sępe. & c. cum ad sedem. eod. tit. & hæc notabis. 18 † Venio ad secundũ membrum

ADDITIONES.

a ¶ Bona fide. Quis dicatur hẽre bonã fidẽ, vide Inn. in re p. c. fi. ĩ eo. in x. col. ver. quis autem dicatur habere. & de quęstione hic posita vide per Pe. de Anch. in c. 1. in 8. co. de præsc. li. 6. & per Do. Ant. in c. peruenit, in 14. col. de censib.

b ¶ An præsumatur bona fides. Et de hoc vide per Old in cons. 244 & plene per Inno. in c. fi. in 1. col. inf. e. & qualiter probetur bona vel mala fides, per Pe. de Anch in c 1. in pe. co. de præs. lib. 6. & Inno. in repe. c. fi. in 8. col. ver. redeo ad glo. inf. e. ti. & de hoc quod hic dicit D Ant. vide per Bal. late in §. sed iste, in pe. co. inst. de ac. & de quæstione hic posita vide in terminis per Bal. in l. 1. in ep. rep. co. C. de ser. & quod no. Bar. in l. 1. §. hoc interdictum. ff. de iti. actuque pri. & in l. 1. § A. ff. de aqua quotid. & æsti. & quod not. Inno. & gl. in c bone, de postu. præl. & de isto artic. an & quando præsumatur bona fides, vide elegantissime per Ant. in l. eum qui. §. in publicia. ff. de pub. qui habuit dicta sua pro maiori parte. Bar. in l. 1. § si a pupillo, in fi. ff. pro emp. & in l. qui Romæ. §. duo fratres, in sua rep. ff. de ver. ob. & vide text. sing. sm̃ Bal. ibi, in c. 1. §. si duo, de pace ten. Bar. in l. cum in test. ff. pro emp. & Bar. in l. a. ff. de re mili. Bal. in l. si fiscia, in vlt. co. C. de rei ven. & in c. 1. §. si quis per 30. fi de feu. fue con. tex. est singu. quem ponderat ibi Bar. alias Bal. in l. fi. in fi. ff. pro suo Bar. in l. qui fundũ § qui procurator, in vltimis verbis, ff. pro em. & videas Bar. in l. inter omnes. §. recte, ff. de fur. ex quib. omnib. aut h. supradictis repeties varias, & sing. doctrinas in hac materia, quę prędicta omnia allegando & in voce legendo prosequutus ordinare fuit in hac decret. D. meus. Francis. de Are.

Ac de an in dubio pręsumatur mala fides vel bona, Ale. consi. 22 & 35. 4. lib.

¶ An & quando pręsumatur bona vel mala fides, dicas q regulariter præsumitur in eo, qui facit acta in pręsentia iudicis, vel propinquiorum pupilli, ita Bar. in l. frater a fratre, in vl. char. ff. de cond. inde. & habetur per Bal. in l. 3. in pe. col. C de fur. & in l. fi. §. cum igitur. C. de iur. del. vbi dicit, q bona fides pręsumptione probatur per instrumentum, & multos effectus qui inducuntur ex iudicis authoritate, vide per Bal. in c. 1. in 5. co. qui feu. da. pos. in vlt. feu. & per nouis. in l. pacta nouissima, C. de pac. & vide Inn. in c. cum uenissent, in ver. nemo. q licet, de in int. res. vbi dicit, q ex titulo & longa possessione pręsumitur bona fides, licet Bar. in l. fi. C. vnde vi, in 6. co. in ver. sed contra. videatur tenere, q ex possessione 30 ann. et sine titulo pręsumatur bona fides, de quo per Ioan de Imo. in l. Celsus. ff. de vsuc & c. fi. de presc. Ant. Fran

c ¶ Bona fides. Vide Abb. in consultationib. ĩ de iure pa. Ale. in consi. 75. inci. visis & ponderatis, col. pe. in 4. vo. & in consi. 76. inc. ca. & lite, circa fin. & in cõs. 94. inc. in cã, & lite, co. vlt. in consi. 200 inc. viso & discusso, col 1. in 2. volu. vbi late, ex quibus bona fides pręsumatur, Do. Fran. Car. in consi. 3 a. inc. Deus plus, col. 2. Seb. Sapia.

membrum principale, an.s.in reb.incorporalibus præsumatur quis bonæ fidei.de hoc per gl.& Bar.in l.i.§.2.ff.de iti.act.pri.per Cyn.& alios in l.i.C.de ser.Communis opi.est ꝙ aut agitur de præscribēda seruitute, aut libertate.Primo casu non præsumitur bona fides, quia quælibet res præsumitur libera, & sic est præsumptio contra possidētem, arg. 19 in l.fi.C.vnde vi.† Dicunt tamē Cyn.& Bar. ꝙ ad p̄sumendam bonam fidem non exigitur, ut probetur titulus, quia in istis incorporalibus nō est necesse ut p̄betur titulus vt in l.si quis diuturno.ff.si ser.uend.sed satis est aliquid probare, propter ꝙ iste motus sit ad credendum seruitutem sibi cōpetere.alleg l.i.§.sed & sic.ff.de aqua.quotid.& æsti.& sufficit secundum Bart.probare, quod de hoc erat fama īuicinia.facit quod no.in c. inquisitioni. de sent. excom.& l.2.C.si ser. uel lib.ad decu.aspi.lib.11.idem si erant ibi signa.viæ, vel alia verisimilia, q̄ possunt deducere animū ad credulitatem istam. Ego dico hanc opi.limitandam, ut p̄cedentem, scilicet cum possessio est recens, sed si per longa tempora possederit, præsumitur bona fides, arg.c.i.eod.ti. a lib.6.nam si possessio.ᵃ habita iure resistente præsumitur iusta ex diuturnitate temporis. ut sup. dixi. secundum Inno. fortius præsumenda est iusta in casu nostro, hoc probo p c.cum ecclesia Sutrina, de cau.pos.& propric.nam ibi loquitur de possessione incorporalium, & de acquirenda quadā seruitute in iure eligendi contra canonicos ecclesiæ cathedralis, iure etiam resistente, & tamen non fuit opus probare bonam fidē. hoc etiam sentit hic Inn. dicens ꝙ propter præsumptionem quæ est contra præscribentem seruitutē sufficit allegare titulū, sed non est necesse probare, sed sufficit ꝙ per longum tempus, s.per x.annos.inter præsentes, & 20. inter absentes, & contra ecclesiam per 40. annos, fuit vsus seruitute illa domino sciente & non contradicente. p̄sumitur enim debitum hoc ius seruitus ex ea causa, quæ p̄tenditur p̄cessisse.ff.de usuris.l. cum de in rem ver. & ff.de 20 aqua.plu.arcen.l.i.§.ult.† Aduerte tamen, quia iure nostro non sufficit bona fides, sed requiritur titulus, cum ius commune vel præsumptio est contra præscribentem.ut in c.i.e.tit.lib.6. Sed intelligo hoc procedere in præsumptione vrgenti, non autem in qualibet præsumptione, ut puta, quia episcopus exiuit grauamina seruilia a subditis, præsumitur enim, ꝙ timore subditi præstiterint.ut no. hic Inno. & Io. An.in d.c.i.probatur. 19.q.3.quia cognouimus.& i.q.i.ca. nullus.vel si charitatiue quis fuit receptus longo tēpore ad domum amici, iuxta no. in ca. cum ecclesia Sutrina.de cā pos.& propr. Secus autem quando concurrit modica præsumptio, ut puta quia res præsumitur libera. hoc enim faciliter tollitur ex aliis coniecturis, vel ex cursu longi temporis, arg.in d.l.cum de in rem verso.& in d. l. si quis diu- 21 turno, & hoc bene notabis pro intellectu illius ca.i. † Secūdo casu principali cum agitur de præscribēda libertate.cōmuniter tenetur, ꝙ præsumatur bona fides, q.a habet fundamentum præsumptionis iuris pro se.debuit enim credere rem talem esse qualis naturaliter esse debet, ut not. Cy. in d.l.i.potest tamen ex aduerso probari mala fides, vel ex fama, vel quia dixit extra iudicium, vel quid simile, ut no. Bar.in l.Celsus, ff.de usucap.nam bona fides.& mala, cum consistant in animo, nō possunt probari, nisi per coniectu- 22 ras.ut c.2.de reg.iu.lib.6.& l.dolum.C.de dolo.† Expedi- b ta regula, uenio ad casus exceptos.ᵇ & primo gl.excipit casum, cum interuenit denunciatio.l.si fundum, C.de rei.vēdica.dic quod aut interuenit denunciatio ab initio cōtractus, vt quia dū quis vellet rem emere, fuit sibi denūciatū, qđ nō erat vēdentis, sed alterius, & ex hac denunciatione cōstituitur in mala fide.sic loq̄tur d.l.si fundū.aut denūciatio fuit facta, ex post facto, & tūc secus, nisi fiat in defectū, pro ut hr in l.ut imperfectius, C.de anna.except.& 16.qu. 3.c.placuit, §.potest.uide in hoc ꝙ dixi in ca.nihil.& c.san- 23 ctorum, sup.eo.& c.grauius, de restit.spolia.† Secundus casus si res fuit acquisita contra ius, pro hoc regula, qui contra iura mercatur.de reg.iu.lib.6. hoc uerum nisi longo tēpore possedisset, ut sup.dixi. Ex quo infertur, ꝙ emens rem ecclesiæ non seruata iuris solennitate, præsumitur in mala fide ad hoc quod leg.& no.in c.2.de reb. eccl.non alien.li. 24 6.& uide quod dixi.c.de quarta. † Item scias quod in usucapione, seu in præscriptione iuris error nocet l. nūquā. ff.de usucapio, sed in acquisitione fructuum non nocet, ut in l.sed & si §.scire.ff.de petitio.hæred.no. Dyn.regula, possessor.de reg.iur. lib. 6. & gloss.in l.si furti.ff.de usucap.dicit tamen Bar.in d.§.scire, ꝙ iste, qui allegat iuris errorem, debet hoc probare, quia scia regulariter præsumitur, ut in l.leges.C.de legib.quod est notandum.facit quod l.& not. in l.latæ culpæ.ff.de uerbo. signific.& Bar.in l.quod Nerua. ff.depositi.Hoc tamen subtiliter limitat ibi Bart.quādo q̄s possidet iure resistente, ut quia aliquid prohibet vel præcipit fieri tunc.n.q̄s præsumitur in mala fide. & sic intelligit dictam l.quēmadmodum, de agri.& censit, & regulam, qui contra iura. sed quando possidet quis iure non assistente; utputa, ut testamentum fiat coram septem testibus alias non ualeat, & tunc non præsumitur malæ fidei, in d.§.scire. Ego dubito, an hæc restrictio sit uera.si.enim ex eo solo, ꝙ possidet seruitutē præsumitur malæ fidei, quia res præsumitur libera, ut uoluit ipsemet Bartolus in d.l.1.fortius debet præsumi malæ fidei si possidet iure sibi non assistente. Præterea quis præsumitur scire iura, ut in iurib.præalle.ergo p̄sumitur scire ꝙ sibi ius non assistit.Nec ob.text. in §. scire. quia non dicit, ꝙ talis non præsumatur malæ fidei, ut solum dicit, ꝙ ille qui errat in iure, non est prædo, quia dolo caret & sic præsupponit errorem qui non est præsumendus, nisi probetur ex coniecturis, quia ignorantia iuris non præsumitur, ut in regula, ignorantia, de re in.lib.6.& l. regula.ff. de iur.& facti.igno. uidetur autem coniectura probabilis si erat possessor simplex persona, uel mulier, arg.in l. cum de indebito.ff.de prob.uel error iuris erat probabilis, ut in l.regulariter, alleg.& c.cum dilectus.de consue. not. Ioan. An.in c.i.de priu.lib.6.facit quod not.Inn.in c.per tuas.2. 25 de simo.† Et si q̄ras, quare ī vsucapione nocet iuris error, & non in acquisitione fructuū? respondet Bar.in d.§.scire. ꝙ In usucapione requiritur verus titulus, vel iustus error iuris.ut in d.l.Celsus, de usucap. sed error iuris non est iustus, ergo ad usucapionem non sufficiunt, sed quo ad acquisitionem fructuum non requiritur titulus, sed sufficit, ꝙ absit mala fides quæ abest, vbi est iuris error. ut in d. §. scire. & intellige de acquisitione fructuum fienda', ut a bonæ fidei possessore. talis enim errans æquiparatur in hoc bonæ fidei possessori, secus aūt, si ageretur de usucapiēdis fructibus, quia tunc exiguntur necessaria ad usucapionē, iuxta no.in l.sequitur.§.fructus, ff.de usuca.& in l.ex diuerso ff.de rei uē.in d.§.scire.Tertius casus exceptus est, cū quis emit a procuratore per collusionē, & hic casus est clarus. nam collusio dirigit malam fidem.in s.de colla. per totum. 26 † Quartus casus, si emit a prodigo, vel luxurioso,ᶜ &c.Cō- c clude in hoc latius & melius post Bar.ī l. si quis cum sciret, ff.pro emp.ꝙ aut q̄s emit ab eo, cui bonis fuerat īterdictū. & non ualet contractus, nec transfertur usucapiendi conditio, ut in l.qui fundum, §.qui sciens, ff.pro empt. Aut emit ab eo, cui non erat bonis interdictum, & tūc aut sciebat eum consumpturum, sed ignorabat in quem vsum, & ualet, & potest vsucapere, quia est bonæ fi. ut d.l. si quis cū sciret. Aut sciebat, ꝙ in aliquem malum vsum volebat expendere pretium, & non ualet, in d.l.si quis, in fi.maxime si ille erat minor, ut l.si vero non remunerandi, §. si adole- 27 scens luxuriosus, ff. mand. † Ex prædictis deciditur quæstio de eo.qui emit ab existente in ludo, & concludo ꝙ aut vendidit collusori, & non valet contractus, nec tenetur victo venditor

ADDITIONES.

a ¶Possessio. Hoc dictū etiam sequitur Abb.in c.consultationib.vltra med.ver.ex prædictis infertur.de iu pat.& Alex. in consi.110.in.i.vol. acutissimus in 1.vo. reprobat Imo.in rep.c.si [illegible].eo. Seb.Sapia.

b ¶Ad casus exceptos. Vide ad hoc quæ scribit Ias.in l.quoties.in noua limitatio. C.de rei vendic.& quo talis denunciatio constituat in mala fide. vide Cor.in cons.10.ioc.causa competente.in 2.vol. Alex. l.de pupillo.§.si is cui. circa medium.ver.quærit vlt. Bar.ff.de oper.nou.nunc. Seb Sap.

c ¶Luxurioso Et vide per Inn.& in rep.c.cum contingat.de iureiu vbi ponit, an ille contractus factus cum illo, qui sciebat erat consumpturus firmetur iuramento Adde Fran. Are.consi.8.

¶Accipientis. An, & quando mala fides authoris noceat successori in præscriptione, vide gl.in c.de quarta.§.eo.& de hoc late per Ro & post gl.in l.Pomponius.§.cum quis adminiculo, ff.de acqu.poss.vbi ponit quamplures limitationes ad l.auth.malæfidei possessor, C.de præscr.longi tem p.& vide tex.in §.diutina.inst.de vsuca.& de hoc per Pe.de Anch.in c.j versi quo etiam malæ fi. de pscr lib.6.& vide Imo.in rep.c.si circa prin.[illegible].eo tit.& late D.Ant.in c.cura & de iur.patro.qū autem fiat accessio tempori in præscriptione cōplenda, distingue vt per Bar.omnino in d.l.Pomponius.§.si.qui inter alia singulariter dicit, ꝙ possessio iniusta authoris violenti iungitur cum possessione successoris ad causandum ipsi successori præscriptionem 30.anno.licet ipse author præscribere non potuisset quod dicit procedere de iure ciuili.secus aūt dicit de iure canonico, quod bene no. quia est pul limitatio.ad d.l.Pomp.§ fin.sed pro hoc dicto allego opt.gl.in c.placuit.2.§.hoc, de præscriptionibus. in ver.continuare. 16 quæst.3.

cto venditor de euictione, cum simul delinquant, ut in le. fi. §. 1. ff. quarum rerum acti. non da. & per consequens, cũ sit ei in mala fide, & contractus sit a iure prohibitus, nõ poterit præscribere. aut vendidit alteri, & ualet contractus, l. fi. ff. de aleat. & est ratio, quia is qui soluit ludenti, soluit nõ omnino consumpturo, quia forte potest vincere secundũ Bar. in d. l. si quis, quod no. & per cõsequens si res erat aliena, & bona fide quis emit, poterit præscribere. † Secundo gl. principaliter opp. contra text. & contra proxime dicta ĩ eo, quod in prescriptione requiritur bona fides de l. generaliter, ff. de nox. vbi dicitur, ꝙ si egi actione noxali cõtra te nomine alieni serui, qui bona fide tibi seruiebat, tuque mihi illum tradisti pro noxa, possum ego illum seruum usucapere licet sciam qđ alienus sit. Ad idẽ opponit de capi. placuit, ut quicunque. 16. q. 3. vbi loca conuersa ad fidem secundum dispositionem c. i. sup. eo. quis scienter præscribit Glo. non soluit, sed dic ad l. generaliter, ꝙ q a dominus tenebatur ad ęstimationem damni, vel ad dãdum seruum pro noxa, videor ab eo habere causam, si id a possessore bonæ fidei consecutus sum. poterit enim dominus vendicare offerendo æstimationem litis, quod cum non fecerit, videtur consensisse, ut seruus datus esset pro noxa. arg. in l. alienationis verbũ, ff. de verb. signi. Ad ca. placuit. dic ut dictũ

29 fuit in d. c. i. † Tertio principaliter gl. quęrit, an mala fides[a] tradentis noceat accipienti cum bona fide. gloss. primo dicit, quod non, per l. an vitium, ff. de diuer. & temp. ꝑscrip. In contrarium adducit auth. malæfidei, C. de præscrip. 30. annorum glos. respondet distinguendo, quod in præscriptione longi temporis, ut x. uel xx. annorum noceat mala fides tradentis, ut in d. authen. malæfidei, sed in præscriptione longissimi temporis, ut 30. vel 40. annorum secus, ut in d. l. an vitium. Dic latius, quod quædam sunt uitia realia, quędam personalia. Realia sunt quę ipsam rem concomitãtur ut si res est furtiua, uel uiolenter possessa, & hoc uitium trãsit in possessorem successorem etiam de iure ciuili, quo ad præscriptionem longi temporis, idest 10. vel 20. annorum ut Instit. de vsuc. §. furtiuæ, cũ se. & l. uitia. & ibi bon. gl. C. de acq. pos. sed in præscriptione 30. vel 40. ann. subdistinguẽdum est quod aut loquimur in successore singulari, & de iure ciuili iste præscribit, ut no. in d. §. furtiuæ. per l. omnes & l. sicut, C. de pręscriptio. 30. vel 40. annorum etiam si successor sit malæfidei, ut ibi, secus in successore uniuersali, ut in hęrede, quia censetur eadem persona cum defuncto, ut in Auth. de iureiur. a moriente præ. ꝑꝑ mensuram, sed si unius. coll. 5. vnde sicut ipse defunctus non potuisset ꝑscribere, ita nec eius hæres l. cum hæres, ff. de diuer. & temp. ꝑscript. sed de iure canonico est dubium, de quo vide quod dixi in c. de quarta. sup. eo. & dic ut ibi. Si autem loqmur de uitiis personalibus, ut est mala fides possidentis, de iure ciuili distingue, ut hic in gl. & plenius, ut no. d. l. uitia, & de authen. malæfidei de iure canonico, uide quod dixi. in d. c.

30 de quarta. † Sed circa predicta mouet Do. Anto. dubium quotidianum. pone, quod sumus in casu, in quo de iure ciuili procedit præscriptio cum mala fide, quo casu certum est, quod illo iure mala fides defuncti non nocet hæredi, cũ nec propria nocet, nunquid de iure canonico poterit hæres cum bona fide a se præscriptionem inchoare? dubium facit, quia de iure cano. defunctus non poterat pręscribere propter malam fidem. ergo nec hæres, cum censeatur eadẽ persona cum defuncto, ut in d. l. cum hr̃s. contrarium concludit hic D. Ant. ꝙ licet mala fides actoris in aliquo casu noceat successori, vbi exigitur bona fides, tamẽ hæc mala fides est successoris ficta, non uera. vnde non apparet ratio quare non præscribebat, ex quo vere non est in mala fide,

b nisi dicatur secundum eum, ꝙ aliter conscientia[b] defuncti exonerari non possit a peccato, & hęres teneatur exonerare conscientiam defuncti, de sepul. c. fin. & aliter exonerare non potest, nisi rem, restituat, quia per hoc, ꝙ acquisiuit non purgatur peccatum defuncti, & ad hoc, dic reducendum quod no. Old. suo cons. 91. & sic dicit intelligendum, quod not. Dy. in regula. possessor, de reg. iu. lib. 6. vbi dicit ꝙ de rigore hęres nõ ꝑscribit, sed de ęq tate canonica secus ut patet ex prædictis. Ex hoc ultimo uidetur sentire, ꝙ ẽt de æquitate canonica hæres non præscribit, cum teneatur ad exonerãdum animam defuncti, & sic uidetur recedere

c a primo dicto. Ego vero[c] simpliciter puto etiam cessante illa ratione de exoneranda anima defuncti, ꝙ hæres vtroque iure non poterit præscribere, eo casu, quo defunctus non poterat, quia cũ succedat in ius defuncti, & omne ius suum causatur a defuncto, censetur eodem iure cum illo d. l. cum hæres, nec habemus contrarium de iure canon. ut plene dixi in d. cap. de quarta. Ex quo infero, ꝙ sicut defunctus malæfidei nullo tempore potuisset præscribere. inf. e. c. fi. nec suus hæres poterit, d. l. c. cum hæres, quod bene no

31 tandum est. † Quarto principaliter gl. quærit, an errans in iure dicatur bonæfidei, ꝙ primo dicit ꝙ sic, per ca. cura, de iure patr. & ff. de peti. hær. l. sed & si §. scire dicit tamen ꝙ c. cura, loquitur in alio casu, secus dicit in usucap. tu de hoc dic ut melius dixi sup. in secundo casu excepto, & ad

32 c. cura dic ut ibi not. † Quinto quærit, an habens conscientiam dubiam præscribat tanquam bonę fidei possessor. gl. cõcludit ꝙ sic, per l. qui scit. §. bonę fidei possessor, ff. de usu. Hos. dicit illud uerum secundum leges, secus secundum canones inf. eod. cap. pe. & ult. & sequendum, quod animæ est utilius. inf. de sponsa. c. iuuenis, de hoc latius dicitur. ĩ.

33 eod. cap. fi. † Venio ad glo. ult. quæ primo ex text. colligit, ꝙ bona fides non sufficit sine iusto titulo in præscriptione rerum ecclesiarum. contra hoc glo. opp. dupliciter. Primo de multis iuribus, quæ solum requirunt cursum 40. anno. ut d. c. de quarta, & c. illud, cum si. sup. eo. Secũdo de repugnantia quadam, quę oritur ex requisitione tituli. nam ex titulo, intercedente possessione, acquiritur dominium, ut ĩ l. traditionibus, C. de pac. & in spiritualibus ex titulo trãsfertur dominium, ut in c. si tibi absenti, de præb. libro 6. ergo frustra exigitur ꝑscriptio, quia quod meum est ex una causa, ex alia meum fieri non potest, ut in ca. inter dilectos de fi. instr. Sol. capiendo mentem gl. in pręscriptione non requiritur titulus, per quem transfertur dominium, sed titulus putatiuus, qui. s. putatur legitimus, licet ex aliqua cã occulta dominium non transferat, ut puta emi ab eo, quẽ putabam dominum, uel habui venditionem Episcopi, & putabã capitulum consensisse, vel q d simile, & de tali titulo loquitur hic, & exigitur titulus ad purgãdum vitiũ malęfidei præsumptum ex iuris resistẽtia contra possessorem,

34 & per hoc remanet solutum secundum contrarium. † Ad primum vero de c. de quarta, & similib. gl. multum instat, sed in effectu concludit, ꝙ aut ius commune resistit potentiæ

ADDITIONES.

a ¶An mala fides noceat successori, dicas ꝙ illa nocet hęredi, non aũt singulari successori in fructib. quęrendis, vt per Bald. in l. 2. C. de pe. hę. & in l. uitia. C. de acq poss. & per Alex. post Bar. in l. & ex diuerso ad fi. ff. de rei ven. & per eũdẽ Bal. in l. 3. C. eod. tit. & in l. sequitur. in § fructus. ff. de vsuc. & uide per Io. An. in add. Spe. in tit. de prescr. in §. fi. in addi. magna. & vide Inn. & D. Ant. & illum in c. si diligenti. de presc. & per Alex. in consil 4. in 2. parte. & in cons 39. in 4. parte cons. 52 & in cons. 80. in eadem parte in cons. 54. in 3. parte. Ant. Fran.

b ¶Conscientia. Malafides prædecessoris nocet eius hæredi bonæ fidei possessori eo prætextu, quia tenetur ad exonerandum animam defuncti, quam aliter exonerare non potest & vide Rom. in l. Pomp. in §. cum quis adminiculo, in 2. col. de acq pos. vbi refert hanc doctrinam D Anto & idem dicit Imo. in repe. c. si 3 co. e. t. & hoc limita verum in successore vniuersali, qui causat totum ius suum a defuncto. nam secus esset, si causaret ius suum ab alio, quam a defuncto, ita singulariter dicit D. Ant in c. cura, in 3 col. de iu. par. & cũ eo, quod dicit hic D. Ant. concordare videtur etiam Bal. in auth ad hoc, C. de 2 su. quem refert & sequitur. Imo in repe. c. fi. in 41. co. inf. eo. n. Sed contrariũ tenet Bal. in l. nihil, C pro hære. & Bar. in l. cum hæredes, in prin. ff. de diuer. & tem. præscri. qui similiter sequuntur Dy. in d regula, possessor & qui vellet tenere istã faciliter responderet ad rationem. D Ant. hic, videlicet ꝙ non debet impediri effectus pręscriptionis ex eo, quod hęredes teneãtur defunctum exonerare, quia præscriptio habet vim sol. vt est tex. in l si pupillus. ff. de adm. tu. & in l. si vnus. § si autem, ff. de in. ur. modo certum est, ꝙ sol. liberasset animam defuncti, ergo &c. ita respondebat do meus Fr. de Are legendo hanc decret. in voce. ¶Adde, ꝙ heres teneatur exonerare conscientiam defuncti. eundem Abb. cõsi. 17 in 2. 1. lib. & an hæres possit pręscribere si defunctus fuit in mala fide, vide Alex. consi. 84 & 110. 1. lib. & an error iuris prosit ad præscriptionem, per eundem consil. 74 4. libr. & an in pręscriptione requiratur titulus, & bona fides per eundem consi. 185. 2. lib.

¶An heres teneatur exonerare conscientiam defuncti, vide quę habentur in c. fi. de sepultu. siue loquamur de suo hærede. siue extraneo. & vide glo. quę tenet quod sic. in l nihil. C. pro hęrede. & tex. Pau. de Ca. & Roma. in l. an vitiũ, ff. de diuer. & tempo pręscrip. & habetur per Pau. de Ca. in l. sequitur. in §. hęres. ff de vsuc. & per Roma. in l. Pomponius. in §. 1. ff. de acqu r. possess. quod est absque dubio verum quãdo heres vult vti accessione defuncti. secus si vult cõputare tempus ex sua persona. & vide Pau. de Cast. in consi. 188. & 143. vbi singu. loquitur. Dicas, quod fructus non super lucrantur. & vide etiam eu consi. 80. & in l. Pomponius. §. cum heres. de vsuc. Ant. Franc.

c ¶Ego vero. Hanc opi. tenet Alexan. in consi. 14. inci. causa nemine, in 3. uol. & late in consi. 63. inci. stantib. his, co. 2. & consi. 99. inci. videtur prima facie, col. fi. in 4. uol. in consi. 3. inci. videretur, in 2. col. in 5. vol. sed idem Ale. sibi contrarius tenet contrarium in consi. 110. inc. uisis, cir. fi. in 3. uol. & in consi. 39. incl. uisis scriptur a, in 3. col. & consi. 134 inc. in causa, cir. fi. in 2. vol. & ita etiam tenet Cor. in consi. 136. incip. ad euidentiam, col. 2. in 1. vol. & in consi. 138. incip. videtur per totum, & consi. 304. incip. rem arduam, col. 1 43. vol. & consi. 277 incip. ad euidentiam, col. pe. 4. vol. Seb. Sap.

ibi per priuilegium generale non erat ius quæsitum in re: ideo valuit secundum speciale, licet de primo non faceret mentionem: & hoc de primo membro. 13 † Venio ad secundum membrum, in quo ampliando & concludendo Inno. dicit sic, q aut ei conceditur aliud priuilegium super separatis, vel super eisdem, vel quasi super executione primæ gratiæ, & non est necesse, q de prima fiat mentio. quia hoc nullibi cauetur. solum. n. p p ndiosam pluralitatem beneficiorum cautum hoc reperitur in materia beneficiorum, vt in c. si motu proprio, de præb. li. 6. & in c. in nostra, de resc. cum si. 14 † Hinc notabiliter dicit Io. An. in ca. 2. de fil. præsb. lib. 6. q legitimatus & dispensatus super defectu natalium, si impetrat postea beneficium, nõ tenetur de priori defectu, vel dispensatione prius facta facere mentionem, quod est menti teoendum. Aut habens priuilegium vel dispensationem cũ certa moderatione seu reseruatione iuris alterius impetrat secundum priuilegium simpliciter præiudicando iuri alterius per primum priuilegium reseruatum, & nõ valet non facta mentione de priori. Et iste est proprius casus huius c. secundum Inn. & bene. Nam Papa prius concessit abbati priuilegium cum certa moderatione & reseruatione iuris diœcesani, vt prius. s. peteret abbas hæc sacramenta a diœcesano proprio, & data ipsius prauitate postularet a quocunque. postea vero impetrauit simpliciter, vt posset recipere a quocunque nõ facta de priori priuilegio moderate concesso mentione, & dr̃, q non valet secundum, quia si Papa sciuisset, non mutasset saltem ita de facili primũ moderatum per secundum moderatum. inf. de decis. c. ex multiplici. 15 † Per quod infert Inn. idem dicendũ, si primo Papa a cõcessit partem [a] alicuius rei, vt decimarum, ex priuilegio, & partem reliquit iuri communi, si postea partem iuri cõi relictam eidem vel alii concedat, non valet, nisi de priori concessione fecerit mentionem, vt hic: secus esset secundũ eum, si a prin. in omnem casum concederet vsum vel libertatem in rem integrã, quia tunc non teneretur facere mentionem de iure communi. alle. no. in c. 1. de rescri. 16 † Ego de hoc vltimo, an in priuilegio ꝯ ius cõe sit fienda mentio de iure cõi, remitto ad plene no. in c. nonnulli, de resc. vbi plene hanc materiã examinaui. D. Ant. tractat in d. c. 1. & Ioã. And. in c. i. de exces. præl. li. 6. Bar. & alii in l. quoties, C. de precib. impe. off. & in l. fi. C. si ꝯ ius vel vti. pub. & in extra uag. ad reprim. in ver. nõ obstantib. priuilegiis. 17 † Sed ad primum dictum alle. pro concordia ad istum tex. valde no. in c. 2. de fil. presb. lib. 6. vbi dr̃, q si Papa dispensauit cum illegitimo, vt defectu natalium nõ obstante possit promoueri ad sacros ordines, & vnicum beneficium curatum obtinere, si postmodum ille sic cum moderamine dispensatus impetrat, vt plura curata possit obtinere, non facta de suo defectu mentione, non valet secunda gratia: quia (vt ibi dicit Ioan. An.) secunda dispositio addit primæ excedendo primum moderamen, ideo non ualet de priori non facta mentione, quia si Papa sciuisset, non concessisset verisimiliter dispensationem ita amplam. & per hoc amplio hunc text. & theoricam Inno. q licet per primum priuilegium non sit alteri ius reseruatum; tamen, si secundum addit primo moderate concesso moderamen excedendo, non valet secundum de illo non habita mentione. si. n. Papa sciuisset, forte dixisset: sufficit tibi gratia primo concessa cum moderatione, ar. in d. c. in nostra. Et hæc singulariter notabis. 18 † glos. in ver. renunciasse, collegit ex tex. q priuilegium, & præscriptio sunt ꝯria, ex quo simul haberi non possunt: imò ingressus vnius, alterius operatur exclusionem. ut hic. Cõtra hoc op. nam iure cõi, & priuilegio potest quis vti, de cõsu. c. cum dilectus. nec renũciat quis iuri militari, licet vtatur iure communi, vt l. 3. de testa. milit. item potest quis simul inniti iuri communi, & consuetudini, vt in c. sopitæ, de cẽs. ergo pari ratione debet quis posse vti præscriptione, & priuilegio, & pro hoc bon. tex. in c. auditis, sup. co. Sol. glos. in effectu, q aut quis impetrat priuilegium iuris collatorium & vr̃ renunciare præscriptioni: quia ex diuersis causis non potest haberi dominium, de fid. instrum. ca. inter dilectos. Aut impetratur priuilegium confirmatoriũ, & tunc secus. Hæc so. mihi non placet, quia licet quis dominium ex pluribus causis non possit acquirere, tamen potest ad cautelã varios titulos multiplicare, non ad effectum consequendi ius ex uariis titulis, sed vt ex illis possit se defendere, vt in c. post electionem, de conces. præb. & ibi dixi, facit ẽt quod no. Io. An. in c. cum personæ, de priui. lib. 6. vbi dicit potest Io. Mona. q vbi dubium est de primo tit. potest res acquiri ex secundo ad cautelam; alleg. d. c. post electionem; facit c. cum dilectus, de cõsue. Idem dicit, quando mihi pinguius succurritur per secundum, arg. in l. 4. ff. ad l. Fal. item q præscriptio, & priuilegium non sunt contraria in effectu, plene prosequitur gl. in regula, nullus plurib. de reg. iur. lib. 6. & ideo dic melius, vt colligitur ex gl. seq. q̃ dicit, q iõ p priuilegium renunciauit præscriptioni, quia priuilegiũ & præscriptio non cõpatiebantur se in casu nostro, quia per præscri. competebat omnimoda libertas, priuilegium vero in se habebat moderamen, vt patet ex litera, secus aũt, si priuilegium concessisset qđ præscriptio, & hunc intellectum sequuntur hic communiter Doc. vnde ponderant hic Host. & Abb. verbum huiusmodi, positum in fi. tex. quod vr̃ restringere dispositionem huius c. ad casum propositum, scilicet cum priuilegium haber formam ꝯriam præscriptioni, cõcludo ergo istam materiam sic, q aut priuilegium habet formam ꝯriam præscriptioni, aut cõuenientem. Primo casu aut præscriptio erat completa, & vr̃ per priuilegium renunciare præscriptioni, ut hic. Idem in alia dispositione cõtraria alteri, ut in priuilegiis contrariis, secundum Inn. facit 32. q. i. c. cum renunciatur, & 11. q. 3. c. existimant, cum seq. Aut non erat completa, & impeditur cursus pscriptionis p p malam fidem superuenientem, vt hic. licet enim ab impetratione priuilegii præscriptio possit inchoari ad limites priuilegii, ut in c. cum personæ, de priuileg. lib. 6. cursus tamen inchoatæ præscriptionis impeditur per priuilegium impetratum simpliciter a me, cum simpliciter impetrando fateri uideatur se credere rem ad se non pertinere. Secundo casu, quando priuilegium nõ contrariatur præscriptioni, ẽt distingue, aut præscriptio erat completa, & dico q nõ renunciat præscriptioni, sed videtur impetrasse secundum titulum ad maiorem cautelam, dicto capitulo, auditis, sup. dixi. Aut præscriptio non erat completa, & impeditur cursus inchoatæ præscriptioni, quia præsumitur in mala fide impetrando priuilegium; potest tamen de nouo ad limites priuilegii inchoari præscriptio, si aliquo facto Intrinseco priuilegium corrueret, vt supra dixi, & hæc vñr de mente Io. An. & Host. licet nõ ita ordinate & clare prosequantur. 19 † An autem sufficiat sola impetratio ad exclusionem præscriptionis contrariæ, seu priuilegii contrarii, an requirat vsus priuilegii. glo. penul. prope medium dicit solum impetrationem sufficere. Inn. variat. primo enim dicit hanc exclusionem seu tacitam renunciationem procedere ex vsu, secus si impetrans non fuisset priuilegio vsus, & postea dicit hanc esse veritatem, q impetrando contrarium priuilegium primo renunciare videtur, renunciatio enim fit secũdum eum non tantum expresse, sed etiam tacite, C. de testam. mil. l. 1. & l. fi. ff. de acquir. hære. & potest quocunque iudicio recusari. ideo Ioan. An. videtur summando decretalẽ regrere vsum. ego vero acquiesco priori dicto, vt sufficiat sola impetratio, quia solus animus ad renunciationẽ sui iuris sufficit. l. si quis ui. §. differentia, ff. de acquir. poss. & 11. q. 3. c. existimant, cum seq. qui satis presumitur ex impetratione iuris contrarii, ar. c. 2. de renun. lib. 6. & iudicio meo probatur hoc in fi. tex. cum dicit: præsertim cum fuerit vsus, &c. 20 † Nam dictio, præsertim, ex proprio significatu denotat idem in casu contrario, ut no. in cap. auditis, de elect. & c. quoniam frequenter, vt lit. non conte. & hæc notabis. 21 † Sed contra prædicta, & contra tex. opp. videtur enĩ q abbas impetrando priuilegium contrarium non potuetit renunciare iuri iam ecclesiæ quæsito per præscriptionem, arg. in c. fraternitatem, de dona. & C. de transa. l. præses, & ff. de pact. l. contra iuris ciuilis regulas, & ff. de dona. l. filiusfam. vbi dicitur, q concessa libera administratione alicui, non intelligitur ei data potestas dilapidandi, vel donandi, vel pactum gratuitum faciendi. So. dicit In. q maior & liberior est potestas prælatorum, q̃ aliorum administratorũ, sicut apparet ex decre. cęterũ, de don. quasi sentiat, q contraria loquuntur in administratione aliis, quam prælatis concessa, sed per hoc non soluitur contrarium. d. c. fraternitatem, de don. vbi dicitur, q prælatus potest ecclesiæ condi-

ADDITIO.

a ¶ Partem. Vide Gemi in c. quoniam. 18. d. & Pet. de Anch. in repe c. si propter, colum. 11. versic. 1. probatur, de rescr. in 6. vbi extollunt hoc dictum. & Felyn. hic inducens ad pulchram quęstionem in materia legitimationis. Seb. Sap.

conditionem meliorem facere, non autem deteriorem. ad idem adduco notabile dictum eiusdem Inno. in c. accedentibus. de excess. præla. vbi inter cætera dicit, q sive sint consuetudines, siue constitutiones, siue priuilegia honorabilia, vel vtilia ecclesiis, illa nunquam videntur illi de ecclesia renunciare per vnum actum, vel per plures, quia etiam si expresse vellent renunciare, non possent: alleg. d. l. præses, & d. l. contra iuris. §. fin. & subdit, si hoc casu omnes de Capitulo vellent facere aliquid contra priuilegiū vel consuetas constitutiones suas, vnus solus posset contradicere, argum. in c. 1. de his quæ fiunt a maio. parte, c. Et forte ob hoc dubitauit Inno. & subiunxit hic, q si ex tali renunciatione læderetur enormiter monasterium, dabitur in inte. rest. de in inte. resti. c. 1. Sol. Io. And. distinguendo inter renunciationem, seu donationem magnā, & paruam, vt leg. & no. in d. c. cæterum, de do. & c. apostolicæ, eo. tit. Vel potest & tertio dici secundum Inno. q ideo tenuit hæc renunciatio, quia ex causa facta fuit, vt. s. abbas fugeret indignationem diœcesani, argumen. c. contra morem. 100. distin. & ff. de separ. l. 1. §. illud sciendum. Concludendo prædicta dico, q aut quæritur, an prælatus possit cum enormi damno ecclesiæ renunciare iura ipsius ecclesiæ, & dicendum q non, vt in d. c. fraternitatem, & in c. cōstitutus, & quod ibi not. sup. de elec. & per Innoc. in d. c. accedentib. Aut quæritur, nunquid possit cum leui præiudicio, & dicendum q

22 sic, vt in d. c. cæterum. & 12. q. 2. c. terrulas. † Hæc vera, nisi

a per pactum [a] vel tacitam renunciationem redeatur ad ius commune. tunc enim puto præiudicari ecclesię non habita distinctione inter præiudiciū leue & graue, ad hoc text. not. in c. 1. & fin. de pact. lib. 6. & quod ponit Fede. cons. 88. alias 112. in fi. & hoc casu potest iudicio meo ille tex. intel

23 ligi. † An autē in hac renunciatione tacite uel expresse exigatur consensus capituli, Innoc. primo sensit q sic. dicit enī notandum, q hæc renunciatio de tam parua libertate, s. q a quocunque volunt accipiant clerici ecclesiastica sacramenta, valet etiam si conuentus causam ignorasset. d. c. cęterum. quod est singulariter not. Postea dicit posse dici, q hic interuenit consensus conuentus, qui semper præsumitur, infra de his quæ fiunt a pręla. c. ea noscitur. Vtrunque dictum est verum in se, & sic limitanda sunt dicta Innoc. in d. c. accedentibus. Vltima pars gl. est facilis & hodie expe-

24 dita in c. 1. eo. tit. lib. 6. † Sed extra glo. quæro: communiter tenetur, q hic abbas cōueniebat episcopum interdicto retinendæ possessionis. episcopus vero conuentus reconuenit actorem interdicto recuperandę, quæritur nunc accumulatis per actorem, & reum his interdictis de modo sententiandi. Sol. hic Innoc. in hoc multum instat: & quia ponit materiam quotidianam, eam prosequar, & pro clariori expeditione sciendum est, q aut actor solus probat intentionem suam, vt quia probauit se possidere tempore lit. cō

b testa. & tempore turbationis, [b] quod est necesse, vt Institu. de interdi. §. hodie: & tunc pro eo fertur sententia duntaxat, vt in c. licet, de prob. aut reus solus probat spoliationē & pro eo fertur sententia ad limites petitionis, argum. hic. Aut uterque nititur probare intētionem suam, s. actor turbationem, & reus spoliationem, & tunc si prius constat de turbatione, quam de spoliatione, pronunciabitur prius ꝓ actore interdicto retinendæ. compescetur enim reus a turbatione, donec sententietur super interdicto, vnde vi, secūdum Innocen. alleg. c. cum venissent, de institut. quod satis placet, ut interim euitetur turbatio, & scandalum, argum. in l. æquissimum, ff. de vsufr. Aut simul liquet pro utroque,

25 quia actor probat possessionem. & turbationem. † Reus vero probat spoliationem, & tunc probat, q ui ab alio possidet. i. q aliū illa re spoliauit, & non prodest conuento, quia non potest se defendere iure tertii, tex. est apertus in l. 1. ff. uti poss. in fi. & hoc ideo contingit, quia ius tertii non excludit prorsus ius agentis. non enim sequitur: spoliaui aliū ergo tu potes me turbare. facit l. bona fides, ff. depos. secus autem esset, ubi ius tertii prorsus excluderet ius agentis, tūc enim potest opponi de iure tertii, ut l. cum seruum. C. de ser. fu. no. Bar. in d. l. 1. §. fin. quod est no. ad hoc reducas prolixe no. per Io. An. in c. mandatum, de rescr. vbi discutit post alios, an & quando liceat de iure tertii proponere. Aut probat conuentus, q ab eo possidet vi, & hoc casu Innocen. ponit opi. Quidam enim dicunt, q fertur sententia super utroque, sed illa executioni non mandabitur, nisi super interdicto, unde ui, quasi sententia restitutoria trahat ad se & absorbeat sententiam super turbatione, argumen. in c. cum dilectus, de causa pos. & proprie. Alii (ut refert Innocen.) dicunt, q hoc casu nulla sententia fertur super interdicto, uti pos. & ita intelligunt isti. l. 1. §. fi. præalle. ubi dicitur q si aliquis ui, aut clam, uel precario, ab aduersario possidet, q non debet uincere in interdicto, uti poss. & exponunt illa uerba. i. nulla sententia super isto interdicto debet ferri. Sed primi, qui tenent q sententia debet ferri (qđ est tutius secundum Inno.) exponunt ista verba legis, quæ dicunt q possessor non debet vincere hoc casu. s. cum effectu: quia illa sententia non mandabitur executioni, quod tamen tunc tantum obtinet secundum Innocen. quando conuentus uti pos. reconueniebat actorem interdicto unde vi. si enim aliter vellet intelligere illam, l. scilicet q interdictum uti pos. non competit contra spoliatorem cum effectu, & q reus possit excipere de spoliatione sua, sequeretur hæc absurditas secundum eum, scilicet q nulla sententia super interdicto, uti pos. ferri posset, probata spoliatione: quia si ferretur sententia, q reus, qui probauit spoliationem, cesset a molestia, expresse contradiceret d. l. 1. in fi. vbi dicitur q actor non debet uincere probata violentia, vel clandestinitate, seu precaria possessione. si uero iudex absolueret reum spoliatum ab impetitione actoris, hoc ēt non potest stare, quia per consequens concederet, q molestaret possessorem, quod est falsum, cum etiam prędo sit in sua possessione defendendus, ut sup. de restitu. spo. c. in literis. Item si liceret eidem spoliato turbare, eadē ratione & spoliare, quod falsum est, quia etiam ipsi priori spoliatori competit interdictum contra secundū spoliatorem & primo spoliatum ut in pręalle. decr. in literis, & quod ibi not. Item secundum eum per prædictum modum agendi. s. uti pos. & excipiendo de spoliatione nō fiet rei restitutio spoliato: quia nec ad hoc actum est, nec interdictum, uti poss. institutum est ad possessionem recuperandam. Item si cōstat, q male fecit iste spoliatus qui turbat possessorem, ergo debet puniri. & si diceres forte (vt aliqui inaniter somniauerunt) q punietur per alias actiones. s. per actionē iniuriarum uel per officium iudicis, certe hoc non procedit ſm ipsum, q a actio iniuriarū est ꝓdita ad vindictā tm̄, vnde per

ADDITIONES.

a ¶ Pactū. No. diligenter, q pactum vel tacita renunciatio pacti pōt præiudicare ecclesiæ, qñ per hoc reuertitur ad ius commune, & hoc siue præiudiciū sit leue, siue graue. Adde quia res de facili reuertitur ad naturam suam. l. si vnus. §. pactum, ver. q in specie, ff. de pac. & c. ab exordio. 35. dist. & ibi glo. ad idem facit quod tenuit plenius Pau. de Leaz. in c. cum venissent, in vlt. col. de in inte. restit. vbi concludit valere consuetudinem, q episcopus possit prouidere de prælato omnibus ecclesiis et collegiatis, licet in illis habeat iniam confirmationem, eo q hoc modo res reuertitur ad naturam suam & ad ius commune. Ad quod vide gl. in c. [illegible] in prin. in gl. magna, de ele. in 6. ad idem Abb. Pan. in consi. 25. q incipit, canonicus regularis, in 2. col. vbi tenet, q licet clericus non possit consentire in alium iudicem sine consensu sui episcopi. c. significasti cum si de fo. compe. tamen clericus subiectus prælato inferiori ab episcopo ex iure speciali si consentiat in episcopū, non requiritur licentia illius prælati, cum ex hoc iurisdictio redeat ad naturam suam & ad ius commune. ad idem facit quod tenuit Pan. in d. c. significasti, in 4. col. & plenius idem Pan. in sua dispu. inci. duo clerici ab ordine insigniti &c. q licet exemptus, qui hēt priuilegium exemptionis, non possit se submittere extraneo superiori sine licentia Papę, qui priuilegiū exemptionis concessit, tamen bene posset se submittere iurisdictioni illius iudicis, qui alias erat suus iudex ordinarius absque alia licentia Papę: quia hoc modo res reuertitur ad ius commune. ad idem facit quod dicit idem Pan. in c. verum, in 15. col. ante mediū, ver. si ergo ecc. &c. & in c. licet. in vlt. col. circa medium. de fo. comp. vltra prædicta, quæ omnia sunt dicta ipsius Pan. potest etiam confirmari dictum Pan. hic per illud quod no. D. An. in c. constitutus, in 1. col. de transa. vbi dicit, q licet prælatus inferior non possit regulariter transigere sine consensu episcopi. c. de cætero, eo. tit. tñ qñ agitur de recuperando pristino iure ecclesiæ deperdito, poterit facere trāsactionem sine consensu episcopi, ad hoc, ut facilius reuertatur res ad naturā suam, & dicit esse tex. sin. in c. 1. de pac. in 6. alle. hic per Ab. Ad idem facit, q dicit Do. in d. c. ab exordio. 35. distin. vbi dicit, q licet clericis iam promotis non possit superior indicere asperiorem uitam eis initio, ut hī in c. propolui sti. 87. dist. & per gl. ord. in reg. q omnes, in 6. tñ si indicit asperiorem vitā reducendo ad statum antiquū, a quo erant collapsi, non requiritur consensus omnium, ut no. in c. cum omnes. de constitu. ad idem, facit quod dicit Pet. de Anch. cons. 185. in impressione Roma. inc. qđ vr̄ magis dubia, q̄ appareat prima facie &c. in vlt. col. q mater, quę erat relicta dña & vsufructuaria mortuo filio dēt habere integrum vsumfruct. quia cessante fauore filii res facile redit ad naturam suam, & sic legatum interpretatione consuetudinis alimentorum conuertitur in legatum vsufr. dictum tamen Pan. hic & prędicta limito verā, & vera, qñ quo ad oēs redimus ad ius cōe, sed qñ rediremus quo ad pręiudiciū & damnum aliquorum, non procederent, tex. est secundum communem intellectum quem ego solus ad hoc pondero, in c. cum omnes, de constit.

b ¶ Tempore turbationis. Quæ sint necessario probanda in possessorio retinendę, ponit Bar. in l. 1. § interdictum, ff. uti poss. & Lanfran. de Ori. in repetit. de causa poss. & proprie. col. 8. versi. 2. conclusio. Sebast. Sap.

de per hoc non consequeretur possessor, ꝙ cesseretur ab eius molestatione. quare concludit Innocẽ. ꝙ verba illius l. 1. in prin. & in fi. ubi dicitur: ꝙ possessor non obtinebit in interdicto uti pos. ꝯ istum, quem spoliat. sic sunt intelligenda. s. si reus ante lit. cont. excipiat ꝯ agentẽ interdicto vti pos. nõ esse audiendum, nisi prius restituat rem, de qua agitur qua reum prius spoliauit. ad hoc c. super spoliatione, de ordin. cog. vel si directe proponat interdictum, vnde vi, contra **26** agentem, vti pos. † Vult ergo in effectu, ꝙ conuentus hoc interdicto habeat duplex remedium. primum, vt actorem expellat ab agendo proponendo spoliationem suam per viam exceptionis ante lit. contes. secus si post, arg. eorum, quæ le. & no. in c. 2. & c. fi. de ordi. cog. secundum, vt directe contra actorem intentet interdictum, vnde vi; & probata spoliatione obtinebit ipse solus in effectu, licet etiã pronunciari debeat super interdicto, vti pos. sed sententia nõ mandabitur executioni, argum. ca. cum dilectus, de causa poss. & propr. & ad hanc breuem conclusionem potest reduci tota ista gl. fi. no. sed voluit tota sua verba recitare, vt videas sua subtilia motiua. Bar. tamen in d. 1. §. fi. non placent hæc dicta. pondera tex. in d. l. 1. in fi. in eo, quod dicit, ꝙ possidens, vi, clam, vel præcario a conuento nõ dẽt vincere in hoc interdicto, vti possidetis. ex hoc enim verbo, vincere, ostenditur, ꝙ hęc exceptio non est præcise examinanda ante lit. contest. sed postea ad merita causæ vsq; ad tempus diffinitiuæ. nam si ante lit. contest. examinaretur, non posset diffinitiue pronunciari, vt in c. quoniam, vt lit. non conte. ad idem tex. iuncta l. 1. in princip. ff. vti poss. vbi prætor dicit vim fieri veto quominus possideas vti possidebas non vi, nec clam, nec præcario; & sic habuit respectum ad diffinitiuæ tempus, & non ad processum. nil tamen specifice attingit quid iuris, cum proponitur spoliatio per viã actionis, nec respondet ad absurditates. Innoc. tamen colligit vnum singulare dictũ, quod est de directo contra fundamentum Innocen. dicens deiectum posse inquietare deiectorem suum quandocunque, nec tenetur interdicto vti pos. sed repellere non licet, nisi in continenti. l. 3. §. cum igitur, ff. de vi & vi ar. & c. olim. de restitu. spo. & ita dicit tenere gl. in l. vnia. C. vti pos. quod est menti tenendum. Do. Anto. sequitur Bar. vt exceptio spoliationis possit opponi hoc casu etiam post lit. cõtesta. Item dicit, ꝙ si spoliatio fuit deducta per viam actionis & probata, non est pronunciandum super interdicto vti poss. dummodo dicat conuentus non esse sententiandum, licet aliud sentiat Innocen. Mouetur, quia hæc exceptio spoliationis est peremptoria, quæ potest quandocunque opponi, & quia in exceptioniib. sufficit proponi factum, ex quo colligatur exceptio, & quia directa etiam contraria actio habet finem exceptionis: quãdoque negat ius agendi. nam si dicis te dominum, ego contra dico me dominum, licet agendo excipiam te dominum non esse, & quia notorie constat agentem non habere ius agendi, potest & debet iudex sententiare pro agente recuperandæ, & non pro agente vti poss. Item quia inanis esset illa pronunciatio, si in effectu non mandaretur executioni, si liceret turbare, liceret spoliare; quod est falsum. d. c. in literis. quia aliud est in turbatione, quam in spoliatione, vel econtra. spoliatio enim secunda purgat vitiũ primæ spoliationis, sed non turbatio: & quia plus est spoliare, quã turbare. non obstat ꝙ spoliato detur remedium ad recuperandum: fortius dabitur ad defendendum: quinimo secundum D. Anto. fortius datur ad recuperandum propter rationem præcedentem. Non obs. ꝙ iniuste faciat turbando, quia ibi iniuste facit, donec liqueat de violentia: sed iuste facit, & fecisse censetur factum hoc liquidando: & hoc satis placet. Sed concludendo latius & clarius dico, ꝙ triplex **a** remedium[a] competit conuento, uti possid. qui prętendit se spoliatum ab actore. Primum, vt eum repellat ab agendo excipiendo de sua spoliatione ante lit. contest. & hæc exceptio dilatorie proposita operabitur effectum repulsiuum, non quia detrahat iuri agendi, vti possidetis, cum non opponatur peremptorie, sed ex priuilegio tributo spoliato. non enim compellitur respondere spoliatori ante restitutionem: vt in c. 2. in fi. de ord. cog. & ꝙ hæc exceptio ad effectum repulsiuum agendi debeat proponi ante lit. contes. est tex. iuncta glo. in ca. 1. 2. quæst. 2. Secundum remedium est, vt de expoliatione excipiatur peremptorie, & sic post lit. contesta. vsque ad sententiam, seu donec fuerit in causa conclusum per dictam l. i. in princ. & in fi. ff. vti possid. qua probata, debet actor succumbere: sed non fiet restitutio cõuento, si hoc non competit: quia ordinata ad finem repellendi non consequuntur effectum consequendi, vt probatur in d. l. 2. de ord. cog. Non obst. si dicatur, ꝙ secundũ hoc licebit spoliato impune illum molestare: quia dico ꝙ aut istum molestabat in possessione subtracta, & non hẽt spoliator, de quo conqueratur, cum possit sibi prouidere restituendo possessionem violentam, & ipse fuit & est istius turbationis causa. non enim voluit prætor talem in violenta, & iniqua possessione defendere, ne sit iniquitatis fautor, & ne inde procedant iniuriæ, vnde iura nascuntur, in c. qualiter & quando inf. de accu. & l. meminimus. C. vnde vi. & hæc potuit esse ratio decidendi in d. l. 1. vbi dicitur, ꝙ talis violentus vel clandestinus non debet in hoc interdicto, vti poss. vincere, sicut in simili iura mandant actorem in possessionem rei petitæ mitti, ut reus cõtumax tædio affectus veniat responsurus, vt in c. quoniam, §. in aliis, ut lite non contest. Tertium remedium est, vt conuentus deducat spoliationem suam directe proponendo interdictum recuperandæ, sicut videtur fecisse Episcopus. quo casu probabiliter potest de modo pronunciandi dubitari vtroque probãte intentionem suam. Opiniones hincinde sup. vidistis. mihi placet opinio, vt non pronuncietur pro actore in interdicto, vti possi. quia ex probationibus conuenti clare constat, ꝙ sibi ius non competit. noluit enim prætor in hoc interdicto uti possi. subueniri violento possessori contra spoliatum. d. l. i. & satis est ꝙ constet illum violentum possessorem, argumen. c. ecce. 24. quæst. 3. Item reus petendo illius possessionis restitutionem satis videtur excipere, vt pro illo non pronunciet: quia qui vult consequens, vult & antecedens. l. illud. ff. de acquiren. hær. & c. cum M. & quod ibi no. de consti. & ca. ex parte, de spon. unde poterit iudex sic pronunciare: quia tu actor probasti possessionem, & turbationem, erat pro te pronunciandum, sed quia reus probauit, ꝙ ui ab eo possides, & petit sibi possessionem restitui, ideo eum restituimus, & te condemnamus ad possessionẽ **27** libere relaxandam, & hæc sufficiant in hoc articulo. † Vltimo quæro, quia tex. in d. l. i. ff. vti possi. dicit, ꝙ non debet actor in hoc interdicto vti poss. vincere contra reum, a quo possidet vi, vel clam, vel precario, qñ dicitur actor sic possidere? Sol. dicit Innocen. ꝙ licet Azo. in summa, uti possi. faciat magnas difficultates in expositione illorũ uerborum, ipse tamen Innocen. simpliciter dicit, exponendo possideo a te vi. i. uiolenter tibi abstuli; & sic de aliis. Bar. in d. l. 1. §. fi. dicit ꝙ salua reuerentia Innocen. labor Azo. non fuit indebitus. causa est secũdum: quia ad hoc, vt istud interdictum alicui competat, necesse est, ut ipse possideat. unde si ego possideo vi, clam, vel precario, quomodo potes tu agere contra me, si non possides? Et ideo laborat multũ Bart. in ponendo exempla, ꝙ vterque actor, scilicet & reus possideat, & eorũ alter possideat ui, clam, uel precario. Sed profecto parcat mihi reuerentia Bart. licet hoc possit contingere, non tamen est necesse, quia pariter interdictũ, uti pos. datur non solum inter duos qui cõtendunt possidere, vt l. si duo. in prin. ff. vti pos. le. & no. in c. licet de proba. sed etiam datur possessori ad tuendam suam possessionem contra aduersarium, qui eum turbat & inquietat, licet non possideat, nec possidere contendat, ut d. l. 1. §. est igitur, & le. & not. in d. c. licet, in gl. in ver. vti possidetis, & in c. audita, de resti. spo. quapropter tenendo, ꝙ actor solus possideat, clare patet expositio illorum uerborum secundum Innoc. potes enim a me, vel ab alio vi possidere, quia me a possessione deiecisti clam, quia me absente clam fuisti possessionem meam ingressus. precario, quia ad preces concessi tibi, vt possideres. Si postea contra me te in possessionem turbantem agis hoc interdicto, vti poss. potero excipere, quod vi, aut clam, uel pręcario possides. & si a me, deberes succumbere: si ab alio, secus: qa quo ad me libere & iuste possides. d. l. i. in fi. & ẽm hanc uiã res est clarissima. Sed si teneremus ꝙ vterq; possideret: sed alter ui, clam, uel precario. qđ esse põt. d. l. si duo, in princ. tunc est difficultas in proponendis exem-

ADDITIO.

a ¶ Triplex remedium. Vide Lãfr. in prępall. repe. rub. de cau. poss. & propr. col. 13. ver. septima conclusio, vbi dicit, ꝙ spolians non potest conueniri possessorio, uti possidetis, & ideo potest impune turbare in possessione fundi, quo fuit spoliatus, etiam si turbaret ex interuallo.

exemplis: & forte hoc casu laborauit Azo. sed dic bñ, ut no. in d. l. 1. §. qui aut clam alter possidet. Si ergo eram dñs, alius erat fructuarius, qui possidebat naturaliter; tu iniisti & fructuarium deiecisti, vi certe possides a fructuario, nõ a me domino. vnde vterque nostrũ possidet, ego ciuiliter, & tu naturaliter: & vterque nostrũ est tuendus in possessione: quia tu non debes me turbare in possessione mea ciuili, nec ego te in tua naturali: sed si tu possides vi, aut clam a me naturaliter, debes succumbere. vt in d. l. si duo. & in eisdem terminis pone exemplum, quando alter possidet iuste, scilicet respectu iustæ ciuilis possessionis, alter clam, vel precario respectu naturalis. Respectu vero eiusdem speciei possessionis non potest hoc contingere, quia duo eandem rem eodem modo insolidum possidere non possunt, vt in c. licet, de proba. Quid autem si de facto vterque pariter probauit se possidere insolidum? dic vt dixi in

27 d. c. licet: & per hæc habes clare hunc articulum. † Quærit insuper Innocen. an sententia pro possessore lata in interdicto, vti possidetis, pariat exceptionem rei iudicatæ, si idẽ contra quem iudicatum fuerit, agat nunc pro eisdem reb. interdicto, vnde vi? & respondet quod non: quia alia est actio, & ad aliud agitur nunc, quam prius, ff. de exce. rei iu. l. cum quæritur, cum duabus sequen. & supra, de testi. in c. cum causam, quæ inter œconomicum: & quia sententia iudicis primo lata in interdicto vti poss. non prohibet molestationem iuris, sed facti, quandiu possidet. hic autem con-

29 stat, quod re euicta ab eo iam non possidet. † Illud autẽ certum est secundum eum, quod is qui in interdicto vti poss. succubuit, possit proponere rei vendicationem, quare ergo similiter proponere interdictum, vnde vi, non poterit, vel aliam competentem actionem? diuersitatis ratio non apparet: ergo idem est dicendum. C. de liber. præter. & ex-

30 hæred. l. i. † Si autem non egi, vti possideris, sed confessoria, petens aduersarium a sua molestatione compesci, & obtinui: tunc reus non poterit agere, vnde vi, vel alio interdicto: & ratio est secundũ eum quia in primo iudicio in quo fuit confessoria intentata, actum fuit de proprietate, quæ præiudicat omnibus possessoribus supra de caus. poss. & proprie. c. cum dilectus. q; autem confessoria sit actio in rẽ in iis corporalibus, probatur in l. si forte, ff. si ser. ven. & in

31 §. econtra. Insti. de ac. † Vltimo ultra Doct. hic quæritur, q; d si actor succubuit, quia nõ probauit se possidere, nunquid debeat condemnari reo in aliquo saltem, vt eum de cætero in sua possessione non molestet? Glo. in l. 1. C. vti possi. dicit quod non, sed reus debet absolui. latius hoc prosequitur Bar. in d. l. 1. ff. eod. dicens, quod aut reus absoluitur: q; actor non possidet, & tunc actor ad nihilum condemnabitur respectu possessionis, de qua agitur, quasi secus respectu expensarum. nam in his distinguendum est, vt no. in c. finem. de dolo & contum. Aut reus absoluitur, quia docuit se possidere iuste, & poterit actori imponi silentium, ne eũ de cætero molestet. l. circa, ff. de proba. No. bene hoc dctũ. sentit enim, quod si super libello actoris reus probat de iure suo, est pro reo pronunciandum, licet expresse hoc non petierit: de quo vide quod plene dixi in ca. ex conquestione. de restitur. spolia. Si autem docuit se possidere simpliciter, tunc secus secundum eum: quia posset esse, quod possidet ab aduersario vi, clam, vel precario. hoc mihi non placet, quia donec aliud appareat, possidens præsumitur iuste possidere, vt l. fi. C. de rei ven. Item tunc possessor non debet in hoc interdicto vincere, cum appareat quod vi, aut clam, vel precario possidet. d. l. 1. in princ. & in fi. secus ergo, vbi non apparet de iniustitia possessionis, facit d. ca. licet, de proba. nam in dubio possessor præsumitur in bona fide, vt plene dixi supra eodem c. si diligenti. Aut non constitit, actorem vel reum possidere aliquo modo, vt puta q; actor erat colonus, vel creditor missus in possessionem ex primo decreto, vt l. si duo. §. creditores, ff. uti possi. & tunc non est dubium, quod reus venit absoluendus, vt in dicto §. creditores: tamen actor in nullo sibi cõdemnabitur, vel præiudicabitur secundum Bart. quod intelligo secundum prædicta, quia reus non probauit se possidere. Quandoque contingit, q; vterque possidet, sed diuersi modo, ut quia vnus ciuiliter, & alius naturaliter, & quilibet debet obtinere in specie sua, si iuste quisque possidet, de quo dic vt sup. latius dixi, & ad materiam ampliandam vide plene not. in d. c. licet, de proba. & per Bart. in d. l. i. §. fin. & l. si duo, ff. vti poss. & hæc no. Nico. Abb.

SVMMARIVM.

1 *Papa potest tollere ius ciuile in concernentibus animam.*
Lex continens in se peccatum etiam veniale est ipso iure nulla.
Subditi non tenentur parere superiori contra legem Dei.

2 *Constitutio, quæ absque peccato mortali seruari non potest, est cassanda & annullanda.*

3 *In bona fide dicuntur illi, qui non habent scientiam rei alienæ.*

4 *Bona fides requiritur de iure canonico omni tempore in præscriptione.*

5 *Mala fides potest & debet probari per illum, qui dicit eam fuisse in præscriptione, vel quia præscribens confessus fuit in iudicio, quod res erat aliena.*

6 *Malafides interuenisse in præscriptione probatur, quia fama erat in loco, quod res erat aliena.*

7 *Præscribens, an teneatur docere de titulo? vide remissiue.*
Præscriptiones iurium currunt ex negligentia non petentis.

8 *Præscriptio libertatis in seruitutibus vrbanorum prædiorum non currit, cum præscribens vtitur facto suo, videlicet altius tollendo ædes suas: sed præscriptio seruitutis rusticæ causatur ex mera negligentia non petentis.*

9 *Debitor, an præscribat tam in foro fori, quam poli contra suum creditorem negligentem petere, si ipse debitor ignoret se debere. 13. 14. 15. vel sciat, 18. 21. 23. 30.*
Statutum, quod si quis non petierit debitum intra tantum tempus, quod cadat a iure suo, vel vlterius non audiatur, an valeat? 13. 18. & sequen.

10 *Renunciare non potest quis iuri introducto in odium alterius, vt præscriptioni, & Macedoniano.*

11 *Actiones temporales, & quanto minoris, & redhibitoria de iure canonico finiuntur tempore a iure ciuili statuto.*

12 *Actiones vel accusationes criminales, quæ post certum tempus non possunt amplius intentari iure ciuili, non præcludunt viam, quin in foro canonico intententur.*

13 *Debitor an, & quando teneatur ire ad domum creditoris offerendo debitum vel econtra, vide remissiue.*

14 *Nulla, ista dictio est uniuersalis negatiua excludens omne sub ea contentum, aliquando secus, vide nu. 35.*

15 *Via illa est tenenda, per quam vitatur peccatum, quia est tutior.*

17 *Iura & actiones veniunt appellatione rei, vel bonorum.*

19 *Mora interpellat pro homine in foro contentioso, sed non pœnitentiali. fo. 10.*

22 *Denunciatio euangelica potest semper intentari, vbi subest obligatio naturalis.*

24 *Præscriptio vbi fuit inducta debitore ignorante debitum, non habet locũ denunciatio in foro ecclesiastico.*

25 *Debitor quando præscribit contra creditorem, an & quo casu tollatur obligatio naturalis?*

26 *Denunciatio in foro ecclesiastico non potest intentari quando denegatur actio de iure ciuili ob magnam æquitatem.*
Exceptio Macedoniani, & Velleiani & similes habent locum in vtroque foro.

27 *Denunciatio in foro ecclesiastico tunc demum habet locum, quando obseruantia iuris ciuilis induceret peccatum.*
Præscribens non tenetur restituere rem præscriptam in nullo foro, si post præscriptionem superueniat malafides. 37.

28 *Præscriptio longissimi temporis sine titulo æqualis est in fauore præscriptioni longi temporis.*

29 *Filiusfamilias non tenetur restituere mutuum etiam in foro animæ.*

30 *Debitum vigore sententiæ an præscribatur adeo, quod contra præscribentem non possit intentari denunciatio in foro ecclesiastico?*

31 *Sententia declarat non autem inducit.*

32 *Sententia præsumitur iusta præsumptione iuris & de iure, in qua præsumitur infuisse naturalis obligatio.*

33 *Feudum an præscribatur eo quod præstiterit seruitia domino per plura tempora?*
Præscriptio de iure ciuili nunquã currit cum malafide, quæ pariat actionem, sed exceptionem sic, de iure canonico nec exceptionem parit.

34 *Allegans præscriptionem non necessitatur allegare bonam fidẽ, quia præsumitur.*
Præscriptio si fuerit capitulata, censetur fuisse capitulatum de titulo, quãdo requiritur.

35 *Statutum dicens, quod in casu nulla currat præscriptio, non excludit præscriptionem longissimi temporis.*
Præscriptio an possit tolli per priuilegium?

36 *Dispositio istius capituli an se extendat ad præscriptiones præcedentes.*

38 *Præscriptio an currat vel interrumpatur, si præscribens habuit aliquando conscientiam læsam, sed in fine non.*

39 *Titubans an præscribat.*

40 *Bonæ fidei possessor rectissime quisque dicitur, quamdiu possidere se ignorat alienum.*
Ignorans non habet, nec bonam, nec malam fidem.

41 *Prælatus qui habet scientiam rei alienæ, quam nomine ecclesiæ possidet, an teneatur illam restituere. 42.*

Prælato ſolo non creditur etiam ut teſti. 24.

43 *Confeſsio prelati aſſerentis rem per eccleſiam poſſeſſam eſſe alienam, an eccleſiæ habenti bonam fidem preiudicet.*

45 *Emens bona fide rem alienam ſi antequam preſcribere finiat, ſcit rẽ fuiſſe alienam, quod remedium habebit.*

De euictione non agitur antequam res euincatur licet ſciatur, quod eſt aliena.

46 *Mala fides quomodo probetur, & quomodo purgetur.*

CAP. XX.

QVoniam omne. Poſſeſſor malæ fidei nullo tempore præſcribit. ita communiter ſummatur. ſed per hoc ſummarium nihil induceret de nouo iſte tex. cum eſſet prouiſum ſupra eod. in c. vigilanti. ideo plenius ſummo ſic. Nec in foro canonico, nec ciuili valet præſcriptio cum mala fide. h.d. Diuiditur in quatuor partes. In prima ponit conſtitutionis cauſam. In ſecunda conſtitutionem, ibi: Synodali, in tertia infert ex cauſa, ibi: Cũ generaliter. In quarta concludit, ibi: Vnde. Caſus literalis. Quicunque facit contra conſcientiam, ædificat ad gehennam. & ideo ſtatuit Concilium, quod nulla valeat pręſcriptio abſque bona fide tam canonica, quam ciuilis, quia generaliter omni conſuetudini & cõſtitutioni derogandum eſt quæ ſine peccato mortali ſeruari non poteſt. ideo oportet, vt qui rem alterius præſcribit, quod in nulla parte pręſcriptionis habeat malam fidem. Not. principium, quod omne, quod non ex fide eſt, peccatum eſt. ſunt verba apoſtoli ad Ro. 14. in fi. quæ expone, vt plene proſequitur Gratia. 28. quæſt. 1. c. i. §. ex his. vbi dat duas expoſitiones. ſed prima mihi placet ad propoſitum noſtrum, vt dicamus, ꝙ omne, quod contra conſcientiam fit eſt, peccatum. vnde capitur hic fides pro conſcientia, vt voluit etiam hic glo. i. habens enim rei alienę conſcientiam, pręſcribere conatur ꝯ conſcientiam, & ideo peccat, vt in c. literas. de reſtit. ſpo. merito non iure poteſt præſcribere. Quot autem modis capiatur fides, vide per glo. ſatis plenam ſuper rub. de ſumma Trin. quam notabis. No. ſecundo, quod ſynodus quandoque ſumitur pro Concilio generali, concor. cap. 1. de ſpon. quandoque ſumitur pro ſynodo quam facit Epiſcopus. in-

1 fra de accu. cap. ſicut. Not. tertio ſecundum verum intellectum, Papam poſſe tollere ius ciuile in concernentibus animam ſeu peccatum, eſt enim in talibus ſupra omnem creaturam, vt in c. nouit. de iud. voluit Bar. in l. priuilegia. C. de ſacroſanct. eccleſ. vide glo. in regula, poſſeſſor, de regu. iur.

2 lib. 6. † No. abolendam & caſſandam eſſe conſtitutionem, quæ abſque peccato mortali ſeruari non poteſt. Ego dico, quod talis conſtitutio eſt ipſo iure nulla, quia de ſubſtantia legis eſt, vt ſit iuſta & honeſta. 4. diſt. ca. erit autem lex. Si autem continet peccatum, non poteſt dici lex. Item ſi contineret aliquod inhoneſtum, quod tenet Bart. in l. omnes populi, ff. de iuſti. & iur. & in l. fi. C. ſi contra ius vel vti. pub. quinimmo talis legis promulgator tanquam contra ius diuinum diſponens conuincitur potius errare, quam legem condere. 25. quæſt. 1. ca. ſunt quidam. nec tali legi debent ſubditi parere, ne obediant inferiori contra legem ſuperioris, ſcilicet Dei. 11. quæſt. 2. cap. qui reſiſtit, & c. Iulianus, & ad iſtum tex. qui dicit tali conſtitutioni derogandũ intelligo de facto. nam de iure eſt irrita per ſupradicta. Et

a idem videtur, ſi continet in ſe peccatum veniale[a] argumẽ. in c. 2. de pact. lib. 6. cum ſua glo. quod tenet hic Do. Anto.

3 facit quod no. glo. 14. diſtin. in ſumma. † Not. ꝙ ille dicitur

b eſſe in bona fide,[b] qui non habet conſcientiam rei alienæ,

4 quod clarius probatur in c. ſi virgo. 34. quæſt. 2. † No. vltimo, quod de iure cano. non ſufficit bonam fidem aſſiſtere in princ. ſed requiritur toto tempore præſcriptionis. Gl. 2. diuiditur. in quatuor partes, primo enim oppo. de c. cura, de iure patron. vbi videtur currere præſcriptio cum mala fide. Gloſ. non ſoluit. Ioan. An. dicit, quod ibi ſoluitur. dic quod vario modo, ſed mihi placet illa ſolutio, quod præſcribens errabat in facto, & ſic non erat in mala fide, & dic vt plenius not. Secundo glo. quærit, quando quis dicatur habere bonam fidem. remittit ad no. in c. ſi diligenti, ſupra

5 eod. dic vt ibi plene no. † Tertio gloſ. quærit, quid ſi actor, contra quem allegatur pręſcriptio, vult probare, quod pręſcribens habuit ab initio, vel medio tempore malam fidẽ, arguit pro & contra, & tandem concludit, quod debet ad probandum admitti; ſed de hoc ego non dubito, quod ſi habuit illo tempore durante curſu præſcriptionis malam fidem, non potuit præſcribere, vt hic in fin. probatur; & in c. veniens, in fi. ſupra eod. & in regula, poſſeſſor, de reg. iur. lib. 6. debet ergo admitti actor ad probandum, quod detrahit ſubſtantiæ præſcriptionis, & interimit intentionẽ, ſeu

6 exceptionem illius rei. † Qualiter autem probabit malam

b fidem?[b] dic per famã, quæ erat in loco in quo erat res aliena, vel ꝙ ipſe præſcribens fuit aliquando hoc confeſſus extra iudicium, de quo vide per Bar. in l. Celſus, ff. de vſuc. &

7 dixi ſup. in tractatu huius tit. † Vlt. gl. quærit, an præſcribẽs teneatur docere de tit. & remittit ad no. in c. ſi diligenti, ſupra eo. & tu vide quod ibi dixi, & habes tex. expreſſum in c. 1. eo. tit. lib. 6. dic ut ibi. Quero capiendo gl. 3. an per hoc c. ſint iura ciuilia correcta, quatenus admittunt ſic pręſcriptionem cum mala fide? gloſ. primo adducit iſtum tex. pro parte affirmatiua in eo, ꝙ tollit præſcriptionem canonicã, & ciuilem non ſuffragante bona fide, & hanc opin. dicit tenere Ioan. quia ratione peccati ſecundum eum potuit eccleſia legibus ciuilibus præiudicare, de iud. c. nouit. ſecundo refert gl. opi. contrariam, ꝙ peccatum debet conſiderari quo ad ius diuinum, non autem quo ad forum ciuile. & ſecundum hanc opi. exponitur tex. can. i. cum agitur de re ſpirituali præſcribenda, ciuilis cum agitur de re ciuili. i. nõ ſpirituali, & ſic tollitur præſcriptio quo ad forum eccleſiaſticum duntaxat. Tertio gl. reſpondet ad opi. Io. quam approbat, quoniam lex ciuilis conſiderat negligentiam non petentis, ſed canon conſiderat peccatum mala fide pręſcribentis: ideo canon pręualere debet propter animarum periculum. hanc opi. tenet hic Innoc. dicens, ꝙ ratione peccati canon potuit corrigere legem, argum. c. nouit, de iudic. idem Hoſt. & Ioan. An. in regula, poſſeſſor, de reg. iu. lib. 6. in gloſ. & in Merc. Aduerte, vbi præſcriptio cum mala fide cauſatur ex iniuſto poſſidere præſcribentis, omnes conſentiunt, ꝙ ratione peccati ſtandum eſt canoni, ut no. Bar. in l. priuilegia. C. de ſacroſanct. eccl. ; nam & ipſe imperator dicit, ꝙ in iſtis lex non dedignatur ſacros canones imitari, & ſic ſubiicit ſe diſpoſitioni canonicæ, vt in Aut. vt cle. apud propri. epi. pri. conue. §. pe. coll. 26. & in c. clerici. de iud. & in c. 1. de iur. cal. diſpoſitum ergo in huiuſmodi ſpiritualib. ꝑ canones poteſt dici diſpoſitũ per leges, facit quod de concubinatu, & ſimilib. no. Io. An. in regula, ſine culpa, in Mer.

8 † Sed quandoque præſcriptio cauſatur ſine poſſeſſione & facto pręſcribentis, ut in actionibus, debitor enim nil poſſidet, quod ſit creditoris. nam licet rei ſibi mutuatæ dominium habeat. l. 2. ff. ſi cer. pet. tamen non ipſe dicitur poſſidere actionem, cum detur contra eum, & ſit penes ipſum creditorem. Vide aliud exemplum in pręſcribenda libertate contra ſeruitutem ruſticam, in qua non requiritur aliquod factum pręſcribentis, ſed ſola negligentia non vtentis, ſecus in præſcribenda libertate ſeruitutis vrbanæ, quia tunc requiritur factum hominis. exemplum in hoc vltimo. ſi ędes tuæ ædibus meis ſeruiant, ne altius tollantur, vel luminibus ædium mearum officiatur, & ego feneſtras meas ꝑ tẽ fixas & clauſas habuero, ita demum ius meum amitto, ſi tu per hoc tempus ædes tuas altius ſublatas habueris. nõ ſic in ſeruitute ruſtica, nam ſi habes ſeruitutem eundi per fundum meum, & per magnum tempus hac ſeruitute non vſus fuiſti, illã perdis, & ego acquiro ſine aliquo facto meo libertatem in fundo meo, hęc probantur in l. hęc autẽ, ff. de ſer.

ADDITIONES.

a Et vide hic D. An. qui dicit, ꝙ l. cano. non ſolum eſt ſeruanda in foro ciuili, quã l. ciuilis nutrit peccatũ mortale, ſed etiam quando nutriret veniale tantum, & idem dicit Imo. in repet. 1. col.

¶ An & quando lex canonica ſit ſeruanda in foro ciuili, dicas, ꝙ licet leges, & canones proceſſerint ex fontem diuino, & dicantur de cœlo per ora principũ promulgatæ, ut per Bal. no in tractatu ſchiſmat. in 3. colum. tamen in terris imperii leges ciuiles præualent canonibus: ſed in terris eccleſiæ pręualent canones, ut plene in c. 1. de conſti. & hoc niſi leges ciuiles eſſent nutritiuæ peccati vel diſponerent de reb. ſpiritualib. quia tunc ſtaremus canonib. & non legib. vt in l. priuilegia. & alibi per Bar. C. de ſac. ſan. eccl. & in c. eccleſia ſancta Mariæ de conſti. ꝙ ideo in matrimoniis ſtamus diſpoſi canonicæ. c. fi. de ſecun. nup. & no. gl. in §. ſi inſti. de gradi. & idem dicas in uſuris: vt in l. 1. C. de ſum. tri. & in aut. vt clerici apud proprios. epiſ. in §. ſi &: in aut. ad hoc C. de vſu. & in c. 1. & 2. de no. op. nun. & in c. 1. & c. ua, de or. cog. & per Bar. in l. Titia. ff. ſol. mat. & an leges ciuiles poſſint tolli per Papam, vide per Io. An. in ca. 1. de reg. iur. lib. 6 & per Spe. in tit. de diſpu. in §. Partho. ver. ſed nunquid. & in ca. conſtitutiones. 10 diſt. Anto. Franc.

b Fide. Non ſolum ſi ſit cautum ex iuſtis rationibus ſed etiam ex iniuſtis & temerariis, ita Bal. in l. 1. in fi. per gl. ibi quam ad hoc multum no. & dicit & reputat tenendam menti. C. vbi cauſa ſtatus. quod multum no.

9 ſer.rūſt.præ.& l.ſequi.§.ſi uſam.cū ſeq.ff.de uſuca.† In iſtis
ergo caſibus dubitatur, an per ius canonicum ſit ciuile ius
correctum, ꝙ in iſtis caſibus nō curatur de bona, vel mala
fide præſcribentis, ut in iurib. præall. Bar. fuit in his caſib. ſ
a ſingulari opi.ᵃ in l.ſequitur.§.ſi uiam,ᵇ præall. dicens ius ca
b nonicum ad hos caſus non referendum, quia ſecundū eū,
c.iſtud.& regula, poſſeſſor, de reg.iur.libr.6.loquuntur in
pręſcriptione, quæ cauſatur ex poſſeſſione præſcribentis,
quo caſu requiritur bona fides propter factum poſſidētis
rem alienam, ſecus autem in his caſibus vbi nulla reperi-
tur poſſeſſio ex parte præſcribentis, ideo bona fides non
requiritur, ut d.§.ſi viā. præſcrib.n. his caſibus propter tuā
negligētiam, uel potius tu perdis, quam ego præſcribā. Po
ne.n.ſecundum eum, ꝙ ignorē me dēre, & tibi obligatū eſ
ſe, & tu ceſſas petere. certe non ſum bonę fidei, vel malæ, &
tamen præſcriptio procedit propter tuam negligentiam. l.
omnes, & l.ſicut, C. de præſcr. 30. vel 40. annorum & hoc
firmat; ſalua tamen determinatione ſanctæ matris eccleſię
& theologorū, & idem dixit in l. fi. ff. quemad.ſer.amit. &
per hæc dixit in d.§.ſi viam, ualere ſtatutum ciuitatis, quo
cauetur, ꝙ ſi creditor non petierit debitum intra certū tēps
cadat a iure ſuo. uel ſi dicat, de cætero non audiatur per iu
dicem. dicit tamen, ꝙ primo caſu, quando dicit, cadat a iu-
re ſuo, tollitur obligatio ciuilis & effectus naturalis, ut
no. per eum in l.fi.ff.rem rat.hab. ſed ſecundo caſu, quādo
dicit, non audiatur, nulla obligatio tollitur, ſed uia agendi
ꝑcluditur, & ideo tunc remanet ſecundum eum uia agēdi
per denunciationem ſecundum formam ca. nouit, de iud.
& ſic ſpectabit ad iudiciū eccleſię. & alibi Bar. in tantū ap-
probauit hoc ſtatutum, ut dixerit, ꝙ non poſſit creditor ꝑ
pactum illi renunciare, quia eſt introductum in odium ne-
10 gligentis, & ſic fauore publico.† Nō enim poteſt q̄s renun
ciare iuri introducto odio alterius, ſicut dr̄ ī Macedonia-
no ut no. ſup. de fo. cōp. ca. ſi diligēti, & l.fi. C. ad Mac. hoc
firmat Bar. l. nemo poteſt, ff. de leg. 1. & le. 1. ff. de uſucap.
c Sed aduerte,ᶜ quia idem Bar. in l. omnes populi. ff. de iuſt.
& iur. in ſua ſolenni repeti. tenuit contrarium, dicens non
ualere ſtatutum prædictum quia eſt peccati nutritiuū, nec
lex imperialis, ſi hoc diceret, valeret ſecundum eum. ideo
tenuit, ꝙ leges permittentes malæ fidei poſſeſſorem præ-
ſcribere, non ualent, quia nutriūt pctm̄, & alle. hoc c. ſecus
dicit ſi ſtatutum nō excluderet ſimpliciter creditorem ex
lapſu temporis, ſed præſumeretur contractum fictitium,
quia tunc excluderet peccatum. D. Ant. refert hic Inno. in
c.quia plerique. de imm. ecc. ſenſiſſe primam opi. Bart. &
Vin. in c.cura, de iure pat. ſed iudicio meo hoc non ſentiūt
ſed Inn. loquitur habito reſpectu ad ius ciuile. & loq̄tur in
diſtincte de pſcr. 30. anno. cū mala fide, nec aſtrinxit ſe ma
gis ad actiones perſonales, quam reales. hinc dicit, ꝙ præ-
ſcribens mala fide tenetur in foro animæ ad reſtitutionē.
Vin. uero loquitur non in actione perſonali, ſed reali, habi
to reſpectu ad diſpoſitionem illius c. cura, dicens ꝙ ibi nō
fuit uera præſcriptio: ſed potius exceptio quædam, quæ
competit in odium Epiſcopi negligentis & tacite conſen-
tientis, illa tamen lectura communiter non tenetur ad illū
text. ſed debet intelligi, quando in præſcriptione interue-
nit error facti, ut quia putabatur Epiſcopū conſenſiſſe iux
ta no. in c.de quarta, ſup. eod. & dicendum, ut plenius no.
in d.c. cura. Ipſe uero. D. Ant. in effectu facit hic duo mem
bra, dicēs ꝙ aut actio ſui natura data eſt temporalis a lege
in meram pœnam, & tunc putat illam tolli etiam ſciente
debitore, quia ex ſe finitur abſque eo, ꝙ aliud ꝑſcribat, vel
acquirat, quia in pœnalibus non arctatur conſcientia, ut
notatur 12. quæſt. 2. c. fraternitatis. & per Hoſt. in ſum. de
pœnis. & no. hoc dictū oltimum, quia eſt contra no. ꝑ Bal.
in l. ſi pœnæ cauſa, de condict. indebi. & uide quod dixi
in capi. nouit, de iudici. in additioni. nam a lege conceſſum
lex tollere poteſt ſecundum eum, ut in c. in noſtra, & quod
ibi notat Inn. de iniur. hoc puto veriſſimum, & allego in ſi
mili gl. ſingularem in c. cum ſecundum leges, de hære. lib.
11 6. in verſicul. caſu.† Sed ego dubito, quid ſi non in meram
pœnam lex a principio introduxit actionem temporalem,
ſed quia ſic fuit viſum ſibi cōuenire ſaluti reipublicæ, exē
plum in actione de dolo. l. fi. C. de dolo, & quanto mino-
ris, ſeu redhibitoria. l. 2. C. de edi. act. & multis aliis ſimilib.
de quibus Inſti. de perpe. & tem. act. & ff. de act. & obl. Ho.
in ſum. eo. ti. §. quæ res præſcribi poſſunt. poſt prin. tenet ꝙ
hæc iura ciuilia nō ſunt correcta per ius canonicum, quod
eſt notan. Sed ego credo, ꝙ in foro animę, ſi ex parte alte-
rius contrahentis intercesſerit dolus ſeu aliud peccatum,
tenetur ſatisfacere, quia lex non tollit peccatum, ſed ſolū
dedit actionem ad tempus; vnde ſi nūquam dediſſet actio
nem, teneretur ille ſatisfacere de peccato ſuo; vt patet in
materia vſuraria. pro prædictis facit text. in c. qui habetis.
& in c. non ſane. 14. q. 5. & quod no. Inn. in c. quia plerique
præalle. & per gloſ. in ca. ex tranſmiſſa. de deci. & 14. q. 5. in
ſum. peccatum enim non dimittitur niſi reſtituatur abbla
tum. in c. cum tu. de uſu. in reg. peccatum. libr. 6. hinc dixit
12 glo. fin. in c. admonere. 83. q. 2.† ꝙ licet quo ad accuſatio-
nem criminalem prodita ſint tempora certa a iure, vltra q̄
nō licet accuſare, vt l. querelā, C. de fal. & l. adu. C. de adul.
tamen quo ad pœnitentiam peragendam nullum tempus
eſt præfixum. & uide quod in hoc dixi in c. licet de proba.
Vel dic & melius, ꝙ licet in foro ciuili non poſſit poſt tem-
pus agi, quia non datur amplius actio, & ius ciuile potuit
tollere quod dedit vel potius non dedit vltra iſtud tempus
non tamen potuit tollere quin iuſtitia ſaltem ratione pec-
cati redderetur, ex quo ſubeſt æquitas iuriſgentiū ſeu diui
ni, iuxta no. lin. per Inn. in c. quæ in eccleſiarum. de conſti.
& ideo potuit ratione huius equitatis naturalis & peccati
agi in foro canonico per uiā denunciationis iudicialis iux
ta no. in c. nouit. de iud. maxime per Inn. & Bar. in extraua
gan. ad reprimen. in uer. denunciationem. & hoc iudi-
cio meo ſenſit Hoſt. & Ioan. An. poſt eum in c. per tuas, de
dona. ſecus autem vbi lex introduxit actionem temporalē
ex ſuo officio, ita ꝙ nulla culpa ſeu delictum reperitur ex
parte alterius, quia tunc poſt tempus non poſſit agi, quia
nullum ius ſubeſt agendi. Redeo ad dicta D. Ant. aut actio
originaliter eſt perpetua, ſed lex decurtat viam actionis
& tunc putat ipſe ꝙ ſiue lex, ſiue ſtatutū tollat ciuilē effe-
ctum naturalis, ſiue inducat ſolum exceptionē contra acto
rem ut in c. exemplis ſup. poſitis Bar. quia data ſcientia de-
bitoris, non ualebit pręſcriptio in utroque foro, ita quod ī
hoc ſit lex correcta per canones, & ſic in effectu tenet con
tra Bart. Mouetur q̄a hæc actio finitur contra naturalē æq
tatem, & finitur annexa negligentia ipſius debitoris ī non
ſoluendo, & quamquam lex ciuilis non fundat ſe in morte
ipſius actionis ex terminis ipſius qui liberatur tamen com
modū quod ei applicatur. ſ liberationis occaſionatur a pec
cato, nec hoc ex fide eſt, ꝙ ipſe ſciens ſe debitorem ꝑpter
ſuum non ſoluere liberetur. Deus enim ſic arctat debitorē
ad ſoluendum, & ſatisfaciendum, ſicut lex. ciuilis arctat
creditorem ad petendum. Præterea lex canonica non pon
derat poſſeſſionem ex parte præſcribentis, ſed ſolum hoc
quod non ſit ex fide, ſed cum peccato, ut hic, & pro hoc di-
cit eſſe caſum in Auth. vt eccle. Ro. centum annorum gau.
pręſcrip. vbi cum mala fide non currunt pręſcriptiones
contra

ADDITIONES.

a ¶ Singulari opi. Hāc opi. ſequitur præſt. pap. in lo. o pręallegato, vbi & dicit cōi ter practicari ꝙ in materia pręſcriptionum ſeruatur indiſtincte ius ciuile in foro ſeculari & opi. Bar. ſequitur Mariā. Soc. in conſ. 203 incip. circa primum per totum & Cor. in conſ. 176. inci. ad euidentiam. & conſ. 188. inci. videtur in 1. co. & in conſ. 277. inc. ad euidentiam per totum in 4. vo. vbi dat nouum intellectum ad iſtum tex. Seb. Sapia.

b ¶ Si viam. Et hanc opi. Bar. in d.§. ſi viam. tenet idem Bar. in l. hęc aūt iura. ff. de ſer. v. h. pręd. & in l. ſicut 10 ñ. C. de pręſcri. 30. an. contrarium tenet Bal. in l. 1. C. de ſeruit. & aqua & in c. 1 §. ſi quis per 30 an. ſi de feu. fue. contro. inter domi. & vaſallum & in auth. ad hęc. C. de vſu & Ang. in d.§. ſi viam & in ſua repet. l. 5. C. de iud. de quo etiam vide per D. Ant. in d. c. quia plerique. de immu. eccl. & per Pet. de Anch. in regu. ſine poſ. & D. Ant. in c. cura. de iure pa. & plenisſime per Do. Ant. in rep. c. peruenit. de conſi. & pleniſſime per Hoſt. in ſum. de pręſcrip. §. quę res.

c ¶ Sed aduerte. Vtrum valeat ſtatutum quod creditor non petens debitum infra certum tempus non audiatur vide. D. An. in rep. c. peruenit. de conſue. & vide omnino pleniſſime conſi. Do. Phil. de fra. quod inci. ſtatuto cauetur quod ſi quis creditor. Adde Raph. Cuma. conſ. 147. 167. & 90. Fulg. conſ. 153. Ro. na. conſ. 102. Pe. de Anc. conſ. clx.

¶ Verum per pręſcriptionem ſtatutariam tollatur ipſa ciuilis ſeu naturalis obligatio dicas quod pręſcriptio tollit ciuilem obligationem & eludit natura. e. l. ſi. §. 1. & ibi per Bar. ff. rem ra. ha. & per Bal. in auth. ad hęc. in ver. item dubitatur. C. de vſu & per Imo. & Doc. in c. ſi. hoc eo. & vide Spe. in ti. de exce. in §. 3. in ver. ſed pone & per Alex. in l. ſi pœnę. de condi. inde. & in l. ſi cum § fœlicibus de ſol. adde ꝙ pręſcri. ē 30. ann. non tollit actionem ipſo iure, ſed ope exceptionis, ita Cy. in l. cum quis C. de iu. & fa. ig. & Sal. in l. ſicut in 6. oppo. de præſc. 30. an. vbi dicit hanc eſſe cōem opi. in l. ſi cum. § qui iniuriarum. ff. ſi q̄s cau. & in l. aequm. natu. de ne. geſt. & per Bal. & Ang. in l. bñ a Zenone C. de quadrien. pręſ. vbi dicunt quod ſi ſtatutum dicat tolli omnino actionem per pręſcriptionem inducitur ipſo iure liberatio. & an in dubio pręſcriptio ſtatutaria tollat obligationem ipſo iure hī per Bal. in l. ſi pœnę. ff. de cond. inde. & per Hoſt. in c. ſignificauit. de conſi. & vide per Spec. in titu. de ſemen. in verſic. ſin. Ant. Francuſ.

contra eccleſiam, & dicitur currere cum mala fide, quando præſcribitur a debitore ſciente. Aduerte, quia Angel. de Peru. hanc opi. contra Bartol. tenuit in d. §. ſi uiam dire-ctè per tex. illius Aut. vt eccl. Ro. centum anno. gau. præſc. & ille tex. opti. ne facit, appellat. n. præſcriptionem illam, q fit debitore ſciente iniquum præſidium, & aperte dicit qđ talis præſcriptio dat materiam peccandi, quaſi debitor ſciens præſcri. currere induceretur ad ſoluendū; ut ſic ſupplantaret proximum. Idem dicit, q ius canonicum non conſiderat negligentiam creditoris, ſed peccatum debitoris, & iō dicit, caute feciſſe Bar. q ī hoc ſe ſubiecit determinatio-

a ni S. Matris eccl. nam ſm eum cōter tenetur cōtrariū,ª & alleg. Io. An. in reg. poſſeſſor. in Mercu. ſed certe Ioā. And. ſpecifice hoc non tangit, ſed hæc apertiſſime firmat in cap. 2. de excel. lib. 6. vbi dixit ſupraſcriptum ſtatutum non valere in vtroque foro, & de actione perſonali, quæ iure ciuili præſcribitur ſpatio 30. annorū tetigit Hoſt. in c. perituas. de dona. vbi dicit, q deficiente bono conſcientiæ ex parte debitoris poterit ratione peccati agi de iure canonico etiam poſt illud tempus per illum text. & hanc opinio. ſ. q actiones non præſcribūtur mala fide, ſequitur D. Card. in c. uigilanti. ſup. eo. Bal. tetigit in pluribus locis, ut in l. 1. C. de ſer. & authen. ad hæc. C. de uſu. & ſpecialiter in c. unico §. ſi quis per triginta. in titu. ſi de feu. fuc. contro. coll. 10. & ſemper tenuit q in foro ciuili ſeruanda eſſet opin. Bart. q a potius eſt quædam pœna legalis, quam præſcriptio, cum cauſetur ſine peccato debitoris, ſed ī foro canonico ſecus quia canon nō ꝯſiderat illam ſubtilitatē, ſed ſimplicitatē, & peccatum, ut hic, quod quidem peccatum non dimitti-

b tur ſedᵇ augetur ex dilata ſolutione debitoris, ar. in c. fin. in

13 prin. de conſue. ſecundum eum.† Ego in c. quod clericis, ſ. de foro compe. & alibi tetigi hūc paſſum, vbi ſolitus ſum, diſtinguere pro harum opin. concordia, q aut debitor non tenebatᷣ debitum offerre, ita q ceſſando a ſolutione nō fuit in negligentia, & tunc procedat opi. Bar. & ſequacium, nō enim præſcriptio hoc caſu videtur habere annexum peccatum ipſius debitoris, cum ī eo nulla poſſit culpa notari, ſed procedit hoc caſu præſcriptio ex mera negligentia nō petentis, & hoc facere potuit lex ſciente etiam eo cui cōmodum applicatur, de hoc bonus text. in ſimili. in ca. i. ſupra eod. Aut debitor debitum tenebatur offerre, tunc cum fuerit in culpa in non ſoluendo, non debet propter nō ſuū ſoluere induci præſcriptio; cum procederet cum annexione peccati ipſius debitoris. Ex quo infertur, q in præſcribēda libertate aduerſus ſeruitutem ruſticam non exigitur bona fides, cum ibi procedat præſcriptio ex ſolo non uſu ſine

14 aliquo facto, negligentia, & culpa ſeruitutem debētis.† An autem, & quando debeat debitū debitor offerre, & ire ad

c domum creditoris,ᶜ vel econtra vide bonum tex. cum gl. in Litem illa. ff. de conſti. pecu. & ibi plenius poſt Bar. tāgo

15 in c. ſignificante. de pigno.† Nūc vero cum ſcriberem ſup hoc c. & colligerem ex uariis locis omnia. ſup. ſcripta. adhibito longo præſertim nocturno ſtudio, cœpi multum fluctuare ponderando ſubtiliter hunc text. in eo maxime qđ generaliter dicit nullam ualere præſcriptionē abſque bona fide canonicam vel ciuilem: vnde pondero verbū, nullam, quod eſt vel negatiuum excludens omnem præſcriptionem etiam abſque bona fide, ergo excludit præſcript. et in perſonalibus actionibus, quia qui omnia dicit nihil excludit, de ma. & obe. c. ſolitæ, & 19. di. c. ſi Romanorum. præſertim cum non ſit ratio legitima reſtringendi, imo potius

16 ampliandi, ut euitetur peccatum.† Nam in dubiis tenenda

d eſt illa opi. per quam omne euitatur peccatum.ᵈ quia illa tutior. ut in cle. exiui. de uer. ſig. & in c. iuuenis, de ſponſa. not. gl. in c. vnico. de ſeruti. item quia litera in reprobatione præſcriptionis fundat ſe non ſuper iniuſta poſſeſſione, ſed ſuper mala fide, unde text. hic i nulla ſui parte facit mētionē de iniuſta poſſeſſione. nec obſtare uidetur litera ī fi. in eo quod dicit oportere ut his qui præſcribit, in nulla tēporis parte conſcientiam habeat rei alienæ; quia præſcribens aduerſus actionem ſeu ſeruitutem ſatis habet cōſcientiam rei alienæ, ex quo certus eſt, qđ is contra quem præ-

17 ſcribitur, habet actionem aduerſus eum.† Nam præſcribēdo aduerſus actionem, ſatis præſcribit aduerſus rem alienam: appellatione enim rei veniūt actiones & iura, ut no. Bar. ī le. quitus, ff. de aur. & arg. l. rei appellatione, ff. de uer. ſig. nam & appellatione bonorum ueniunt actiones & iura, ut l. bonorum, ff. eo. tit. fortius appellatione rei, cum ſit genus generaliſſimum, & per hoc tollitur motiuum. Bart. in eo q dicit in iſtis perſonalibus actionibus præſcribēdis non uerſari bonam vel malam fidem: quia poteſt uerſari mala fides in eo q ſcit actionem aduerſario competere, cō-

18 traquam ex ſuo non ſoluere præſcribit.† Sed poſtmodum accuratius inueſtigando reperi Hoſt. in ſum. præalle. §. quæres, hunc paſſum plenius cœteris examinaſſe. quem nemo ad hoc allegauit, cuius originaliter fuit opi. primo loco recitata, quæ communiter attribuitur Bar. in d. l. §. ſi uiam, & in multis aliis locis ſuperius alleg. & in effectu colligendo ipſius mentem dicit, q in actionibus perſonalibus præſcribendis non requiritur, q debitor credat ſe non debitorem imo quantūcunque ſciat, nihilominus præſcribit, quia in iſtis regulariter oritur obligatio a principio ex conſenſu partium, ut puta quia mihi mutuaſti. l. ſicut, C. de actio. & oblig. vnde ſi non ſoluo. per hoc non ſum in mala fide ſeu peccato. quia ex quo tu non repetis, poſſum probabiliter præſumere, q aut vis donare, aut maiorem gratiam in expectando facere. ar. in c. 1. de commo. & ſi ſtas per tantum tempus, q præſcriptio compleatur, potius eſt tuæ negligē-

19 tiæ imputandum, quam facto meo.† Quia licet ſecundum eum mora interpellat pro homine in foro cōtentioſo, ut in c. ſi. de loca. l. magnam. C. de contrahen. & com. ſtip. ſecus tamen ſecundum eum quo ad peccatum cōmittendū, nō .n. pecco niſi petas. niſi ſaltem interuenerit iuramentū, ar. c. debitores. de iu. iur. quod eſt ſing. dictum, ſecus autem dicit, ſi ego renui ſoluere, ſeu malitioſe egi, quia tunc licet tu propter malitiam meam, vel potentiam vel alio reſpectu a me non exegeris, non tamen præſcribo etiam in perpetuum, quia perſeuero in peccato, & hoc reſpectu etiam in iſtis pſonalibus actionibus exigitur bona fides, ſed ī actionibus realibus, ideo exigitur ignorātia rei alienæ, quia in rebus alienis legitime poſſeſſis requiritur regulariter vt interueniat titulus legitimus ſeu traditio, & in dubio non pſumitur dominus cōſentire, ut res ſua ab alio poſſideatur, imo pſumitur potius contradicere, arg. in l. qui uas. §. uetare, ff. de fur. & ideo poſſidens rem alienam ſcienter ſine domini conſenſu vitioſe poſſidet, & eſt in mala fide, ideo non præſcribit. 34. q. 2. c. ſi uirgo, & in reg. poſſeſſor. præall. Ex pdictis infertur, q iura ciuilia in actionibus perſonalibus nō ſunt correcta per ius canonicum, ſed hoc c. & d. c. ſi uirgo & c. uigilanti. ſup. e. & reg. poſſeſſor. præalle. loquuntur in poſſeſſore rei alienæ cum mala fide, & ſic in realibus ratione prædicta, vel quando in perſonalibus interueniret malitia, & pertinacia in ſoluendo modo prædicto, & hæc ſunt ſing. no. & miror q nemo allegauit, & forte ab eo habuit originaliter Bar. illam ſuam opi. licet non ita perfecte & cōplete loquatur, ſicut ipſe Hoſ. qui per verba latiora loquitᷣ; & uidere poteris in ſum. in loco præalle. Et hæc confirmant in parte meā diſtinctionem. ſup. poſitam, ſed diſcrepat in eo quod ſentit, q licet eſſem obligatus ad ſoluendum certa die, nihilominus præſcribo ſi malitioſe non diſtuli ſol-

20 uere,† quia dies non interpellat pro homine quo ad peccatū cummittendum, niſi interuenerit iuramentum. hoc enim mihi nō placet, quia ad peccatum committendum ī genere ſuppoſita obligatione Deus non facit dr̃iam iter iuramentum, & ſimplicem promiſſionem, ut ī c. iuramēti. 22. q. 5. nec debet quis præſumere, q uelit ampliorem diē ſtatuta

ADDITIONES

a ¶ Contrarium. Et ita firmat Io. de Imo. conſ. 123. inci. in cā quę vertitur Ale. in conſ. 81. inci. viſo titulo verti. nec prędictus in 2. volu. vbi plura adducit & Socin. in conſ. 46. inci. in cā cōr. et in 1 parte. & Corn. in conſ. 60. inci. viſis. in 3. volu. & in conſ. 264. inc. in hac conſultatione in 1. vol. & conſ. 314 vi p totum in 1. vol. & in conſ. 170 per totum in 3 vol. & ita atteſtatur opi. Bar. citer reprobari. & ita ēt atteſtatur. Do. Ioan. Bapt. ſ. de ſancto Seuerino in repeti. l. omnes populi. ff. de iuſti. & iure. Seb. Sapia.

b ¶ Non dimittitur. Tu pondera, quia Do. Ant. non loquitur qñ quis percepit alienationem vt in viurario ſed loquitur qñ incidit in pœnā quo caſu credo quod eſſet imponenda pœnitentia pro culpa vt dixit Inno. refert Do. Abbas in c. 1. de conſtit. And. Barba.

c ¶ Ad domum creditoris. Adde pleniſſime Alex. in all. l. Litem illa. Bal. in l. ſi C. de condi. inſer. & in l. acceptam. q. 14. & per totum. C. de vſu. eundem in l. 1. C. de inſt. & ſubſt. pleniſſime per Alex. poſt Bar. in l. cum filius § ſi. vbi ēt Ang. & Bar. & Imo. vbi idem Im. videtur reſtringere ſi ſunt eiuſdem fori, ſecus ſi diuerſi. vide omnino Bart. & Imo. in c. ſignificante. per illum alle. inf. de pigno. Zacharias.

d ¶ Euitatur peccatum. Et ita concludit Peruſinus in ca. poſſeſſor. de re. iur. in 6. Alex. in conſ. 81. inc. videtur. in 4. vo. & in conſ. 185. inci. viſo. in 2. dubio in 2. vo. & in conſ. 99. inci. videretur. in 5. vol. & Rap. Cu. in conſ. 77. inci. ſtante cā uitam. & conſ. 77. inci. domina comitiſſa. & Ful. in conſ. 23. inci. S. P. dixit. Seb. Sapia.

ſtatuta pręfigere, ar. in l. eum de indebito, ff. de proba. & in c. ſuper hoc, de renuncia. præſumitur enim vnuſquiſque diligens in re ſua, & non velle ſuum iactare, ut in iurib. præall. & facit quod no. gl. in l. cũ quid. ff. ſi cer. pet. & præſumitur in ſua prima compoſitione perdurare, & dicens contrariũ habet probare, ut in l. eum qui uoluntatem, ff. de proba. facit reg. ſemel malus. & quod ibi not. de reg. iur. libro 6. † Cõcludo ergo tenendo diſtinctionem meam, ꝙ vbi nullum peccatum ſeu culpa reperitur ex parte præſcribentis, ꝙ ualet pręſcriptio, quantumcunque ſciuerit ſe eſſe debitorem; & per hoc tollo fundamentum quod fit de iſto tex. nã hic tollitur omnis præſcriptio, quando ſubeſt peccatum & mala fides, ut patet in litera. ſed nullum peccatũ ex eſt parte mea, ſi non ſolui, cum ad hoc non eram obligatus ſine interpellatione, non enim poſſideo alienum. & ſi actio competat aduerſus me, habeo exceptionẽ ex cauſa legitima ab eo qui dedit tibi actionem ſine aliqua mea culpa, ſed ex mera negligentia tua; ſicut in Macedoniano dixit In. in ca. quia plerique, de immu. eccl. puto tamen ꝙ hoc caſu ſcienter locupletor cum iactura tua ꝓ æquitatẽ & ius naturale, ut in l. nam hoc natura. ff. de cond. indeb. & in reg. locupletari, de reg. iur. lib. 6. quia potero aduerſus te agere per uiã denunciationis iudicialis, de qua in c. nouit, de iudi. & qđ ibi no. maxime per Inno. & probatur apertiſſime maxime iuncta gl. in Auth. vt eccl. Ro. centum ann. gau. præſcr. vbi appellatur talis præſcriptio iniquum pręſidium. & hoc reſpectu iuris & æquitatis naturalis, ut dicit ibi glo. † Facit ꝙ no. Bart. ĩ d. extrauag. ad repri. in uer. denunciationem, vbi dicit ꝙ ubi ſubeſt obligatio naturalis orta ex cõſenſu tuo, puta quia promiſiſti per pactum nudum, vel quia locupletaris cum iactura mea. poſſum recurrere ad eccleſiam per uiam denunciationis. † Et hoc aperte in præſcriptione voluit Bal. in terminis noſtris ĩ d. c. vnico. §. ſi quis per triginta. ſi de feu. fue. controu. vbi dicit, quod præſcribens debitum ſcienter, poteſt ſemper denunciari, quia ius ciuile nõ potuit tollere obligationem naturalem, Inſti. de iure natu. gen. & ciui. §. ſed naturalia. niſi quando ex lapſu termini pſumeretur ſolutionem vel acceptilatatem interueniſſe, q͠a tunc ratione præſumptionis non admittitur denunciatio, dico tamen ꝙ re ipſa non tollitur obligatio naturalis, ſi in ueritate ſolutio vel acceptilatio non interuenit: quia pſumptio cedit ueritati. 8. diſtin. cap. veritate facit optime quod no. Inn. in d. c. quia plerique, cum ſententia in rei ueritate eſt iniuſta, de quo ibi videas, ſed ratione pręſcriptionis ſtatuti non præſumitur naturalis obligatio ſubeſſe. & ſecũdũ hoc poteſt optime reduci in concordiam Bar. in locis pręalleg. † Vbi tamen præſcriptio fuit inducta debitore ignorante debitum, puto ꝙ non habet locum hæc denunciatio in foro eccleſiaſtico, nec tenetur in foro animæ præſcribẽs ad reſtitutionem, vt voluit Inn. in d. cap. quia plerique, & c. cura. de iure patr. & dixi plene. ſup. eo. ca. vigilanti. tollitẽ enim hoc caſu effectus naturalis, ita ꝙ remanet eliſa quo ad omnes effectus. arg. ſup. eo. ca. ad aures, & hoc caſu põt ſaluari opi. contraria Bar. de qua in l. fi. ff. rem ratam habe. & in di. §. ſi viam & per hæc habes iſtum paſſum melius & plenius quã alibi diſcuſſum. † Et ſi quęreres, quare? quãdo concurrit ignorantia debitoris tollitur effectus naturalis, & non ſic quando concurrit ſcientia: reſpondeo, quod primo caſu pręſcriptio inducitur nõ ſolum propter odium negligentis, ſed etiam propter bonum & æquum, ut 16. q. 3. placuit. §. poteſt: ſecundo vero caſu eſt mere odioſa, ideo, cũ ęquitas concurrat data ignorãtia. & nõ ſic data ſciã. eliditẽ effectus naturalis hoc caſu dũtaxat, & nõ in altero, vbi deficit omnis ęquitas, & uerſatur ſolum odium, & facit qđ nota. Innoc. in d. c. quia plerique. † Hinc dixit Bald. in d. c. ſi quis per triginta, ꝙ vbi ſtatutum laicorum denegat audientiam in foro ſeculari propter æquum ſeu bonum publicum, non habet locum denunciatio in iudicio eccleſiaſtico, ut puta ſi ſtatuto cauetur, ꝙ non ſoluens gabellam ex contractu non audiatur. vel ſi inſtrumentum non reperitẽ inſinuatum ſeu regiſtratũ in libris communis, præſumatẽ falſum. † Idem ſentit Barto. in d. extraua. ad repri. in verſ. denunciationem. vbi dicit, ꝙ in Macedoniano, uel Velleiano non habet locum denunciatio in foro eccleſiaſtico, q͠a exceptio in eis datur a iure ciuili ex maxima æquitate naturali. & propter ſexus fragilitatem, & ut euitentur multa mala, ad quæ committenda inducebantur filii familias ex mutuo recepto. ob. hoc dicit Bal. in d. c. ſi quis per triginta, ꝙ tunc regulariter habet locum denunciatio in foro eccleſiaſtico. quando extra iuris ciuilis obſeruantiam nutritur peccatum. Idem ſentit Inn. in d. c. quia plerique, ꝙ pręſcribens bona fide non tenetur in foro eccleſiaſtico ſeu in foro animæ reſtituere, quia illa præſcriptio fuit inducta propter æquum & bonum, & loquitur aperte eo caſu, quo q͠s præſcribit cum titulo & bona fide. † Si autem pręſcripſerit cum mala fide ſine titulo; videtur dubitare, videtur tamen declinare, ut idem ſit hoc caſu, & hoc puto verius, quia pſcriptio 30. vel 40. annorum ſine titulo ęqualis eſt in fauore præſcriptioni 10. vel 20. annorum cum titulo, quia qđ deeſt reſpectu tituli, ſuppletur tempore, vt probatur in d. c. placuit, §. poteſt. 16. q. 3. & in l. ſi quis emptionis, C. de pſcri. 30. vel 40. annorum. dixi. ſup. eo. cap. de quarta. † Hoc idem, ut non teneatur etiam in foro animę filiusf. mutuum reſtituere, tenuit idem Inno. in d. c. quia plerique, propter rationem prædictam, quia Macedonianum fuit ĩtroductũ, non ſolum propter odium creditoris, ſed etiam propter bonum publicum. ut euitentur mortes parentum, C. ad Mace. l. 1. in prin. uel melius ſecũdum eum, quia nihil eſt apud hunc filiũfa. cuius dominiũ non habeat. nam & dominiũ rei mutuatæ in eum tranſit. l. 2. ff. ſi cer. pet. contra actionẽ uero quę contra eum intentari poteſt, legitimã exceptionem habet, vnde cum exceptio ſit ei data cõtra actionem ab eo, qui actionem dedit, ſibi ſufficit, ut tutus ſit etiã quo ad Deum, [a] & hoc eſt ſing. not. quia facit ad multa ſimilia, de quib. in hac materia dubitari poſſet. † Sed citra prędicta quæro, quid ſi contra ſententiam eſt præſcriptum, nunq͠d habeat locum denunciatio in foro eccleſiaſtico? Bal. in d. c. ſi quis per triginta, ſi de feud. fuer. contro. tenet ꝙ nõ, q͠a ex ſententia non oritur obligatio naturalis, maxime ſi fuerit iniuſta, iuxta no. in l. Iulianus, ff. de condi. indebi. quod eſt nota. & intelligo quando fuit ſcienter præſcriptum, ut puta quia ſciebam me tibi condemnatum per ſententiam ſed ceſſaſti petere per 30. annos. nam ſi daretur ignorantia, res non haberet dubium per prędicta. & aduerte latius nam ſi ſententia erat iniuſta & poteſt probari, concluſio pdicta ꝓcedit ſine ſcrupulo; nam contra ciuilem obligationem eſt pręſcriptũ, naturalis uero nulla ſubeſt. † quia ſententia declarat, non autem inducit, ut in l. ſicut, §. ſed & ſi quęritur, ff. ſi ſer. uendi. not. in c. forus, inf. de verbo. ſig. vnde non pecco, ſi ſententiam iniuſtã non ſerno, ut not. Inn. in ca. quia plerique, pręall. ſi autem ſententia eſſet iuſta, & poſſet iuſtitia probari, tũc dic, ut dixi ſup. principali. q. Sed ſi ſolum producitur ſententia, per quam allegatur ſola præſcriptio, eſt dubium, † quia ſententia præſumitur iuſta præſumptione iuris, & de iure, ut in c. cum inter, de re iud. vbi dicitur, ꝙ res iudicata, pro veritate accipitur, facit l. ingenuum, ff. de ſta. homi. ergo præſumitur ineſſe obligatio naturalis, ratione cuius poteſt fieri denunciatio, ne alter locupletetur ſcienter cum alterius iactura, ut ſup. dixi. In contrarium facit, quia virtus ſententiæ eſt ſublata per præſcriptionem, ergo ceſſat pręſumptio. Præterea in hac denunciatione debet aperte probari pcm̃, iuxta not. maxime per Inn. in c. nouit, de iud. ſed in caſu noſtro non probatur peccatum per ſolam denũciationem, cum poſſit denũciatus dicere: ergo in nullo pctõ ſum, & ſententia fuit iniqua, nec poteſt allegari, cum virtus per ſententiam ſit ſublata, & ſatis eſt ꝙ poſſit eẽ iniqua, ergo veraciter non probatur pcm̃, ſic ceſſat denunciatio, & hoc no. † Sed quæro pone,

Marginal numbers: 21, 22, 23, 24, 25, 26, 27 (left column); 28, 29, a, 30, 31, 32, 33 (right column).

ADDITIO.

a ¶ Quo ad Deum. Limitabis hoc fin. dicit non procederet ſi creditor iuſte putaſſet eum ſui iuris ex fama publica quia tunc ẽ non obſtante exceptione Macedoniani tenetur ad mutuum filiusfa. ſi mõ probet iuſtam cauſam, id eſt famam publicam, vt no. Bar. & Bal. in l. 3. C. ad Macedo. & idem ſi a duobus creditoribus receperit mutuum quorum alter iuſte ignorabat eum filiumf. alter vero ſciebat quia inquantum ad ignorantem non eſt tutus etiam in foro contentioſo excep. Mace. ſo. vt per Bal. vbi ſup. & Bar. in l. ſi duobus. ff. de duo. re. Zacharias.

¶ Circa hoc ꝙ hic dicitur de fama publica, dicas quod fama publica facit præſumi ſcientiam, vt per gl. Barb. al. Ang. & Doc. in l. ſi tutor. C. de peri. tutor. & per Bar. in l. Celſus. ff. de uſuc. & in l. 1. C. ſi ſer. vel lib. ad decu. aſpi. lib. 2. & l. 1. ſ poteſt. ff. de acqui. hær. per Bart. in l. ſi cui. §. iiſdem. de accu. & in l. cum quidam. §. ſi de admi. tuto. & vide Sal. in l. 1. in fin. C. de his qui latro. vbi dicit hanc opi. eſſe veram licet aliqui videantur tenere contrarium. ſi ergo fama facit præſumi ſcientiam, ergo in propoſito excluderetur exceptio Macedoniani, quia ſi ille filiusf. cui fuit factum mutuum communi fama, & opi. reputabatur paterfam. excluderetur talis exceptio tanquam mutuum fuerit factum patrifam. iuxta materiam. l. Barbarius. ff. de offi. præto. & no. in l. 1. C. de teſti. Anto. Franc.

pone, ꝙ quis tenuit rem alterius tanquam feudalem, præſtando ſeruitium domino, nunquid præſcribit, ut de cętero illam rem habeat in feudum? aduerte. tex. eſt de hoc ſin. in d. c. ſi quis triginta, in tit. ſi de feu. fue. contro. ſuperius alle. vbi concluditur ꝙ ſic, licet de illa re nunquam fuerit inueſtitus, & intelligo illum tex. quando præſcribitur contra priuatum. nam contra eccleſiam non currit pſcriptio minor 40. annorũ ut in c. de quarta, ſup. e. & c. illud, præterea ille tex. indubie procedit in præſcriptione concurrente bona fide. Quid autem ſi erat poſſeſſor in mala fide? gl. tetigit in d. c. ſi quis per 30. & aliquib. uiſum fuit, ꝙ procedit præſcriptio, quaſi dominus conſenſerit recipiendo ſeruitium. ſed Iac. de Bel. quem ſequitur ibi Bald. tenuit contrarium, ꝙ nunquam ſine bona fide præſcribitur etiam de iure ciuili, ſed tantum exceptio, vt l. ſi quis emptionis, C. de præſcr. 30. annorum & de diſpõne canonica dico etiam, ꝙ non pt reſpectum exceptionis, ut hic, & ſup. e. ca. vigilanti, itaque concludo, ꝙ etiam reſpectum feudi non currit præſcriptio cum mala fide, & probat tex. hic dum dicit: Nulla pręſcriptio &c. Sed quęro, an ſit neceſſe in præſcriptione bonam fidem allegare[a] Bal. in d. c. ſi quis per 40. dr ꝙ ſic, quia non pſumitur, niſi allegetur, alle. gl. Inſti. de ac. §. aliȩ ſed certe illa gl. hoc non dr, ſed potius innuit contrarium. dr enim ꝙ bona fides requiritur, ſed nõ eſt neceſſe illam probare, cũ conſiſtat in animo, & ſic probari non poſſit, ad idem c. auditis, & c. cum olim, cum ſi. ſup. e. ubi ſimpliciter fuit allegata pręſcriptio, nec vlla fuit facta mentio de bona fide. fateor enim (ut ſup. dixi) ꝙ reqritur, tamẽ allegando pręſcriptionem, quæ non currit ſine bona fide, videtur tacite allegata bona fides, quia poteſt dici ſolennitas intrinſeca ad illam præſcriptionem, quæ præſumitur deducta allegata pſcriptione, ut in l. ſciendum. & quod ibi nn. ff. de uer. ob. & Inſti. de fideiuſ. in fi. & quod no. Inn. in c. innotuit, de eo q. fur. ord. rece. & clarius in terminis latiorib. voluit idem In. in c. fraternitatis, de teſti. ubi dixit, ꝙ ſi capitulaui præſcriptionem, in qua requiritur titulus, uideor etiam deduxiſſe titulum p pñam neceſſariam, & facit quia bona fides pſumitur, ut no. glo. in c. ſanctorum, & c. ſi diligenti. ſup. e. & uide quod ibi dixi.

35 † Quęro, quid ſi ſtatuto uel aliqua lege cauetur, vt certo caſu nulla currat præſcriptio,[b] nunquid cenſeatur ſublata omnis præſcriptio[c] quantumcunque lõgiſſima? ſo. de hoc all. tex. iuncta glo. ſing. in cap. 1. de capi. Cõ. col. 10. quæ ſing. dicit quod non, ſed ſolum tollitur pręſcriptio longi temporis, ut 10. vel 20. ann. qa non eſt veriſimile, ꝙ ſtatuẽs voluerit omnia iura in hac materia loquẽtia tollere: ad hoc l. ſicut, & omnes, C. de præſcrip. 40. ann. facit optime quod no. in ſimili in l. quando. C. de moſ. teſt. ſatis enim eſt, quod ſtatutum poteſt aliquid operari, licet loquatur per uerba generalia: & illam gloſſ. ſequitur hic Bald.[d] & tenet Io. An. in addi. Spec. in tit. de ſen. in 2. col. & refert Dy. ita conſuluiſſe & ſunt menti tenenda in materia extenſionis. limitat tamen Bald. in loco præall. quãdo ſtatutum poteſt uerificari in pręſcriptione longi tẽporis: ſed ſi non poteſt verificari niſi in præſcriptione longiſſima, ut 30. vel 40. anno. ut puta in actionib. perſonalib. vel in rebus eccleſię, tunc vt ſtatutum aliquid operetur, videtur excludere etiam lõgiſſimam. Et per prædicta ego puto, ꝙ nõ excludatur hoc caſu illa, de cuius initio non eſt memoria, cum ſit alterius naturæ & fortioris potentiæ, ut in c. i. infra eo. libro 6. & l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quoti. & ęſti. & ſatis eſt ſtatutum poſſe operari reſpectu pręſcriptionis longiſſimæ: & hæc not. Et uide an per priuilegium poſſit concedi, ut nulla poſſit præſcriptio currere, per Bald. & Bar. poſt glo. in authen. quas actiones, C. de ſacroſanct. eccle.

36 † Quæro capiendo finem huius gl. an conſtitutio iſta, inquantum reprobat omnem præſcriptionem cum mala fide, extendatur ad præſcriptiones præcedentes hanc conſtitutionem? profecto hęc quæſtio eſt hodie nullius utilitatis quo ad terminos quæſtionis: quia tantum tempus eſt, quod emanauit, ꝙ de præcedentibus præſcriptionib. non poſſet in dubium reuocari: ſed expediam, quia poſſet eſſe vtilis ad conſimiles quæſtiones. Glo. concludit, ꝙ non extendatur ad præterita, ſed reſpicit tantum futura per c. ſo. de conſti. Idem Io. Vin. & Goff. & Philip. his enim, qui añ iſtam conſtitutionem præſcripſerant conſuletur ſecundũ Vin. ſi agant pniam, & habeãt propoſitum taliter deinceps non præſcribendi; ſed præſcripta reſtituere non tenentur, circa præſcriptiones tamen inchoatas, ſed nondum conſumptas tempore huius conſtitutionis tenebat Io. illas nõ interrumpi. Io. And. tenet hic contrarium gl. & per conſequens contra prędictos, dicens hanc conſtitutionem extẽdi ad præterita per not. in c. ſi. de conſti. & in c. cum tu,[e] de uſuris: quaſi ſentiat & bene, ꝙ hæc conſtitutio fuerit iuris declaratoria[f] potius, quam noui editoria. nam, ut ſupra dixi, & patet in text. cum non potuerit cum mala fide præſcribi ſine pctõ, quia omne quod nõ eſt ex fide, pcm̃ eſt, clare colligitur, ꝙ lex ciuilis illam inducens non tenet, 4. diſt. ca. erit autem lex. & hanc opi. ſequitur hic D. Ant. dicens, ꝙ hæc conſtitutio declararet irrationabilitatem iuris ciuilis, & opi. Vin. in eo, ꝙ dicebat eum, qui mala fide pręſcripſerat añ conſtitutionem iſtam, non arctari ad reſtituendũ pręſcripta, aperte confunditur. Primo per iſtum text. in eo ꝙ aperte innuit iſtum pręſcribentem etiam tunc peccare; cũ ergo acquiſierit rem cum peccato, ergo tenetur ad reſtitutionem ipſius. 14. q. 5. c. non ſane, & c. qui habetis. Pręterea & melius ex præſcriptione cum mala fide non acquiritur aliquod dominium, nec in perſonalibus tollitur obligatio naturalis, ut l. ſi quis emptionis, C. de pręſcr. 30. annorũ & 16. q. 3. ca. placuit, il 2. §. poteſt. ergo, cum iſte præſcribens poſſideret alienum, vel eſſet obligatus naturaliter, licet in foro ciuili haberet ex ſolo odio illius, ꝯ quem fuerat pſcripturus, exceptionem; tenetur tamẽ in foro animæ ad reſtituendum, ad hoc quod not. Inn. in d. c. quia plerique. de immu. eccl. non enim dimittitur pcm̃, niſi reſtituatur ablatũ, ut in reg. pcm̃, de reg. iu. li. 6.

37 † Venio ad gl. vlt. q̃ facit q nq;. Primo nanq; quęrit, quia tex. dicit, ꝙ pręſcribẽs in nulla tẽporis parte debet habere rei alienæ conſcientiam, quid ſi poſt completã pręſcriptionẽ ſciat rem ad alium pertinere? Reſpondet hoc non nocere, & remittit ad not. in c. vigilanti, ſup. eo. Idem tenet Inn. hic, & plene, ut per Ioan. And. in reg. poſſeſſor, de reg. iu. lib. 6. in Mer. dixi in d. ca. vigilanti. & dicit Hug. in c. ſi uirgo. 34. q. 2. ꝙ ex quo bona fide continua pręſcripſit, non tenetur iure diuino, aut humano reſtituere, licet tunc ſciat rem ad aliũ pertinuiſſe, quia tẽpore, quo ſcit, iam non poſſidet alienum, ſed proprium, cum iure diſponentes res ſit propria effecta. 23. q. 4. c. qui peccat. & alibi dr iure poſſidetur 14. q. 4. c. quid dicam. neceſſario ergo oportet intelligere hoc c. & ſimilia in ſciente añ completam pręſcriptionem, quia tunc res eſt aliena. poſtea vero res eſt effecta ſua, & ſic non poteſt habere conſcientiã rei alienæ.

38 Scđo principaliter gl. q̃rit, qđ † ſi tpe pſcriptionis habuerit pñam lęſam poſtea incipit hr̃e nõ læſam. nunquid ſit interrupta pręſcriptio? Glo. concludit ꝙ non, & uſ ucſle quod non habuerit in aliquo nocere, quia tanquam erroneam potuit talem conſcientiam deponere de ſimo. c. per tuas: & idem tenet hic Inn. Vin. & Pilip. ſed Hoſt. tenet contrarium. ad quod facit ſecundum Io. An. ſup. c. prox. in fin. D. Ant. diſtinguit, dicens, ꝙ ſi habuerit conſcientiam lęſam ex legitima informatione concurrente veritate, & poſtea eam aliter erronee informauit, ꝙ non pręſcribat. Si vero habuerit conſcientiam lęſam ex leui iudicio, & poſtea aliter eam informauerit ex aliis, vel ex añcedentib. leuiſſimis indiciis, ſequitur gl. ut pręſcriptio ex hoc non ſit interrupta. in dubio vero ſi non apparet qualiter conſcientiam informauerit, ſed prima cõſcientia concurrit cũ veritate, pre-

ADDITIONES.

a ¶Bonam fidem allegare. Vide D. Iaſ. in l. non hoc C. vnde leg. Ale. in conſi. 26. inci. in cauſa. & in conſi. 200. inci. viſo. in 2. volu. & Bartholo. Veron. in tracta. ſerui. vrb. prædio. 120. Seb. Sapia.

b ¶Præſcriptio. Nunquid per ſtatutum poſſit tolli præſcriptio, vide Feli. in c. nõ nulli. §. de reſcri. & Aret. in conſi. 16. inci. reuerendiſſime. in 2. dubio. & vide. ibi in 3. dubio. vbi tangit, an per tale ſtatutum tollatur præſcriptio longiſſima, de quo vide per Feli. in ru. eo & in c. accedentes verſi. fallit tertio. §. eo. vide & ꝙ Alex. in conſi. xl. inci. viſo multiloquio. circa finem in 3. vol. Seb. Sapia.

c ¶Omnis pręſcriptio. Adde Franc. Are. conſi. 30. Abb. conſi. 104.

d ¶Sequitur hoc Bal. Vide quæ dixi § in ru. ſed Bar. tenet contrarium in l. cum ſatis C. de agri. & cenſi. lib. 11.

e ¶Cum tu. Not ob. c. cum tu de vſur. quia loquitur in materia damnata a lege diuina, naturali & poſitiua, quod non eſt ſic in caſu illo. And. Barba.

f ¶Declaratoria. Conſtitutio iuris antiqui trahitur ad præterita, de quo vide per D. Anto. in d. c. ſi. §. ſi. de conſti. & ibi late not. & hoc ſequitur Inno. in repetit. huius cap. Adde Pauſ. de Caſt. conſi. 293. in primo impreſſis. And. Barb.

¶An, & quando conſtitutio trahatur ad præterita. dicas quod quando hoc exprimitur quod trahatur & comprehendatur caſus pręteritos tunc trahatur alias non, vt in c. cum omnes. de conſti. & habetur plene per Do. Car. in clem. 1. in 3. no: & regula. & adde ꝙ conſtitutio non trahitur & ad præſentia, niſi hoc exprimatur, & ſi exprimitur non reſpicit pendentia per appellationem, vt habetur per gl. & Do. Card. in cle. 2. 13. & in 6. oppo. deinde. & vide eundem dominum Card. in cle. 1. §. 1. de pœni. & remiſ. Anto. Franc.

pſumitur ꝙ eam bene primo informauerit, & ſecūdo male, niſi aliud appareat. Bart. ī l. naturaliter. ff. de uſuc. ſimpliciter refert & ſequitur Ino. hic, dicens ꝙ ad hoc ut ſuperueniens mala fides interrumpat præſcriptionem, oportet ꝙ ſuperueniat irreuocabiliter. ſi. n. in medio tempore putaui rem alienam poſtea melius informatus putaui eam meam illa mala fides, quæ fuit illo medio tpe uſucapionē non impedit, ſecundum ꝙ etiam iura ciuilia uolunt, & ſic ſecundum eum ius ciuile corrigitur tantum, in eo qđ mala fides irreuocabiliter interuenit. Aduerte, aut enim illa mala fides fuit in principio, & tunc durante mala fide non currit præſcriptio, nec prodeſt ad illud tempus computandū licet poſtea ſuperueniret bona fides, q̄a a principio requiritur bona fides etiam de iure ciuili, ut not. in l. i. C. de

a acq poſſ. not. Bart. in d. l. naturaliter. Aut a principio[a] fuit bona fides, & etiam in fine, ſed in medio habuit malā fidē: & credo ꝙ per ſuperuenientiā malæ fidei fuerit interrupta præſcriptio ita ꝙ principium non poteſt computari cum fine, quo habuerit bonam fidem, ſed per ſuperuenientiam malæ fidei fuerit conquaſſata præſcriptio probo per iſtum tex. in eo, ꝙ in fi. dicit: Oportet vt præſcribens in nulla parte temporis habuerit conſcientiam rei alienæ: facit c. ſanctorum, ſup. eo. vbi dr̄, ꝙ præſcribens debet continuo ſincere & quiete poſſidere. & optime facit c. ſi uirgo. 34. q. 2. ubi dicitur, ꝙ ſtatim, qui habet rei alienæ conſcientiam eſt iniuſtus poſſeſſor; & probat iſte tex. in prin. quia quod non eſt ex fide, peccatum eſt. nec poteſt dici, ꝙ conſcientia fuerit erronea, imo iuſtiſſima, cum habuerit concurſum cum veritate. nam ſi fuiſſet ſua non eſſet opus præſcribere. Et poſſet attentari, ꝙ ſecundum canones iſte talis nunquam præſcribere poſſit per iſtum tex. in fi. per reg. poſſeſſor. de reg. iur. lib. 6. & per id qđ no. gl. 16. ca. 1. & in d. reg. poſſeſſor. nam præſumptio eſt, ꝙ ſemper titubauerit cū habuerit veraciter cōſciam rei alienæ. vñ ſecūda informatio fuit erronea, cum haberet veritatem contra ſe. vel ſaltē dicamus, qđ incæpit præſcribere a tempore, quo per legitima indicia ſuperuenit bona fides, argum. eorū, quæ no. in d. c. de quar-

39 ta, ſupra eo. & in c. cura, de iure patro. † Tertio gloſſ. quæ-

b rit quid ſi quis dubitet,[b] an res ſit ſua, & habet iuſtam cauſam dubitandi? Reſpondet, quod præſcribit quia adhuc dicitur bonæ fidei poſſeſſor. Item tenet glo. ſup. eod. in c. ſi diligenti, & Inn. hic, & Bar. in d. l. naturaliter. dicit qđ talis a principio non præſcriberet, quia non habet bonam fidē, licet non habeat malam fidem, ut no. in d. l. 1. C. de acqui. poſ. ſed talis defectus ſuperueniens, non extinguit uſucapionem, quia requiritur, ꝙ firmiter cedat ſe malæ fidei poſſeſſorem, all. Inn. hic glo. in c. qm̄ frequenter. §. qđ ſi ſuper, ut lit. non cont. in uer. ſeruato, ſentit ꝙ dubitans non præſcribit. D. Ant. dicit aduertendum, qualiter iura canonica in hoc loquantur. nam aliqua dn̄t malæ fidei poſſeſſorem non præſcribere ſup. eo. c. uigilanti, & ca. ſi diligenti. Aliqua exigunt bonam fidem, quia omne, quod non ex fide eſt, pctm̄ eſt ut hic, & hoc iure attento & verbis huius dec. non ſufficit ad præſcribendum, ꝙ deficeret extremum malæ fidei, niſi detur extremum bonæ fidei, dubitans autem eſt in medio, non habens bonam, nec malam fidem, ergo non præſcribit; dicit tamen finaliter ſe putare, ꝙ ſi dubitatio eſt momētanea non, fixa & firma, ſed uacilās, ꝙ hæc nō interrumpat, ſicut nec hæreticus, qui dubitat, ſed non fixe & firme, ut no. de hær. c. 1. Si autem eſt perſeuerans fixe & firme, & ad merito dubitandum concurrat veritas, ſeu aliqua lrīma cauſa plus credendi rem eſſe alienam, quam propriam, tunc putat, ꝙ interrumpatur præſcriptio. idem ſecūdum eum, ſi aliquid ei oſtenditur, vel pbatur, ex quo veriſimiliter potuerit & debuerit dubitare, licet aſſerat ſe non dubitaſſe, ut ſup. de iud. c. nouit, & p hoc dicit ſe putare, ꝙ aliquo caſu denunciatio etiam poſt poſſeſſionem adeptā interrumpat, quando fit a tali; cui merito erat credendū, ubi aūt dubitatio erat in principio præſcriptionis, fortius tūc impeditur, ad hoc, quod no. in d. l. i. C. de acqui. poſ. & hæc

40 ſunt notabilia verba. † Sed ego ad ſaluandū gloſſ. & cōem opin. adduco tex. op. in c. ſi uirgo, præall. vbi dicitur, quod bonæ fid. poſſeſſor rectiſſime quiſque dicitur, quamdiu poſſidere ſe ignorat alienum. cum uero ſciuerit, nec ab aliena poſſeſſione receſſerit, tūc malæ fides perhibetur. tūc iuſte iniuſtus vocabitur. quæ uerba ſunt multum notanda & pōderanda in hac materia, & apertiſſime probant, ꝙ etiam dubitans dr̄ bonæ fi. poſſeſſor & præſcribit, ꝙ uerum eſt dicere, quando dubitans ignorat rem eſſe alienam, nec ratione dubii tenetur rem dimittere. imo ſuper. illo dubio pſcribit, ar. bonum in c. cum dilectus. de cōſuet. & in c. auditis, ſup. eo. Nec ob. no. in l. i. C. de acqui. poſ. quia procedūt in ignorante ſe poſſidere, iſte enim nō præſcribit. q̄a ignorans non habet nec malam, nec bonam fidem; ſecus autē, ſi ſcit ſe poſſidere, licet dubitet an res ſit ſua, quia iſte iuſte poſſidet. ex quo non ſcit rem ad alium pertinere. nō enim iſte agit contra conſcientiam d. c. ſi uirgo & hic in fi. ubi requiritur conſcientia rei alienæ ad impediendum curſum

41 præſcriptionis. Quarto gl. quærit, † quid ſi prælatus[c] hēt

c læſam conſcientiam alicuius rei, quam nomine eccleſiæ poſſidet, debet ne illi reſtituere, quem credit eſſe dominū? Reſpondet ꝙ non ex quo Capitulum habet bonam conſcientiam, ſed debet intimare illi, cuius res eſſe, ut illam petat, ar. in l. atqui natura. §. cū me abſente, ff. de nego. geſt. & hanc opi. tenet gl. in c. generalis. 54. diſt. & in c. bonæ. 2. de poſt. præla. & Inn. hic, dicens, & cauere debet in hoc prælatus, ne aliquid contra conſcientiam faciat, vel fieri pcuret, & ſic tranſeunt hic Doc. Sed Arc. ī d. c. generalis, ponit tres opin. Primo enim recitat Guiliel. Na. tenuiſſe, ꝙ aut prælatus pro certo ſcit; & debet illam rem reſtituere per c. illud, generalis. aut dubitat, & tunc debet ſūmittere alium, puta intimare domino, ut petat. Secunda fuit opi. Hoſti. qui dicit, ꝙ in caſu reſtitutionis debet hoc prælatus facere cōicato conſilio capituli, & ſi capitulum non vult, dēt dicere, ſicut dicit apoſtolus. Mūdæ ſunt manus meæ ab hac cauſa, uoſipſi ſcitis, eam procurate, 43. diſt. c. Epheſiis. Tertia eſt opin. ipſius Archi. dicentis, ꝙ licet prælatus habeat læſam conſcientiam, poterit nihilominus ſecundum iuris ordinem illam rem defendere in iudicio, quia ſcit ut priuata perſona. defenſionem enim aſſumit tanquam prælatus & perſona publica, ar. in c. ſi ſacerdos, de offic. ord. & quod no. in c. paſtoralis §. quia vero. de offi. del. & per glo. 15. q. 3. c. presbyter. Ego concordando opi. quantum fieri poteſt, ſic diſtinguerem, ꝙ aut notorie conſtat rē eſſe alienam, & tunc ſolus prælatus poteſt & debet illam reſtituere & ſic intelligatur d. c. generalis. non enim debet prælatus, vel eccleſia detinere alienum, ſed agnoſcere bonam fidem ut ī c. per tuas, de don. & c. ſæpe, de reſt. ſpol. nec dicitur ſolus prælatus hoc caſu alienare rem eccleſiæ, cum notorie cōſtat, ꝙ nō eſt eccleſiæ, ſed potius dr̄ procurare negocia

42 eccleſiæ, cuius infamia purgatur in reſtitutione rei alienæ. † Aut non conſtat notorie, & tunc aut ſolus prælatus ſcit, nec aliter poteſt probari, & debet tacere, quia ſoli ſibi non crederetur. 6. q. 1. ſi tantum, & c. placuit, & ea. cauſa. q. 7. c. plerunque. nec detinendo prælatus peccat, quia hoc facit tanquā perſona publica, & conſcientiam habet vt priuata. Aut poſſet probari per alios, & tunc conſilium huius gloſſ. eſt ſeruandum nec credo, ꝙ prælatus cum capitulo ſufficeret

ADDITIONES.

a ¶Principio. vide Imo in l. equitur. §. ſi viam. ff. de vſu. Bal. & Ang. in l. ſuper longi. C. de præſcri. longi temp. & Iaſ. in l. 3. § genera de acq. poſ. vbi tenet nouā opi. quod habens a principio conſcientiam alienæ. poteſt præſcribere. Seb. Sapia.

b ¶Si quis dubitet. An dubitans præſcribat de hoc vide optimum tex. in c. 1. 16. q. 3. glo. 2. c. paſtoralis. in fi. de offi. deleg. glo. 1. c. quoniam. §. quod ſi verbo. in ver. reſeruata vt lit. non conte. & quod nota. Do. Abba. in cap. vigilanti. in [illegible] & pleniſſime per Rom. in d. l. naturaliter. poſt Bart. ff. de vſu. & al quid per eundem in l. 3. § ſi circa p. [illegible] ff. de acq. poſſ. & hic per Imol. in [illegible] pet. vbi plene. de quo per Do. Anto. in c. illud & quod ibi no. ī eo. poſſet tamē qui vellet impugnare opi. Bart. dicere quod tex. in d. c. 1. 16. q. 3. non loquitur de dubio quod ſimpliciter venit in animo ſed intelligit de dubitatione iudiciali quæ fit per aliquod principium controuerſiæ in iudicio motæ. & ita exponit glo. ib. adde Bar. in cap. ſi de conſue. vbi dicit quod dubius in conſcientia non dicitur facere contra conſcientiam, niſi poſtquam monſtrata fuerit ſibi veritas, & ita dicit intelligendum. quod not. Inno. in c. nouit. de iud.

¶Circa hoc quod hic dicitur de dubitāte, dicas qđ dubitans poteſt licite poſſidere & vti poſſeſſio. l. ſi prius ff. de no. ope. nū. & ibi Bar. in l. Barbarius. ff. de off. præto. in [illegible] ſi ergo licite poſſidet: ergo poteſt præſcribere adde tamen quod dubitanti & ignoranti non currit tempus l. quamdiu. C. qui adm. ad bo. poſſ. niſi dubitans poſſit de facili certiorari & qui poteſt de facili certiorari habetur pro ſciente. vt no. glo. in l. locum. ff. de acqui. poſſ. & eſt tex. in l. regula, in §. ſed facti. ff. de iur. & fa. igno. & habetur per Spec. in tit. de reſt. §. 1. ver. item quod ſunt varii. vbi dicit quod dubitans habetur pro ignorante & propterea dicit quod dubitans non poteſt reddere teſtimonium, pro quo eſt bona glo. in l. de ætate. in §. nihil. & in l. qui interrogatur. ff. de interrogato. actio. Ant. Franc.

¶Dubitet. Vide late per Alexan. & per Do. Iaſo in l. 3. § genera. ff. de acquirent. poſſeſſio. vbi d. [illegible] communem opi. eſſe quod dubitatio non interrumpit præſcriptionem. Seb. Sapia.

c ¶Quid ſi prælatus. Vide gl. xlij. q. j. c. j. vide opt. tex. in l. quoties. §. ſicut. ff. de adminiſtrato. & in l. ad rem que. §. ſi curatores. ff. mand.

ret ad illam rem restituendam, ex quo notorie non cõstat rem illam esse alienam, quia sicut directe causa non apparente, non potest prælatus cum capitulo alienare. 12.q.2. c.sine exceptione, ita nec directe alias posset cõfingi fraus, notoria enim debet esse causa alienationis fiendæ, de re.eccle.nõ alie.c.i.li.6.facit l.cum hi.§.si cum lis, ff. de transa.& hęc puto verissima: Quinto & ultimo gl. retentis eisdẽ ter-

43 minis quærit, † Quid si dominus, cuius est res per ecclesiã possessa, rem ipsam repetit; prælatus uero habens conscien-

a tiam læsam confitetur, nunquid præiudicat [a] ecclesię habenti bonam fidem? Respondet distinguendo, quod aut p̃latus habebat mandatum a capitulo, & tunc confessio sua nocet ecclesiæ, alias secus, alle.iura, no.tamen tene gl. Idẽ no.glo.in c.de Constantinopolitana.12.dist. videtur text. iuncta glo.in c.2.de testi.lib.6. & ad illud c.remittit hic.Io. And.aliter distinguit hic D.Ant.dicens, q̃ aut prælatus cõfitetur in his in quibus habet diuisam administrationẽ ab ecclesia, & præiudicat ecclesiæ, quia illa potest solus in iudicium deducere, nisi sint ardua. Aut confitetur in his, in q̃bus non habet diuisam administrationem, sed coniunctã, & procedit ista gloss. ut præiudicet demum cum consensu capituli, & hoc tenet indistincte, licet gesserit actũ solus,

(21) † Et ideo no. dicit Innoc. in c. dilecto. de verborum signifi. quod hæc sententia, quod res debitoris vendatur ex secundo decreto, est interlocutoria. ideo, si iudex postea contrarium cognoscit, scilicet quod non suberat debitum reuocabit missionem, & venditionem, ar. in d. §. si prætor, & §. si res, præalle. & de hoc decreto interponendo, & an præsumatur pro eo, vide eleganter per Bar. in l. i. C. de prædiis mino. sine decreto non alie. & per Spec. in titu. de procu. §. si. ver. quid si solum, & in titu. de emp. & ven. §. nunc dicendum, versi. breuiter scias, & per Bald. in l. quicunque. C. de bo. quæ libe. & in prima constitu. lib. feu. (22) † Redeo nunc ad secundam particulam glo. in qua glos. opponit in eo, quod in prima parte concluserat, sententiam nullam non conualidari ex interpositione appellationis, de l. 3. §. falsus, ff. rẽ rat. ha. ubi dicitur quod si dominus appellat a sententia lata contra falsum procuratorem, ratificatur: & sic sentẽtia, quæ erat nulla propter defectum mandati, ut in ca. ex insinuatione, & in c. in nostra: de proc. ratificatur per appellationem. Sol. glo. nititur soluere, ut patet in ea: sed non formaliter soluit. & habes glo. 2. quæst. 1. c. statutis, quæ dicit, quod appellando confirmat quis sententiam, licet sit nulla ex defectu solennitatis. hoc uoluit illa glo. relata ad illum tex. mouetur per d. §. falsus: sed male loquitur, unde Doct. hic communiter tenent contrarium, & Bar. in l. licet, ff. de iud. l. si expressim, ff. de appellatio. & no. infra de app. c. dilecto. Dic ergo formaliter soluendo contrarium, ꝙ quandoque sententia est nulla solum ex defectu consensu partis, & tunc potest pars illam ratificare consentiendo, ut in d. l. licet, & appellando uidetur cõsentire gestis per falsum procuratorem, & sic videtur loqui d. §. falsus, nam sententia lata contra falsum procuratorẽ tenet quo ad ipsum procuratorem, quia cum eo est contractum, seu quasi, per lite contesta. l. Plautius, ff. de procu. quo ad dominum uero nõ tenet ex defectu consensus duntaxat: ideo ratificando tacite per ipsum actum appellationis conualidatur. (23) † Quandoq; sententia est nulla ex alio defectu solennitatis: & tunc non conualidatur per actum appellationis: quia defectus sententiæ non dependet ex consensu partium, unde non possent partes etiam expresse eam conualidare, ut ualeret ut sententia, licet possent approbare, ut ualeret tanquam (c) pactum[c] nouiter contrahendo, & ita intelligitur l. 2. C. cõmunia utriusque iudi. ut ibi. no. per Cy. & per Bar. in l. unica, C. qui pro sua iurisdict. & in d. l. si expressim, appellando uero non approbat sententiã, imo impugnat & sic non potest ualere etiam per pactum, ut no. Bar. in d. l. si expressim. (24) † Et aduerte ad vnam limitationem eorum quæ ponit gloss. ratificatur enim sententia lata cum falso procuratore per consensum domini superuenientem, quando ille poterat esse procurator, alias secus; ita no. dixit glo. in d. l. licet, & sequitur ibi Bar. & pro hoc facit, quia sententia hoc casu non est nulla ex solo cousensu partis, sed alia defectu nõ dependente a potestate domini. facit quod no. Innocen. in c. prudentiam, de offic. deleg. & per Dyn. in regu. ratihabitio, de regul. iur. lib. 6. & per Ioan. An. in regula, ratum, eodem titu. in Mercu. (25) † Extra glos. quæro, quia sententia contra leges lata est nulla, ut hic. nunquid iudex poterit iterũ (d) pronunciare?[d] Solu. tangit hanc quæst. hic Innocen. & concludit, qđ si est ordinarius, potest, ut C. quomodo & quando iud. l. pręses, & l. 4. C. de accu. secus in delegato, qui pronunciando functus est officio, l. si vt proponis. C. quomodo, & quando iudex. Sed tu de hac quæstione dic, vt plenius no. in c. literis, de offic. deleg. ubi melius cadit. (26) † Addit tamen hic Innoc. vnum notabile dictum dicens, quod ubi non tenet ipso iure, quod fecit delegatus ex errore probabili ductus iterum prosequi poterit. ponit exemplũ in executore, cui mandabatur ut prouideret Titio de præbenda, cui prouidit, de prębenda Martini qui communi opinione reputabatur mortuus, sed viuebat, vt postea compertum est. ex hoc errore probabili poterit demum de alia prouidere secundum eum, argum. infra de secundis nuptiis cap. dominus, C. de iuris & facti ignorantia, l. error. Si vero prouidit de præbenda, quę de iure vacabat, non de facto, prouisus autem renuit prosequi ius suum execrans forte lites, non potest executor amplius prouidere: imputetur autem prouiso, qui ius suum non defendit, argum. ff. de pet. hære. l. illud. nec prodest ignorantia facti quo ad possessionem, quæ non est talis, quod de iure potuerit prouisionem impedire secundum Innocen. & bene. Nec obst. cap. cum nostris, de concess. præben. quia loqnitur in alio casu cum scilicet gratia fuit in princ. subreptitia. Idem dicit Innocen. ut non possit iterum prouidere, si executor errauit in iure, licet sua prouisio fuerit nulla. ponit exemplum Hosti. cum dispensatiue prouidit episcopus de parochiali ecclesia prouiso in minoribus tantum. excutor credens episcopum dispensare non potuisse, contulit illam vt vacãtem errans in iure, supra de æta. & quali. cap. præterea. & hodie credo, quod hoc casu non sit necessaria dispensatio. per cap. si pro clericis pauperibus. de pręben. li. 6. Aliud tamen sensit ibi glo. & dic vt no. in d. c. præterea, & cap. 2. de instit. lib. 6. dictum tamen Innocen. non placet hic Host. qui tenet, quod licet errauerit in iure, ex quo tamen apparet, quod prouisio fuerit nulla, iterum tamen debet de beneficio alio illi prouidere, vt beneficia principum habeant suum effectũ, (27) nec illis illudatur. † Quia non facere, & facere ita quod sit nullum, ęquiparantur, de transla. epi. c. 2. cum concordan. (28) ibi positis, de cleri. non resi. ca. tuæ. † Aduerte, inquantum Innoc. loquitur generaliter in terminis quæstionis de quolibet delegato, indubie dictum suum non est verum, quatenus dicit, quod potest iterum pronunciare, si ipso iure ex probabili errore facti tennit, quod ipse fecit. dico enim quod siue errauerit in facto siue in iure, dummodo seruauerit formam commissionis, si tulit sententiam diffinitiuã, nõ potest amplius se intromittere: quia functus est officio suo siue bene, siue male: ad hoc bo. text. in l. si vt proponis, & qđ ibi no. per Bar. C. qũo & qñ iud. & optime facit text. in l. dicere, in fin. cum duab. ll. seq. ff. de arb. & in c. si cõpromissarius, de elec. lib. 6. vbi tex. optimus ad materiam, & ꝙ no. Dy. in reg. ꝙ semel, de reg. iu. lib. 6. & Bar. in l. si expressim, ff. de app. sed per rationem Host. præalle. potest saluari dictũ Inn. in exemplo per eũ posito, s. in executore gratię, vt siue

ADDITIONES.

a Inter monasterium. Adde quæ ibi ponam Deo duce.

b ¶ Quid in decreto. Ale. consi. 84. 3. lib & quid in sententia, & per eundem consil. 75. 2. lib. & de decreto, vide Rapha. Cum. consi. 94. Ang. consi. 94. Roman. consil. 454.

c ¶ Tanquam pactum. Adde Alex. consi. 222. & Io. Ana cons. 6.

d ¶ Pactum. Sententia nulla an possit per partes ratificari, tradit Fel. in c. significasti, col. 3. ver. tene menti, sup. de for. comp. & in c. cum ex officii. col. 16. versi. non obst. dictum Inno. sup. de præscr. Sebast. Sap.

e ¶ Iterum pronunciare. Adde D. de Rot. decisio. 1 4 1. in nouis hoc contra.

ut ſiue erratierit in iure, ſiue in facto, poſſit ſemper iterum prouidere, ſi prima prouiſio fuit nulla: quia princeps uidetur mandaſſe prouiſionem effectualem: & beneficia principum debent benigne interpretari, ut in c.olim, de uerborum ſignif.& l.fi.ff.de conſti.princ. Pręterea gratia eſt quid principale: poteſtas vero executorum venit acceſſorie ad grariam. vnde, ſicut per inutilem & erroneam prouiſionē non expirat gratia; quia intelligitur de beneficio vacanti nulli debiro: ita nec debet expirare poteſtas execurorum, argum. optimum in c.ſi ſuper gratia, de offic.delegat.lib.6. vbi vigore gratiæ ſuſtinetur poteſtas executoris eo caſu, quo poteſtas delegati expiraſſet: quod eſt bene notandū; & hanc opin. tenet finaliter Do.Ant. in c.ex literis, præall.

29 †Sed iuxta prædicta quæro de quęſtione, quam ponit Bal. a in d.l.2.C.quæ ſent.ſine ap.reſcin. Papa.[a] mandauit in forma pauperum hoc modo. conſeras Petro clerico aliud beneficium oon habenti tale beneficium, quod non excedat tantam quanntatem annuam, ſi eum repereris ſufficientē in lectura, conſtructione, & cantu. qui executor eum examinauit, & putans ipſum eſſe idoneum, cum non eſſet, beneficium ei aſſignauit, nunquid valet collatio? & videtur primo ꝙ non, per l.Seiæ egreſſæ, ff. de tut.& cur.da.ab his. vbi dicitur, ꝙ ſi iudex dedit adulro tutorem tanquam minori, non valet datio. Ad idem l.cum vero.§.ſubuctum, ff. de fideicomm.lib. vbi non valet pronunciatio ſuper libertate, ſi iudici falſo obreptum fuit. Bal. ipſe tenuit contrariū per tex. Inſti. quibus ex ca.ma.non li.§.ſemel. vbi dicitur ſatis eſſe, ꝙ ſemel fuit cauſa approbata, ſiue ſit vera, ſiue nō, ſiue iſta verba ſapiant monitionem (vt quidam dicunt) ſiue condirionem: conditio tamen eſt purificata per obſeruantiam ſolius formæ. & quamuis materia id eſt perſona non ſit ſufficiens; non tamen eſt rebellis actui cum diſcere poſſit, quandiu viuit, & pleraque in aptitudine recipiunt fundamentum, ff. de fideicom.lib.l.apud Iul. Idem dicit, ſi Papa dixerit; ſi eum inueneris virum vitæ laudabilis, & cōuerſationis honeſtæ. Nam ſufficit, ꝙ fuerit taliter, qualiter facta inquiſitio: quia executor ad nullam formā arctatur, oiſi ad formam mandati: adducit no. per glo.io cle.vna, de offic.delega. Innocen. in c.ratione, de ap.& in hoc vlt. male allegat. Nam voluit allegare Innocco. in c.fi. de præſumpt. vbi ponit plene hanc materiam, & ibi pleniſſime dixi. Et hæc dicta Bal. ſunt notanda. Sed in contrarium facit, quod no. Innocen. in c.inter dilectos, de exceſ.præla. vbi dicitur, ꝙ ſi aliquis authoritate Papæ prouidit alicui notorie indigno, & ſcienter de aliqua prælatura, vel manifeſte contra tenurem mādati, prouiſio eſt nulla nec impedit aliam prouiſionem fiendam, ar. de ele.c.cum in cunctis, in fi. Et poſt pauca non reſtringens ſe ad caſum manifeſtæ iniuſtitiæ dicit, ꝙ ſi Papæ mandat prouideri alicui ſub conditione; puta ſi eſt de tali loco oriundus, ꝙ executor non habet poteſtatem prouidendi, niſi cōditio ſit vera, vt ff. de verborum ſign.l.cedere diem. Idem dicit, ſi poteſtas non ſit conditionalis: ſed certum eſt, ꝙ Papa nunquam ſcripſiſſet pro illo, ſi ſciuiſſet veritatem, vt ſi ſcripſit pro quocunque in crimine permanente: quod eſt ualde notandū. Quid ergo dicemus? Ego vltra illa quæ dixi in d.cap.fi. in vlt.colum. dicerem in pręſenti ſic, ꝙ aut notorie conſtat cōditionem requiſitam a Papa non exiſtere, vel illum, pro quo ſcripſit, fore nntorie indignum, ita ꝙ veriſimiliter, ſi Papa ſciuiſſet, ounquā pro illo ſcripſiſſet, & tunc prouiſio eſt nulla, quia ceſſat pręſumptio quę eſt pro facto executoris, ex quo notorietas eſt in oppoſitum, vt ſupra dixi, & optime facit l.Seiæ egreſſæ, præalle. nam ibi non tenuit datio tutoris, cum naturaliter conſtaret illum nou eſſe pupillum. Aut ceſſat notorietas, & tunc quædam ſunt, quæ committuntur cognitioni ipſius iudicis: ut puta ſi reperit eum uitæ laudabilis &c. quędam vero ueniunt extrinſecus verificanda, ut puta prouideas tali, ſi nullum poſſidet beneficium, vel ſi acceſſerit cōſenſus capituli. Primo caſu tenet prouiſio, licet conditio, vel monitio in veritate oon exiſtat dummodo executor fecerit aliquam examinationem, ſeu inquiſitionem. ratio, quia cum iſta ueniunt uerificanda per iudicis cognitionē, pręſumptio eſt, quod inſint, ex quo iudex ſic declarat, vt in d.§.ſemel. Inſti. qui.ex cau.ma.non li. Fateor, tamen, quod ſuperior poſtmodum ex officio procedēs poterit prouiſionem caſſare, ſi non reperit requiſita, argum. io c. paſtor. de app.& quod no.glo. in d.cle.vna, de off.deleg. Secundo caſu non tenet prouiſio, niſi conditio ſit uerificata argum. in d.l.cedere, & c.pro ie, & quod ibi not. de reſeri.lib. 6. quia hoc caſu ceſſat præſumptio ſurgens ex facto iudicis, cū iſta non dependeant a ſua cognitione.

30 †Ad hoc optime facit, quod in ſimili no. Bar. in d.l.is cui, ff. de uerborum oblig. in illa q. ſi iudex dedit tutorem adulto tanquam mioori, uel alicui ut prodigo, qui non erat prodigus. & licet multę ſint opi. ut ibi per eum, tamen iſti diſtinguunt, ꝙ in primo caſu non tener datio, ex quo in veritate noo erat minor per d.l. Seię egreſſę, ſed in 2.caſu tenet, licet non eſſet prodigus, vt no.gl. in l.1.C.de cura.fur. Et eſt diuerſitatis ratio ſecundū eum, quia eſſe minorem vel maiorem declarat natura; ſed eſſe prodigum ſpectat ad iudicem, & ideo pręſumitur pro eo, quod ipſe fecit, & videtur id ius facere, quod iudex dicit, ar. in l.i.ff. quod eum fal.tu. ita dico in propoſiro, quod eſt notandum, & hic ſit finis in hoc cap. Nam quędam alia tangit hic Inn. quę quia non faciunt ad materiam, nec ſunt multum utilia, omitto: & de materia uide. in c.i.ſu.de alie. iud.mu.cauſa facta, & l.i.ff.eo.

ADDITIO

a ¶Papa. Vide Oldr. in conſil.175. in c.thema tale eſt, & in conſil.41. incip. breuiter. Bald. in l.neque natales, C. de proba. Car. in conſil.18. incip. pendente inquiſitione, & multa per Fel. in c.fin. colum.8. verſic.3. concluſio, ſup. de præſumpt. Sebaſt. Sap.

SVMMARIVM.

1 *Executio ſententię an & quo caſu poſſit fieri ſtatim poſt latam ſententiam, vel poſt aliquod tempus.*

2 *Sententia corporalis an poſſit mandari executioni intra decem dies datos ad appellandum?*

3 *Contra ſententiam criminalem dantur decem dies ad appellandum. Appellatio a ſententia in criminalibus, quibus caſibus non admittatur.*

4 *Non valet ſententia lata per iudicē, qui ita celeriter pronunciauit, quod poteſt præſumi quod non ita celeriter fuerit inſtructus.*

CAP. II.

Vrgantium. Breue eſt, vel ſumma ſic. Lites debēt celeriter terminari.[a] No. caſum, in quo concurrit ęquitas[b] cum rigore. Et not. ꝙ in iure eſt dare rigorem & ęquitatem. & eſt ęquitas[c] iuſtitia dulcore miſericordię temperata, vt no. io c.fi. de tranſa. facit optime ca. diſciplina.35.diſt. Bar. in l.1.C.de leg. dixit hanc eſſe differentiam inter ęquitatem, & ius, quia ius ſcriptum. ſeu rigor iuris eſt deciſio, quę ſit ſecundum regulas iuris ſcriptas, Aequitas vero dicitur quędam facti conuenientia ſeu conueniens quoddā; ad hoc adducit l.nulla, ff. de legib.& d.l.1.& l.placuit. C. de iudic. Sed tu dic melius, quod differentia eſt inter ęquitatem, rigorem, & ius. Ius enim tenet medium, & quid ſit ius, dic ut hahes in l.i.ff. de iuſti.& iur. Ius enim eſt ars boni & ęqui, &c. ſed in materia noſtra capitur pro communi deciſione, quę ſit ſecundum communes regulas iuris. Rigor vero eſt iuris exceſſus, qui quandoque ſtatuitur ad terrorem aliorum, vt in ca.2. de tornea. & l.aut facta, in fi.ff. de poe. quandoque tamen ſumitur pro ordine iuris, vt in c.ſuper literis, de reſcrip. Aequitas vero eſt ordinata iuſtitia temperata dulcedioe miſericordiæ. Vide ad materiā bo.gl. in c.vt conſtitueref.50.diſt. Quādo vero ſit ſeruāda ęquitas vel rigor, dic ut no. in d.ca.fi.& d.l.placuit. Vnū ſcias,[d] ꝙ iudex uō dēt velle videri clemētior lege, vt dicit tex. in Auth. de iud.§.oportet. †Gl. in principio ſui allegat cōcordātias, poſtmo-

ADDITIONES.

a ¶Celeriter terminari. Not. quod in ſententiis ferendis celeritas commendatur, quandoque reprobatur, de quo in c.fi. de elec.lib.6. And. Barb.

b ¶Aequitas. Vide Are. in l.ſi ſeruum.§.ſequitur, in 3.not. de verborum obligat. Sebaſt. Sap.

c ¶Aequitas. Ad cognoſcendum quid ſit æquitas, & quid rigor &c. vide Specu. in tit. de leg.§.diſpenſatio, in verſic. notato, cum ſequen. alibi Bal. in l.3.C. de donat. promiſ. dicit, quod æquitas nil aliud eſt, quam naturalis ratio. alibi & melius Bald. in l.1. in princip.3.colum. ff. de iuſtit.& iur. dicit, quod æquitas eſt applicatio animi, ſeu eſt iudicium, in quo circunſcripta iuris regula aliquid dictante ratione naturali ſtatuitur, & iſtud plus placet.

d ¶Scias. Quid autem importet ſtatutum diſponens, quod in curia mercatorum procedatur de mera æquitate & non attendantur apices iuris ciuilis, habes egregie declaratum per Sal. in d.l.placuit. tenentem in effectu cum Bal. in l.ſi pro ca. in vit.col.C.man. tangit Bar. in l.ſi fideiuſſor.§.quædam.& l.Quintus, ſi mand.& late per Lud.Rom. in repe.rubr.ff. de arb.& in l.filiusfami. in prin. ff. de eden.

a postmodum opponit de c.cum apud.[a] 11.q.3. vbi sententia principis differtur per trigin. dies. Soluit & bene, q ibi non differtur sententia, sed executio, & est speciale cum princeps ex iracundia fert sententiam personalem contra aliquem, debet enim tunc differri per tps prędictũ, vt reus possit, si opus erit, accipere pęnitentiam. vt ibi, & in l.si vindicari, C. de poen. & vide plures casus in quibus differtur executio, per glos.in d.c. cum apud. regulariter autem non debet fieri talis dilatio, vt in c.sicut fine. 2.quæst.1. sed in ciuilibus datur tempus, de quo le.& not.in ca.quod ad consultationem. sup.cod. † Sed dubium est, an sententia corporalis[b] possit mandari executioni intra decem dies qui dantur ad appellandum? Bar.hanc quęstionem format & examinat in l.qui vltimo supplicio, ff.de poen.& finaliter concludit, quod quędam est executio, quæ fit a iure, vt q efficiatur infamis, seruus, vel simile quid, & tunc talis executio fit statim lata sententia, vt in d.l.qui vltimo, & l.furti, ff. de his qui no.infa.& habes tex. de iure canonico.3.q.7.ca. infames.§.porro. quædam est executio, quæ debet fieri ab homine, & ista debet fieri post decem dies, in l.1.ff.nil no. app. pend. & hoc dicit se putare de iure verius. sed dicit, q de consuetudine seruatur contrarium. quia illa dies nõ expectatur: & pro illa consuetudine adduco tex. in l.non tantum, ff.de app. vbi dicitur, quod nõ tantum ille, qui ad supplicium ducitur, potest appellare; sed etiam alius, &c.& sic erat intra tempus appellãdi, & nihilominus ducebatur ad supplicium. Specu.in titu.de senten.excommunic.§.videndum, vers porro, dicit quod regulariter post decem dies in criminalibus est sententia executioni mandanda, nisi fuerit appellatione, supplicatione, vel petitione restitutionis in integrum suspensa. fallit in notoriis: vel quãdo reus fuit confessus, seu testibus, & argumentis superatus, vt vix ipse negare audeat, nam talis non appellat, ut 2.quæst.6.c.sune quorum, & de hoc vltimo plene dicam in ca.cum speciali. inf.de app.& facit tex.in c.cum sit Romana, eodem titul.& hoc est de iure tenendum. † Nam, si in ciuilibus dantur decem dies, fortius in criminalibus, vbi agitur de maiori præiudicio, & vide bonam glo.in c.sæpe, de appel. Et ad l.non tantum, & consuetudinem communem respondeo, q procedunt: quia communiter non damnatur quis ad mortem nisi fuerit sponte cõfessus, vel ita in facinore deprehensus, & ita testibus & argumentis conuictus, vt vix ipse denegare audeat, vt dicit tex.in l.qui sententiam. C.de poenis. quibus casibus non admittitur appellatio: de quo tamen dicẽdum, vt in l.2.C.quorum app.non recip. & dicam in dicto c.cum speciali. Ad istum tex.dic, quod loquitur in sententia proferenda quę debet celeriter promulgari. Sed contra hoc oppono.& videtur q etiam sententia non sit præcipitanda. vt in c.tum ex literis, de in integrum restitut. Sol.dicit glo. q iudex non debet tantum festinare, quo minus plene instruatur in causa, & dic q iudex debet accelerare expeditionem, ita tamen, vt iuris ordo nõ prętermittatur, & veritas non occultetur, vt in cle.sępe.†.amputet. de verborum signif. † Et si iudex[c] ita festinaret, q ex breuitate temporis potest pręsumi, q non bene instructus tulit sententiam, non valet quod agitur, vt in c.tum ex literis, de in integrum restitut. no. Bar.in l.prolatam, C.de sent.& Spec.in tit.de sen.prola.§.quoniam, versi.item oppone, facit quod not.gloss.in c.ecclesia, de constitu. & tex.in c.nos in quenquam.& c.primates.2.q.1.

ADDITIONES.

a ¶ Cum apud. Adde Ro.consi.205. Vnum etiam scias, q in arbitrariis, hoc est in his, in quibus iudex habet arbitrium, vel a iure communi, vel ex forma statutorum, non tenetur sequi rigorem scriptum, imo potest & debet sequi æquitatem, quamuis non sit scripta. dicit ita ad literam sing. D.Ant.de Bu.in c.1. in 6 col.de consti.& est magnum verbum, alleg. Bar.in l.1.C.de sacrosan.eccl. ¶ An in arbitrariis iudex debeat sequi æquitatẽ potius quam rigorem iuris, quamuis forsan rigor sit scriptus & æquitas non, vide Bald.& Sal.in l.placuit, C.de iudi. vide etiam per Alc & in l.1 ff de leg 2.& vide Bar.in l.1.C.de legi. vbi dicit, q æquitati non semper præfertur rigor iuris scriptus, nisi in his, quæ sunt in arbitrio iudicis in quibus seruatur, vt æquitas debeat præferri, de quo etiam per Bald.in l.1 ff de iurisd.om.iudic. & adde, q æquitas inter mercatores semper est seruanda & non ordo iuris & solennitates a iure requisitæ, vt not. Bar.in l.si fideiussor, in § quidam, ff.manda.& in l.Quintus, eo.tit.& per Bald. in l.si pro ea, in vlt.col C.manda. Ant Fran.

b ¶ Sententia corporalis. Vide Bar in l.qui vlti sup.ff.de pœ. & Sal.in l.addictos, C.de episc.aud. Catal.in tract.syndicatus q.137. Sebast.Sap.

¶ Et si iudex. An sententia lata intra breue tempus sit nulla, ponit Fel.in c.ecclesia S.Mariæ, col.6.ff.de consti. Seb. Sapia.

S V M M A R I V M.

1 *Clericus depositus non perdit characterem impressum in anima etiam post mortem.*

Clericus depositus si de facto celebret, an conficiat corpus Christi?

2 *Episcopi veniunt appellatione sacerdotum, sed non in materia pœnali.*

3 *Sacerdos non potest deponi ab inferiore episcopo consecrato.*

4 *In depositione episcoporum, sacerdotis, diaconorum, & aliorum religiosorum quot episcopi requirantur, siue agatur ciuiliter, siue criminaliter. 10. & 11.*

5 *In depositione episcopi, dum agitur criminaliter, requiruntur ad minus duodecim episcopi vltra metropolitanum, qui habent tantum cognoscere, diffinire vero spectat ad Papam.*

6 *Iudex, qui non potest aliquem condemnare ex aliquo respectu, potest tamen pronunciare condemnandum, intellige sane, vt hic, & subtiliter.*

7 *Episcopus per solum Papam remouetur ab episcopatu, & non per alium.*

8 *Episcopus potest excommunicari, siue alia pœna minori puniri per metropolitanum.*

Archiepiscopus habet ordinariam potestatem in suffraganeos, quando agitur ciuiliter.

9 *In depositione episcopi electi & confirmati nondum consecrati requiruntur sex episcopi.*

12 *Consensus potest præstari per illum, qui fuit deputatus ab illo, qui habebat præstare.*

13 *Episcopi, vel alii, qui requiruntur in depositione episcoporum aliorum, a quibus eligendi sunt?*

15 *Deputati ad depositionem episcoporum vel aliorum sufficit, quod pro parte maiori consentiant. 15.*

16 *Concorditer dicitur illud fieri, quod fit nemine discrepante, alias secus.*

17 *Scholaris dum doctoratur, requiritur ad minus numerus septem doctorum.*

18 *Episcopi vel alii electi ad deponẽdum aliquem, an sint omnes iudices? 20.*

19 *Episcopi qui deputantur ad aliquem deponendum, debent ire ad locum iudicis suis sumptibus.*

21 *Consilium licet aliquo casu quis teneatur requirere & expectare, non tamen tenetur illud sequi.*

CAP. III.

Non potest. Breue est, vel summa sic per alia verba. Sacerdos sine iusta causa non est ab Episcopis et io vnã sententiam concordantib. deponendus, & non diuiditur. No. primo clericum non deponendum ad libitũ Episcopi, nec etiam concilii prouincialis: debet enim subesse legitima causa, & dic q debet esse grauis & manifesta. Nam & a beneficio non est clericus remouendus sine graui causa. vt dicit tex.no.in c.inuentum.16.q.7. multo fortius ab ordine. Quæ autem sint crimina suspensione, depositione, vel degradatione actuali digna, dixi plene in c.at si clerici, de iudi. † Not.secundo, q per depositionem dicitur clericus remoueri a gradu suo: non tamen per hoc perdit characterẽ impressum in anima, qui est indelegabilis adeo vt remaneat etiam post mortem, vnde clericus resuscitatus non est ordinandus, vt nota. glo.in c.2.32.q.7. sed perdit exercitium. An autem de facto celebrans post depositionem conficiat verum corpus Christi: vide per glos.in c.2.de pœn.lib.6. & super ea plenius omnino per Ioan.And.[a] † No.tertio, ibi: Sacerdotum iuncta gl. quę exponit, & bene.i.episcoporũ, q appellatione sacerdotum veniunt episcopi. nam & ipsi sunt sacerdotes, & olim non erat differentia in vocabulis. omnes enim tam episcopi, quam simplices presbyteri vocabantur sacerdotes, vt dicit text.in cap. olim.96.distin. presbyteri enim dicuntur sacerdotes: quia sacrum dant, sicut episcopi, vt dicit tex.in capit.cleros.21. distinct. possunt etiam Episcopi appellari presbyteri. est enim illud nomen dignitatis. presbyter enim idem est qđ senior, nõ respectu ętatis, sed dignitatis, & iõ olim Episcopi voca-

ADDITIO.

a ¶ Per Io.An. Adde Gem.in proœ.c.c.2.& ibi Celsum. in apost.in prin.qui cum eo tenet q non conficiat uerum corpus Christi. Eundem in cap 2.ubi tamen hæsitare uidetur. 32.q.7.& Bern.de Fir.in tracta. de episcopo, in vltim.parte Zacharias.

¶ An depositus post depositionem celebrans conficiat uerum corpus Christi, & alia sacramenta conferat uide gl.summæ 9.q.1.& de materia uide plenissime in tract.de episcopo hic alleg.in 4.lib.in 8.parte, & Do.in c.degradatio.& ibi per Pet.de Anch.de poenis, in 6.& an depositus sit de foro seculari. & utrum debeat clericaliter, uide per Spe.in tit.de compet.iud.ad.ib §.1. versicul. in quibusdam. & per eundem in tit.de sen.in §.6. in ver, nonnunquã, vbi ponitur forma depositionis, & qualiter feratur sententia.& an prælatus depositus possit ferre sententiam, vide Spec.in tit.de sent excom.in §.1.versi.

pi vocabantur presbyteri, vt dicit tex. in d.c.clericos. Sed in materia pœnali crederem, quod appellatione ſacerdotum & presbyterorum non venirent Epiſcopi: quia habẽt alium ordinem, ſcilicet Epiſcopalem dignitatẽ ſupra ſimplices ſacerdotes, ad hoc quod no. Innocen. in ca.ſedes, de reſcrip. & vide quæ dixi ſuper rub. de vita. & honeſt.cle. fa 3 cit c.quia periculoſum, de ſenten.excommun.lib.6. † Opp. contra tex. & videtur, quod ſacerdotes non poſſunt alium ſacerdotem etiam ex cauſa deponere, quia nec capitulum cathedralis eccleſiæ hoc poteſt, nec electus & confirmatus in Epiſcopum, niſi ſit conſecratus, vt in c.tranſmiſſam, de ele. & in c.irrefragabili.§.exceſſus, & quod ibi no. de offic. ord. Sol. gloſ. in princip. (vt arbitror) metu contrarii huius exponit ſacerdotum ideſt epiſcoporum, & bene loquitur, vt prędixi, olim enim Epiſcopi ſic vocabantur, vt prędixi.

4 † Sed quæro, quia tex. loquitur in plurali numero de Epiſcopis, quot requiruntur in depoſitione clerici? Solu. gloſ. in ſecunda parte dicit, quod in cauſa diaconi requiruntur a tres:[a] in cauſa presbyteri ſex ad minus. 15. quæſtio.7.ca.ſi autem, & cap.fœlix. De ſubdiacono gloſ. nihil dicit; & hoc ideo, quia iura de illo non ſecerunt mentionem: quia illo tempore ſubdiaconatus non erat ordo ſacer: ſed hodie ſecus, vt in c.miramur, de ſer. non ordin. & gaudent eodem priuilegio cum diacono. ideo dicendum hodie, quod in cauſa ſubdiaconi requiruntur tres Epiſcopi, ſicut in cauſa diaconi. c.miramur. no. Arch. in ca.ſi autem.§.ſolus. 16. quæſt.7. ſentit Innocen. in c.graue. de præben. no. glo. in c.1. de hære. lib.6. Expediendo iſtam materiam vbi bene congruit, ſcias quod aut agitur contra Epiſcopum, aut contra ſacerdotem, aut contra diaconum, aut ſubdiaconum, aut con- 5 tra clericos conſtitutos in minoribus. † Primo caſu, aut agitur ciuiliter, aut criminaliter. Si criminaliter, & crimen exigit depoſitionem, debent conuenire Epiſcopi totius prouinciæ vna cum metropolitano, & ad minus requiruntur. 12. vltra metropolitanum, vt not. in gloſ. 3. quæſtione 8. in ſumma, & clarius ibi Archid. & in c.ſcitote. 6. quæſt.3. not. Innocen. in dicto c.graue, & videtur probari in c.fęlix. 15. b quæſt.7. & olim poterat Epiſcopus ab iſtis deponi,[b] vt in c.ſi quis Epiſcopus criminaliter. ſexta quæſtione quarta. hodie vero iſti poſſunt cognoſcere vſque ad cõcluſionem duntaxat, & diffinitio reſeruatur Papæ, vt ca.accuſatus, & c.quamuis, & c.multum ſuper eo. 3. quæſtio.6. Innocen. in c.quod ſicut, de ele. in 1. colum. & Archi. in d.c.ſi quis Epiſcopus criminaliter. Quidam dixerunt quod ab iſtis tamẽ non poteſt condemnari, ſed abſolui, ſicut not. glo. in c.prę- c ceptis. 12. diſtinct. ſed contrarium[c] decidit gloſſ. in dicto c. accuſatus. & illam ſequitur ibi Archid. per cap.dudum, eadem cauſa & quæſtione. idem tenet in cap. ſi quis Epiſcopus. 6. quæſtione quarta, & credo quod bene, quia deciſio cauſæ reſeruatur indiſtincte ipſi Papæ, vt in dictis iuribus. Et per hoc puto gloſſ. non bene dixiſſe. 2. quæſtione ſexta, cap.biduum, & in c.frater. 16. quæſtione prima, videtur ſe- 6 qui Archid. in c. accuſatus. † Et licet metropolitanus non poſſit deponere Epiſcopum: poteſt tamen pronunciare eũ deponendum, ſicut præſes prouinciæ, licet non poſſit in inſulam deportare; prononciat tamen aliquem deportandum. dicto ca.biduum, & l.relegatorum. ff. de inter. & rele. hoc enim placet: quia non ſolum depoſitio reſeruatur Pa- d pæ, ſed etiam ipſius cauſæ deciſio, ſeu diffinitio,[d] vt patet in dictis cap.accuſatus. cap.quamuis, & c.dudum. Nec obſtat ſimile de præſide, quia præſes habet poteſtatem deportandi, ſi habet inſulam, in quam vult deportare ſubiectum vt d.l.relegatorum: vel pronunciat deportandum, & expectat vt princeps aſſignet ſibi inſulam, vt ibi & ſic non deficit ſibi iuriſdictio, ſed in caſu noſtro deficit poteſtas in decidendo, non autem in exequendo tantum, & hoc teneas. Si uero nõ agitur ad depoſitionem ab ordine, ſed vt remo- 8 ueatur ab Epiſcopatu: & tunc aut eſt conſecratus, & requiritur idem numerus Epiſcoporũ, & deciſio reſeruatur Papæ, argumen. in dictis iuribus, & in c.ſecundo. de translat. epiſco. voluit no. Innocen. in dicto c.quod ſicut, argumen. cap.ex tuæ. ſecundo reſpon. de cleri. non reſi. Hinc notabiliter dicit Archid. in dicto c.biduum. ſecunda quęſtio. ſexta. quod metropolitanus non poteſt Epiſcopum detrudere in monaſterium, & credo quod nec totum conciliũ prouinciale: quia ſequeretur remotio ab Epiſcopatu, quæ re- 8 ſeruatur ſoli Papæ, vt in iuribus pręalleg. † Si vero agitur ad aliam pœnam minorem citra depoſitionem ab ordine vel epiſcopatu, dic quod concilium prouinciale & etiam ſolus metropolitanus poteſt, vt in c.ſacroſan. de ſenten. excommunica. 10. quęſtione tertia, ca.quia cognouimus. no. Ioan. An. in c.vt lingantes, de offic. ord. lib.6. vnde etiam excommunicare poteſt epiſcopum ſuffraganeũ ipſe metropolitanus, vt not. gl. in d.c.accuſatus, & probatur in c.Romana. de offic. ordin. lib.6. vbi probatur, quod etiã officialis archiepiſcopi hoc poteſt in abſentia ipſius. Idem & fortius dic, vt illi poſſint cognoſcere, & diffinire, ſi agitur ciuiliter: quia archiepiſcopus eſt ordinarius ſuffraganeorum, vt in c.paſtor. de offic. ordin. dummodo non excipiatur de crimine, vel agatur ciuiliter ad depoſitionem ab epiſcopatu, quia tunc requiritur numerus epiſcoporũ, 9 de quo ſup. 34. diſtinc. c.quorundam, no. Innocen. in dicto c.quod ſicut, & c.graue. † Si vero agitur contra electum cõfirmatum nondum conſecratum ſufficit numerus ſex epiſcoporum, vt in dicto ca.illud. 23. diſt. ſecundum vnum intellectum, qui eſt notabilis & ſatis probabilis, & tenet Archid. 3. quęſt.8. in ſumma, ſuper gloſſ. ſummę. An autem requiratur iſte numerus, cum cauſa contra epiſcopum delegatur per Papam? glo. 3. quęſtione octaua, in ſumma, quod ſic. Sed Arc. tenet ibi contrarium, & in c.illud. 23. diſtinct. & Innoce. in dicto c.graue, dicentes, quod licet hoc ſit honeſtum propter excellentiam dignitatis epiſcopalis, non tamen eſt neceſſarium, dicit tamen hoc perpendendum ex forma commiſſionis, qua ceſſante procedit hæc vlti. opin. quia delegatus repreſentat perſonam papæ. l.i. ff. de offic. eius, & c.ſane, de offic. deleg. qui ſolus ſufficit ad depoſitio- 10 nem. 8. quæſtione tertia, c.per principalem. † Secundo caſu principali, cum agitur contra ſacerdotem, & hic quod aut nõ agitur ad depoſitionem ab ordine, ſed a beneficio, vel ad aliam pœnam, & non requiritur numerus epiſcopo- e rum[e] vt not. gloſſ. 15. quæſtione ſeptima, in ſumma, & Innocen. in dicto c.graue, quod procedit, etiam ſi agitur contra abbatem, vel alios prælatos inferiores, ſeu clericos inferioris gradus, vt probatur. 18. quæſtione ſecunda, cap.ſi quis abbas, iuncta gloſſ. & 16. quæſtione ſexta, cap.Epiſcopo. Si vero agitur ad depoſitionem ab ordine, & tunc contra ſacerdotem requiruntur ſex epiſcopi, vltra Epiſcopum proprium, & in cauſa diaconi requiruntur tres vltra proprium Epiſcopum, & totidem requiruntur in cauſa ſubdiaconi. 15. quæſtione ſeptima, c.1. & c.ſi quis tumidus, & c.ſi autem, & hoc ad minus. Nam ſi fieri poteſt, debet congregari totum concilium prouinciale, ideſt epiſcopus totius prouinciæ, vt in d.cap.1. & 6. quæſtione 3. c.ſcitote. Et quod requiratur dictus numerus vltra proprium epiſcopum, vide de hoc tex. in c.2. de pœn. lib.6. hoc tenet Ioan. An. in nouel. & Arch. poſt Hug. in d.c.ſcitote, & in c.ſi quis epiſcopus, il 2. 6. quæſtione quarta, & not. 3. quæſt.6. c.hæc quippe, & in dicto c.2. optime probatur, quod dixi de ſubdiacono. nam requiritur numerus epiſcoporum, quando agitur ad depoſitionem ſacrorum ordinum, certumq; eſt, quod hodie ſubdiaconatus eſt ſacer ordo. d.c.miramur, & idem tenet glo. in d.c.2. & 1. eo. titu. licet enim ſolus epiſcopus poſſit honorem dare, ideſt ordines conferre ſolus tamen auferre non poteſt, vt in d.c.1. Quare autem plures requiruntur epiſcopi in auferendo honorem, quam in conferendo? vide plurimas rationes quas reddit gl. in d.c.1. in verbo, ſolus. Et ſcias, quod iſte numerus epiſcoporum requiritur, dum cauſa examinatur, vt probatur in dictis iurib. non tamen

ADDITIONES.

a ¶ Requiruntur tres. An requiratur, quod omnes vel maior pars concordent, D. Pet. hic ſequitur gl. And. Barb.

b ¶ Ab iſtis deponi. Adde quot teſtibus conuictus Epiſcopus deponatur, & quid in Papa, & quid in Car. habes gl. ſing. in c.prę ſul. 2. q.4. quam ad hoc ſingularizat Lud. Rom. ſing. ſuis. 206. incip. ad idem dicit ſtatutum.

c ¶ Sed contrarium. Sicut in degradatione epiſcopi requiritur numerus epiſcoporum, ſic in abſolutione a crimine de quo condemnatus veniebat degradandus, ſed contra hoc facit gl. in d.c.præceptis, hic alle. cum qua videtur ii tranſire Archid. qui dicit quod numerus epiſcoporum poteſt abſoluere epiſcopũ crimine depoſitione digno, licet non poſſit deponere, quia depoſitio eſt reſeruata ſoli Papæ, ſed dico gl. iſtam male loqui ut hic per Panor. Zac.

d ¶ Seu diffinitio. Vide Gemi. in c.epiſcoporum, in 5. colum. verſi. quicquid dicat Lapus, de præben. in 6. & d. Maria. Soc. in c.accepimus colum. 11. ver. 10. ſecundum Lapum anſ. de prætr. vbi ponitur, an qui non habet iuriſdictionem ſup exemptus, poſſit contra eos pronunciare.

e ¶ Numerus epiſcoporum. vide Abb. & alios in ca.at ſi clerici. §. de adulter, col. 10 ſup. de iudi. Sebaſt. Sap.

tamen in actuali degradatione: quia est executio depositionis verbalis,& ita videntur loqui iura præalle.& sic plane examinat & determinat Io.An.in d.c.2.fatetur tñ,q de consuetudine hodie requiritur numerus ille in examinatione causæ, quando episcopus tẽdit ad depositionẽ actualem: secus autem, si vult esse contentus verbali depositione:& pro hac consuetudine facit c.at si clerici, & cap.cum non ab homine,de iudic.vbi solum fit mentio de episcopo proprio,& c.postulasti,de foro competen.quod est notandum.Et pro primo dicto,quod Ioan.And.dicit,vt iste numerus requiratur in sententia, & non in actuali degradatione,adduco tex.istum in verbo,sententia,& d.c.2.vbi in depositione verbaliter fienda facit mentionem de episcopis,in actuali vero dicit duntaxat de proprio episcopo. nã (vt prædixi) actualis est executio verbalis, & in executione non requiritur solennitas tanta. Hinc est,quod sententia fertur in aliis per proprium iudicem,& executio fit per

11 nuncium,vel.executionem.C. de exec.rei iudic. † Si vero agitur contra clericum in minoribus constitutum, etiam ad depositionem,sufficit vnus episcopus,vt probatur in d. c.2.& 15.q.7.c.si autem,iuncto.c.seq.& dicit,q sufficit solus episcopus proprius sine aliis episcopis,requiritur tamẽ præsentia capituli: vt in cap.episcopus nullius,ea.causa & quæst. alias sententia est nulla, vt ibi. sufficit tamen,quod de consensu capituli adsint aliqui canonici, puta duo, vel tres,qui representent totum capitulum, secundum Archi.

12 post alios in d.c.episcopus,quod est bene notandum. † Ex quo potes inferre, quod in actionibus, in quibus requiritur præsentia capituli seu cõsensus potest capitulum deputare aliquos loco capituli,facit quod no.in c.irrefragabili. §.excessus,de offic.ord.& cle.1.de hære.Hodie tamen episcopus ex consuetudine præscripta audit causas sine præsentia capituli,& valet consuetudo, vt in c.2.de consu.lib. 6.& dic q valet etiam, ut solus deponat clericos in minoribus constitutos,quia illud c.3.loquitur indistincte,& hoc tenet glo.in d.c.2.& Arc.in d.c.episcopus nullius,pro quo facit illud c. 2. vbi solum fit mentio de episcopo in deposi-

13 tione clericorũ minoris ordinis,quod bene notabis. † Sed quæro, quia supra uisum est, quot episcopi requirantur in causa episcopi & aliorum inferiorũ clericorum. vnde sunt assumendi isti episcopi,& per quem eligentur? Sol.iura variε in hoc loqui videntur. Nam quædam dicunt,q concilium prouinciale episcoporum debet in istis casibus cõgregari.6.q.3.c.scitote,& q.4.c.si quis episcopus criminaliter. Quædam vero dicunt simpliciter de 12.in causa episcopi. sex in causa præsbyteri.tres in causa diaconi,& subdiaconi 15.q.7.c.si autem, & c.Fęlix, & innititur in d.c.si autem q episcopus proprius habet eligere.Quædã vero innuunt, q ipse accusatus,ut in cap.iudices.11.q.1.& videtur sentire Host.in c.1. de foro competen. licet gl.ibi dicat,quod illud c.iudices,sit correctum.Ego dico sic,q concilium prouinciale,si fieri potest; debet congregari; quia non debet quis discuti & iudicari ab alieno iudice,probatur in ca.scitote, præall.& in c.si quis episcopus criminaliter.6.q.4.& 3.q.6. c.hæc quippe, & 15.q.7.cap.1.& si defecerit aliquis iuxta prætaxatum numerum debet suppleri de vicina prouincia,ar.in c.si quis episcopus,præalle.& 65. dist.c.si. Si autẽ non potest congregari concilium prouinciale, tunc uocabuntur episcopi de propria prouincia iuxta numerum in causa requisitũ,& si non possunt tot haberi in numero sufficienti,procedi non potest,arg.c.1.de hære.li.6. arguendo per locum a speciali.& si aliquos de episcopis. uocatis habebit accusatus suspectos,tunc maior inter illos,puta metropolitanus, vel proprius episcopus ad electionem ipsius vocabit alios, vel a principio causa uitandæ recusationis poterit de consensu suo illos vocare;sic intelligitur dictum c.si autem.15.q.7.& ca.iudices.11. quæst.1.& hoc videtur de mente Archi.ibi & Innocen. in ca.graue, de præb.alias autem cessante suspicionis causa non debent iudices vocari ad uoluntatem rei,& sic salua quod no.glo. in c.1.de for. compete.& l.obseruandum.ff. de iud.quinimmo dixit Innocen.in d.ca.graue, quod imminente recusationis causa debet metropolitanus alios episcopos vocare ad electionem accusati,de consensu tamen alterius partis, quod placet,facit quod no. in simili glo.in cap.secundo requiris,de ap.in ver.de recusatorum assensu. Et adde ad prædicta gl.

14 3.quæst.8.in sum.†Quæro circa prędicta,quid [a] si episcopi

a isti discordant inter se;nec in vnam sententiã conueniunt? Sol.in causa episcopi poterat olim cadere dubitatio, quia illo tempore poterat episcopus deponi, vel absolui concilio prouinciali, seu ab illis 12. episcopis & metropolitano secundum prædicta deputatis, vt in ca.si quis episcopus.6. quęst.4.& c.hæc quippe.3.quęst.6.no.Arch.in d.ca.si quis episcopus,& tunc videbatur nonnullis,quod in causa episcopali deberent esse concordes, nec stabatur iudicio maioris partis episcoporum per dictũ c.si quis,& ita post multa tenuit ibi glo.Alii uero,vt Hug. intelligebant illum tex. quando episcopi numero discordabant,quo casu recurrebatur ad episcopos prouincię uicinę,ut ibi.Hodie uero cessat hęc difficultas: quia decisio causę contra episcopũ tam in condemnãdo, quam in absoluendo reseruatur Papę, vt supra dixi,& tenet Arch.in dicto ca.si quis,& sic cessat secundum eum hodie dispositio horum capitulorum, & episcoporum.Sed gloss.nostra a nemine ponderata miro modo soluit etiam hodie illud ca.si quis, dicens, procedere in pluribus delegatis a Papa in causa contra episcopũ,& tunc requiratur in condemnando omnium concordia; & dicit speciale in causa episcopi. Sed profecto hęc glo.non videtur vera,quia illud c. si quis, loquitur in episcopis prouincię cognoscentibus ordinario iure,& non delegato, & maxime probatur ex eo, q illis discordantibus recurritur ad episcopos prouincię vicinę.si enim fuissent delegati,recurreretur ad Papam delegantem,vt in c.fi.inf.eod. Sed gl.ob hanc causam intellexit in delegatis,q a ordinario iure non potest aliquis citra Papam ferre sententiã contra episcopũ vt in pręalle.iuribus.sed non considerauit,quod illud procedebat a iure antiquissimo, vt in dicto ca.hęc quippe:sed postea fuit immutatum,ut in dicto c.accusatus, & c.quamuis.quare puto, quod etiam in delegatis simpliciter deputatis per Papam non haberet locum opi. huius gl.vt requireretur omnium concordia,quia hoc nullo iure probatur: imo oppositum generaliter cauetur, quia in eis statur iudicio plurimorum,& si discordant pari numero,dependet alterius sniæ approbatio a Papa vt in ca.fi.inf.eo.& ff.de re iud.l.duo ex trib. & l.duo iudices nec debemus recedere a communibus regulis,ex quo cõtrarium specifice non cauetur nã maior pars iudicũ reprę sentat personam delegantis, & ipse delegans condẽnasse,vel absoluisse vr nisi appellet, & maxime hoc procedit tenẽdo quod prędixi,q etiam unus solus cui cõmissa fuisset causa, posset episcopum condem-

15 nare. † Sed dubitari potest in causa clericorum existentiũ in sacris nunquid requiratur omnium episcoporum concordia in condemnando?tex.vr hic, q sic in verbo. Con-

b cors.sed gl. [b] in parte, quam nunc expedio,tenet cõtrariũ dicens sufficere maiorem partem. Et ad hunc tex.rñdet,q satis dicuntur concordes,ex quo maior pars disponit, ar. in l.quod maior.ff.ad muni.& 65.di.c.1.& cum gl. trãseũt

16 hic communiter scribentes. † Ex hac gl. colligebat Dom.

c Car. q factum a maiori parte [c] dicitur factum cõcorditer; quod procedit secundum eum,quando actus explicatur a pluribus, vt a collegio,secus, si a singulis per l.Sabinus,ff. communi diui.& in regula,in re cõi,de regu.iur. lib.6.sed certe teneas hoc esse falsum,est.n.hoc contra proprium significatum verbi, non enim potest dici concorditer factũ etiam a collegio,quod fit aliquo discordante, ad hoc alle. bon.tex.in c.causis,de ele.vbi factum a maiori parte capituli, & factum concorditer, ponuntur vt in diuersa. Idem probatur in c.quorundam, eo.tit.lib.6.habes glo.ordinariã,q hoc exprese tenet i duplici loco i c. cupiẽtes,i verbo ɔcorditer.eo.tit.& li.& in cle.ne Romani; & vid ibi Io.de Imo.eo.ti.in verbo concorditer.& vide p.An.sup reg.in toto,de reg.iur.in Mercu. Patet ex etymologia uocabuli. dicitur

ADDITIONES.

a ¶An autem in sententia degradationis episcopi requiratur ista sententia episcoporum nemine discrepante, vide glo. & ibi Doctor circa fin.in ca.multis.17.distinct.

b ¶Sed gl.Huic gl.concor.gl.fin.in c.cum olim.infra eodem & glo.in cap.1.de maio & obe. In contrarium tamen est glo.in c.cupientes.§.ad hoc ver.cum eodem,de ele.in 6.& in c.vbi periculum in ver.singularis,eo.tit & li.& gloss. in cle.ne Romani,de ele.in ver.concorditer.quibus gloss.contrariis dicit hic D.Abb.sibi videri potius standum.

c ¶A maiori parte.vide Roman.in consil.12. incipien.quod ad primum. Alex. in consil.124.incip.in causa & lite.in 1.colum.in 2.volum.ubi dicit,quod stãte compromisso,quod arbitri concorditer pronuncient,oportet,quod nemo eorum discrepet. Seball.Sap.

dicitur enim concordia a con, quod eſt ſimul, ita, ꝙ oportet, ut nullus diſcrepet. Et ex hoc dico, quod vbi in aliquo actu requiritur, vt aliquid fiat concorditer, & a collegiatis non eſt diſpoſitioni ſatisfactũ ſi aliquis contradicit, vt probatur in iurib. præalleg. & hoc not. Ex his infero ad nouũ intellectum huius gl. & dico ſic, ꝙ aut totum conciliũ prouinciale fuit congregatum: & ſufficit maior pars, dummodo in depoſitione ſacerdotis conueniãt ſex: & in depoſitione diaconi vel ſubdiaconi conueniant tres: pro quo allego orçal. c. i. iuncta glo. 25. q. 7. ibi. n. dicitur, ꝙ ſtandum eſt diffinitioni, ſynodali ſed diffinitio ſynodalis eſt, quæ fit a maiori parte, q̃a quod maior pars facit &c. vt in ca. i. de his quæ fiunt a maio. par. c. & l. quod maior. ff. ad muni. cũ ſim. requiritur autem vt maior pars concilii non ſit minor ſex, vel tribus, quia alia iura requirunt illum numerum præciſe, vt in d. c. ſi autem, & c. Felix. & in c. 2. iuncta gl. de pœn. lib. 6. ſi vero non congregatur conciliũ: ſed epiſcopus proprius vocat aliquos de epiſcopis prouinciæ, quod poteſt, vt in d. c. ſi autem, & d. ca. 2. tunc dico, ꝙ ad minus debent conuenire, & concordare vltra epiſcopum proprium ſex in cauſa presbyteri, & tres in cauſa diaconi, & ſubdiaconi. Ad hoc primo allego iſtum tex. qui requirit concordẽ ſententiam epiſcoporum, innuit tex. in d. c. ſi autem, & clarius in d. c. 2. de pœn. li. 6. vbi dicitur, ꝙ verbalis degradatio ſeu depoſitio debet fieri ab epiſcopo proprio, aſſiſtente ſibi in actu numero epiſcoporum a iure requiſito. vnde pondero verbum, aſſiſtente. non enim aſſiſterent in depoſitione, niſi omnes concordarent, diſcordans. n. diceretur potius reſiſtere, quam actui aſſiſtere. 65. diſt. c. i. & de his quæ fi. a ma.

17 cap. c. i. † adduco vnum ſimile in approbatione promouendi ad doctoratum. debet enim approbari ab ordine. i. a collegio, ut l. magiſtros, C. de profeſ. & me. lib. 10. & tamen requiritur præciſe numerus 7. doctorum ad minus, vt no. gl. & Bar. in d. l. magiſtros, probatur in l. ſi quis, eo. titul. & no. Ioan. An. in c. i. de cele. miſſa. & facit quod olim obſeruabatur in cauſa epiſcopi. vt in d. c. ſi quis epiſcopus. 6. quæſt. 4. iuncta gloſſ. ſicut enim requirebatur, vt etiam omnes. 12. epiſcopi requiſiti ſimul concordarent, vt ibi ſecundum intellectum gloſſ. ita dicendum in minori numero requiſito in cauſa clericorum inferiorũ. ſatis enim inducebatur ſpeciale in epiſcopo, cum requiritur numerus duodenarius. & hoc diligenter notabis: quia minus bene per alios exa-

18 minatur, & hic per Doctor. nil ſcribitur. † Ex his infero ad aliam quæſtionem, nunquid iſti epiſcopi ſint omnes iudices? Gl. tetigit in ſumma. 3. quæſt. 8. & refert duas opi. Quidam enim dicũt, ꝙ ſunt aſſeſſores, & ſolus metropolitanus eſt iudex. & idem poſſet dici, quando epiſcopus proprius procedit cum numero requiſito ſine metropolitano, & ꝓ hoc ſatis bene facit tex. in d. c. 2. vbi dicitur, ꝙ ipſe epiſcopus deponit aſſiſtente ſibi numero epiſcoporum, & uidetur in aliis rebus ſolũ requirere præſentiam & conſenſum, & hoc per illam literam arguit. ibi Ioan. An. Alia eſt opi. vt omnes ſint loco iudicis ordinarii, & hanc partem firmat Innocen. & Hoſt. in d. c. graue, & tranſit ibi cum hac opin. Ioan. An. firmat Arch. ſuper præalle. ſumma 3. q. 8. Ego dicerem, ꝙ ubi congregatur concilium, tunc totum concilium eſt iudex, non autem ſingulares, ut probatur in c. ſcitote. 6. q. 3. & c. ſi quis epiſcopus criminaliter, ea cauſa. q. 4. vbi actus ſententiandi refertur ad omnes, ad idem 3. q. 6. c. hæc quippe. 15. q. 7. c. i. de iud. & c. i. de libel. obl. & de ſpon. c. primum, cum ſi. Aut epiſcopus procedit contra ſubditũ ſuum accerſito ſibi numero epiſcoporum a iure requiſito, & tunc audiet cauſam cum omnibus. vt in d. c. ſi autem. 15. q. 7. & habito ipſorum conſenſu, & præſentia in diffinitione ipſe poterit dictare depoſitionis ſentẽtiam in ſuam perſonam, & videtur probari in d. c. 2. nec impugnaretur ſententia, ſi omnes, ſeu omnium nomine ſententia ferretur: quia ſuccedunt loco concilii: & facit d. c. 1. 15. q. 7. vbi dici

19 tur, quod epiſcopus ſolus honorem auferre non põt. † Quorum autem expenſis veniãt iſti epiſcopi ad locum iudicii, vide Arch. in d. ca. ſi autem. vbi dicit poſt alios ꝙ expenſis propriis, quia cum ſint ordinarii poſſunt exigere, niſi quatenus iure cauetur, vt no. in c. cum ab omni, de vita & ho-

20 neſt. cleri. & in c. cum ſit, de ſimo. † Vltimo quæro, quid de capitulo, vbi epiſcopus procedit contra clericos in minoribus conſtitutos? vide glo. quę dubitat, an ſint iudices, vel aſſeſſores. 3. q. 8. in ſumma. Sed Archi. in d. c. epiſcopus nullius. 15. quæſt. 7. dicit, ꝙ capitulum habet tunc ordinariam, & facit ille tex. in eo, ꝙ dicit irritam eſſe epiſcoporum ſententiam ſine canonicorum præſentia. Sed ego credo oppoſitum per c. 3. de conſuetu. lib. 6. vbi patet, quod conſilium dũtaxat tenetur de iure epiſcopus requirere a capitulo in corrigendis ſubditorum exceſſibus & facit cap. nouit, &

21 c. quanto, de his quę fi. a pręle. † Conſilium autem licet q̃s teneatur requirere, & debito tempore expectare reſponſum, non autem ſequi, vt in c. cum in veteri, de ele. & in ca. cum olim, de arbi. ergo nõ poteſt dici, ꝙ capitulum habeat ordinariam. hinc eſt, ꝙ iura communiter faciunt in actu iudicandi mentionem de dolo epiſcopi, vt in ca. de perſona. 11. q. 1. & in c. ſi quis contra clericum, & c. poſtulaſti, & ca. cum contingat, de foro competen. & ca. cum ex iniuncto, in fi. de hęre. cum multis ſimilibus inducitur actus nullitatis: quia a iure arctatur ad conſilium ꝑtendum, vt in d. ca. nouit, & hęc no.

S V M M A R I V M.

1 *Non ſufficit ad validitatem ſententiæ partem fouere iuſtitiam, ſed requiritur, quod ad illam perueniatur ſeruato iuris ordine.*
2 *Iudex non debet ſuum officium non poſtulatum impartiri ad vtilitatem priuatam.*
3 *Ex certa ſcientia, iſta clauſula quid importet.*
4 *Sententia an, & quo caſu poſſit peti vt confirmetur, ſiue ſit interpoſita appellatio, ſiue non, & quos effectus operabitur talis confirmatio. 5.*
6 *Iudex appellationis debet procedere iuris ordine ſeruato, & iudicialiter niſi fuerit Papa, qui extraiudicialiter poteſt ſuper hoc cognoſcere.*
Sententia, a qua fuit appellatum, licet præſumatur iuſta, tamen non præſumitur lata non ſeruato iuris ordine.
7 *Sententia licet inuſta, a qua non fuit appellatum, facit ius inter partes.*
8 *Clauſula, ex certa ſcientia, idem importat, quod clauſula, ex plenitudine poteſtatis.*
9 *Papa poteſt ſententiam etiam iniuſtam, & ſine ordine iudiciario prolatam confirmare, niſi deficiat in iuſtitia naturali, quo caſu Papa non poteſt ſupplere.*

C A P. IIII.

EAquæ. Breue eſt: vel per alia verba poteſt ſic ſummari. Iuſte quis petit ſententiam a Papa confirmari, ſi iuſte & rationabiliter fuit lata. Et non diuiditur, & fuit forſan (vt dicit Ioan. And.) exordium alicuius papalis confirmationis: quia non eſt veriſimile, quod fuit ſpecialis diſpoſitio in his verbis duntaxat concepta, cũ non imponit neceſſitatem, ſed potius innuit cuique eſſe hic petendi facultatem conceſſam, in hoc tamen non eſt vis. No. primo differentiam eſſe inter hoc verbum iuſte, & rationabiliter, cũ hic ponantur ut diuerſa, & habeant diuerſa vocabula, argumen. in l. idem ſi codicillis, C. de codic. & exponit Ioan. An. verbum, iuſte. i. non cõtra ius ſcriptum. rationabiliter, ideſt non contra ius litigatoris. hæc expoſitio ſatis placet quo ad iſtum text. ſed dicerem ſufficeiſſe, ſi fuiſſet appoſitũ verbum, iuſte, duntaxat: quia omne iuſtum eſt rationabile, cum ius ſit ſuper ratione fundatum. 1. diſtinct. c. conſuetudo, & omnis lex debet eſſe rationabilis. 4. diſtinct. c. erit autem lex, & in l. leges ſacratiſſimę, C. de leg. ſed ad maiorem declarationem fuit adiectum verbum, rationabiliter. vel dic & melius, quod uerbum, iuſte, refertur ad iuſtitiam partis, pro qua hic fuit lata ſententia, verbum, rationabili-

1 ter, ad ordinem procedendi in iudicio. † Non enim ſufficit partem habere & fouere iuſtitiam ad validitatẽ actus ſententiæ: ſed requiritur, quod ad illam rationabiliter perueniatur ideſt iuris ordine ſeruato: alias illa ſententia eſt nulla, vt in l. prolatam, C. de ſenten. & 2. quæſtio. 6. cap. ei qui appellat. §. item ſententia. Et hæc expoſitio mea plus placet, quam iſta Ioan. An. nimis enim ipſe reſtringit illa verba, & pro hac mea expoſitione eſt tex. iuncta gloſſ. 2. infra eo. c. conſanguinei. Gloſſ. facit duo. primo opponendo declarat text. ſecundo ponit vnum effectum confirmationis

2 papalis. † Opp. cum prima parte. non enim debet Papa officium ſuum non poſtulatum impartiri ad vtilitatem priuatam. l. 4. §. hoc autem iudicium, ff. de dam. infe. no. Innocẽ. in c. ad noſtram. 2. de iureiur. Sol. metu contrarii (vt arbitror) gl. intellexit tex. alio poſtulante confirmationem, &

hoc

hoc mihi placet ordinata iustitia: sed ex plenitudine potestatis potest Papa sententia, vel quid aliud confirmare ex suo officio etiam non postulato, ar. in c. si non motu pprio
3 & c. si plurib. de præb. li. 6. † In. a pte glo. ponit vnum effe-
a ctum confirmationis, factę sententia, [a] sed tu unde op. in glo. in c. quia diuersitatem, de concel. præb. quæ ponit tres effectus confirmationis huius, facit enim rem confirmatam maioris authoritatis. 11. dist. ca. quis nesciat si res est minus valida, reddit eã validam, in c. i. de trans. Tertio nullus inferior potest de ualiditate illius rei amplius congnoscere. in c. 1. & 2. de cõfir. uti. & ibi plenius dicemus de hac
4 materia. † Extra glo quæro, an indistinctè possit hęc confirmatio sententiæ peti a Papa? So. Io. An. primo intelligit, q petitur confirmatio, si non sit interposita appellatio, vel aduersus sententiam petita in integ. rest. in casu, quo peti potuit. postea dicit idem esse, ut peti possit, et qđ sit appellatum, si exponũtur illa verba, iuste, & rationabiliter, secũdum quod prædixi, quasi per hoc ultimum sentiat, q si sententia non fuit lata contra ius scriptum, vel contra ius litigatoris, potest peti confirmatio, quantumcunque fuerit appellatum. quod intelligit D. Ant. postqam sententia fuit aduersus appellationem uel aliud remedium retractariuũ iustificata, sed ante iustificationẽ nõ põt peti confirmatio. Dic tu melius, quod aut fuit ad papam appellatum, & tunc potest appellatus in causa appellationis ea pendente petere confirmationem sententiæ. Sicut enim appellator petit illam infirmari, ita appellatus potest petere illam confirmari, ut in auth. ei qui. C. de temp. appella. & 2. q. 6. c. appellatione. sic intelligo Inn. in c. i. in fi. de confir. vti. vel inuti. vbi dicit illud esse indubitatum, q sententia. a qua appellatum est, potest confirmari, alle. d. auth. ei qui, quę loquitur secundum quod pręd ixi, aut fuit appellatum ad inferiorẽ, & tunc causa coram eo pendente non debet peti confirmatio a papa, sed debet expectari exitus remedii retractatiui scilicet appellationis, vel restitutionis in int. rest. idẽ si fuit appellatum ad papam, sed appellatus præueniens appellantem nulla facta mẽtione de appellatione impeteret literas super confirmatione sententię, tales enim literę tãquã surreptitiæ non debent valere, & de hoc dicendum, ut plene legitur & no. in c. bonæ. inf. de confirma. uti. vel inuti. & sic reducas ad concordiam prędictas opi. & hęc est ipsa veritas. si autem nulla fuit interposita appellatio, vel fuit de-
5 serta, tunc dic, ut in seq. quæstione. † Secundo q̃ro, an hæc confirmatio sententię possit peti ab inferiori a papa Solu. dic q aut fuit ad illum appellatum, & potest in causa appellationis peti per ipsum appellatum, ut in d. auth. ei qui, & ca. appellatione, pręalleg. in proxima quæstio. Aut sententia transiuit in rem iudi. & nullum pendet remedium retractatiuum, & tunc est dubium, quia possessori non est prodita actio, Insti. de actio. §. 2. & de iudic. c. examinata hunc articulum plene examinauit Inn. in ca. i. de confirma. uti. vel inuti. vbi concludit tandem, quod etiam hoc casu potest, ar. in c. ex insinuatione, ut in fi. de procur. 16. q. 6. c. si episcopum, & de insti. c. secundo: & hoc tenet Bar. etiam de iure ciuili. in l. i. in fi. C. quãdo prouoca. nõ est neces. & l. si expressum, in fi. ff. de appella. Et ponit Inno. in loco pręalleg. duos no. effectus huius confirmationis factæ per inferiorẽ
b in foro iudiciali. [b] Primus, quia si prima sententia fuit nulla, confirmabitur nunc per illam sententiam secundam, q̃ fuit lata a iudice suo, & seruato iuris ordine, nec fuit appellatum, & facit quod idem Innoc. not. in ca. super literis, de rescr. p. Bart. in l. si expressum, ff. de appella. facit l. i. in princip. ff. quæ sentent. sine appella. rescinden. Secundus effectus est, quia post confirmationem illius nullus inferior cõfirmatore poterit de illius validitate cognoscere, argu. in c. cum inferior, de maio. & obed. & no. in c. prox. sequitur & tertius effectus, quia erit nunc hęc sententia maioris authoritatis, quam primo, sicut sup. dixi. in sententia papæ.
6 † Dices ergo tu. confirmatio inferioris operabitur tantũ, quantum confirmatio papæ, quod sonat in absurdum. Rñdeo, q cõfirmatio papæ operatur illos effectus, etiam si sit facta extra iudicium, dummodo ex certa sciẽtia. inf. de cõfir. vti. c. i. & 2. de transa. c. i. sed cõfirmatio inferioris quasi nil operatur, nisi fiat in iudicio per uiam contentiosæ iurisdictionis, ita quod sumit vim potius ex præsumptione suę sententiæ, quam ex sua potestate seu uoluntate. ideo dixit Inn. in d. c. i. q petens hanc confirmationem sententiæ coram inferiore habet docere, q iudex fuit, qui tulit eam, & q ordinem seruauerit. non autem habet necesse probare, q sit iusta, quasi sentiat, q pro iustitia pręsumitur, arg. in c. in pręsentia, de renun. Hic diligenter notabis, q coram cõfirmatore nõ præsumitur iustitia processus, sed iustitia causę sic, arg. cap. qm̃ contra falsam, de prob. Et potest esse ratio, quia probato illum fuisse iudicem, qui illam tulit, & q seruauerit iudiciarium ordinem, infertur sententiam fuisse & esse validam, ideo iuste potest confirmatio peti: non aũt
7 est necesse probare, q fuerit iusta. † Quia præsumptio, qđ fuisset iniusta. i. cõtra ius litigatoris: tamen, ex quo nõ fuit appellatum, fecit ius inter partes, nec amplius debet discuti de illius iustitia vel iniustitia, ut in ca. cum inter inf. c. & l. res iudicata, ff. de re iudic. & l. ingenuum, de statu. hom.
8 & hoc diligenter notabis quia nemo aperit. † Sed coram papa nõ est necesse hoc maxime iudicialiter seruare, cum facit ex certa scientia, quod idem importat, quod ex plenitudine potestatis, ut est glo. fi. in c. ad hęc, de rescr. Ex qũibus omnibus infero ad intellectum huius c. dico enim, qđ exigitur qđ iuste & rationabiliter fuerit lata sententia ad
9 hoc, ut per papã cõfirmetur. s. ex iustitia ordinata. † Sed ex plenitudine potestatis potest sentẽtiam confirmare quantumcunque iniustam & sine iudiciario ordine prolatã, vt leg. & not. in hæc quippe. 3. q. 6. no. glos. in ca. nullus, il 1. 9. q. 2. facit tex. in c. ad petitionem, de accu. quod intelligo in dependentib. a libera potestate principis, ut in beneficialibus vel in supplendo defectum ordinis positiui, & ita loquuntur iura superius allegata, sed si sententia deficit in iustitia naturali, nõ potest, p principẽ cõfirmari seu defectus suppleri, ut est text. no. in cle. pastoralis, de re iud. & p hoc habes enucleatum intellectum huius ca. quod valde breuiter & succinctè tactum per scribentes exitit, & lẽto pede transiuerunt.

ADDITIONES.

a ¶Ex certa scientia. Adde quod dixi in apo. ad istum in c. 1 per tum all. J. de cõfir. uti. vel inu. Pau. de Ca. cons. 105. Alex. cons. 38. & cons. 103 vo. 4. And. Bub. consi. 203. vo. 3. & Ro. deci. 233. inci. papa Inno. Zacharias.

b ¶In foro iudiciali. Quid operetur sententie confirmatio pe[illegible] Ang. in l. quedã consul bant circa medium. ff. de re iu. & in l. a. in septima fallentia. ff. si quis in ius vo. non sent. & Rota dec. 132. inci. item not. in antiquis. Card. in cons. 83. in ca. charitatis in secundo dubio. Seb. Sapia.

SVMMARIVM.

1 *Executio sententiæ est delegabilis.*
De iure canonico omnia sunt delegabilia.
2 *Coram illo, cui est commissa executio sententiæ, potest allegari nullitas ipsius sententiæ super qua ipse executor cognoscet, sed remittet superiori, & interim supersedetur in executione.*
3 *Executor sententiæ non potest cognoscere de fraude, vel nullitate, quæ allegatur in dicta sententia.*
4 *Papa quando rescribit pro aliquo beneficiando, an admittantur exceptiones propositæ contra executorem, contra beneficiandum, & cõtra rescriptum.*
5 *Executore criminalium causarum si cognoscit aliquem esse iniuste condẽnatum, non debet ipsam sententiam executioni mandare.*
6 *Executor sententię, an possit resistentibus violẽtiam inferre quo ad actũ executionis explendum?*
7 *Possessio non est alicui auferenda sine causę cognitione.*
8 *Executor, cui est scriptum, ut det alicui possessionem remoto quolibet illicito detentore, an habeat iurisdictionem?*
9 *Cui est commissa executio, an possit cognoscere de subreptione, & falsitate rescripti, si coram eo opponatur?*
10 *Executor, an debet exceptiones oppositas admittere?*
Exceptiones calumniosæ possunt per iudicem non admitti.
11 *Executio sentẽtiæ, an possit committi parti vincẽti, ut propria authoritate possit possessionem intrare?*
12 *Possessio bonorum adiudicatorum quando capitur, non requiritur citatio partis.*
13 *Creditor an possit propria authoritate capere possessionem bonorum debitoris vigore pacti inter eos conuenti.*
Possidens per alium precario, potest illam possessionem cum violentia capere, quia dicitur potius se defendere, quam uiolentiam inferre.
14 *Archiepiscopus, an possit punire suum suffraganeum, qui simoniace, obtinuit aliquam gratiam?*
Obtinentes aliquam gratiam simoniace siue clerici, vel laici vtriusque sexus sunt ipso iure excommunicati, & non possunt absolui nisi in mortis articulo a Romano pontifice.

CAP. V.

De cætero. Merus executor sententiæ, corã quo excipitur de fraude, nõ cognoscit, sed remittit. Ita cõmuniter summãt Doc. sed iudicio meo minus bene, qa iste text. non loquitur de mero executore, qa merus executor nullam

lam exceptionem, executionem impedientem, admittit, ut in l.ſi ut proponis, & l. executorem, C.de execu.rei iud. & inſ.dicam latius. Sed tex.iſte admittit, ut is, cui executio committitur, admittat exceptionem ad effectum, ut remittat negotium ad ſuperriorem, non ut ſuper principali pronunciet. ut latius in proceſſu dicã, ideo ego ſummo ſic, Iudex deputatus ſuper executiue ſententiæ admittit exceptionem fraudis ſeu nullitatis ſententiæ, non ad effectum, ut ſuper ea pronunciet, ſed ut negotium ad ſuperiorem, ꝙ iudicauit tranſmittat, ſi illã probabilem repetierit. h.d. notabiliter, & non diuiditur. Caſus literal. Ecce papa. pñti partib. tulit ſententiam diffinitiuam. mandat papa alicui, quatenus ſententiam illam debeat executioni mandare. executor literis executionis receptis citat partes: reus contra quem debet executio fieri, dicit, quod executioni ſententia non eſt mandanda. quia per fraudem & dolum lata eſt quærit executor quod facere debeat, utrum debeat cognoſcere de fraude allegata? Reſpondet papa, quod executor de fraude illa & dolo cognoſcere non debet, ſed hoc referre ad ſedem apoſtolicam B. Nota primo, ꝙ executio ſentẽtiæ eſt delegabilis, & hoc eſt idubitatum, ſi princeps delegat, ut hic. ipſe enim poteſt delegare etiã ea, quæ ſunt meri imperii, ut l.i.ff.de oſ.eius, cui mand.eſt iuridi. ſed in inferioribus eſt dubium ſaltem de iure canonico. cõmuniter tamen concluditur, quod de iure noſtro omnia ſunt delegabilia, ut plene no. in c.quod ſedes, de oſ.ord. vbi plene dixi, facit cle.i.de hære. & c.licet de oſ. vica.lib.6. dixi plene in c.quis contra clericum de foro comp. Ex quo infero, quod de iure canonico poteſt iudex ordinarius, vel delegatus a principe delegare executionem ſententiæ, licet executio requirat iuriſdictionem maiorem, & quid de iure ciuili, dixi in d.c.quod ſedes, & ſi quis contra clericum, facit c.in literis, & c.quęrenti, & c.ſignificaſti, de oſ.del. † Nota. ſecundo, quod coram eo, cui eſt ſententię executio commiſſa, poteſt allegari nullitas ſententiæ; puta quia per fraudem, vel falſa inſtrumenta lata extitit. nõ tamen executor habet ſuper hoc pronunciare, ſed quęſtionem hanc incidentem coram eo remittere[a] ad ſuperiorem, qui ſententiauit: & ſuperſedebit interim executioni ſententiæ. † Opp. & videtur ꝙ ſi coram executore interueniat fraus, poſſit de illa cognoſcere & diffinire, quia uno commiſſo intelliguntur omniam commiſſa, de oſ.dele.c.pͥterea, & c.prudẽtiã. Solu.gl.metu contrarii intelligit tex. & bene, quando allegatur fraus commiſſa circa negocium principale coram iudice, qui ſententiauit, ut puta is, contra quem petitur executio, allegat ſententiam fuiſſe latam per falſa inſtrumenta vel teſtes falſos, vel ſimile, & ob hoc dicit illam ſententiam non mereri executionem, quo caſu dicit gloſ. executor nõ aſſumit ſuper hoc cognitionem. quia nõ debet ſibi aſſumere partes iudicis, cum non habeat iuriſdictionem, ut in d.l. ſi ut ꝑponis: ſed debet executioni ſuperſedere, ut hic. Et ſecũdum hunc intellectũ expone text. ibi. Et fraus interuenerit, id eſt iteruenïſſe dicat ſimiles expoſitin. ſup. de fide inſtru.c.2. ſecundum Aegidium. Sed contra pͥdicta & contra tex.opp.de ca.dicenti. §.ſi non cognitio. 24.q.2. & eſt l. & ſi non cognitio, C.ſi contra ius uel util.publi. So.gloſſ.in ſecũda parte. quod illa lex intelligitur in executore miſto, qui ſcilicet habet cognitionem & iuriſdictionem annexã. Iſtud uero ca. loquitur in mero executore, qui nullã habet cognitionẽ ſeu iuriſdictionẽ annexã ſed nudũ miniſteriũ exequendi. Et certe glo. iſta nõ bene loqͥtur; qͥa (ut ſup. dixi) executorẽ merus nullã admittit exceptionẽ, ut in dictis ll. ſi ut ꝑponis, & l. executorẽ. ſed iſte, de quo ĩ tex. admittit exceptionẽ, & de ea cognoſcit, nõ ut ꝑnũciet ſuꝑ principali, ſed ut remittat negocium infectum ad ſuperiorem hoc probat iſte tex. in eo, quod dicit, Quod non eſt facultas executori de toto negotio cognoſcendi. Quæ verba bene põdera: ergo bene poteſt cognoſcere de exceptionibus coram eo propoſitis, non ut pronũciet, ſed ſi reperit veras ſaltem apparenter, debet remittere negocium ad ſuperiorem, ut ipſe plene cognoſcat, & pronunciet, & hoc voluit finis c. & ſic illud c. non contradicit l. & ſi non cognitio. ibi enim dicitur. quod executor poteſt cognoſcere de fraude allegata, ut ſi fraus iteruenerit, de toto cognoſcatur. unde pondera, quia dicit, cognoſcatur, & non dicit per executorem. unde glo. in d.c.§. ſi non cognitio, intelligit, quod debet poſt modũ cognoſci & diffiniri per iudicem, non autẽ per executorem. & ad hoc allegat iſtod c. & idem Bal. in d. l.a diuo Pio, in prin.ff.de re iudi. & ſatis voluit In. hic parũ ante ſi.glo.ſuæ. Et colligendo ſubſtantiam eorum, quæ, tãgunt hic Doc. & Bart. in d.l.a diuo Pio, aliquibus additis, hanc materiam clare in tria membra cõſtringo. Aut enim commiſſio alicuius executionis facti fit ante omnem cognitionem, & diffinitionem. aut poſt ſentẽtiam, ſed anteꝙ executio fienda diſcutiatur. aut poſt latam ſententiam & cognitionem omnem habitam ſuper executione. Primo caſu ſi cõmittiẽ nudum miniſterium, puta prædicare; vel abſoluere, vel quid ſimile: & tunc non committitur iuriſdictio, tex. eſt in ca.ſi.§.vlti.de oſ.del. & licet glo. ibi. & in ca. ex literis. eo.tit. dicat, ꝙ acceſſorie tranſit coertio, ſi nõ põt aliter commiſſarius iniunctorum exequi: tamen Ioã. And. & Hoſt. tenet contrarium in d.c.ſi. & ibi reſpondetur ad c. ex literis quod videtur facere in contrarium, & uide tu qđ ibi dixi. vnde puto, quod talis ſit nudus executor, nec dẽt admittere aliquam exceptionem, niſi forte ſit aliqua noui ter orta, vel antiqua occulta non conſiderata per mandantem,[b] per tex.no. in l.ſi hominem, ff.mand.[c] facit quod no. glo. 25.q.2.ca.dicentis. §.ſi non cognitio. Aut committitur aliquid iuris. puta ſcribit papa, conqueſtus eſt nobis talis, ꝙ uiolenter fuit a ſuo beneficio eiectus, quapropter, ſi ita eſt reſtituas ſibi dictum beneficium, talis commiſſarius habet iuriſdictionẽ, & poteſt de toto negocio cognoſcere, & iudicare. Nam talis vigore illius clauſulæ, ſi eſt ita; etiam ſi non eſt expreſſe, cum ſubintelligaẽ, habet iuriſdictionem cognoſcendi, ut ca. 2. de reſcri. licet enim mandetur executio; tamen cum non poſſit fieri ſine præambulo, ut ſ. cognoſcatur, ſi ita eſt, videtur etiam mãdata iuriſdictio,[d] ut l.ad rem mobilem, & l. ad legatum, ff.de procu. & in ca. ſecundum alium intellectum d.l. & ſi non cognitio, & hoc eſt clarum, & tenet Bar. in d.l.a diuo Pio, & eſt glo. ord. in præterea, & c. prudentiam, de oſ. del. & ſic poteſt intelligi paſtoralis. §.quia uero, de oſ.del. † Quid autem, ſi papa ſcribit alicui, quod prouideat Petro de tali prębenda, ſi vacat? dicit Inno. quod hæc commiſſio habet cauſæ cognitionẽ in hoc, ut executor inquirat & cognoſcat, an vacet, ante ꝙ ei cõſtituerit de vacatione,[e] merus remanet executor quo ad prouiſionem, quæ non habet cauſę cognitionem. vnde ſecundum eum, is quis vellet obiicere in perſonam executoris, vel etiã illius, cui prouidendum eſt, non eſt excipiẽs audiendus, alle.not. in c.propoſuit, de cõc.præb. ſed Hoſt. dicit hæc mira & noua, nec ſibi placere quo ad hoc vltimũ dicẽs, quod com ſcribit papa pro aliquo beneficiando, admittuntur exceptiones propoſitæ contra beneficiandum, & contra reſcriptum, & contra executorem, alleg.c.ad aures, & c.cum adeo, & c.poſtulaſti, & c. ſi proponente, de reſcrip. & de offic.dele.c. paſtoralis. §.quia uero, & ibi bona glo. de hac materia, niſi Inno. intelligat hoc dictum ſuum ĩtelligendum, ubi papa certo iudici, & pro certa perſona, & de certa præbenda præciſe, & de certa ſcientia ſcribat exprimens ſufficienter in ſua litera, ꝙ non vult contra ſuam literam aliquam exceptionem admitti. ſic enim poſſet ſaluari dictum ſuum ſecundum Hoſt. cum papa dicat, quod nec ſe, nec anteceſſores ſuos credit hoc expreſſiſſe, ut in c. ex parte. 2. de offi.del. & placet mihi dictum Hoſt. quia depuatus ad prouidendum ſimpliciter de beneficio, non eſt purus executor, ſed miſtus,[f] cum papa non ſit informatus de perſona, cui mandat prouideri, vel cui cõmittit, vel de quantitate beneficii, ut plene no. per glo. in d.§.quia uero, & in cle.vna, de oſ.del. dixi poſt Inno. in c.ſi. de præſump. Ideo hic hunc articulum non proſequor, quia habet materiam ſeparatam & diſtinctam, ſed not. dictum Hoſt. Secundo membro principali, quando commiſſio fit poſt ſententiam duntaxat; & tunc dic, quod is, cui fit commiſſio, eſt iudex, cum in actu executionis multa poſſint allegari, ut in

l.a

ADDITIONES.

a ¶Remittere. Adde ꝙ Ro.conſi.[illegible] dicit ꝙ ſi notoriè nullitas appareret ꝙ non debet remitti ad ſuperiorem. & ibi hoc comprobat multis rationibus.

b ¶Per mandantem. Adde, ꝙ per illam l. voluit Ro.conſ.325. & dic ꝙ etiam admittitur exceptio de poteſtate mandatis, ut uoluit Lapus alle.g.2.

c ¶ff.mandati Vide multa, quę decidi[illegible]tur per illum tex. cumulata per Fel. in c.3. ver.fallit.[illegible] de conſt. & per Ia[illegible] in l.non ſolum.§.morte.ff. de ope.no. nunc. per An.Siculum in c.13 in 13.no.[illegible] de off.deleg. & in rep.rub.C.qui admi. Seb.Sap.

d Iuriſdictio. Adde quod voluit Ro.conſ.243.

e ¶De vacatione. Vide ad hanc materiam multa cumulata per Fel. in cap.ſi.3. de præſump. Seb.San.

f ¶Sed miſtus. Adde Ol.conſi.227. & vide eandem Abb.conſi 34. Pet. de Anch. conſ.[illegible] incip. iſte executor. [illegible] conſ.[illegible]

l.a diuo Pio,§.si super reb.pal. hic, & in d.l.& si non cogni
tio & not.Bal.ibi: & facit quod not.Inn.in c. cũ super,in fi.
ins.eo.probatur ibi & in c.cum ueniens.2.de testib.cõmis-
sarius enim hoc casu succedit loco iudicis. Vide quicquid
opponi potuisset corã eo, poterit opponi corã isto execu-
tore.& hoc casu bene cõsidera secundũ Bart.in d.l.a diuo
Pio, quod quandoque executio committitur alicui in de-
fectum iurisdictionis(ut quia ille,qui sententiauit,nõ põt
exequi,puta quia arbiter, vel delegatus inferioris a princi
pe,quo casu recurritur ad ordinarium, & ad delegantem)
& tunc indubie talis executor hẽt oẽm cognitionem,quæ
requiritur in executione.ut in l.a diuo Pio. credo,ꝙ isti ta
les tanquam superiores poterunt etiam pronũciare super
nullitate actus,ar.opt.in c.cum ab ecclesiarum, in fi.de of.
or.sunt enim isti pronunciando functi officio suo.Et idem
uidetur,quando inferior tulit sententiam:puta Arch.in iu
risdictione sua, & pro executione recurritur ad episcopũ
tanquam superiorem,quod notabiliter confirmauit Spec.
in titu.de execu.senten.§.nunc uidendum,uer.ut aũt. Seq
tur hic D.Ant.dicens se putare hoc procedere,etiam si in-
ferior possit exequi, ex quo superior illius adit pro execu-
tione. Nam inferior potest exequi per iurisdictionem quã
habet, ut plene dixi in c. si quis contra clericum,de fo.cõ-
pe.sed pro iurisdictione maiori solet recurri ad superiorẽ,
ut ibi dixi.Item posset superior de retractatione cognosce
re per uiam restitutionis,ut no.Spe. in loco præall. facit c.
pe.de in int.rest.& quod legit̃ & nn.in d.c.cum ab ecclesia
rum.Quandoque committitur alicui executio a statuto in
auxilium iurisdictionis, ut quia per statutum deputat̃ ali-
quis super executione sententiarum,& tunc secundũ Bar.
quædam est cognitio circa res,in quib.est fienda executio
& de hoc poterit iste cognoscere, ut in d. l. a diuo Pio.§ si
super reb. & se. Quædam est cognitio super exceptione,q̃
o pponitur post sententiam,& tunc aut opponit̃ tale aliq d,
quod concernit merita principalis causæ, exemplũ ponit
Bart.in his in quib.loquit̃ tex.in l.1.C.de iur.& fac.ign.ut
puta quia d̃t,quod debet excusari a iuris ignorãtia ex spe
ciali priuilegio.& de istis non poterit cognoscere talis exe
cutor,sed debet remittere ad priorem iudicẽ, all. l.pe.ff.de
cõfes. Quędam sunt exceptiones, q̃ solum respiciunt exe-
cutionem, nec infringunt sententiam, ut exceptione quis
exigatur ultra quã facere possit,& similes:& de istis execu-
tor cognoscit.d.l.pe.& etiam pronunciauit, ut ibi.Quædã
sunt exceptiones,quæ directe ueniunt contra sententiam,
& eam impugnat,ut exceptio nullitatis,vel falsorũ instru-
mẽtorum,& similes.gl.in d.c.pastoralis,& in d.§.si non co
gnitio, tenet quod executor potest de his cognoscere, &
ibi est glo.multum not.de hac materia, vide per Spec.qui
idem tenuit in tit.de exe.sen.§.1.ver.ut autem.Dicit tamẽ
illa glo.quod cognoscit ad finem,ut super sedeat, & remit
tat ad superiorem,non autem ut super illis pronunciet.Et
idem Bart.in d.l.a diuo Pio.& pro hoc casu allego.text.hic
& similiter in l.si prætor.§. Marcellus,ff.de iudic.Et idẽ fi-
naliter tenẽt Innocen.& Hostien.hic.& si diceremus con-
trarium,posset sequi absurditas secundum Bart. s.quod iu
dex minor,vel par possit infringere sentẽtiam maioris,vel
pars cõtra l.nam & magistratus,ff.de arbi.& in c.innotuit,
sup.eod. de elec. Idem per omnia tenet Barto. quando iu-
dex sententians delegat executionem ante cognitionem
habitam super executione fiẽda,& hoc finaliter voluit In-
no.hic licet referat varias opi. sed hoc est tenendum præ-
dictis rationibus.Addo tamen,ꝙ si opponitur exceptio cõ
cernens iniustitiam, & non nullitatem, non debet execu-
tor supersedere,etiam si sciat eam iniustam. quia fecit ius
inter partes,ex quo transiuit in rem iudicatam,ut in d.cle.

5 pastoralis.§.quia uero,de offi.del. † Dicit tamen ibi Inno.
singulare uerbum,se non consulere executoribus crimina
lium causarum, ut in personam condemnati pœnam exe-
quantur, si cognoscunt illum iniuste condemnatum, licet
referat alios contradicere,arg.c.cum minister.24.q.6.& ui
de in hoc qđ dixi in d.§.quia uero,& hoc dictũ Inn.refert &
sequitur Ang. de Peru.ĩ d.l.a diuo Pio, qui vr̃ ĩ aliquo deuia
re a prædictis,& a Barto.allegando d.l.si prętor, in fin.ali-
ter inducendo,quam Bart.sed Inn.intelligit illam legem se
cundum quod intelligit Bart.& mihi placet. Tertio mem-

a bro principali, quandoque executio[a] sentẽtiæ committit̃
post sententiam & habitã cognitionem de executione, ut
in commissione,quæ fit nuncio,& iste secundum Bart.uo-
catur merus & nudus executor, & nullam habet cognitio
nem.d.l.si ut pponis. & l.executorem. & est restitutio, q a
omnis cognitio præcessit. & ideo mera executio videtur
commissa, & hoc modo secundum eum cognoscitur me-
rus executor, & hoc sequitur hic D. Ant.dicens:ꝙ iste ta-
lis nullam exceptionem potest admittere, & idem Bald.in
d.l. & si non cognitio, C. si contra ius, vel uti.pu. & idem
refert tenere Odof.& omnes.sed tu uide gloss.2 c.q. 1.c.di-
centi.§.si non cognitio,quæ dicit ꝙ quantumcunque exe-

b cutio sit mera,tñ si euidens[b] est eam esse nullã,ut per falsa ĩ
strumenta latam,executor non debet eam exequi,& mihi
placet hoc,arg.eius quod no.in l.iuste possidet. de acq rẽd.
possession.Nam,ubi sententia est nulla non excusatur quis
authoritate iudicis præsertim,quando euidens est eam es-
se nullam,nisi aliud dicatur in casu nostro,in quo fuit habi
ta cognitio super executione:sed (ut dixi) euidentia facti
debet præualere,arg.8.dist.c.veritate,& in c.euidentia,de
acc.posset tamen sic dist ingui, ꝙ aut pñtibus partibus sup
executione sententię lata fuit aliqua sententia, & tunc cũ
transiuit in rem iud.non debet amplius excipi de nullitate
arg.in l. 1.ff.quæ sen.sine app.rescin.in prin.Aut nulla sen-
tentia lata fuit,& tunc secus,& abstinebit iste executor ab
executione non ratione iurisdictionis. quam habet, cum
nullam habet:sed quia non meretur dici sententia, ex quo
est nulla,ut l.4.§.condemnatum, ff.de re iud.facit qđ not.
Inn.in c.si quando ,de of.del. ubi aliquid tetigi ad materiã
post eum.Ex his omnibus infert̃ contra lec.huius glo.quæ

6 intelligit istum tex.in mero executore.† Sed circa istũ me-
rum executorem quæro, an possit resistenti uiolentiam in

c ferre quo ad actum executionis explẽdum?[c] Ang.de Peru.
in d.l.a diuo Pio,dixit ꝙ non,quia sua potestas,cum sit me
ra & modica, non extenditur ad hunc casum,alleg. Inno. ĩ
c.cum olim.2.de priuile.in uerbo; per portarium. Sed ad-
uerte tu.quia Inno. non loquit̃ ita simpliciter prout eũ alle
gat:imo(si bene ponderet̃) quo ad hunc casum sentit op-
positum.loquitur enim primo, quando commissio fuit fa-
cta simpliciter alicui nuncio,ut mittat aliquem ĩ possessio-
nem alicuius rei,nulla sententia prius lata partib.pñtib.su
per illa re.quo casu dic,ꝙ non debet iste nuncius violentiã
inferiorem, etiam partib. quia officium suum ad hoc non
extenditur,debet .n. intelligi de possessione vacante.Ideo
dicit,ꝙ etiam absente possessore non debet alium in posses

7 sionem mittere;†quia non dẽt priuare alium sua possessio-
ne,cum ipso non sit iudex, nec sine causæ cognitione quis
est a sua possessione remouẽdus.l.fi.C.si super uim uel alio
modo.Oportet ergo secundum eũ, quod prius possessor re
nunciet, uel authoritate iudicis inde expellatur. hoc verũ
secundum eum, nisi partibus præsentibus sententia lata
fuisset contra possessorem. tunc enim satis videtur, quod
viator seu nuncius posset dare possessionem rei, quã alius
possidet maxime si potest fieri sine uiolentia.d.l.fi.C.si per
uim. Et pondera bene hęc uerba ultima in eo, quod dicit,
maxime sine uiolentia,ex quo clare sentit,ꝙ etiam uiolen
tiam potest inferre,quando est merus executor datus post
sententiam, & sic primum dcm̃ suum uidetur restringere,
quando ante cognitionem fuit mandatum nuncio, ut ali-
quem mitteret in possessionem, debet.n.in dubio intelligi
de uacante.ar.c.cũ in nostris,de concel.præb.& c.dudum,
de priui.& quod leg.in c.2.de deci.li.6.in prin. Et quod nũ
cius deputatus post causæ cognitionem possit uiolentiam
inferre,facit optime text. in l. qui restituere,ff.de rei vẽ.&
l.prohibitum,C.de iure fisci.lib.10.facit quod no.glo.in c.
fi.de of.del. ut sic illę gl. saluentur saltem respectu coertio-
nis facti.& facit l.ad rem mobilem,& l.ad legatum, ff. de p

8 cura. † Quęro circa prędicta, quid si fuit scriptum alicui,
d ut daret possessionem,[d] amoto quolibet illico detento-
re?

ADDITIONES.

a ¶Executio sententiæ. Vide late per Fel.in c.pastoralis.§.quia vero ĩ.de off.dele. vbi latè ponit quid possit merus executor & quasi reassumit totam hanc materiam. Seb.Sap.

b ¶Euidens. Vide ad hoc Pet.de Anch.in consi.383.incip.retento ordine dubio rũ.dũ limitat tex.in c.si de exec.in vj vide Fel in c.si qñ ĩ.de offi dele. Seb.Sap.

c ¶Explendum. Adde quod voluit Alex.consi.124.2.lib.de inuste torto qui fugit de carceribus.

d ¶Vt daret possessionem. Adde an possit alium substituere ad exequẽdum.& vide ꝙ non, per Inno. & Ioan.An.in capit.si ĩ.de offi.delegat. Baldus in apostil. ad Specul in titu.deleg.§.excipitur. vers.item ꝙ iniunctum Alex.in l nemo. ff. de duo.reis & Car in cle. 1 eod.titu. & qualiter talis executor procedat. & vide Spe.i ti.de exe cu.sent.§.2.circa prin.& i ti de sen.exc.§. 4.ver.quid si. Zac

a re.ᵃan talis hēt iuriſdōnē,vel ſit ſimpliciter executor? Inn. in d.c.cum olim,dicit primo, ꝙ talis non habet iuriſdictionem,niſi ſuper notoriis & illicitis,ar. in c.ſtatuimus,de of. deleg.lib.6. Alii dicunt & forte melius ſecundum eum, qđ procedat etiam ſuper nō notoriis iuris ordine ſeruato, all. no.in c.epiſcopi, de reb.eccl.non alienan. & hoc vltimum mihi placet, ſi commiſſio fuit facta ante ſententiam & cognitionem ſuper executione, quia talis uidetur iudex, cum habeat cognoſcetur, an poſſeſſor ſit illicitus. ad hoc quod no.glo.in præall.c.paſtoralis,§.quia uero.uer.miſta, de of. del.Secus autem,ſi præceſſit ſententia,& cognitio ſup executione fienda, quia tunc eſt merus executor,ut ſup.dixi,

9 & ſic limito Innocen. † Quæro an is cui committitur executio,poſſit cognoſcere de ſurreptione,uel falſitate reſcripti,ſi coram eo opponitur? Inno.hic diſtinguit, quod aut is, qui tulit ſententiam,commiſit executionem,& tunc opponi non poteſt de ſurreptione, cum ipſe ſatis ſit certus de facto ſuo,de reſcrip.c. ab excōicato. Aut non ipſe tulit ſententiam,ſed alius,& uincēs, cauſam impetrauit reſcriptum a ſuperiore, puta a papa,narrando multa pro executione fienda.& tunc poteſt ipſe cognoſcere,& tardabit executionē, de hoc eſt caſus in d. l. & ſi non cognitio.& hanc executionem appell. Inn.miſtam, ſed primo caſu appellat meram, ſed hoc procedit quo ad cognoſcēdum de exceptione ſurreptionis; ſed quo ad alias exceptiones admittendas, vel repellendas,tene quod ſup.dixi.Sed Inn.non aperit,an intelligat dictum ſuum in mero executore, capiendo merum prout ſup. dixi. vnde dico, quod capiendo executorem miſtum vt dixi in præcedentibus,poterit in dubio cognoſcere de exceptione reſcripti,& etiam iudicare,& etiā de ſurreptione, ſi poſſit probari etiam in facto proprio,ar. tip.in c.cum olim.inf.eo.& hoc probatur in d.l.& ſi non cognitio.Iſte.n.eſt iudex in executionis actu, ut ſup.dixi,merito poteſt cognoſcere de poteſtate ſua, & etiam pronunciare ſe iudicem,ſeu non iudicem,ut in ca.ſignificantibus, de of.delega.& cle. 1.de reſcri.Sed dubium eſt,quod in mero, capiendo proprie,ut prædixi?& tunc diſtinguo, ꝙ aut alius iudex commiſit executionem narrando,quod ſententia fuit lata,& omnis cognitio ſuper executione habita,& per partem aduerſam hoc negatur, & dicitur reſcriptum ſurreptitium; & tunc eſt dubiū,an poſſit de hoc cognoſcere,& pronunciare,& credo qđ ſic,quia ſubintelligitur illa clauſula, ſi ita eſt quæ in hoc peremptorio dat iuriſdictionem,ut in d.c.ab excommunicato,de reſc.ſecus uidetur,ſi ille idem. qui tulit ſententiam, hoc commiſit. Si tamen exciperetur,quod reſcriptum eſt falſum,uel ſurreptitium, ut quia aliter priᵛ,& uiua voce dixerat, quam nūc ſcriberet, ar.d.ca.olim, & tunc puto, ꝙ non per uia iudicii,cum nullam iuriſdictionem habeat ar.d.l.ſi ut proponis,& l.executorē,C.de exec.rei iud.ſed extraiudicialiter ad ſui inſtructionem poterit de hoc inquirere ad effectum,ut exequatᷣ,

10 uel ſuperſedeat.arg.c.cum contingat.ſup.de reſcri.† Quæro an executor præſertim miſtus debeat ſemꝑ exceptiones propoſitas admittere? Solu.Gof. dicit quod non. ſi enim executor ꝑcipit, ꝙ malitioſe opponitur exceptio falſi cauſa differendæ executionis, fiat executio, ſalua manente falſi quæſtione, C.de fal.l.2. Ad hoc adduco.ad diſſuluendū,de deſpon.impub.& no.Innoc.in ca.poſt electionē, de conceſ.præ. ubi dicit iudicem non debere admittere exceptionem etiam peremptoriam ſi vehementer præſumit illam calumnioſe oppoſitam,facit c.cum contingat,& c.ſu-

11 per literis,de reſcr.† Vlterius quæro, an iudex poſſit parti vicenti executionē ſententiæ committere,ut ſic vadat propria authoritate, & poſſeſſionem ingrediatᷣ? Gl. in l.meminerit, C. unde ui,tenet ꝙ ſic,& pro illa bene facit l.eū qui. §.ſi epiſtola. ff. de fur. ubi ī facto proprio quis conſtituitur

b nuncius,ᵇ & quod legi.& no.in ca. cum dilecti,de dolo,& contu.Contrarium ſentit glo.in l. iuſte poſſidet,ff.de acq.

c poſ.& utrobique no.per doc.Cōis legiſtarum cōcluſioᶜ eſt maxime Bar. ꝙ dummodo non reperiatᷣ reſiſtens, pōt hæc facultas dari parti.alias ſecus, ne detur materia generandi ſcandalum.arg.in l.non eſt ſingulis, ff.de re iudi. Ego puto hoc uerum in caſu,in quo committitur nuda & mera executio. ſed ſi oporteret cauſę cognitionem adhibere, tunc ſecus,quia non debet quis ī facto ſuo iudex cōſtitui l.vna, C.ne quis in ſua cauſa.& 4.q.4.c.1. Exigitur autem cauſæ cognitio quando in rebus non adiudicatis eſt fienda executio,ut in perſonali actione d.l.a diuo Pio,not.Inn.in d.c.

12 cum ſuper inf.eo.in fin. † Secus in rebus adiudicatis. tunc enim nulla etiam ſummaria cognitio adhibetur,ut not.In. in loco præalle.hinc dicit idem Innocen.in ca. ex ratione, app. ꝙ etiam citatio non exigitur,quod eſt notandum , &

13 uide quod ibi dicam.† An autem ex pacto inter creditorē & debitorem inito poſſit induci , ut liceat creditori ꝓpria authoritate poſſeſſionem bonorum debitoris apprehendere pro ſatsifactione debiti, uide plene per Bar. in l. 3. C.de pig.& tandem concludit,ꝙ ſic per illum tex. dūmodo non

d reperiat reſiſtentem,ᵈ alias non ualet pactum ratione prædicta,nec pactum ſit cauſa ſcandali.l. cōuenire, ff.de pacti. dot

ADDITIONES.

a ¶Illicitu detentore.De hac clauſula vide Lapum alle.ʒxv. incip.idem eſt dicere:& Bald.in rub.ē.de offi.deleg.colum penult. Seb Sap.

b ¶Nuncius. Et ꝙ quis poſſit eſſe nuntius in cā propria, ea commiſſione iudicis dicit ēt Bal.in d l.iuſte poſſidet per d.§.ſi epiſtola.Sal.in l.dotis.ſolut.mat.facit quod vult Bar.in l.1.C.de ſer. fug. vbi per illum tex. dicit probari, quod quis pōt eſſe nūtius & executor in cā propria,& ad propriam voluntatem.Idē in teſtatore qui pōt dare licentiam legatario,ꝙ capiat rem legatam & poſſeſſionem ipſius,propria authoritate.iſta eſt elegans gl in l.titia cum teſtō.ff.de leg.2.in §.Lucius.in ver. non ſit interpretandum,ibi circa finem,vel tertio a ſe,id eſt,vt non petat ab alio,not.per legiſtas in l.nemo pōt.ff. de legat.3.ad de an legatarius propria authoritate poſſit rem legatam capere, & quando non Rom.conſ.312.

¶An quis poſſit eſſe nuncius in cā propria,ad citandum & ſuum aduerſariū. vide Bartol.in l. cum qui. in §.ſi.ff.de fur.& per Bartol.in extrauagan.ad reprimē.in ver.per nuncium.vbi dicit ꝙ ſic.& per Bal.in authen.ſed omnino. C.ne vxor.pro marito,& tenet Bartol.in l.1. C.vt nemini l.c.ſine iudic. autho.& per Paul.de Caſt.in l.miles.in §.qui iudicati.ff.de re iud.& per glo.in l.ſi vt proponis.l.a.2.C quomodo.& qñ iudex.& vide Alex.in l.iuſte poſſidet. hic allegata,vbi poſt Bar.dicit ꝙ iudex poteſt dare licentiam actori,quod citet ipſum reum. Ant.Fran.

c ¶Concluſio.Et iſta concluſio eſt approbata . Et idem tenet Bart.in l. 1. per illum tex.C.vt nemini l.ſine iu.& in repe.l.creditores.in 4.q prin.C.de pig & in l.ſi finita.§ Iulianus.ff.de dam.infe.Cy.& nouit.in l.iubemus. de an.il.om. iud.in 2.q.cum aliis concord.quas adde Do.Alex. in l. iuſte.de acquir. poſ. vbi ēt refert Bald.& Ludouic. Ro. variaſſe,te ad eum tenuiſſe,& facit ad prædicta glo.in l.miles.§.qui iudicati.ff.eo.per quam dicit Ang.ibi no.quod parti obtinenti ſniam,pōt per iudicem committi venditio bonorum condemnati,quod dicit eſſe mirabile verbum pro d.l.meminerint,dicit ēt Bal.in auth. ſed.C.ne vxor. pro mar. quod executio in rebus & captura perſonæ poſſunt per iudicem committi parti. dummō talis executio fieri poſſit ſine violentia & periculo armorum,alibi,etiam dicunt Cy.& Bald.in l.2.C.ſi in cā.iud. quod iudex pōt dare licentiam creditori quod pignus ſibimet in ſolutum accipiat per not.per gl.in d.§.qui iudicati,imo plus per iudicem poteſt dari licentia parti quod citet ipſemet ſm Bar.in ver.ſ per literas.in extrauag.ad reprimen.Bal.& Salic.in l.vt ſi proponis.per glo. 3.C.quomodo & qñ iud. Do. Anto.& alii canoni.plene ponunt in c.1 ē.de iud. poſt.Spec.in t.t.de cita. §. ſequitur.in ver.qñque committitur parti.vbi tenet,ꝙ poſſit.& in ti.de & actio. & pe.in §.ſuper.in ver.item.vide per An. in l.2.C.vt nemo priua.prædicta intellige parte citata & vocato poſſeſſore,alias quis non debet ingredi tenutā vel poſſeſſionem fundi,authoritate,vel licentiam iudicis niſi conceſſa ſit,vocato prius poſſeſſore,alias caderet a iure ſuo.per d.l.meminerint.& ibi Bar. & alii poſt eum & gl.in d.l.iuſte poſſidet.& propterea Bart.in conſ.quod miſſus in poſſ.in 4.dubio prin.dicit not.quod qui vult authoritate alicuius ſniæ ingredi poſſeſſionem rei, debet diligenter inquirere , quis ſit poſſeſſor, & eum facere citari,& ſi hoc neglexerit punitur priuatione iuris ſui.d.l.meminerint.& ſic negligentia in non inueſtigando poſſeſſorem,& ēt in non vocando eum ad ius puniendā,eſt d.l.meminerint.& non excuſatur rōne iniæ, vt ibi per eum:& idē dicit Bal.i l.ſi.C.de edic.diui.Adria. tolli.Pet. de Anch. & Gemin.in c.ſi.de electio.in ſexto.vbi refert Petr.de Anchar.ſe ita conſuluiſſe & ita conſuluit in conſ.267. quod incipit in primo dubio quo quaritur,&c.& in conſ.269 incip.vř prima facie.& D.Alex.de Imo.in conſ. 225. inci.viſa facti narratione.nec obſt.regula quod non ſit citandus ille quo inuito & contradicente pōt actus expediri.l.4.in princ.in ver.illud. ff.de fideic.h. & regula ꝙ pōt inuitis,quia pōt dici , quod iō lex requirit citationem, quia multa poſſent opponi contra ſniam quæ tranſiuit in rem iudicatam ad impediendam executionem,quæ pulchre ponuntur per Bartol.& alios in l. 2. C. de iur.& fact.ignor.

¶Adde quod in neceſſario creditoris qui habet poteſtatem ingrediendi propria authoritate.Baldus.conſ. 114 quarto libro.

¶Dicas circa hoc. quod hic dř de legato, quod legatum recta via in legatariū & ſibi rei legatæ diūum acquiritur.l.a Titio ff de fur.& cedit ab adita hæreditate,vt plene per Bartol.& Bald.in l.eam quam.C.de fideicom.& in l.1. & C.qñ dies leg.ced.& vide gl.inſti.de leg.§.ſi peculium.tñ non pōt propria authoritate occupare legatum l.1.§.1.ff.quor ū lega.& habetur per gl.& Bar. in l.extat.ff.ꝙ metus cā.alias priuaretur legato,vt in l.non dubium.& ibi per gl.& Doct.C.de legi.quod verum eſt, qñ res legata teneretur per alium ſm Bar.in d.l.extat & per Paul.de Ca.in conſ.inci.cſu donatio ſine dubio,quod ēt eſt verum niſi de licentia teſtatoris rem legatam acciperet,vt in l.Titia cū teſtamento.§.2.ff.de leg.2 & no.Bar.in l.legitimos.de legit.tuto.& per Alex. in l.extraneum,C.de hæred.inſtituen.vbi dixit,quod ēt ſi teſtator diceret,accipe talem rem tua authoritate, vel a te ipſo.quod tunc & eo caſu pōt ēt adhibitis armis, licet non debeat armis percutere, ſed ſolum illis vti ad terrorē, quod ēt voluit Bart.in l.1.C. cōia de lega.pōt ēt capere propria authoritate, ſi legatarius eſſet executor teſtamentarius. ita Bal.in d. l. non dubium. C.de legi.& eodem mō ſi in legato eſſet adiectum , verbum libere, ſm Bart in l. precibus. C.de impuber. & aliis ſubſtit. Et ad prædicta vide conſilium Pauli de Caſtr 283. Anto.Franc.

d ¶Reſidentem.Vide late Do.Iaſ.in l.3.verſ.capio gl magnam. C. de iure emphyteu. Seb.Sapia.

dot.hoc uerum secundum eum, nisi debitor constituisset se precario nomine possidere, quia tunc, cum possessio sit trãslata in creditorem.l.certe,ff.de precario,poterit vi possessionem intrare, quia potius tunc dicitur suam possessionem defendere, quam uiolentiam inferre: quod notãdum.

14 † Vltimo hic quæro de quæstio.not.quam ponit hic Inno. quidam electus (pone in episcopum) obtinuit coofirmationem a Roma. Pontifice, demum accusatur coram Metropolitano suo, ꝙ simoniace illam confirmationem obtinuit: puta quia dedit pro ea obtinenda pecuniam alicui ex familiarib. Papæ, quęritur nunquid talis accusatio fieri, & admitti debeat ꝑ Metropolitanum? Inn.tenet hic quòd sic dummodo non agat̃ ad pœnam depositionis, sed ad aliam pœnam, & nihil tangit̃ de cõfirmatione, quia si ageretur ꝙ cõfirmatio esset iniusta. nõ posset agi coram inferiore a cõfirmante. No.bene hoc dictũ, pro quo ego allego tex.iũcta glo.bo.in c.i.de confir.uti.uel inuti.vbi patet, quòd licet inferior cognoscere non possit de ualiditate cõfirmationis seu rei per superiorem confirmatæ. potest tamen de crimine commisso pro confirmatione obtinenda cognoscere, & punire: quia hoc non tangit uires confirmationis. nõ.n. ꝑ confirmationẽ eximitur a potestate sui iudicis, ut not.in c.nisi de præb. Ex quo dico, ꝙ contra episcopum confirmatum simoniace poterit agi etiam ad pœnam depositionis. dummodo diffinitio reseruet̃ papæ, & in agitatione causæ adhibeatur numerus episcoporum, de quo satis dixi. sup. eo.c.non potest. ꝯ alium prælatum inferiorem poterit agi ad depositionem, & priuationem ratione prędicta. Et hodie excommunicati sunt ipso facto clerici seu religiosi, vel laici utriusq; sexus, qui promissionem seu munus aliquod ex pacto fecerint, vel receperint, vel donauerint pro aliqua gratia, vel iustitia obtinenda apud sedẽ aposto. a qua prętérquam in mortis articulo, nisi a papa absolui non possunt, & gratia sic obtenta est ipso iure nulla. simili sententia inuoluuntur, q̃ scienter tali gr̃a utuntur, ut hr̃ in extrauagãti Bonif.8.q̃ incipit, excõicamus, & anathematizamus, &c.

SVMMARIVM.

1 *Pignus prætorium non constituitur ex sola iussione prætoris, nisi actualiter fiat missio, secus est in pignore conuentionali, quod solo consensu cõtrahitur. 3.*

2 *Adiudicatio bonorum non impeditur, si reus est paratus dare alia pignora. 12.*

4 *Obligatio bonorum simpliciter facta intelligitur de futuris, & præsentibus.*

Publicatio bonorum simpliciter facta intelligitur tantum de præsentib.

5 *Pignus conuentionale quo ad possessionem non transfertur in creditorem sine actuali traditione.*

6 *Actio pigneratitia directa non competit, nisi creditor sit in possessione pignoris.*

Statuta loquentia in pignore non habent locum in hypotheca in factis odiosis.

7 *Iussus iudicis de mittendo aliquem in poss. durat biennio: postea vero requiritur nouus processus, nisi creditor ex rationabili cã fuerit impeditus, quo casu habetur pro possessore.*

8 *Nuncius missus a iudice, ut ponat creditorem in possessionẽ bonorũ, & ipse assignauit vnam pro alia, non transfert possessionem in ipsum creditorem.*

Possessio bonorum adiudicatorum transfertur in creditorem per nunciũ a longe stantẽ & bona ipsa videntẽ, secundum veram opi. Abb. hic 10.

9 *Possessionem vnius beneficii quando quis vult accipere, debet omniũ rerum totius beneficii possessionem accipere, & non sufficit, si acceperit possessionem vnius pro omnibus, nisi consuetudo sit in contrarium.*

10 *Possessio beneficii acquiritur in conspectu beneficii, licet non intrauerit actualiter, etiam si alius sit in possessione, dummodo contra eum sit lata sententia.*

11 *Creditores omnes censentur cępisse possessionem, si unus ipsorum ipsam ingressus est.*

12 *Appellari non potest a sententia lata in realibus.*

Dominium rei an perdatur per sententiam latam super illa re?

CAP. VI.

CVm aliquibus. Hoc. c. potest intelligi duobus modis. Primo, ꝙ loquatur in pignore prætorio, puta quod prætor, vel iudex propter contumaciã rei ponit verbo tenus[a] actorẽ ĩ possessionẽ rei petitę ĩ actione reali vel aliorum bonorum ipsius rei in actione personali, & intentus literæ est, ꝙ ad causandum pignus prætoriũ ad hoc ut missus possideat, non sufficit iussus iudicis. sed requiritur ut actualiter mittatur in possessionem. & secundũ hunc intellectum hoc dicit in summa. † Non sufficit ad prętorium dignus, ut uerbaliter detur, nisi actualiter fiat missio. Secundo potest intelligi, cum possessio aliqua uel proprietas alicuius rei, seu res aliqua adiudicat̃ actori iure dominii, & reus pro executione vult dare aliquod pignus, & non ipsam rem, saltem in pñti hoc casu non sufficit, & secũdum hunc intellectum, hoc intendit. † Non impediet reus sententiam adiudicationis possessionis, si sit paratus dare pignora. vel sic: non sufficit reo damnato ad traditionem possessionis tradere pignus pro ipsa possessione. & non diuiditur. † Vltra summaria nõ possunt notabilia colligi. Sed pro declaratione ipsorum. & c.opponitur, & uidetur ꝙ solo decreto iudicis transferri debeat possessio, seu induci pignus, ff.de pig.actio. & l.contrahit̃, ff.de pign. vbi patet, ꝙ nuda conuentione sine alia traditione cõstituitur pignus seu bonorum hypotecha soluitur, ut præmisi. Hoc c.potest duob. modis intelligi. Primo, in pignore prætorio, s.cum iudex vult dare pignus creditori de bonis ipsius debitoris propter eius contumaciam ĩ non comparendo, vel in non parendo iudicatis, quo casu non sufficit solus iussus iudicis nisi corporaliter creditor mittatur in possessionem, ut hic, & est text.apertus in l. non est mirum, ff.de pign.acti. vbi dicitur, ꝙ cum iussu magistratus pignus constituitur, & nõ alias constituitur, nisi ventum fuerit in possessionem. & rõ est quia possessio regulariter non acquiritur, nisi animo, & corpore, ut in l.1.& 3.ff.de acqui.pos.& l.licet, C. eod. nec ius reale constituitur sine traditione, ut in l.traditionibus, C.de pactis.& ff.de usur.l.3.§.1.& l.si partẽ, in prin.ff.quẽadmod.ser. amit. Ad contrariũ dic, qđ loqtur de pignore conuentionali, quod solo consensu contrahitur, ut ibi; & est ibi speciale, quia modici p̃iudicii est secũdum Bart.in l. i.de pig.ac. † Similis ratio no.in l.fin. C.quę res pig.oblig. ubi patet, quod in generali obligatione bonorum ueniunt bona præsentia & futura. secus ĩ publicatione, ut in l.si mãdauero.§.is cuius, ff.mãda.& c.Fœlicis.§.uerum, de pœnis lib.6. ratio diuersitatis communiter ibi redditur, quia primo casu tractatur de modico pręiudicio. † Item dico, quod in conuẽtionali pignore non transfert̃ possessio sine actuali traditione: nec proprie constituitur pignus, sed potius obligatio pignoris, ut glo.in d.l.1.ff.de pig.actio. quia proprie pignus est cũ possessio seu detẽtatio transit in creditorem hic dicitur pignus a pugno, quo stringitur, hypotheca vero dicitur, cum non transit, ut l.si rem alienam.§.ꝓprio. ff.eod & Instit.de actio.§.inter pignus. Et dicit Batol.in d. §.proprio, quod quantum ad actionem hypothecariã nulla est differentia inter pignus & hypothecam; quia utroq; casu cõpetit, ut l.res hypothecæ.§.pen. ff. de pignora. act. & §.item Seruian.Insti.de actio. † Sed quantũ ad pigneratitiam directam est differentia, quia illa contrahitur re, ut Institut.quibus modis re cõtrahi.obl. in fi. Ideo, nisi ad creditorem transeat possessio vel detentatio, non haberet locum pignoratitia. Ex prædictis not.Bart.ibi posse dici, qđ statuta,[b] quæ loquuntur de pignore, non habeant locum ĩ hypotheca, cum secundum propriam significationem debeat intelligi de pignore, quod transit ad creditorem, dicit tamen, ꝙ hoc pro constanti non poneret. Sed mihi placet, quando statutum prouideret circa factum odiosum, quia tunc uerba strictissime sunt intelligenda, ut in c. in nostra, de iureiu.& c.cum dilectus de consue.& hęc not. Et hãc lecturam sentit tacite hæc glo. in princ. dum allegat d.l.non est mirum, cum si. † Et circa eã quæro, an iussus iudicis de mittendo in possessionem creditorem duret magno tẽpore, si creditor non curauit actualiter possessionem ingredi? & dic, ꝙ durat vsque ad biennium. postea vero opus est nouo processu ad hoc tex.no. in l.fi.C.de bo.autho.iudi.poss. tenet Bartol. in l.prætor ait, §.in eum quoque, ff.eo. quod not. & hoc intelligo, quando pro eo deficit, quo minus in possessionem intraret. Si uero stetit propter potentiam debitoris, vel quia fundus, in quẽ debeat fieri missio, erat inũdatus,

ADDITIONES.

a ¶Verbo tenus. No. ꝙ missio in possessionem facta solo iussu, & non actualiter nullius est momenti, nec potest actori ius dominii eo modo acquiri.

b Statuta. Hoc tenet Are. in consi. 13 [illegible] domine collateralis, circa fi. Pau.de Ca in l.1 ff.de pign.act. Sed contrarium tenet Fely. hic, quorum concordiam posui, in rep.l.creditores. in 2 q.C.de pigno.]

datus,tunc hr̃ pro possessore,ut in c.contingit,de do.& cō tu.& l.cum unus,in fin.cum l.sequen. ff.de bo.auth.iu.pos.
8 & sic limita istum tex.† Vlterius quæro circa hanc lect.ꝙd si unicus missus a iudice,ut creditorem mitteret in possessionē,assignauit unā rē pro alia,vel pro plurib.aliis ī ꝗbus debebat fieti missio,an sit translata possessio? Spe.ī tit.de i. & 2.decr.§.iā de effectu,in prin.tenet ꝙ nō:imo plus dicit, ꝙ nō sufficit ad transferendam possessionem,ꝙ nūcius a lōge stās ostendat possessionē.& uerbis tradat. nec obst.secūdū eū l.quod meo, ff.de acq.pos.& qđ no.ī c.de consue.ꝗa illud ꝓcedit in possessione rei: sed nuncius illā nō possidet ideo oportet ꝙ actualiter transferatur.Et hæc dicta sequitur hic D.Ant.& dicit bñ notanda. Aduerte,quia sæpe sui hoc secutus, sed nunc data oportunitate inuestigandi dico aliter.& fateor primo.ꝙ si tradat unam rem pro alia,nō transfertur possessio, ꝗa ad acquirēdam possessionē oportet, ꝙ actualiter intret, ut in d.l.licet,& l.possideri,in prin.
9 præall.† Et uide per Cy.in regula.l.de reg.iur.lib.6.ubi dicit ꝙ si quis ponit aliquem in possessionem vnius rei beneficiū pro illa,& pro omnibus aliis rebus beneficii,non acqrit̃ possessio,nisi illius rei tm̃,ī quā est facta missio.hoc limito,nisi consuetudo habeat, vt sufficit facta traditio,quæ fit īteruentu alicuius rei.Ad hoc allegat tex.sing.in c.a.de cōsue.& uide quod ibi dixi.& quid in ecclesia,uide quod dixi plene in c.cū venissent. de resti.spo. ubi tractaui,an traditione pensionis , videatur translata rei possessio, dic ut ibi. respectu tamē eiusdē fundi non est necesse ad acquirēdam possessionem totius ut oēs fundi glebas circumambulet,sed sufficit quālibet partē eius fundi introire,dum mente & cognitione hac fiat,vt totum fundum vsque ad terminum velit possidere, ut dicit tex.in l.3.in in prin.de acqui.
10 pos.†Sed quatenus dicit Spe.ꝙ si nuncius est ī p̄ntia rei nō possit transferre possessionem oculo, nisi actualiter intret nō credo eū verū dicere.Et cōtrariū huius dicti aperte sēserunt Io.And.& Cōpost.ī c.trāsmissā,de elec.sequit̃ D.An. in p̄all.c.a.de cōsue. vbi cōiter dr̃t, ꝙ si inuestitura de bñficio fit ī cōspectu bñficii post collationē habitā , trāsfertur possessio ꝑ d.l. qđ mero,& sic transfert̃ possessio inspectione per solam inuestituram factam ab eo,qui non possidet, ex quo habet anthoritatem tradendi possessionem,fortius debet transire,quando nūcius dicit expresse;trado tibi istā possessionem.Ad idem allego tex.ī l.i.§.si iusserim, uer.nō enim,ff.de acqui.poss.vbi dicitur,ꝙ non semper est necesse corpore & actu apprehēdere possessionem, sed etiā oculis & affectibus , patet per exemplum in illis rebus, quæ ꝑ magnitudine ponderis moueri non possunt, ut columnæ. pro traditis enim haberi debent , si in re præsenti consentiunt,& uina tradita videri, cum claues cellæ uinariæ emptori traditę fuerunt. Ad idem l.clauibus, ff.de contrahē. empt.quæ profecto iura non astringunt se ad eum,qui possidet,sed ad dispositionem subiecti , ut sufficiat rem esse in præsenti , ut transferatur possessio per habentem potestatem tradendi, quinimo plus sentiunt Io. And. & Compo. in c.transmissam, quod etiam si illius rei,seu beneficii,trāsfertur possessio per inuestituram in conspectu rei habitam & alius priuatur possessione,si contra illum possessorē fuit lata sententia,arg.in l.damni infecti. §. non solū,ff.de dān. infect.Nam videamus , ꝙ iudex transfert possessionem solo iussu quando possessor non patitur alium de quo iudex decreuit,possessionem intrare,ut in d.§.non solum,& in c.
11 contingit,de dolo & contu. † Ad idem l.cū unus , ff.de bo. autho.iud.pos.& l.fi.C. cod. vbi iudex mittendo vnum ex creditoribus in possessionem bonorū, uidetur mittere omnes alios creditores . nuncius autē in illo actu representat iudicis authoritatem, & iura (ut dixi) indistincte parificāt mittere in possessionem,vel oculo ostendere in rei præsentia,ex quo uerba , tradens, habet authoritatem actualiter
12 tradendi.d. uer. non est enim. † Venio nunc ad secundam lec.c.ut intelligatur quando aliqua res fuit per sententiam actori adiudicata.non.n.satisfit sententiæ,si reus vult dare pignus pro illa re; sed oportet , fiat executio ī illam rem,& hanc lecturam sentit Inn.dum exponit text. ibi, Possessio, id est res,aliqua.Vnde ponitur hic possessio secundum cōmunem usum loquendi.Simile habetur in ca. quoniam,§. si super rebus,ut lit.non cont.& ratio pōt esse duplex , prima , quia in realibus debet statim sententia mandari executioni,ex quo non subest remedium appellandi? a. q.1.c. sicut,& l.unica.C.de rei ux.ac.Secunda,quam tangit glos. hic in fine, ne lites in futurū ex litib. oriātur.l. fi.C. de fru. & litium expen. Et ex hoc dicebat Hos. ꝙ si constat de sententia,non requiritur ī executione libellus. Tu de hoc dic , ut plenius dixi in c.fi.de iud.aliquid in c.i.de libelli obla.& plene per Bar.in l.a diuo Pio.§.sententiam,ff.de re.iud.ubi inter cętera dicit , quod si petitur executio coram eodem iudice,vel successore, non est necesse offerre libellum, vel aliud iudicium intētare sed sufficit petere per officium iudicis executionē ar. in d. l. fi. Sed si petitur coram alio,tūc cessat æqtas,& necesse est libellum offerre, quia agit nunc actione infactum , non autem implorat iudicis officium, cum ipse sententiam non tulerit,& dic plenius,ut not.in di
13 ctis locis . † An autem per sententiam perdatur dominiū rei,super qua sententia lata fuerit , uide gl.in c.ꝓposuit,de conces.præb.in uet. uacare,& ibi per Cal. & in c. cum nostris,eo.ti.per glo.Inst.de off.iud.§.ult.& quod not.in l.Iulianus,ff.de cond.inde. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Sententia matrimonialibus nunquam transit in rem iudicatam , & potest quandocunque reuocari,quando constat de errore.2 .3 uel ordine iuris non seruato.5.*
3 *Sententia etiam in casu,in quo nunquam transit in rem iudicatam semper præsumitur iusta,donec contrarium doceatur: sed præsumitur iusta post decem dies.11.*
4 *Separatio matrimonii non potest fieri per solam coniugum confessionem.*
6 *Turpitudinem suam licitum est allegare , ubi non allegando esset periculum animæ.*
7 *Allegans turpitudinem suam in excipiendo,an & quando sit audiendus.*
8 *Sponsalia inuita confirmantur per copulam carnalem ex uoluntate prouenientem,secus si per uim.*
9 *Sententia peccati nutritiua nunquam transit in rem iudicatam.*
10 *Sententiæ quæ non transeunt in rem iudicatam,recipiunt tamen quasdam limitationes , ut regulentur in aliquibus , ut alia sententia , ut hic late.*
12 *Sñia,q̄ nō solet transire in rē iud.trāsit tamē quo ad instantiā, quia post decē dies opus est nouo processu, nisi audiatur per uiam restitutionis.*
13 *Præsumitur pro sententia,quæ transiuit in rem iudicatam.*

CAP. VII.

1 LAtor. † Sententia contra matrimonium nō transit in rem iud.vnde quantumcun
a que reuocatur, [a] cum constat de errore.In prima ponitur facti narratio. In secūda iudicis datio,ibi: Nolentes.Casus lit.Quidam P.nomine, quandam duxit in uxorem carnali copula subecuta . scādalum inter eos est exortum,propter quod debitum ei subtraxit. consanguinei mulieris hoc molestum hñtes mouerūt quęstionē contra uirū , dicentes ꝙ illa eius non poterat esse uxor quia eam inuitam & renitentem,nec ætatis aptæ matrimonio existentem duxisset in uxorem, & qm̃ idem vitam cupiebat agere dissolutam. & sic studio vtriusque interueniēte fuerunt separati minus iuste . vir prædictus ad conscientiam rediens accessit ad dominum papam exponens sibi ꝑdicta.unde mandat iudicibus,quatenus si cōstiterit eos nō fuisse legitime separatos , & ecclesiam deceptam fuisse,ip-
2 sos faciāt ī simul,sicut uirū & uxorē permanere Bar.† Not. primo , quod contra sententiam latam in causa matrimoniali audiatur ille idem,ad cuius instantiam,seu cuius studio lata fuit,si vult docere illā iniustam,& per consequens ecclesiam esse deceptam, quantumcunque a tali sententia non fuit appellatum,& ad hoc quotidie allegatur, concor
3 dat.inf.eo.capi.consanguinei,& cap.tenor.† Nota secūdo,
b ibi;Si uobis cōstiterit,ꝙ licet sententia [b] in causa matrimoniali non transeat in rem iudicatam , quo minus possit detecto errore reuocari , tamen antequam de errore doceatue

ADDITIONES.

a ¶Reuocatur.Quo autem iure retractentur sententiæ , quæ non transeunt in rē iudicatam,an per viam actionis vel restitutionis in inte. vel per officium iudicis,vide per D.Anton c.ad audientiam.el a.de restr.& an requiratur causæ cognitio in retractatione tali.um sententiarum , & qualitas requiratur vide per D. Ant.post Inno in c.tenor.J.eo.tit.
b ¶Licet sententia.Vide Abb.in cap.cum inhibitio.J.de clandestin.de spon.& in c.fraternitatis.inf.de frig. & malefic. Gemi. in summa, secunda q.6.Paul de Cast.in cons.264. ubi videtur dicendum non valere secundum matrimoniū secundum antiquam impressionem. · Seb.Sapta.

tur, pro ea & eius iustitia & processu præsumitur, & est obseruanda, donec constiterit eam iniustam fuisse: unde asserenti fraudem, seu errorem incumbit onus probandi. Sed circa hoc quæro, quomodo poterit constare illos legitime non fuisse separatos, cum hæc sit negatiua, quę est improbabilis, de elect. c. bonæ, cum sim. & sic mandatum papę videtur primo fundatum super impossibili. Sol. dic ꝙ ista est negatiua prægnans, habet enim affirmatiuam implicitam: simile in c. super hoc, de renun. poterit. n. iste ꝓbare sententiā fuisse latā ad dictum testium corruptorum. s. de testib. c. sicut. vel per falsa instra, de exec. c. cum venerabilis, & c. licet, de proba. 4 † Vel ad cōfessionē coniugū, quæ de iure nō prodest ad separationem matrimonii, ut in c. super eo, de eo, qui cog. consan. vx. suæ. Item secūdum Host. poterit cōstare per acta causę, per quę patebit, ꝙ ad solam coniugum confessionem sententia diuortii lata fuit uel si negatur ꝓcessus, seu ordo seruatus, de quo non apparet. sup. de rest. spol. c. cū ad sedē, de prob. c. qm contra. 5 † Not. ex hoc dicto Host. ꝙ in istis sniis, q̃ non transeunt in rē iudicatā, potest ꝓbari iniustitia tā respectu meritorū cāæ, q̃ respectu ordinis ꝓcessus ꝑ acta cāæ, licet transiuerit decēdū a tpe sententiæ. quid autem in aliis sententiis, uide qđ no. in d. ca. quoniam contra, ubi dixi. 6 † Opp. & uidetur, ꝙ iste maritus non deberet contra sententiam audiri: cū allegaret turpitudinem suam, de don. c. inter dilectos. Sol. dicit gl. prima. istud esse speciale propter periculum animæ quod hic imminebat. No. gl. iuncto tex. ꝙ auditur allegans turpitudinem ꝓpriam, ut euitetur periculum animæ: de quo plene no. in c. cum super, de conces. præben. Ala. posuit hic notabilem limitationem, dicens istum audiri denunciando, sed an directe accusando, dicit se dubitare, & credo ꝙ non debeat audiri: quia cum audiatur propter periculum animę, satis est denunciare, arg. c. quemadmodum, de iureiu. & quod leg. & no. in capitu. ad nostram. 2. eod. titu. Accusator autē nō 7 legitimus audiri non debet, ut in c. i. de accus. † An autē debeat audiri allegans suam turpitudinem[a] excipiendo, vide quod dixi nota. in c. inter dilectos, de don. ubi quidam tenuerūt ꝙ sic. sed Io. An. singulariter limitauit, dicens illud posse ꝓcedere, qñ exceptio, in qua uersatur turpitudo, est talis, ꝙ ea percēpta perimit intentionē actoris qđ est menti tenendum, uide tamen circa hoc, quod ibi dixi. Nam uidetur prima fronte contra illum tex. & uide ad materiam, an & quando debeat qs audiri allegans suam turpitudinē agendo vel excipiendo per Bar. in l. iusiurandum, quod ex conuentione. §. procurator, ff. de iureiu. dixi in d. c. cum su- 8 per. † Quæro: quid si in ueritate ista puella fuisset inuita & renitens, an matrimonium debuisset separari? Glos. secunda dicit ꝙ nō ex quo superuenit carnalis copula. ut in ca. ad id quod, de sponsa. dic ut hoc procedere, si consensisset commistioni carnis, secus si inuita & detenta fuisset cognita, ut no. Vincen. in c. consultationi, de spō. probatur rōne: quia consensu non est matrimonium, etiam si interuenisset copula carnalis. ut in c. cum locum, & in c. tua. de spon. 9 † Oppon. cum enim ab ista sententia non fuisset intra decē dies appellatum, tamē non debuit iste audiri contra illam. inf. eod. cap. quod ad consultationem. Sol. glo. fi. ꝙ speciale est in causa matrimoniali, quando ex illius obseruantia nutritur[b] peccatum. Vnde, si sententia est lata contra legitimum matrimonium, uel pro matrimonio, quod quidem obstante canonico impedimento subsistere nō pt nunquā trāsit in rē iudicatā, ut hic, & inf. e. c. consanguinei, & c. tenor, secus, si fuit lata pro mr̃imonio nullo subsistēte impedimento, q̃a tūc ex eius obseruantia non nutritur pctm̃, ut ṗ dixi. debēt ergo ptes de nouo cōsentire, & de hac materia uide qđ plene dixi in ca. iurauit, de prob. Idem dicit Host. cōtra quamlibet sniam, cuius obseruātia nutrit peccatum mortale, cum tali casu nulla valeat præscriptio, vel consuetudo. de consue. c. ultimo, & de præscriptio. c. fin. Idem no. gloss. fin. in c. inter monasterium. inf. eo. & idem ibi Inno. 10 † Quid de sennentiis & censuris? uide quod dicam post Hostien. inf. eod. c. consanguinei. Et circa huiusmodi sententias, quæ non transeunt in rem iudicatam, cape aliquas limitationes notabiles. Primo enim scias, ꝙ post decendiū non potest appellari, licet per uiam querelæ posset causa deferri ad superiorem,[c] qui alias adiri potest per viā querelæ: hoc uoluit gloss. nota. (quam omnes sequuntur) in c. ad reprimendam, de offi. ord. & ideo si non appellatur ab episcopo, non potest causa deferri ad archiepiscopum, de offi. ord. c. pastoralis. Secundo non potest in talibus causis appellari tertio, sicut nec in aliis causis, ut est glo. not. in c. fra- 11 ternitatis, de frigi. & male. in uerbo, fornicatio, in fi. † Tertio, quia tales sententię, non transeant in rem iudicatam, quominus possent docto de errore retractari: tñ pro eis ṗsumitur tam pro iustitia, quam processus, donec cōtrariū probetur, quod intellige post lapsum decē dierū, de quo ꝑ Inn. in c. bonæ, de elect. no. hic Host. & satis ꝓbať hic i tex. ut sup. dixi q̃nimo in tñ ṗsumitur, vt dicit sing. Inn. inf. eo. c. tenor, ꝙ licet sententia in causa matrimoniali non transeat i rem iudic. non tamen debet post decē dies qs indifferenter admitti ad probandum contrarium, sed oportet, ꝙ allegetur aliqua iusta & uerisimilis causa iniustitiæ, q̃ hēat mouere iudicem ad credēdū illā iniustā. Vnde nō dēt esse iudex facilis in audiendo partem ꝯ illam. Nā si diceremus ꝯrium, sequeretur secūdum eum, ꝙ eadē rōne, & tertio & quartò & in infinitum esset pars contraueniens admittenda, qđ uidetur absurdū. Ex hoc ego noto, ꝙ non pōt dari certa regula, quotiens debeat pars admitti ꝯ sententiā, sed iudex æstimabit, an & quādo ex causa, quę coram eo allegatur: & sic itelligo & limito glo. in d. capitu. fraternitatis. 12 † Quarto dico, quod sententia transit in rem iudic. post decendium, quoad instantiam causæ. est. n. opus nouo iudicio, nisi quis audiatur per uiam restitutionis in integrū aduersus sententiam ex iusta causa: sic intelligitur c. ex literis, de in integ. rest. & uide quod dixi in c. ex parte, de rest. spo. Quinto, ꝙ sicut sententia non transit in rem iudic. quo ad substātiam vinculi, ita nec quo ad separationem thori, quominus possit is, ad cuius petitionem matrimonium, quo ad thorū coniugem sibi recōciliare: de quo dic ut leg. & no. in auth. sed hodie. C. de adul. per glo. in c. gaudemus de conuer. coniug. per Inn. An. in c. ex literis, de diuor. Sed valde dubito, nunquid is, contra quem sententia lata fuit, debeat audiri uolens probare iniustitiā sententiæ. Io. An. in d. c. ex literis. sentit, ꝙ sic, quia non transit talis sententia in rem iudi. & facit ille tex. ſm vnū intellectū, seqr̄ D. Ant. hic. Sed hoc dictū nullibi ꝓbať. Nā auth. sed hodie ṗali. loqr̄ in marito, ad cuius fauorē snia diuortii propter adulteriū mulieris lata fuit, ut possit eam, donec sit profecta, sibi reconciliare. vnde illud non fit, quia sententia non transit in rem iudicatam, sed quia potest maritus parcere vxori, & eam sibi recōciliare, ut in c. quemadmodū. de iurei. Ad c. ex literis, rādeť, ꝙ non stabitur confessioni mulieris, q̃a calore iracundiæ eā faceret, ut ibi no. gl. ideo audiebať volens contrauenire. Sed ego loquor quo ad illam, contra q̃ sententia diuortii lata fuit. Nam, ex quo nō appellauit, nō apparet ratio, quare post decem dies debeat audiri, cum ex sententię obseruatione nullum peccatum nutriť. nā possunt esse conioges sine peccato communi consensu separati. 33. q. 5. c. quod Deo pari, & pro sententia pręsumendū est, ex quo non fuit appellatum. vnde non subest causa recedendi a regulis iuris. Fateor tamen. ꝙ ex officio suo ꝓbato errore sententiæ, seu deceptione ecclesię poterit matrimonium reintegrare, ne ꝓpter diuisionem coniugū possit sequi adulterium saltem quando coniuges sunt talis ętatis. ut merito possit dubitari de icōtinentia, ad hoc allego 13 in arg. opt. tex. cum ibi no. in ca. 1. de conuer. coniu. † Nec ob.

ADDITIONES.

a ¶ Turpitudinem. An allegans turpitudinem suam debeat audiri, dicas, quod regulariter non auditur, agendo, sed bene excipiendo, ſm Bald. in l. 1. C. de condit. ob turpē caus. & in l. mercalē. ꝑ illum textū in l. cū profitearis. de reuocat. don. & adde quod ad coadiuuandum ius diu, vel aliud ius reale pōt allegari in l. 3. C. de furt. item pōt allegari, vbi vertitur periculum animæ, vt per Inno. ſm Bal. in c. 3. loco. de ṗsumptio. & per Io. And. in c. consanguinei. de re iudi. & vide per Bar. & Alex. de Alex. in l. iusiurandum. §. procurator. in 4. colum. vbi ponunt magistralem distinctionem. ff. de iureiura. & in l. transactionem. C. de transactio. & in l. si seruus. §. 1. ff. de leg. 1. & vide Spec. in tit. de recu. in §. effectus. ver. sed nunquid excōicato. & vide Alex. consi. 38. in 4. parte, & habetur in leg. viro atque vxori. ff. so. ma. & in l. apud Celsum. in §. Marcellus. ff. de doli exce. Ant. Fran.

b ¶ Nutritur. Snia nutriens peccatum non transit in rem iudicatam. De snia autē in beneficialibus an transeat in rem iudicatam, vide omnino Do. Anto. in capitu. constitutus. de rescrip. & est tex in c. cum dilecti. in fin. de elec. & glo. in c. 3. de concessio. præben. & ad prædicta vide omnino Do. Ant. in c. fi. de iureiu ran. & in c. licet causam de probat. versi. 11. casu. Adde eundem consi. 40. Pan. de Castr. cons. 391. in primo impressu.

c ¶ Ad superiorem. Vide Baldum in l. ad. ſto. C. de edic. di. Adria. tollend. vbi dicit, quo licet a sententia aliqua non possit appellari, potest tamen implorari officium iudicis querelando. refert. Do. Ias. in l. arbitr. ver. pro isto intellectu. ff. qui satisd. cog. Seb. Sapia.

ob.prædictis,si opponatur de cap.tua.de iureiu. vbi patet quod etiã cũ iuramento non possunt temere coniuges se separare,et quo ad mutua seruitia: quia dico illud procedere,quando temere se abiurarunt: sed nos loquimur, quãdo fuit lata sententia diuortii. pro qua est præsumendum, unde poterit dicere alius,in cuius fauorẽ sentẽtia lata fuit: nõ debes audiri quia sentẽtia transiuit in rem iudicatam: simile quod no. Inn.in ca. quoniam contra,de prob.& hæc no.

SVMMARIVM.

1 *Appellationem prosequitur ille,qui arripuit iter ad principem in termino dato ad prosequendum.*
2 *Per præfixionem termini,an deferatur appellationi.*
3 *Consuetudo laicorum rationabilis,vel statutum,an stringat ecclesias?*
4 *Ciuium appellatione veniunt clerici,& ibi beneficiati,& omnia collegia ciuitatis.*
5 *Emens rem ecclesiæ non seruata solemnitate potest conueniri ad ipsam restituendam in foro ecclesiastico.*
6 *Possessor a nemine molestatus,non potest petere, vt declaretur dominus nisi ab alio postea molestetur.*
7 *Iudex appellationis an cẽseatur tacite condẽnare, vel absoluere,si pronũciauerit male uel bene sententiatum &c.*
8 *Per appellationem deuoluitur tota causa ad iudicem, ad quem, ut possit sententiam reformare etiam ex noua causa,idem quãdo fuit actum de nullitate.*
9 *Citari,an debeat appellans,si elapso termino ad appellationem prosequendam non præsentaua appellationem.13.*
10 *Citari non debet appellans ab interlocutoria, si iudex,a quo tanquã friuolam non admisit.*
11 *Iudex,a quo qui præfixit terminũ ad appellationem prosequendam,& aliter nõ detulit appellationi, non põt termino pendente procedere contra appellantem.*
12 *Pendente termino vel dilatione iudicis ad unum actum,non debet iudex procedere ad alium maxime sine citatione.*
14 *Executio sententiæ potest fieri sine alia citatione,quando appellans in termino dato ad appellandum non appellauit.*
15 *Alienatio rerũ ecclesiasticarũ debet fieri cum omnibus solennitatibus iuris canonici,non obstante consuetudine in contrarium, ut est nulla.*
16 *Dominium potest transferri in alium citra aliam traditionem,si consuetudo hoc dictauerit.*
17 *Alienatio rei ecclesiasticæ non ualet sine solennitatibus introductis, licet pretium sit uersum in utilitatem ecclesiæ, nisi prædicta alienatio fuerit approbata.*
Emens res ecclesiasticas sine debitis solennitatibus non potest pretiũ repetere,nec fructus lucrari.
Fructus perceptas ex contractu inita contra ius nũquã quis lucratur.

CAP. VIII.

CVm causa. Retractatur sñia prætextu iniquæ cõsuetudinis lata cõtra ecclesiam. Prima pars ponit factum. Secunda diffinit,secunda ibi: Nos autem. Casus lit. Archipresbyiter cuiusdam plebis vendidit quandã domũ sine consensu capituli, G. & A.laicis, qui occasione huius venditionis corã legato apostolicæ sedis petierunt domũ illam sibi adiudicari.quidam canonicus illius plebis. T.nomine comparauit pro capitulo ad defensionem domus.dũ causa illa tractaretur,ille T.appellauit ad sedem apost.legatus statuit terminũ appellanti ad iter arripiẽdũ ad Aposto. Sed. sed quia ille intra terminum sibi præfixum iter non arripuit,prædictus legatus tulit sententiam contra d.T.adiudicans domum illam laicis prædictis secundum consuetudinem Veronensis ciuitatis. a qua sententia fuit appellatum,& appellationis causa cõmissa fuit episcopo Brixiẽsi, qui legati errorem sequutus contra formam canonum legati sententiam confirmauit; & iterum fuit appellatum. Papa diligenter examinato negotio, licet vsus vel consuetudo non minimæ sit authoritatis,nunquã tñ legi aut ueritati præiudicat; & ideo prædictam sententiam cassauit,plebem prædictam absoluens ab impetitione dictorum laicorum,& domum illam eidem ecclesiæ adiudicans. B.† No.i. tene mẽti, quod arripiẽs iter pro appellatione promouenda dr appellationem prosequi,per arreptionem ergo itineris satis fit termino ad appellationem prosequendam præfixo; de quo uide quod not.inf.de app.c.ex insinuatione. Itẽ fit prosecutio appellationis per imperrationis actum, ut in c. ex parte,& c.dilectus.2.de rescr.† No.2.arg.bon.quod per præfixionem termini ad appellationem prosequendam nõ vr iudex,qui terminum præfixit,appellationi detulisse, quod colligitur ex eo,quia si appellationi detulisset,non potuisset amplius causam reassumere,ar.c.cum appellationis,de appel.li.6. de hoc tamen dubitauit glo.in d.c.cum appellationibus,& uidetur cõcludere,quod appellatore non prosequẽte possit causam reassumere, de quo vide latius per Do.de Rot.dec.3 to.& quod no.in c.oblatæ,& ca.sæpe.infra.tit. pro.x.Primum tamen dictum est uerum:quia præfigendo terminum nõ dr appellationi deferre,ut probari uidetur in c. oblatæ,eo.ti.& tenet glo.in d.cap.cum appellationibus: quod tene menti.† Not.tertio arg.a contrario sensu, quod statutum seu consuetudo laicorum astringit ecclesias, si non est irrationabilis,[a] Et hunc tex.adducit Bartol.pro sua opin.in l. cunctos populos, C.de sum Trinit. quasi sentiat, quòd si consuetudo ista fuisset rationabilis, valuisset sententia secundum eum lata etiam contra ecclesiam. Sed certe pro istũ text. non potest fieri aliquod bonum fundamentum ex duplici capite.† Primo quia papa simpliciter consuetudinem hic reprobauit. Secundo quia hæc erat totius ciuitatis consuetudo,ut patet in text. & sic omnium ciuiũ, quorum appellatione includuntur clerici inde oriundi,uel ibi beneficiati,& omnia collegia ciuitatis, ut plene no.per Bartol.in l.i.ff.ad muni.facit tex.in c.3.de tẽp. ord.libr.6.& supra de foro comp.cap.dilectu,& uide quod dixi in cap.postulasti, eodem tit.erat ergo consuetudo mista,scilicet clericorum. Simile dixi in c.3. de eo, qui mit.in poss.causa rei ser. Et ex hoc itellectu & illius ca.3.tene mẽti, quod cõsuetudo communis[b] clericorum & laicorum valet etiam quo ad ecclesiã,dũmodo sit alias rationabilis; & hæc solutio melior est. quam præcedens: quia papa videtur reprobare causam ex defectu rationabilitatis,& non potestatis,ut colligitur,ibi Veritati &c. Ante quam more solito veniam ad glo.& formabo aliquas oppositiones ad declarationem literæ,quæ uidetur aliqualiter obscura. Et primo opponitur contra tex.de contrarietate. nam primo hæc domus fuit adiudicata istis laicis. Ex quo infertur, quod ipsi erant in hac causa actores deinde in fine appellationis causæ papa adiudicauit illam ecclesiæ,& sic innuitur, quod illa ecclesia erat actrix, quia adiudicatio fit actori,non autem reo, possessori: quia non datur possessori rei uendica. supra de iudi.c. examinata,& Inst.de act.§.primo solut.duplex est intellectus huius cap. Primus,quod isti laici erunt rei,& ecclesia actrix uendicans illam domum iniuste venditam illis laicis.† Hunc intellectum sconl primo Do.Anto.in primo suo notabili, in quo colligit ex tex. quod ad rescissionem cõtractus super re ecclesiastica spreta solennitate canonica,potest clericus agere cõtra laicum in iudicio ecclesiastico, licet hoc dictum sit uerum

ADDITIONES.

a ¶ Irrationabilis. Adde tamẽ quod in dubio statuta & consuetudines præsumũtur rationabiles secundum.D.Ant.hic sed vide omnino gl. in ver.rationabilia.& quod ibi no.in c.j.de censi.in 6 & ide in dicit Do. Ant in c nam concupiscentiam.de consti.& vide Arch in c generaliter.§ iuxta sanctionem. 16.q.j.vbi dicit quod statur arbitrio iudicis an sit rationabilis causa imponendi aliquod onus ecclesiæ.& si de hoc sit contentio inter episcopos & inferiores ecclesias,dicit quod arbiter de hoc cognoscat,per cap. si clericus 23.; quia ibi non est alius iudex competens,cuius arbitrio debeat stari.& vide gl. cum eius concordantem in c.cum appellationes,de censi & quod statur arbitrio iudicis,quæ dicatur rationabilis consuetudo,tenet Fed.cons.xvii inc. quæstio talis est.vltra medium & ita dicit tenere Host.in sum.de consue.§.3. cuius dictũ videtur approbare Arch.in c.j.de consti.in vj.sed tu de isto articulo, vide eleganti tunc,& diffusissime per D.meum Fran.Aret in c.j. de proba.& quod statur arbitrio iudicis quæ dicatur rationabilis consuetudo.tenet Arch.in c. in istis.§ leges.4.di.prout ibi refert & sequitur Do.qui dicit.quod facit pro hoc etiam quod no Host.in sum.de consue.§.1.& Arch in ca.frustra.8.di.& vide Do.in d.c.frustra.prope fin.& quod in dubio consuetudo præsumatur rationabilis tenet Io.And.in c.fi.de consue.

¶ Quando consuetudo dicatur rõnabilis,& qñ non.& qño cognoscatur consuetudo rõnabilis ab irrõnabili,vide quæ habentur per D.A in rub.de consue.& quæ plene traduñt in c.quanto.& c.fi.de consue.& per Bal.& legistas in l.de quib.ff.de leg.& in l.2.C.quæ sit lon.consue.& adde quod in dubio cõsuetudo est seruanda l.quod si nolit.§ quia assidua.ff de ædil.edi.& in l.i.ca.C.loc.& in l.illud in prin ff de excu tut. & maxime illud procedit in clausulis solitis apponi in contractibus per notarium,qui semper dehet apponere clausulas consuetas,alias instrumentum esset suspectum de falso.de quo vide per Bal.in l.si pignore.§.si ff.de pign act.uno dicebat Bal.in l.fi C.de succe.edic.quod in contractibus tacite semper intelligitur consuetudo & illa præsumentur deducta in stipulatione,quod et voluit in l.[illegible] C.pro so.post l.licet.C.hic Ant Fraã.

b ¶ Consuetudo communis. Vide Felynum in capitulo ecclesia S. [illegible] e. v rit.secundus casus.ẽ.de cõstitut.vbi late quando consuetudo vel statutum laicorum liget clericos,vide etiam Felynum in capitulo dilectum.in princip.ẽ. de offic.ordin.

rum in ſe,& originaliter fuerit Innocen.in c.cum ſit generale, ſupra de foro competen.vbi dixi : tamen non colligitur ex hac litera : ſed potius innuitur oppoſitum· quia (ot patet) ea domus fuit adiudicata laicis in prima ſententia; ergo laici erant actores : alias principaliter non potuiſſet eis domus adiudicari. Præterea Papa in ſententia ſua primo abſoluit eccleſiam ſeu capitulum eccleſię ab impetitione illorum,ergo illi erant actores; pro hoc vide tex.iuncta gloſ.in verb.imponentes,de cau.poſ.& propri.& cap.cum olim. 6 †Legitur & ſecundo modo,quòd iſti laici erant actores, & tunc ad contrarium reſpondetur dupliciter ſecundum Hoſtien.primo,quòd eccleſia conuenta vltro ſe obtulit petens domum illam ſibi adiudicari, & probauit dominium; quia forte laici dicebant illam domum ad ſe pertinere : & tunc reſpondeo formaliter ad contrarium, quòd licet poſſeſſor a nemine moleſtatus petere nequeat ſibi rem adiudicari: tamen ſi conuenitur ab alio, qui dicit ſe dominum, poteſt reflectendo dicere ſe dominum, & aſſumere vltro onus probandi,& petere ſe declarari dominũ, & per conſequens rem ſibi adiudicari. vt not. Innocen.in capi.ex conqueſtione.de reſtitu.ſpolia.videtur tex. iuncta gloſſ.in l.circa,ff.de probat.& dicit ibi gloſ. multum notabiliter,ꝙ licet iſte reus [a] non probet dominium, non tamen per hoc debet perdere cauſam,niſi aduerſarius probet de iure ſuo: ſed actore non probante reus abſoluetur : oó autem aliter pro eo pronunciabitur: ſecus autem, ſi probat ſe dominũ, quia tunc nõ ſolum abſoluitur ab impetitione actoris ; ſed etiam declaratur dominus,[b] vt hic, & ſic intelligo hũc tex. Quid autem, ſi reus nõ petiit ſe declarari dominum, an ſit pro eo pronunciandum? vide per Innocen.in d.c.conqueſtione, & quod ibi dixi. Secundo legit Hoſti.quod legatus executus fuerat ſententiam. quare eccleſia petiit reuocari attentata,& domum ſibi adiudicari,& vterque intellectus bonus,ſed primus præſtantior. 7 †Secundo contra hoc & cõtra tex.opp.videtur enim, quòd Papa exceſſerit hic finem iudicis appellationis in eo,quòd reuocauit ſententiam iudicis a quo, & clericos abſoluit ab impetitione actoris, ac eis adiudicauit domum. Officium enim iudicis ad quem, eſt pronunciare bene, vel male appellatum, & hoc debet ſufficere in omni cauſa, vt dicit tex.in l.eos. C, de appellat. & 2.quæſtione ſexta,c.ei qui,in fin.Solut.dicit Dom.Ant. quòd ſi intelligatur,quod eccleſia egit, non ſufficiebat infirmare ſentẽtiam : ſed oportebat,quòd adiudicaretur res petita,& hæc eſt practica ſententiandi pro actore,quando obtinuit in primo iudicio contra ſe ſententiam, & poſtea obtinet in cauſa appellationis. non enim debet eſſe ſecundum eum ſimplex confirmatoria, vel infirmatoria: ſed debet eſſe adiudicatoria petiti, quaſi ſentiat, quòd infirmando ſententiam non eſt actori ſatisfactum qui petebat rem ſibi adiudicari;& iudex ad quẽ ſuccedit loco iudicis a quo ergo debet facere, quòd erat facturus iudex a quo. Si autẽ erat eccleſia conuenta,tunc tenetur facere,quod ſupra dixi ſecundum Hoſtien. Aduerte,quia pro primo dicto nihil adducit,ſed ego allego primo tex. qui videtur hoc probare in l.cum apud,ff.iu.ſol. Et ad hoc Bar.diligenter ponderauit ibi illum tex. dicens per tex. illum probari, quòd reo abſoluto, ſi actor appellauit,& fouet iuſtam cauſam,iudex appellationis debet reum condemnare , nec debet ſimpliciter pronunciare bene appellatum,& male iudicatum ſecundum formam dictæ l.eos. Et idem dixit notari in l.offidius,de lega.3.& in l.chirographũ.§.1.ff.de admi.tut.quod dixit menti tenendum. Sed allego gl.quæ aperte ſentit cõtrarium in l.præſes,C.de ſenten.dicens quòd iudex appellationis infirmando ſentẽtiam, qua reus fuerat abſolutus, videtur tacite illum cõdemnare,ita quòd non eſt opus alia condemnatione.& illam gl.ſequitur Cald. in c.ſignificauerunt,de excep. & latius idem tenuit in c.Raynaldus.de teſtam.dicens,quòd illa verba, confirmo[c] vel infirmo ſententiam, æquipollent condemnationi vel abſolutioni , & hoc ſufficit,argumen.in c.in his,de verborum ſign. Et pro hoc ceſſat ſecundum eum quorundam diſtinctio, qui dicebãt, quòd ſi prima ſententia fuit condemnatoria , ſufficit illam pronunciari iuſtam, vel iniuſtam, ſi abſolutoria, ſufficit illã confirmari:ſed ſi infirmatur, tunc oportet, ꝙ adiiciat verbum condemnationis,alias non teneret ſententia,quia nõ eſſet abſolutoria, vel condemnatoria , per d.l.præſes, & 2. q.6.ca.ei qui appellat.§.diffinitiua.hoc enim non procedit ſecundũ eũ per prędicta:quia hoc vltimo caſu infirmando ſententiam abſolutoriam videtur condemnare , quẽ prius iudex abſoluerat. Idem reperio alibi ſenſiſſe & aperte tenuiſſe Bar.in l.eos,præalleg. vbi poſt glo.primo recitat illã diſtinctionem quorundam,quam recitauit Cal. poſtea cõcludit communiter teneri per Doctor. quod etiam ſi nihil addatur hoc vltimo caſu in ſententia , valet nihilominus, quia ſufficit quod in ea ſit verbum, condemno , vel abſoluo, vel æquipollens,[d] vt l. 1.ff.de re iudic.& l.in ſumma,eo.titu.& eo ipſo quod ſententiam abſolutoriam pronunciauit iniuſtam,idem eſt acſi pronunciaſſet reum condemnãdum,& eum condemnaret. Declarat enim ipſum debitorem eſſe allegat l.ſi prætor,in princ.ff. de re iud.cum ſimilibus d.l.eos.ubi dicitur, quod in omni ſententia ſufficit iudicem appellationis dicere & pronunciare primam ſententiam iuſtam, vel iniuſtam. Subdit tamen ibi Bart. quod iudex appellationis poterit addere in ſententia, & ideo condemno, vel abſoluo,& ad hoc alle.text.in l.cum apud, & l.creditor,§. 1.ff.de ſolu.& hoc ſentit gloſ.in d.l.eos, dum dicit,conſultus tamen faciet, &c.& ſic pondera quod Barto. dat alium intellectum ad d.l.cum apud . vbi poſuit dictum contrarium vt intelligatur,quod iudex poſſit ad cautelam condemnare, non autem quod ſit neceſſe, & ſic poteſt intelligi iſte tex.& c.Raynaldus.præalleg. Nam ſi petii domũ mihi adiudicari,& te condemnari,& compelli ad relaxandum,& iudex te abſoluit,ſi iudex appellationis retractat & infirmat illam ſententiam , ſatis videtur tacite adiudicare mihi domum,& te condemnare ad relaxandum : quod eſt valde notandum. Sed cautius eſt addere verbum condemnationis,ut euitentur prædictæ opiniones,cum (ut uides) communis opinio eſt, quod inducitur tacita cõdemnatio, quod eſt contra opinionem Dom. Anto. Sed ipſe(ut dixi) ſimpliciter tranſiuit vel allegando pro , vel contra. Et placet mihi ſatis illa communis opin.per d.l.eos,& 2.quæſt.6. c.ei qui appellat,in fin. Do tamen vnam limitationem, ſine qua illa communis opinio videtur falſa, ut procedat,quando ex confirmatione, vel infirmatione ſententiæ ſimpliciter facta reſultat ſaltem tacite omne id,quod debebat facere primus iudex: vbi autem hoc non reſultaret,tunc tenetur iudex primam ſententiam reformare.[e] Exemplum primi.pone ꝙ actor petebat domum ſibi adiudicari: reus vero ſimpliciter contradicebat petitis per actorem , ſi iudex adiudicabit domum actori, & ab hac ſentẽtia fuit bene appellatũ, ſatis eſt iudici appellationis pronunciarę bene appellatum : quia tacite abſoluit reum . Vel pone exemplum econtra,quãdo actor petebat rem ſibi adiudicari, & iudex male abſoluit reum , ſatis enim eſt iudicẽ appellationis reuocare ſententiam , quia ſatis tacite illum condemnat , & his ſimilibus caſibus procedit illa communis opinio Doct. quia ſufficienter eſt parti ſatisfactum. Secus eſt autem,quã do nõ eſſet ex toto ſatisfactum parti. Exemplum,actor petiit rem ſibi adiudicari , reus contradicebat & petiit ſe declarari dominũ,& rem ſibi adiudicari. ſi iudex iniuſte adiudicauit rem actori,cum deberet pronunciare pro reo,quia ipſe probauerat ſe dominum, & non actor, non ſufficit iudicem appellationis pronunciare bene appellatum, ſeu retractare illam ſententiam , quia licet ex hac generali pronunciatione uideatur reum abſoluere , nõ tamen declarat ipſum eſſe dominum prout petebat. Nam illa ſententia infirmatoria poteſt bene habere effectum ſuum , ſcilicet abſolutorium, & poteſt eſſe abſolutio abſque eo, ꝙ res adiudicetur reo,quia non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe, vt l.neque natales,C.de proba.l.non hoc.C.vnde cogan.& ca.2.de transla. epi. ergo debet ſupplere , adiudicare

ADDITIONES.

a ¶Iſte reus. Vide late per D.Anton.de Butr. in c.ex conqueſtione,columna tertia,cum tribus ſequen.ſup.de reſtitut. ſpoliator. & Bar.in l.circa,ff.de probat. Sebaſt.Sap.

b ¶Declaratur dominus. Adde Ro.conſ.166.

c ¶Confirmo. Vide late per Angel. Aret. in l.ſi expreſſim , columna quadrageſima , verſicul. quæro de forma, ff. de appellat. Bald. & Salycet.in l.eos,C. eodem titul. Alexand. in l.in ſumma , ff. de re iudic. Sebaſtianus Sapia.

d ¶Aequipollens. Adde Ang.conſi.275.

e ¶Reformare. Vide Pet.de Ancharan. in c.penultim. in 4. not.infra de appellat. Bartol.in l.Titianus.ff.quod cum eo. Abb.in cap.Raynutius, columna quarta, infra de teſtamen. Aegid.Bell.a.deci.123.inc pien.concluſio,quod ſi auditor. Sebaſt.Sap.

iudicare,vt puta,reuocamus talẽ ſen tentiam, & ipſam reo adiudicamus: qnia probauit ſe dominũ,& iſte iudicio meo eſt proprius caſus huius c.in fin. Idem dico,quando prima ſententia non eſt ex toto iuſta,ſed indiget aliqua reformatione,vt puta adiudicauit index actori tem in totũ,vbi debebat adiudicare pro parte:vel condemnauit reũ in mille, vbi debeat condemnare in centum.certe non eſſet ſatisfactum,ſi iudex appellationis ſimpliciter retractaret ſententiam,uel pronunciaret bene ſuiſſe appellatum,quia ex hoc retractaret totam primam ſententiam , quod non eſt fiendum,cum debeat facere illud,quod primus iudex debebat facere tanquam in illius locum ſurrogatus; ſed debet illam reformare diſtinguendo , & pro parte adiudicando , ſicut primus debuiſſet facere. De hoc eſt tex.rotũdus in c.Raynut.& Raynal.de teſtam.& tenent Do.de Rot. vt dixi in c.
8 cum Ioannes,de fide inſtrum.† Et tenet idem Bat.in l.ſi expreſſim,ff.de appel.in vlt.col.vbi dicit,quòd cauſa appellationis deuoluit totam cauſam ad ſuperiorem, vt poſſit ſen
a tentiam reformare[a] etiam ex noua cauſa, vt l.per hanc,C. de temp.appel.cum ſim.idem(quod plus eſt) dicit in cauſa nullitatis,vt deuoluat totam cauſam ad ſuperiorem,vt poſſit totam cauſam primam reformare: quod dicit multum eſſe notandum,& idem videtur ſentire Inno.in c.cum contingat,de offic.deleg. Ex his dico minus bene dixiſſe Bart. in d.l.eos.vbi dixit per illum tex.in verſic.cum ſuper omni cauſa,&c.ꝗ quæcunque ſententia præceſſerit, ſufficit iudicem appellationis pronunciare primam ſententiam iuſtã , vel iniuſtam,hoc enim non eſt verum indiſtincte, ut patet ex prædictis, & ad illum text.reſpondeo, ꝗ debet intelligi quo ad effectum.debet enim pronunciare iuſtam, vel iniuſtam,prout opus fuerit,diſtinguendo.ſ.iuſtitiam, vel iniuſtitiam,prout opus fuerit,vt probatur in d.ca.Raynaldus, & hoc per rationes prędictas , & facit dicta l. per hanc ; &
9 hoc diligenter notabis.† Venio ad glo. & oppo.contra tex. videtur enim, ꝗ etiam ex alio capite ſententia prioris iudicis fuit nulla,quia ſine citatione proceſſit ad ſententiã contra c.conſuluit,de offic.delegat.& l.de vnoquoque,ff.de re iud.Solu.dicit primo gloſ.ꝗ ex quo terminus fuit appellationi præfixus, & iſte in termino appellationem non præ
b ſentauit,perinde eſt, ac ſi fuiſſet citatus peremptorie[b] in c. ſæpe,de appel.Do.Anto.dicit bene, ꝗ gloſ.male allegat illud cap.ſępe: quia loquitur quo ad proceſſum fiendum per iudicẽ appellationis, & dic ut ibi: ſed nos loquimur de proceſſu facto poſt lapſum termini per iudicem a quo;dictum
c tamen gl.placet ſibi ſed,non per illum tex.[c] ſed per ca.eum
10 qui,de dolo & contumacia,li.6.† Aduerte diligenter quia per hoc multum extenderetur iſte tex.nam illud c.loquitr̃ , quando quis appellauit a iudicis interlocutoria ſententia, qua non obſtante iudex reputans illam friuolam vult procedere ad vlteriora,& dicitur ibi, ꝗ poteſt ſine alia citatione: quia appellando videtur ille proteſtari,ꝗ non vult amplius coram illo comparere: ſed nos hic loquimur,quando iudex a quo,præfixit terminũ appellanti , & ſuperſedit negocio vſque ad finem termini,unde nunc dubito,an iudex poſt terminum poſſit procedere ſine noua citatione , cum ſumus extra caſum illius c.eum qui, & loquor eo caſu quo
11 ſi non appellaſſet,ſuiſſet opus citatione.† Item eſt, & aliud dubium,an iudex, qui præfixit terminum ad appellationẽ proſequendam,nec aliter appellationi detulit , poſſit pendente termino procedere contra appellantem,& ſic ſit locus pendente termino d.c.eũ qui.& ſi tenemus ꝗ ſic,quaſi
d præfigendo terminum[d] non detulerit appellationi,vt prædixi,tunc poterit fortius ſine citatione procedere poſt terminum,cum ſit tunc deſerta appellatio.inf.titu.proxi.cap. perſonas. ego credo, ꝗ pendente termino non poſſet procedere,argum.c.cum ſit.inf.tit.proxi.vbi dicitur, quod ex tunc ſequitur,ſ.cum non proſequitur in termino , cogitur
12 ſtare iudicio iudicis a quo,ergo non prius.† Item præfixio termini habet vim cuiuſdam dilationis: ſed pendente dilatione iudicis ad vnum actum non debet iudex procedere ad alium actum maxime ſine citatione , quia interim iudicis officium conquieſcit,ut in l.ſiue pars,C. de dila.& c.ſignificante,de app.facit quod no .in cle.ſępe. de verborum
13 ſignif.in verbo,poſt dilationem,quæ eſt notabilis.† An autem lapſo termino, & ſic deſerta appellatione poſſit procedere ſine noua citatione? credo ꝗ ſic, quaſi non comparẽdo poſt terminum videatur confirmare id,quod tacite fuerit proteſtatus appellando,ſ. ꝗ vlterius non intendit comparere coram eo.† Et pro hoc vide Imo.in c.ex ratione,de appel. ubi ſingulariter dicit,ꝗ ſi appellatio eſt deſerta propter non proſequi in termino,poteſt iudex a quo procedere ad executionem ſententię ſine noua citatione. Pręterea iudex a quo potuiſſet illico procedere , ſi nõ præfixiſſet terminum d.c.eum qui.ſublato ergo termino,& ſic dilatione data appellanti,remanet iudex in priori ſtatu, ar. c.cũ ceſſante.ſup.tit.prox.& ex his poteſt ſuſtineri dictum gloſ.& & no.eam iũcto tex. & habes ex prædictis duas ſingulares limitationes ad d.ca.eum qui. Dices tu quare ergo fuit retractata hæc ſententia , ex quo iudex rite proceſſit ? Dic ꝗ proceſſit rite,ſed non recte : qnia fundauit ſe ſuper iniqua & irrationabili conſuetudine, ut ſatis colligitur ex ſenten-
15 tiã Papę.† Qualis autem erat hęc conſuetudo,colligitur ex gl.ſequenti,ubi dicitur,quòd forte habebat,ut valeret venditio facta a ſolo prælato: licet non probaretur præciſe precium verſum in vtilitatem eccleſiæ , quæ non valuit, quia iuri contraria, & mala in præiudicium eccleſiæ. Not.hanc gloſ.ex qua collige, quod conſuetudo non poteſt diminuere ſolennitatem inductam in alienationibus rerum eccle-
e ſiaſticarum.[e] Et idem ſentit hic Ioan.And.dicens eam nõ valere: quia grauamen eccleſiis inducit, ſupra de conſuet. c.i.uide latius per Ioan.An. in c.nulli, de rebus eccleſ. non
f alie.ubi dicit,quod ſolennitas c. ſine exceptione. 12. quæſtione ſecunda, non poteſt per conſuetudinem tolli : facit quod no.in ca.1.de rebus eccleſ.non alie.lib.6.& dico tex. eſſe hic iuncta gloſ. ſed ſolennitas auth.hoc ius porrectum. C.de ſacroſan.ecc.ſic idem dicit, ꝗ ſolennitates ad illud c. ſine exceptione,poteſt conſuetudo addere, quod no.diminuere autem non,facit quod no. in c.quod ſuper his,de cõſangu.& affin.& ſecundum prædicta poteſt intelligi,quod no.glo.in auth.hoc ius porrectum. ubi dicit ualere conſuetudinem,ut non ſeruentur ſolennitates illius auth.& idem tenet in l.de quib.ff.de legi.Sed Bat.in auth.dicit,ꝗ ſi eccleſia acceptaſſet pro ſe ſolennitates illius auth.quæ eſt canonizata.10.q.2.c.hoc ius porrectum,non valeret conſuetudo in contrarium, quia eſſet contra libertatem eccleſiaſtiſticam, cum hoc ſit conceſſum eccleſiæ in priuilegium, ut non poſſit fieri alienatio ſine illa ſolennitate,& cõſuetudo contra

ADDITIONES.

a ¶ Reformare.Adde Alex.conſi.79.

b ¶ Peremptorie.Adde Ro.conſi.76.vbi dicit,ꝗ citatio non requiritur,vbi conuentione partium, vel ſtatuto præfixus eſt terminus ad audiendam ſententiã.

c ¶ Per illum tex Tu dic,ꝗ imo probat,quia ſi poteſt procedere quando non pręfixit terminum,multo fortius,quando præfixit & elapſus eſt.And.Barb.

d ¶ Præfigendo terminum.Vide Rot.dec.33.in tit.de app.in nouis,& Io.de Ana. in c.fi.inf.de accu.vbi examinat dictum Inno. ibi,quod dictum d c. ſingulare Ro.in ſing 165.inci.iudex a quo.Tamen communiter reprobant attestante Fel.in c.cum Bertoldus.colum.6.inf.eo.& Fely.in c.prælatorum, columna.6. ver.caſu.inf.de accu.

e ¶ Rerum eccleſiaſticarum.Vide Cal. in conſi.vlt.ſub titu.de conſue.Et Ro.ſub eo.tit.deciſ.prima.vbi dicit valere cõſuetudinem contra ſolennitates inductas a iure ciuili in alienatione rei eccleſię,& hoc ſentit Ro.in ſin.756 inci tu ſcis ꝗ res eccleſiæ.Alex.in conſi.79.inci.circa primum,col.4. in 1.vol.& hoc dedocet ad propoſitum do.meus D.Rochus Curtius in c.fi.col.76.verſ.ſecundo infertur.ſup.de conſue.vbi plura per eum.Seb.Sap.

f ¶ Solennitates inductas in alienationibus reb.eccl. per auth. hoc ius porrectũ, conſuetudo poteſt tollere,& diminuere.Sed ſolennitates inductas per c.ſine exceptione.12.q.2.non poteſt cõſuetudo etiam clericorum tollere.& iſta eſt veritas,& ita communiter concludunt Cano. poſt Io.An. in d.c.nulli.firmat Innoc.in c.1.in 7.col.de his quæ fiunt a præla.ſine conſen.c.& limita,vt ibi p eum,& ſic eſſet conſulendum ꝗ conſuetudines, quæ in multis locis aliter ſeruantur nihil ualent,de quo etiam uide late per Bal aliter diſtinguentem in d. auth.hoc ius porrectum,in 3.col & in c.1.in prin ſin. 1. col.qui feud.da.poſſ. per Fed.de Se.conſi.137.dicit etiam Bal.in rub.C.quæ ſit lon.conſu circa fin. ꝗ poſito,ꝗ tales ſolennitates poſſent per conſuetudinem diminui,requireretur tamen in tali conſuetudine ſpacium 30.anno.& an ſufficeret conſuetudo longa 10.an.puto,ꝗ deberet dicere de cõſuetudine 40.an.30.non,& ſic per ſcripta,quia de iure can.requiritur ꝗ conſuetudo ſit inducta 40.an. maxime ſuper aliena.re. ecclę.

¶ An ſolennitates requiſitæ in alienatione rer.eccl. de quib. in c.ſine exceptione.12.q.2.in c.nulli, de reb. eccl. non alie.poſſint tolli per conſuetudinẽ uel per ſtatutum laicorum,etiam ſi per ſpatium 30.anno,fuiſſet ita conſuetudo obſeruata,unde gl.in l.diuturna,ff.de leg.& Pau. de Caſt.in l.etiam.ff.ſol.mat. & in auth.hoc ius porrectum.C.de ſacroſanct.eccl.ubi ponit quãdam ſuam diſtinctionem.ego autem puto, ꝗ ſolennitates introductæ ex diſpoſitione iuris canonici per conſuetudinem , vel ſtatutum laicorum nullo modo poſſint tolli ex defectu poteſtatis ipſorum laicorum ,qui circa diſpoſita a iure can.& ſpiritualia nullã uidentur habere poteſtatem,niſi interueniſſet conſenſus Papæ tacitus vel expreſſus per no.plenius in c.eccleſia S.Mariæ, de conſti.& vide Fed.de Sen in conſil.137.& per D.Abb.in c.cum in officiis,de teſta.& per Inno.in c.1.de his quæ a præla.ſi.ſine conſenſu c.

contra libertatem ecclesiæ nõ valet, vt in auth. cassa. C. de
sacrosanct. eccles. & de senten. excom. ca. non erit. & c. gra-
uem. sed ecclesia non acceptauit illud priuilegium, sed in-
duxit aliam solemnitatem, de qua in d. c. sine exceptione.
& ideo nõ est necessaria illius auth. solemnitas: allegat no-
tata in d. c. . & dicit ꝙ ibi hoc tenet Innocen. & glos. Et no.
diligenter dicta Bar. & rationem, ex qua infertur, ꝙ solem-
nitates iuridice introductę ab habente potestatem in alie-
natione rerum ecclesiasticarum non possunt consuetudi-
ne tolli. Item, ꝙ non est necessaria consuetudo ad tollendũ
solemnitatem illius authenticæ: sed satis est, ꝙ ecclesia nõ
acceptauit pro se: posset ergo induci consuetudo, vt illa so-
lemnitas seruaretur: & sic limito illud dictum Ioan. An. in
d. c. nulli: vel dic extra glos. ad principale quæsitum secun-
10 dum Host. & Ioan. An. † Quod forte erat consuetudo, ꝙ ex
venditione facta sine traditione transiret dominiũ, & not.
hoc dictum. Vel erat consuetudo, vt intra annum, & idem
teneatur in ecclesia vendere possessionem sibi relictã con-
tra id quod legitur in c. si. de rebus eccl. non alie. & ca. 1. de
immu. eccl. lib. 6. in fi. Vel pone exemplum secundum eos,
17 in c. quæ in ecclesiarum. de constit. † Ad vnum tamen ad-
uerte in eo quod ista glo. sensit, ꝙ valet venditio a solo præ
lato facta, si precium probatur versum in vtilitatem eccle-
siæ, saltem si hoc habet consuetudo, quod ego non puto ve
rum, primo, quia nõ sufficit rem alienare in casu licito, nisi
etiam seruetur solennitas a iure introducta, vt aperte pro-
batur in c. sine exceptione. 12. q. 2. & in dicto c. primo, de
reb. eccl. non alie. libr. 6. Nec consuetudo potest detrahere
solennitati, vt dixi supra, & etiam audeo dicere, quòd em-
ptor hoc casu non potest etiam repetere precium, sed illud
amittit, quia contra ius emit, & etiam tenetur restituere
fructus perceptos. vt probatur in l. iubemus nulli, C. de sa-
crosan. eccle. & ex contractu ꝯ ius nunquam quis lucratur
fructus, vt l. i. & quod ibi no. Bar. C. de re. decu. sine decre.
non alie. lib. 10. Fateor tamen, ꝙ ecclesia posset talem con-
tractum alienationis approbare, si caderet in fauorem suũ
aliquo respectu, per text. singularem in c. si qua. de reb. 12.
q. 2. vide gl. in c. 1. ne sede vacan. & hæc sufficiant.

SVMMARIVM.

1 *Sententia continens manifestam iniquitatem est nulla, licet causa sit commissa, appellatione remota. 6. intelligem vt nu. 7.*
2 *Clausula, appellatione remota, importat quod a sententia lata non possit appellari, nisi ex causa in iure expressa, vel notorio grauamine. 3. & dicta clausula, non tollit remedium nullitatis. 4.*
5 *Clausula, appellatione remota, quid operetur.*
8 *Sententia recipit interpretationem ex actis.*
Sententia, in qua est error expressus, an & quando sit nulla.
Sententia referens se ad acta, & in actis aliud appareat, an sit nulla? 11.
9 *Sententia dubia continens causam falsam, an & quando sit nulla.*
Excommunicatio lata per errorem causæ, vel facti an teneat.
10 *Sententia, quam euidenter constat latam fuisse ex iniusta causa, quæ tamen expressa, est nulla.*
12 *Quando agitur de nullitate, an sit seruandus ordo iudiciarius?*

CAP. IX.

1 INter cæteras. † Potest intelligi vario
modo, & p consequẽs
vario modo summari. D. An. summat sic. sentẽ
tia continens in se manifestam iniquitatem re
tractatur, non obstante ꝙ causa fuerit appellatione remo-
ta commissa. Hęc summatio est vera in se secundum vnum
modum intelligendi: sed secundum alium intellectum no-
tabiliorem summo sic. Nulla est sententia continens mani
2 festam iniquitatem.[a] Vel aliter intelligendo ponit duos ca
sus. Sententia iniqua retractatur per superiorem, licet cau
sa fuerit appellatione remota commissa. Si autem continet
manifestam iniquitatnm, est nulla. Casus literalis. Aliqua
causa commissa est appellatione remota. iudex tulit senten
tiam iniquam contra ius scriptum, vel expresso errore in
sententia. talis sententia non tenet, cum iniquitatem con-
tineat manifestam. Ber. Notabilia poterunt colligi declara
to intellectu c. ideo venio ad declarationem. Et oppo. con-
tra tex. primo de contrarietate & repugnantia literę in eo,
ꝙ primo dicit sententiam iniquam euacuandam, & sic præ
supponit validitatem: quia quod nullum est, euacuari non
potest, de despoo. imp. c. ad dissoluendum, ff. de verborum
oblig. l. decem, & 32. quæst. 2. c. quod vero oon formatum:
tamen postea innuit eam esse nullam in eo, ꝙ per verba p̃-
sentis temporis, dicit: Nec ei debet stari, & c. facit quod in
2 simili no. in ca. quisquis, de ele. † Item obstat & aliud: quia
cum causa fuisset commissa appellatione remota, non pos-
set prætextu iniquitatis appellari, nisi ex causa in iure ex-
pressa, ut in c. pastoralis, de appel. Sol. dico ꝙ tex. potest in-
telligi dupliciter. Primo, quod contineat unum casum. Se-
cundo quod contineat duos, secundum primum intelle-
ctum potest intelligi multipliciter. Primo ꝙ hæc sententia
3 retractetur per viam appellationis. † Nec obst. clausula, ap-
pellatione remota: quia illa non impedit appellationẽ ex
notorio grauamine interpositam, vt est glos. multum nota
bilis in c. ex conquestione, de restitut. spol. vbi dixi, quæ vi
detur singulariter probari per istum text. secundum hunc
intellectum in eo, ꝙ hic ponderatur manifesta iniquitas, &
tenet hic D. Anto. sicut enim admittitur appellatio in casi
bus iure expressis propter notoriam & iustam causam d. c.
pastoralis, ita vbi subest notoria iniustitia. eadem enim est
ratio io vtrisque non enim est verisimile, ꝙ superior uelit
tolerare iniustitiam notoriam, ut in cle. pastoralis, de re iu
dic. facit quod habetur. sup. in proœ. & 4. dist. c. factæ sunt,
& c. erit autem lex, & tunc verbum euacuari, stat proprie.
Ad verbum autem factum, nec ei stari debet, dic quod nõ
debet stari, si ab ea fuerit appellatum, vt sentit gl. 1. hic. vel
melius dico, quod non debet ei stari, scilicet uirtute illius
clausulæ, appellatione remota. quominus, scilicet possit ap
pellari, & retractari. Secundo potest intelligi, quod retra-
ctetur de facto per uiam nullitatis ex eo, quod continebat
in se manifestam iniquitatẽ, & hoc dupliciter, quia aut er-
ror iuris erat in sententia expressus, quo casu indubitanter
sententia est nulla, & sic intelligit glos. 2. vt patet in iuribus
in ea allegatis, uel quia alius error erat in sententia expres
sus. & hunc etiam intellectum imponit & sequitur Do. An.
hic dicens hoc maxime procedere, quando causa iniqua
seu error expressus continet aliquid, quod est impossibile,
iuxta no. in c. per tuas, de senten. excommu. facit quod no.
Ioan. An. in cle. pastoralis, de re iud. & hunc articulum la-
tius. inf. reassumam. Et tunc tex. dic, quod uerbum. euacua
ri, debet intelligi & referri ad factum, sicut de facto proces
4 sit, vt intelligit gloss. 1. † Non obst. remotio appel. quia illa
clausula non tollit remedium nullitatis ut penitus separa-
tum. facit quod leg. & no. in c. licet, de senten. excommuni.
lib. 6. Item puto, quod possit appellari propter manifestum
grauamen, ut supra dixi. Nam & a sententia nulla appella-
ri potest, ut plene no. infra titu. prox. cap. dilecto. Secundo
modo priocipaliter potest intelligi, quod ista decretalis cõ
tineat duos casus. Primns, ut sententia iniqua, licet nõ con
tineat in se manifestam, & notoriam iniquitatem, possit re
5 tractari, ut supra, cap. proxi. † Non obst. remotio app. quia
licet illa clausula operetur, ut uirtute appellationis non su-
spendatur iurisdictio iudicis a quo, quo minus possit illam
exequi appellatione non obstante, ut io capitulo pastora-
lis, §. præterea. de offic. delega. non tamen tollitur appel-
latio respectu iudicis ad quem, qui ex grauamine seu in
iustitia

ADDITIONES.

a ¶ Manifestam iniquitatem. Tu pondera, quia contra istum tex est casus in l. ciues, C. de app. ubi sententia continens manifestam iniustitiam partis est iniqua, & tenet, si non appellatur, hic dicitur contrarium, quia male, unde glo. ibi facit differentiam inter notoriam iniustitiam & manifestam, cũ qua transeunt ibi Docto. pondera, quia potest dici, quod d. l. ciues, loquitur quando poterat appellare, & non appellando videtur approbare illam iniustitiã, ideo sibi imputet, ideo ualet sententia, sed hic non poterat appellare, ideo redditur nulla talis sententia, quia non potest sibi imputari, quod non appellauit, & ideo potest summari, quod sententia continens manifestam iniquitatem, a qua pars non potest appellare, redditur nulla ipso iure, secus si potest appellare, quia tunc tenet, & sibi imputet. uel potest dici, quod hic ponitur manifestum pro notorio, & concor. cum d. l. ciues. And. Barba.
¶ Verum error calculi reddat actum ipso iure nullum, dicas, quod calculus erroneus debet reuideri & retractari, etiam si stipulatio intercessisset, nisi forsan super eo sit lata sententia, uel transactio ut in l. 1. & ibi per Bald. & D. C. de erro. cal. & per Bar. in l. 1. in 1. col. C. de iu. fis. lib. 10. quod intellige uerum, quando error est magnus, secus si esset modicus, quia tunc non vitiaret, vt in l. quãtus, & ibi per Doct. ff. de condi. & dem. & per Bal. in l. 1. in fi. C. si aduer. fol. & an error calculi possit obiici in causa appellationis, si non fuit allegatum in cã principali, uide per Pau. de Cast. plene in consi. 34. Vin. Fran.

iustitia potest appellationem recipere & sententiam retractare, vt notabiliter probatur in d.c. pastoralis. de offic. de- 6 leg. † Vnde text. dicit hic simpliciter, Eam euacuare oportet, quod debet intelligi modo prædicto, & iste primus casus ponitur usque ad ver. Nec debet ei, &c. vbi mutat casum, & ponit, quando sententia continet manifestam iniquitatem, quo casu non debet ei stari, quia est ipso iure nulla, & sic non est opus, vt aliter euacuetur, nec obst. remotio appellationis rationibus prædictis. Ex his habes hic casum valde notabilem, quòd sententia continens manifestam iniquitatem est ipso iure nulla, & cum nil dicat, quod iniquitas sit contra ius scriptum, intellige indistincte. Sed 7 † quæro nunquid hoc sit verum simpliciter? Aduerte, quia hæc quæstio est notabilis, & sæpe dubitani, & vltra alios distinguo sic. Aut sententia continet errorē, sed non expressum, potest tamen ex actis colligi. Aut continet causam notorie falsam seu iniustam. Aut nullam talem causam habet in se: sed alias est notorium, quod ex iniusta causa fertur. Primo casu dic, quòd sententia est ipso iure nulla, licet error consistat in facto, & non in iure. text. est apertus in l. 1. §. i. quæ senten. sine appel. rescin. vbi dicitur, quòd si iudex sic pronunciat. quia constat Titiū debere Sempronio quinquaginta ex tali specie, & 30. ex tali, ideo eum condemno in centum. talis sententia citra remedium appellationis venit corrigenda. Et idem no. gl. & Bar. in l. vnica, C. de erro. calcu. Aut error non fuit expressus in sententia, vt puta in terminis præcedentibus condemnauit Titium in centum a errans in calculo,[a] vbi debebat condemnare in 80. hic sunt opi. glos. in d.l. vnica; dicit quod sententia tenet, nec debet reuocari; si non fuit appellatum, & hoc per tex. illius l. quā intelligit, scilicet quando error nō fuit in sententia expres- 8 sus. Illam glo. damnat Iacob. de Are. † Quia sententia sem- b per refertur ad acta,[b] ut l. pen. C. de senten. quæ sine certa quant. l. ait prætor. §. 1. ff. de re iud. & ideo satis est, quòd error ex actis appareat, & inducit etiam text. in d.l. i. non ergo debet secundum eum distingui; an sit error expressus, vel non, dummodo ex actis colligatur. hanc opin. videtur sequi Pau. de Leaza. in cle. pastoralis, de re iud. & Dom. de Rot. deci. 228. sed Bar. in d.l. vna, dicit quòd pro opin. glos. videtur tex. in l. præses. ff. de re iud. & l. 2. C. quando prou. non est neces. ideo distingno sic, quòd aut error est expressus in sententia, & tunc est ipso iure nulla. d.l. i. & l. 2. C. quā prouoc. non est neces. Quandoque non est expressus error in sententia, sed apparet in actis, & tunc aut sententia est lata per relationem ad illa acta in quibus est error, & videtur error esse in sententia, ut in prædicta l. pen. C. de sentē. quæ sine cet. quan. profe. & l. ait prætor. §. i. ff. de re iud. hinc cta glos. Aut est lata sententia simpliciter, & tunc quædam sunt acta, ad quæ de necessitate refertur sententia, vt libellus. l. ut fundus. ff. commu. diui. Item sententia appellationis de necessitate refertur ad primam sententiam; quia iudex approbat, uel improbat eam, ut l. eos. C. de app. & 11. q. 6. c. ei qui app. in fi. & hoc casu in libello, uel prima sententia est error expressus, sententia simpliciter lata videtur eūdem errorem continere, merito esset nulla. d.l. i. §. i. ff. quæ senten. sine ap. rescin. Et hoc casu posset esse vera opi. Iac. de Ra. secundum eum. Si uero apparet error ex aliis actis, per hoc non redditur sententia nulla, & hoc casu procedit gl. in d.l. i. C. de erro. calcu. & l. i. ff. quæ sen. sine app. rescin. pro his dictis Bar. facit c. cum Bertoldus, & quod ibi no. Innocen. inf. eod. vbi dixit per illum tex. quod si iudex dixit quia c per A. & B.[c] testes probatum fuit, ideo in centum te condēno. quod si ex actis apparet per illos non esse probatum, nō ualet sententia, licet aliud senserit in cap. quoniam contra, de proba, ubi dicit, quòd pars non debet admitti ad probandum iniustitiam, quę colligitur per relationem ad acta obstante exceptione rei iudicatæ: sed primum dictum est uerius, & communius. Ex his tamē colligitur mens Innocen. quòd ubi iudex non retulit se ad acta, non debet pars admitti ad probandum errorem, vel iniustitiam, quę colligi potest ex actis, quod facit pro opinione glo. & Bart. contra alios, & hęc opi. mihi placet: quia potuit iudex aliunde motum sui animi informare, ad hoc adduco tex. valde notabilem cum ibi no. inf. eo. c. causam quæ, facit c. in præsentia, de renun. Do tamen duas limitationes. Prima est, quod si pars pro qua lata fuit sententia, non excepit de transitu in rē iudicatam, sed assumpsit disputationem de iniustitia sententię, & ex productione actorum potest euidenter colligi iniustitia, debet iudex retractare sententiam: quia, de qua re iudex cognouit, de ea pronunciare debet, in c. cum super, de causa posses. & propri. & l. de qua re. ff. de re iud. Hoc notanter uoluit Innocen. in c. cum dilecta, de rescri. & d.c. cū Bertoldus: tamen debet per acta constare, prout inf. eo. in d.c. causam. dicam, ubi uide. Secunda limitatio, si notorie constaret de errore per ea, quę ipse iudex prius dixit, uel facti euidentia: tunc enim licet in sententia non sit error expressus, nec per relationem ad acta, tamen notorietas erroris, quę æquipollet expressioni (ut inf. dicam) reddit sententiam nullam. argum. in cle. pastoralis. §. Pisana, iuncta gl. de re iud. & c. ad probandum. inf. eo. & per Innocen. in ca. fraternitatis; de frigi. vbi hoc expresse videtur tenere in uer- 9 bo simili. † Venio nunc ad secundum membrum, quando d sententia continet causam falsam,[d] & dico sic. quod aut causa[e] e est notorie falsa, & impossibilis, ita, quòd concurrant ista duo simul, & tunc non tenet sententia, etiam si sit excommunicationis. exemplum, si iudex condemnauerit vel excommunicauerit eunuchum, vel infantem quia prægnantem reddidit monialem: ad hoc c. Romana. §. vniuersitate, iuncta glo. de senten. excomm. lib. 6. & ibi hoc tenet Ioan. An. Arc. requirebat notoriū actus pmanentis. hęc restrictio non placet ibi Io. An. & bn̄. quia satis est notoriū existens tē pore snīæ, arg. in d.c. ad probādū. inf. eo. & c. cum sit Rom. inf. tit. proxi. aut causa notorie est falsa, sed non impossibilis, utpura iudex excommunicauit aliquem: quia spoliauit ecclesiam cum incendio, & notorie hæc causa est falsa, non tamē impossibilis: quia potuisset hoc facere, & tenuit Arch. in c. venerabili, de senten. excommu. lib. 6. talem sententiam valere: loquitur tamen in excommunicatione. & forte potuit moueri, quia iura in nullitate excommunicationis loquuntur, quando in sententia fuit expressus error intolerabilis. & hanc opin. saltem in excommunicatione sensit prima fronte glo. in c. per tuas, eo. titu. in verbo, intolerabilem errorem, prope fi. vbi quærit, quid si error consistit in facto, ut quia iudex dicat excommunico te: quia talem spoliasti, & manifeste falsum est, nunquid tenet sententia? arguit ad utranque partem, & tandem dicit se credere, quòd in sententia excommunicationis lata per errorem facti modo prædicto tutius uel mitius sit tenere, quòd sententia teneat, & fiat absolutio saltem ad cautelam: quia talis causa possibilis est, licet falsa, nec continet errorem, & sententia excommunicationis iusta, vel iniusta ligat. Et not. diligenter verba glo. quia videtur sentire secus esse in aliis sententiis. quod sup. tenui, & optime facit inf. eo. c. cū Bertoldus, & dicit Ioan. An. in eo. c. per tuas, quòd licet illa gl. soleat allegari quod sententia tenet, licet sit lata ex causa notorie falsa, tamen glo. illa hoc non dicit aperte: quia non dicit de notorie falsa sed manifeste. Hæc autem sunt diuersa, ut nōt. in c. vestra, de coha. cle. & mul. & ex hoc videtur Io. An. non omnino probare illud dictum Arch. D. Ant. ibi & hic tenet sententiam esse nullam, etiam si sit excommunicationis: quia sententia iniusta sustinetur propter præsumptionem iustitiæ, quæ cadit super dubio, facit infra eodem c. causam. vbi autem iniustitia est notoria, hoc cessat, arg. in l. penul. ff. de iustitia & iure, & l. pars literarum. ff. de iud, secus dicit in causa manifeste falsa: quia non sufficit manifestum, si non sumitur pro notorio; allegat no. in dicto cap. per tuas. vbi hoc sentit Ioan. An. vt dixi, & hoc dictum puto verissimum, ad quod allego tex. iuncta glos. in cle. pastoralis. §. Pisana, de re iudi. Nec obst. quòd iura in excommunicatione faciunt mentionem de expressione erroris intolerabilis. d.c. per tuas, & c. venerabili, de sent. excom. quia dico, quod iura illa dicunt causa exēplificandi super nullitate, & ea

ADDITIONES.

a ¶ Errans in calculo. Adde Fed. in consi. 128. & 268.

b ¶ Ad acta. Vide Ant. in l. si pars, ff. de iudic. ubi dicit quod nullitas, quæ constat ex actis, dicitur euidens. de quo uide per Abb. [illegible] consi. 44. incipien. [illegible] quæstione, in 1. volum. & Ale. in l. de pupillo. § qui opus, colum. penult. ff. de oper. nou. nunc. & nunquid notoria nullitas dicatur, quæ constat ex actis, unde plura per And. S. c. in consi. 38. incip. præclare scripsit [illegible], in 2. volum. cum multis allegatis per Decium in c. a ex infamatione. colum. 5. inf. de app. Sebast. Sap.

c Quod per A. & B. Adde Ale. consi. 113. lib. 1.

b ¶ Falsam causam. Adde Ale. consi. 74. lib. 5.

e Aut causa. Vide Car. cle. pastoralis, in uer. [illegible], de re iudi. & late D. Ant. de Bu. in c. fraternitatis. inf. de frig. & malefi. col. 3. ubi dicunt, quod sufficit, quod talis notorietas appareat ex libello. uide eundem D. Ant. c. ab excommunicato, colum. 8. inf. de rescrip.

& ea quæ dicuntur causa exempli, dispositionem non restringunt, ut in c.i. & quod ibi no. ne cle. uel mona. nam expressio erroris inducit nullitatem, quia apparet de notoria iniustitia. Idem ergo, ubi factum est re ipsa notorie iniustũ, ut in casu nostro, arg. in c. euidentia, de accu. 2. q. i. c. de manifesta, & c. manifesta. non refert quid ex æquipollentibus fiat, de testi. ca. licet ex quadam. † Ad tertium membrum, quid si nulla causa sit expressa in sententia; tamen notorie constat, quòd ex iniusta causa profertur? & puto quòd sententia sit nulla; quia paria sunt aliquid iniustum exprimi, vel quod notorie constet illud esse iniustum,[a] vt no. Innocen. in c. secundo. de dilatio & est text. cum glo. in clem. pastoralis. §. Pisana, pręalle. facit, quia sicut notorius defectus in iudice reddit sententiam nullam, licet aliter nõ exprimatur, argum. in c. ad probandum. inf. eo. & notorietas re ipsa fortificat sententiam, vt non admittatur appellatio, vt in c. cum sit Rom. inf. titu. prox. ita notorietas iniustitiæ re ipsa sine alia expressione debet reddere sententiam nullam,[b] quia (vt prædixi) cessat hoc casu ratio præsumptionis, quæ est pro iudice. ar. c. euidentia. de acc. & notorietas facti plus operatur. quam notorietas iuris, ad hoc vide gl. not. in cle. 1. de vsu. vel saltem æquiparantur, de coh. cle. & mu. c. vestra, & eo. titu. c. si. nec iura debent souere notoriã iniustitiam, ne inde oriantur iniuriæ, vnde iura nascuntur. inf. de accu. c. qualiter, & quando, il 1. & C. vnde vi. l. meminerint, & sic potest intelligi tex. quem sic intellectum reputo verum notabilem. c. cum ad quorundam, de exce. præl. vbi idem probatur respectu sentẽtię excommunicationis. † Idem est, vbi iniustitia posset colligi per relationem ad acta,[c] vel per acta, ad quæ necessario est sententia referenda, vt ex libello, iuxta ea quæ supra dixi post Bar. & Innoc. in locis præal. & tene menti istum intellectum, vt sup. quia est valde no. † An autem vbi de nullitate agitur, debeat libellus offerri, lis cõtestari, certusque ordo iudiciarius obseruandus sit, vide per dominos de Rot. deci. pręalle. vbi in effectu post multa videntur concludere q; sic, si nullitas nõ est notoria, vt puta quæ ex actis colligitur, alias secus. Ad hoc quod no. per Innocen. in c. auditis, de procu. bene facit ibi tex. & in c. 2. de offi. iud. & c. cum inter, de consuetu. & c. quoniam, de fil. pręsby. cum si. vide quod generaliter dixi in c. 1. de libel. obla. coram quo sit de nullitate sententiæ agendum, vide quod no. per Dy. in regula, quod semel placuit, de reg. iur. lib. 6. & per Doct. maxime per D. Anto. in c. in literis, de offi. deleg. & per Bar. optime in l. si expressim, in vlt. colum. ff. de appella.

ADDITIONES.

a ¶ Iniustum. Vide allegata per Fel in c. cum ordinem, colum. 8. vers. secunda declarat o. sup. de rescri. vide etiam ad hæc Car. in consi. 96. incidum reuerendus, & Abb. & ibi late And. Sic. in c. si quando. sup. de offi deleg. & Abb. in ca. suborta. inf. eo & in c. cum apostolus. inf. de censib. Seb. Sap.

b ¶ Sententiam nullam. Adde Old. consi. 106. Abb. consi 55.

c ¶ Relationem ad acta. Adde Pau. de Cast. consi. 319. in primo impressis.

SVMMARIVM.

1 *Infirmitas grauis excusat quem a contumacia, secus si est leuis.*

2 *Præsumptio infirmitatis tollitur per exercitium actus non compassibilis cum infirmitate. 3.*

Infirmitas quomodo probatur.

4 *Sponsalia contracta per immißionem annuli an tollantur per matrimonium carnali copula cum alia consummatum?*

Sponsalia præsumuntur facta per verba de præsenti per immißionem annuli. 5.

6 *Sententia, quæ est nulla, vel quæ de sui natura non transit in rem iudicatam, non confirmatur ex eo, quod pars non appellauit.*

Sententia, quæ non transit in rem iudicatam, tunc demum retractatur, quando æquum videbitur iudici.

Sententia matrimonialis ideo non transit in rem iudicatam, quia nutriret peccatum.

7 *Ad matrimonium accusandum, vel impediendum, vel ad ipsum reintegrandum, si est indebite separatum, admittitur quilibet de populo vide inf. c. prox. in 1. nota.*

8 *Ad euitandum peccatum in dubio mitior pars est eligenda.*

9 *Licet in dubio præsumatur pro sententia, & interim mandetur executioni, secus est in causa matrimoniali, in qua nil innouatur pendente litigio super nullitate primæ sententię.*

10 *Sententia in dubio an præsumatur lata parte citata.*

11 *Inuestitura alicuius beneficii præsumitur facta in præsentia iudicis.*

12 *Citari an debeat præsens etiam ad audiendam sententiam.*

CAP. X.

Tenor. Istud c. potest intelligi duob. modis. Primo, q; sententia hic lata contra mulierem tenuit, quia contumaciter absuit. Et tunc idem in effectu dicit, quod c. lator. sup. eo. ideo summa, vt ibi. Secundo potest intelligi hic, q; mulier non fuit contumax, & tunc communiter sic summatur. Sẽtentia lata contra absentem nõ contumacem in causa matrimoniali non ualet. Cõmunis diuisio. Secunda, ibi: Ideoque: Casus literalis. Inter R. & M. mulierem quæstio matrimonii vertebatur; quæ commissa fuit episcopo Rheati. iudex absente muliere dictum R. ab impetitione ipsius absoluit. mulier hoc audito causam impetrauit committi iudici præsenti, ut de causa illa cognosceret, & fine canonico terminaret. iudex vocauit dictum R. ille infirmitate prætensa non venit, sed nocte sequenti cum alia contraxit, propter quod iudex ipsum excommunicauit; ille postmodum comparuit, & fuit absolutus ostendens sententiã episcopi prędicti, qualiter a muliere prędicta fuerat absolutus. nihilominus mulier testes offerebat, per quos probare volebat q; dictus R. eam desponsauerat. iudex. dubitauit, quid facere deberet. Consultus Papa respondet, q; non obstante illa illicita absolutione, quã fecit episcopus, in causa procedat, pręcipiens R. sub pœna excommunicationis, ne ad eam, quã superduxit, accedat, donec causa ista fuerit terminata. Ber.

1 † No. i. iuncta glo. i. q; infirmitas[a] excusat a contumacia, & intellige de infirmitate graui. leuis autem febricula, aut uetus quartana neminem a contumacia excusat, ut in l. quęsitum, 1. & 2. respon. ff. de re iud. no. gl. in c. placuit. 18. dist.

2 Not. 2. quod per exercitium actus non uerisimiliter compassibilis cum infirmitate tollitur excusatio. & pręsumptio infirmitatis. Si vero dubitatur de infirmitate debet iudex mittere medicum ad ægrotum, C. de re mil. l. semel. lib. 12. secundum Goffred. & Hosti. Idem no. Bartol. in d. l. quæsitum. vbi etiam dicit, quod post infirmitatem poterit probari per dispositionẽ corporis, ut quia pallidus est in facie, facit l. minor 25. annis ex aspectu. ff. de mino. alia non colligo, quia aut ueniunt infr. examinanda; aut fuerunt examinata, supra eodem in cap. lator, & in ca. iurauit, de probat.

3 Oppo. expediendo simul primam glos. cum secunda, uidetur enim, q; iudex iniuste excommunicauit istum, cum infirmitas excuset a contumacia, supra de proc. c. si ægrotus. 5. q. 3. c. querelam, & d. l. quæsitum. Sol. contrarium procederet, si uera fuit excusatio, sed ex actu sequenti, quia nocte subsequente contraxit matrimonium cum alia, tunc tollitur excusatio infirmitatis. Ex quo no. q; excommunicatio potest ferri pro pręsumpta contumacia. Fateor, tamen, q; si iste postea ueniret, & probaret se tunc infirmitate detentum, absolueretur ab omni onere sententię, ut in c. uenerabilibus. §. secus, iuncto §. præcedenti. de sentẽ. excommu. lib. 6. Sed contra hoc, & contra tex. aliter op. excõmunicatio non debet ab homine ferri, nisi pro contumacia, vt in c. sacro, de senten. excommu. no. glo. 11. q. 3. c. episcopi. sed facta non possunt pro infectis haberi. l. in bello. §. factę. ff. de cap. & postli. re. & 32. q. 5. c. si Paulus. Ex quo ergo iste cõtraxerat matrimonium, nec poterat amplius haberi pro infecto, sed tenuit, non debuit ob hoc excommunicari, cum non possit respectu furti temporis dici contumax. So. dicit Innocen. quod non debuit excommunicari, quia contraxerat rõne prędicta, sed si lite pendente cohabitaret eidem, & monitus non desisteret excõicari potuit, ut hic in fi. c. Et sic sentit Inn. q; hęc excõicatio fuit ex hoc capite iniusta. sed ego dico eam fuisse iustam; qm illũ excõicauit, non quia contraxit, sed pp contumaciam in non cõparendo, quam iudex pręsumpsit infirmitate pretensa non obstante pp contractum matrimonii superueniẽtẽ. fuerat enim iste prius citatus, & prętensa infirmitate non comparuit. † Opp. uidetur enim, q; non debuit amplius inquiri de subarrhatione primæ, quia ēt si interuenisset, fuit sublata per matrimonium subsequens cum alia, vt in c. sicut, & in cap. pe. de spon. Solu. capiendo mentem tertię gl. subarrhatio primæ duobus modis potest intelligi. Primo, quod illam subarrhauit, idest fidem consensus de præsenti dedit, & sic contraxit cum prima matrimonium, per uerba de præsen-

ADDITIO.

a ¶ Infirmitas. Vide D. Ias. in l. 2. §. si quis cautio. vbi ampliat hoc procedere ēt in infirmitate suorum per gl. in c. communis, 23. dist. Seb. Sap.

præſenti.eſt vulgare illius loci, vbi tale matrimonium appellatur ſubarrhatio. Secũdo dicit gl.ꝙ ſubarrbatio fit per immiſſionem annuli interueniente conſenſu tacite, uel expreſſe, & ſtabitur huic ſubarrhationi, quamuis nihil dicatur, quandiu non probabitur contrarium, quia pręſumptio eſt pro matrimonio, argum.c.fœminæ, & c.noſtrates. 30.quæſtione quinta. vbi quis probat, quod non animo cõtrahendi illud facit. 5 †Nota ſingulariter hanc glo.ꝙ per immiſſionem annuli a in digito mulieris præſumitur contractum matrimonium per verba de præſenti, niſi cõtrarium probetur: & dic ꝙ poterit probari per coniecturas, vel verba præcedentia, argumen.eorum, quę no.in c.ex literis, de ſponſ.& l.qui filiabus.ff.de legat.1.& l.ſi quis in principio.ff.de leg.3.vel per loci conſuetudinem in contrarium, arg.c.illud, & quod ibi not.de præſumptio.& l.quod ſi nolit.§.qui aſſidua, ff.de ædil.edic.facit in ſimili quod no.Barto.in l.nemo eſt, qui neſciat, ff. de duob.reis. & vide aliam gloſſam pleniorem buic concordantem in c.fin.de deſpon.impub.vbi de hac materia latius tractatur; & vide etiam glo.in c.fœminæ, præallegato. Et ex his ſoluitur formaliter cõtrarium ſupra formatum: quia hic allegabatur præcedens matrimonium per conſenſum de pręſenti, & non ſponſalia de futuro. a †Oppo. quia ex quo non fuit appellatum per mulierem, non debuit amplius audiri: quia ſñiæ acquieuiſſe videtur, inſ.eo.c.quod ad conſultationem. Sol.dicit glo.pen.quod ſñia hæc fuit nulla, quia lata contra abſentẽ non contumaciter, & ſic non fuit neceſſe appellare, vt in iurib.alleg.in glo.& expreſſius in l.de vnoque, ff.de re iud.& l.1.ff.quæ ſenten.ſine app.reſci.Si vero contumax non fuiſſet, non reuocaretur ſententia, vt in contrario.ita dicit gloſ.cuius dictum vltimum procedit in aliis cauſis, in quibus ſententia tranſiuit in rem iudicatam, ſecus in cauſa matrimoniali.Ideo dic poſt Doc.ꝙ ſi nulla præceſſit citatio ad ſententiam, auditur mulier ratione nullitatis ſententiæ. Item ratione ſubiectæ materiæ, quia cauſa matrimonialis non tranſit in rem iudicatam. Si uero ſententia fuit lata contra contumacem etiam fictum, ſententia tenuit, ut l.ab eo, C.de ſenten.& ſup.vt lit.non conteſta.ca.quoniam.§. porro, cum ſequen.& tunc auditur mulier priuilegio cauſæ, quia propter peccatum non tranſit ſententia in rem iudic. vt in c.lator, ſup.eod.& inſ.eo.c.conſanguinei: dicit tamen not. Innoc.hic, ꝙ licet ſententia non tranſit in cauſa matrimoniali in rem iudic.non tamen auditur quis volens contrauenire indifferenter, ex quo lapſum eſt appellandi tẽpus; ſed tũc demum audietur, cum iuſta cauſa mouet iudicem ad ipſum audiendum, ſicut hic mouit mulieris abſentia. Nam, ſi præſens fuiſſet, & aliquid non diceret, non audiretur ſecundum eum, alias eadem ratione audiretur tertio, & quarto, & in infinitum, quod eſſet abſurdum. In decret. vero ſequenti mouit iudicem, ꝙ illa eadem pars, pro qua erat lata ſententia, petebat ipſam infringi, & ꝙ ſine cauſa non audiatur, alle.c.ex literis, de in integrum reſtit.vbi dicit expreſſum.placet mihi dictum, ſed illud c.hoc non probat: quia ibi pars petebat reſtitui ad primam inſtantiam: ſecus autem, ſi voluiſſet de nouo inſtantiam inchoare probando iuſtitiam ſententiæ. tunc enim allegata aliqua probabili ratione audiretur, ſupra eod. c.lator. & dicit hic Innocen, ꝙ ſummarie etiam parte non vocata poterit per iudicem fieri hęc examinatio cauſę. Nam de iure eſt ſecundum Innoce. quod vterque coniugum contra ſententiam matrimonii audiatur. 7 †Hoſt. dicit ꝙ etiam quilibet de populo audietur, maxime cõſanguineus.inſ.qui matri.accuſ.poſ.ca.videtur, quod placet.ſicut enim quilibet de populo admittitur ad impediendum & accuſandum matrimoniũ.inſ.de clandeſt.deſpon.c.ſi.& qui.ma.accu.poſ.c.vltim.ita quilibet debet admitti ad reintegrandum matrimoniũ iniuſte ſeparatum, & loquitur de ſeparatione quo ad vinculum.nam quo ad thorum ipſi duntaxat cõiuges ſunt audiẽdi, vt not.Innocen.in c.i.de adul.Concludit tandem Inno.quo ad primum, ꝙ iudex non debet eſſe facilis in audiẽdũ aliquem contra ſententiam iſtam, ex quo lapſum eſt decẽdium, ſed ex iuſta cauſa prius arbitrium ſuum informabit, & in dubio notanter dicit partem audiendam, argu.c.cum ſpeciali.de appel. quod placet. b †Quia agitur ad peccatum euitandũ, & pars tutior eſt in dubio amplectenda, de ſpon.c.iuuenis; & de verborum ſigniſ.cle.exiui, no.gl.in c.vno, de ſcrutinio in ord. fac. vide ad iſtam materiam multas limitationes, quas poſui.ſupra eodem in c.lator. 9 †Opp.contra ſi.c.in eo, ꝙ iſti præcipitur ne pendente cauſa habeat acceſſum ad ſuperinductam, cum enim mulier ſecunda ſit in poſſeſſione matrimonii, non debuit ipſo iure priuari lite pendente, ſupra ut lit.penden.c.laudabilem. Solu.gloſ.ſi.ꝙ contrarium procedit, cum quis contrahit nulla lite ſuper matrimonio pendente, ſed etiam approbante, &c. vt in ca. Et dic, quod duplici reſpectu potuit vſus ſecũdi matrimonii interdici. Primo ſi tenetur opi.ꝙ ſententia lata contra mulierem abſentem fuit nulla. Nam cum adhuc penderet lis cum prima, non debuit lite indeciſa contrahere cum ſecunda, vt in c.com apoſtolica.inſ. de ſpon.nam per contractum matrimonii vir quodammodo ſe alienat, de conſangui.& affi.ca.non debet. quod non debet fieri lite penden. Si autem tenemus, quod prima ſententia ualuit, dic quod ex quo præceſſit citatio, per quam fuit informatus ſuper quo deberet conueniri, non debuit aliquid innouari in litis pręiudicium.ar.in cle.2.ne lit.penden.& hoc tenuit hic Hoſt.ex hoc potes vnum colligere, quod eſt menti tenendum, quod licet in iſtis cauſis ſtandum ſit ſententiæ, donec contrarium probetur, ut ſupra eodem ca.lator.non tamen ſtatur in tantum, ut liceat interim cum alio contrahere reuocato litigio ſuper ualiditate prioris ſententiæ, & ſic litigium nouiter exortum facit primam ſententiam uacillare. 10 †Extra glo.quærunt hic Innocen.& Ioan.An.an ſententia in dubio præſumatur lata contra abſentem: c quia mulier allegabat hic abſentiam tempore ſententiæ? remittit ad Specu.de ſenten.prola.§.vt autem, verſic.& not.ſecundum quoſdam, & nil aliud dicit.aduerte, quia boc dubium eſt ſatis pulchrum, & quotidianum, & alias habui de facto, & ſuper eo conſului, & ſi tenemus fuiſſe appellatum, hoc eſt clariſſimum, quod non præſumatur pars citata, uel ꝙ fuerit pręſens, niſi per acta probetur, ut in c.quoniam contra.& quod ibi no.de prob.& in ca.in præſentia.de renuncia.ubi de hoc. Si uero non fuit appellatum, & ex inſpectione actorum probari poteſt partem non fuiſſe citatam, nec pręſentem tempore ſententiæ, nõ ualet ſententia. Hęc enim probatio non repetitur in actis, quod ſufficit, arg.in d.c.quoniam contra, & ibi aperte tenet Ioan.Cald.ſaltem in facto multum antiquo, & idem tenet Ioan.And.in add.Spec.in d.uerſic.& no.ſi uero non apparet in ſententia, in qua nil dicitur de præſentia, uel abſentia, eſt caſus ſatis dubitabilis.Specul.recitat in loco pręalleg.uarias opin.& tandem uidetur ibi tenere, quod ex quo ſententia tranſiuit in rem iudicatam, pro ea eſt pręſumendum, niſi probetur contrarium. Innocen. vero latius hunc articolum examinat in c.cum in iure.de offic.deleg. & videtur magis inclinare in partem, vt non præſumatur partem fuiſſe præſentem, niſi ſaltem boc in ſententia exprimatur, & hanc partem videtur tenere Ioan. And. in addi.prædicta, quinimo refert Guil.diſputaſſe, quod etiam ſi iudex dicat in ſententia, quod partem citauit peremptorie, & quod eo non cõparente pronunciauit, &c. propter boc non probatur perẽptorium præceſſiſſe, quia iudici non eſt credendum, dicto cap.quoniam, nec tabellioni ſcribenti, maxime cum ſit atteſtatio de præterito, ad hoc facit quod notat Innocen. in dicto c.quoniam, & Bar.in auth.ſi quis in aliquo documẽto, C.de eden.ſecus dicit ibi Ioannes Andreas, ſi in ſententia diceretur partem fuiſſe præſentem, quia tunc creditur notario referenti, cum atteſtatio ſit de præſenti. Hanc eandem opinio. videtur tenere Federic. de Senis conſil. 170. vbi dicit, quod pars poteſt excipere contra primum & ſecundum decretum, quod non præceſſit peremptorium, & onus probandi contrarium incumbit aduerſario, quia hic non poteſt pręſumi pro ſententia, ex quo non conſtat partem fuiſſe pręſentem, imo negat pars, & ſic ſumus extra no.per Innocen.in c.innotuit, de eo qui furtim ordines recepit, & dicto cap.quoniam, & ca.cum in iure, qui dixit præſu-

ADDITIONES.

a ¶Immiſſionem annulli. Adde Lapum alle. 59.
¶Annuli. Vide [illegible] Fel. in c. illud, col. [illegible] ſup. de præſum. vbi late, ex quib. matrimonium probari poſſit.

b ¶Adde abſentem. Adde Ang. conſi. 185. & ſeq.

c ¶Contra abſentem. Vide Abban conſil. 93. in cap. contra ſententiam, in 1. volu. Fely. late in c. quoniam contra falſam, col. 13. verſicu. tertia concluſio. ſup. de proba. Ang. in l. de vnoquoque, ff. de re iudica. & l. ſciendum, ff. de verb. oblig. vbi tenet contra Abb. hic. Seb. Sap.

præsumendum pro snia & processu, quando sententia fuit lata contra præsentem, & non fuit appellatum. quæ ratio cessat, quando nõ apparet partem fuisse præsentem, & hęc opinio mihi placuit tanquam iuri, & ęquitati consentanea. Nam si diceremus oppositum, daretur facultas iudici condemnandi iniuste partem absentem non citatam & indefensam, & post lapsum decem dierum iam haberet pars aliquam defensionem, cum non apparentib. actis prę sumeretur pro snia secundum opin. contrariam, qđ sonat in absurdum. Præterea dico, ꝙ cum snia negetur lata in p̃sentem seu citatum, non pōt dici, ꝙ transiuerit in rem iudicatam, cum sit nulla l. 2. C. quando prouo. non est neces. & in c. i. sup. eo. Præterea transitus in rem iudicatam surgit ex iuris authoritate fundata super tacito consensu partiũ præsumpto ex eo, quia fuerunt præsentes & non reclamauerunt: vel absentes contumaciter, qui habentur pro præsentibus, vt inf. eo. c. ꝙ ad consultationem, & c. veritatis, de dolo & contum. sed hæc pręsumptio omnino cessat, cum non constat partem fuisse pręsentem, vel contumacē, quia imo negatur, & negatio venit hic ad detrahendum illam qualitatem, s. præsentiæ, super qua ius se fundat, & inducit authoritatem rei iudicatæ, merito tollitur ipsius effectus, nisi aliter probetur præsentia, iuxta id quod leg. & no. maxime per Bar. in l. i. ff. quod vi aut clam & quod dixi in c. item cũ quis, de resti. spol. Item. c. qm̃ contra, de probat. ad hoc solum emanauit, vt præcluderetur iudicibus via malignãdi. si ergo expresse noluit credi iudici super actis, fortius præsumendum est noluisse pro eo præsumi. Ad idem in simili bo. tex. in c. sacro, in prin. de senten. excommu. vbi mandatur iudici excommunicare volenti, vt faciat monitionem præsentibus testib. idoneis, per quos possit monitio probari, si opus erit. & per illum tex. notanter dixit D. Anto. in d. c. qm̃, in 20. co. ꝙ etiam post decendiũ non præsumitur pro excommunicatione quo ad monitionem, sed oportet, vt aliter probetur. An autem pręsumatur absentia vel pręsentia ꝑ pe sniæ, dixi ibi, ꝙ si talis est snia, quæ ferri solet ꝑꝑ cõtumaciam, vt excommunicatio, & præsumitur lata in absentem; alleg. Fede. in loco pręalle. Si vero est talis, quę ferri solet in præsentem, tunc nõ bene firmat pedes, sed duas duntaxat opi. refert. s. Inno. & Spec. & satis succincte. tu vero dic, ut sup. Et omnium conclusio sit hęc, ꝙ aut iudex attestatur partes fuisse præsentes, & creditur, dummodo sit scriptura tabellionis, qui fuit rogatus de snia, vt sentit Ioã. An. & bene vbi sup. secus, si ipsemet iudex conscripsisset, arg. c. quoniam, præallega. nisi causa esset modica, qa tunc statur verbo iudicis etiam sine scriptura, multo fortius stãdũ est scripturæ suę, vt leg. & not. maxime per Bar. in auth. nisi breuiores, C. de sent. ex peri. recip. & in l. iubemus nulli, C. de sacrosan. eccl. dixi in c. i. de libel. obl. Aut iudex attestatur peremptorium præcessisse, & tunc non creditur ẽt scripturę tabellionis: quia est de præterito. Aut nulla fit de hoc mentio in snia; & non præsumitur pręsentia seu citatio: quia facta non pręsumuntur, & ius exigit vocationem. l. i. ff. de in ius vocan. & de off. deleg. c. consuluit. facit quod optime in simili no. per Bar. in l. Theopompus. ff. de do. prę

11 lega. facit l. quęcunque. ff. de pub. in rem actio. †Quid autẽ, si in instrumento contineatur, ꝙ talis titulo collationis vel donationis talem de tali re inuestiuit, an præsumatur inue

a stitus in pręsentia iudicis? [a] Io. And. qui refert hanc opin. antiquorum in tit. de emp. & vendi. §. i. ver. nunc formam. in 8. co. vr̃ concludere ibi, ꝙ sic; quia verba cõmuniter hoc importare videntur, quia inuestitura non fit nisi de pręsenti: tum quia communiter videtur fieri per biretum, vel an-

b nulum: tum quia hoc communiter sic fieri solet, [b] argumẽ. in regula inspicimus in obscuris, de reg. iur. lib. 6. & hoc facit ad multa. Sed dic aliud esse in iudicialibus vbi iura mandant citationes fieri, & acta conscribi. d. c. quoniam, & ca.

12 significauit, & c. Albericus, de testib. †An autem in sententia sufficit sola partium pręsentia absque alia citatione, vel monitione, Ioan. And. in addi. pręallegat. refert Guido. de Suza. in summa sua in tit. de senten. tenuisse, ꝙ sola pręsentia absque expresso consensu vel dissensu sufficit: quia citatio solum fit ad partis pręsentiam habendam. Et idem hic velle videtur Ioan. And. & clarius & latius in c. fin. de elec. lib. 6. dicit tamen in additione prędicta, ꝙ ad cautelam fecit quandoque seruari, ꝙ iudex monuit peremptorie partes pręsentes, vt sententiam audirent; & hęc est bona practica ad opiniones euitandas. Hanc opin. tenuisse reperio Bal. in auth. si omnes, C. si minor se ab hęredita. abstin. vbi

c dicit, ꝙ respectu actus; [c] qui exercetur de pręsenti, nõ est necessaria alia monitio in pręsenti; alleg. l. de unoquoque, ff. de re iud. sed respectu actus alio tempore exercendi requiritur monitio vt in termino cõpareat, vt in l. 2. C. quomodo & quando iudi. Bar. hanc quęstionem mouit in l. i. ff. de in ius vocan. & ibi refert Doctor. tenere, ꝙ aut litigator est pręsens, & vult litigare, & non est necessaria citatio regulariter, arg. l. si hęredes palam. §. pe. ff. de testa. arguendo per locũ a speciali. Si aũt est pręsens, & inuitus, tunc est necessaria citatio, vel iussus iudicis, qui habet vim citationis, sic intelligitur secundũ eum, Inst. de pœn. teme. liti. §. fi. & l. ea quæ, C. quomodo & quando iudic. mihi placet præcedens opin. vt sufficiat sola pręsentia. velit, vel nolit litigare, quia iura exigunt communiter præsentiam. 3. q. 8. c. caueant. & c. omnia

ADDITIONES.

a ¶In præsentia iudicis. Adde Oldr. consil. 217. a quo Ioan. And. habuit. Roman. consil. 409.

¶pręsentia iudicis. vide Pau. de Cast. in l. illud, ante finem. versi. vlt. allegatur. C. de sacrosan. eccles. vbi vult, ꝙ non pręsumatur pręsentia, & ita dicit fuisse consultum. Seb. Sapia.

b ¶Confirmo per illud, quod no. & sequitur Pan. colligẽs ex verbis Bar. in l. nemo est qui nesciat, ff. de duo. re. in c. ad nostram, de reb. eccl. non al. & c. I an. in c. cum M. sup. de constitu. ꝙ contractus simpliciter facti intelliguntur initi sm ꝙ fieri consueuerunt in illo loco. Et adhoc inde bo. gl. in l. 4. §. in conuasi sona. ff. de leg. commi. Secundo facit, quod dicit Inno. in ca. olim, in prin. de ver. sign. quem refert & sequitur idem Abb. Pan. in c. certũ cari, in prin. de sepul. ꝙ omnis dispositio de mundo siue legalis, siue vltimarum voluntatũ siue contractuum, recipit interpretationem & supplementum a consuetudine. & ab eo, quod fieri consueuit. hic dicit Pan. in c. 1 ... 3. no. de pr... allegãda Bar. ꝙ sm studio est consuetudo, vt Doc. possint et cũ legere per substitutũ, licet hoc non fuerit deductum in contractu, nihilominus potest substituere alium in suum locum legentem, vt ibi latius per eum. vide ẽt quod dicit idẽ Abb. Pan. in c. cum aliquibus, circa med. sup. eo. tit. hinc dixit in specie Bald. in l. 1. in 2. q. C. pro soc. ꝙ si ita consuetum est, intelligitur tacite actũ in contractu quia id, quod est sm consuetudinem, tacite actũ vi. l. licet. C. loca & Bar. in l. incendium, circa, fi. C. si cer. pet. inquit, ꝙ illud præsumitur factum, quod fieri consueuit in loco, hinc & tertio dixit signanter Ang. in l. bene a Zenone. C. de quadri. præscr. per illũ tex. in vers. pactis conuentionalibus, ibi esse tex. in terminis expressum, ꝙ procurator simpliciter constitutus ad vendendum, vel ad donandum, potest in instro apponere omnia pacta & pœnalia solita per notarios apponi in similib. instris, quod dicit esse valde quotidianum, quamuis dicatur, ꝙ procurator non possit egredi fines mandati. c. inter cęteras, de rescrip. & idem voluit Ang. in l. 2. ff. de iurisd. omn. iud. & hoc hr̃ ẽt in lect. fratris sui Bal. in d. l. bene a Zenone. & alibi idem Ang. in l. si quis hæredẽ, ad fi. C. de insti. & subst. dicit ꝙ procurator qui habet simplex mandatum in vno actu, vel in uno contractu, potest apponere omnes clausulas, & oes pœnarum adiectiones, quæ de consuetudine solitæ sunt apponi. & ad hoc vide quod decidit Pan. de prælatis & ambaxiatoribus in c. secundo de preca. Hinc & quarto dicit singu. Bar. in l. si fraudator, ff. de his quæ in fraud. cred. ... respondisse in contingentia facti, ꝙ procurator simpliciter constitutus ad fideiubendum potest renunciare beneficio ordinis, & pręiudicabit suo principali, quia de consuetudine est, ꝙ fideiussores similes renunciationes faciant, & sequitur & multum no. Abb. Pan. in c. 1. vt lite non contest. in 7. col. ... impressione, & Bal. in rub. C. de his quæ in fraud. cred. ... singulariter ex prædictis consuluit Lud. Roman. in consi. 59. incip. ad discutiendum, in 2. col. ꝙ si Papa consueuit in inuestituris, quas facit vicariis vel principib. temporalibus super terris & oppidis eccl. concedere iurisdictionem publicationis bonorum, & vltimi supplicii, ꝙ illa duo veniunt in simplici concessione facta per Papã, dum ꝙ inuestitura non exprimatur, ꝙ valde nota bene. facit bene tex. in c. 1. & ibi no. Imol. de rescr. facit quod no. Bar. in l. magistratus, ff. ad muni. Hinc & quinto videmus ꝙ promissio simpliciter facta prælato ecclesiæ de renouãda emphyteusi intelligitur secundum ꝙ est consuetum, ita Ang. in §. emphyteusim, in auth. de non alie. imo fortius vide, quod decidit sing. Bald. in addi. Spe. in tit. de loc. & quod alibi dixit singulariter Inno. in c. potuit, de locato, & in commento illius c. ad fi. vide etiam quod dixit Bal. in l. ... q. C. qui testa. fa. pos. vide tex. gloss. & Sal. in l. excepto C. loc. tex. Bar. & alios in l. dominium, C. de agr. & censi. li. 11. item vide quod dicit Bal. in l. liberti, in 4. col. C. de ope. lib. & ista sunt multum no. ad quæ facit decisio Pau. de Lea. hic, vt ipse dicit facere ad multa, facit etiam ad illud, quod singulariter determinat Bal. in l. fideicõmissa §. seruo, ff. de leg. 3. & quod no. Pet. de Anch. in c. cum episcopus, de off. ordin. in 6. & adde multa alia collecta sub D. Ias. de Mayn. in l. ut liberis, C. de colla.

¶Circa istam materiam clausularum solitarum apponi in rescriptis, vel contractibus aut aliis dispositionibus an videantur esse appositæ, etiam si non apponantur in actibus, qui fiunt, vide per Io. Berth. in suo reper. ubi tractat singulariter de omnibus clausulis solitis apponi in quibuscunque actibus siue extraiudicialibus & vltra ea, quæ ibi plene & diffuse tractantur, vide per An. Barb. & alios nouissimos post eum in c. ex parte conuenientes, de relig. ubi inter reliqua concluditur, ꝙ omnes clausulæ, quæ solent apponi ex communi obseruantia, etiam si non apponantur, semper intelliguntur esse appositæ. Anton. Franc.

¶Adde & notarius præsumatur rogatus ad consueta, Alex. consi. 86. 3. lib. Vt ꝙ emphyteusis concedi possit secundum mortem solitum, Pet. de Anchara. consil. 31. & 44. & ꝙ procurator possit extendere mandatum suum ad consueta, no. Rom. consi. 94.

c ¶Respectu actus. Bar. in l. furioso, ad fi. ff. de re iudi. Alex. in d. l. de vnoquoque. Bal. in c. 1. si de inuesti. inter don. & in ... ornatur. Moder. in d. l. secundum ff. de verb. oblig. Seb. Sap.

c.omnia;de maio.& obed.c.inter,cum ſi. Vnde etiam libellus poteſt dari præſenti,licet non fuerit ad hoc citatus; nõ tamen compellitur reſpondere, ſi negotium exigit deliberationem,vt dixi in c.1.poſt Spe.de libel.obla.vbi vide.

S V M M A R I V M.

1 *Compaternitas impedit & dirimit matrimonium poſt contractum.*
2 *Sententia diuortii non retractatur ex eo,quod ille,in cuius fauorem ſit lata,aſſerat iniuſtam. 5.*
3 *Teſtes in dubio præſumuntur vera dixiſſe,niſi contrarium probetur.*
4 *Iidem teſtes non admittuntur ad probandum contra illud, quod depoſuerunt.*
6 *Negatiua quomodo probatur.*
7 *Sententia nutritiua peccati, an & quando poſſit per quemlibet de populo accuſari etiam poſt lapſum decem dierum. 8.*
8 *Obtinens iniuſtam ſententiam, licet ab ea non ſit appellatum, peccat.*
9 *Sententia excommunicationis,vel alterius cenſuræ,an tranſeat in rem iudicatam adeo,quod poſt decem dies non poſſit peti abſolutio?*
Excommunicationis ſententia non ſuſpenditur per appellationem. 11.
10 *Sententia,quæ de natura ſui non tranſit in rem iudicatam,tranſit ſaltem quo ad hoc, vt poſt decem dies præſumatur pro ea.*
11 *Sententia corporalis & qualibet criminalis , an tranſeat in rem iudicatam?*
12 *Sententia in ciuilibus non retractatur prætextu inſtrumentorum nouiter repertorum.*

C A P. XI.

a ¶ Ordo. Adde Ang. etiam ita diſtinguentem in l. princeps, ff. de legi. & alleg. gl. in l. fi. in princ. quam etiam ad hoc ibi not. Bald. C. de legi. & tex. in cle. paſtoralis, de re iud. Adde tu tex. in c. 11 de cauſa poſſ. & propr. Bar. in l. diui, per illum tex. ff. de iur. au. annu. & in l. nam ita diuus, quam legit cum l. adoptio. ff. de adopt. & in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. vbi uide plene mo. ff. de lib. & poſth. vide etiam Bal. in c. 1. §. fi. in fi. de no. for. fid. & Inno in c. de cauſis. de of. dele. & ibi Ioan. And. no. & Bal. in c. 1. in 11. colum. ſi de noue. inter D. & vaſallum lis ori. & uide quod no. D. An in c. 1 in fin. viii. col. de li. ob. Et adde hic Arch. in c. anteriorum, in iiii. col. ii. q. vi vbi dicit, ꝙ in cauſis quæ per principem deciduntur, & ordo iuris & rigor æquitatis eſt ſubtiliter obſeruandus, limitat tamen ſecundum membrum D. Ab. Pan. hic niſi ex cauſa, quia ex cauſa poſſet etiam princeps omittere citationẽ in ſententia diffinitiua. gl. eſt valde not. in l. antepe. in fi. ff. ex quib. cauſ. ma. Et eſt tex. hic expreſſus & Bal. in l. ii. circa prin. C. quomodo. & quando iu. Item limitauerunt in Papa ferente ſententiam contra tenentes res eccleſiæ, quia valet ſententia eis non citatis ſecundum Ioan. An. in c. cum olim, ſup. eod. & ibi not. una tamen citatio principis habet uim peremptorii ſecundum Inno. & alios in c. cum nobis olim de elect.

¶ Adde late Are. conſi. cliiii. & conſi. cclviii. & de proxime dictis in apo. vide Rom. ſing. ſuis. fol. xiiii.

b ¶ Facit ius. An ſnia papæ, vel principis facit ius. De hoc vide tex. & gl. in ver. interlocutus eſt, & ibi Bar. in l. i. ff. de conſti. prin. ubi concludit interlocutoriam principis non habere vim legis. niſi ipſe hoc dicat, uel niſi fuerit in corpore iuris inſerta. & Bar. in §. pe. C. de no. co. comp. & dicit Iac. de Ra. vt refert Alber. de Ro. in d. l. i. quod aduocati curiæ Romanæ quando deficiunt eis iura ad allegandum dicunt, ego ſic vidi interloqui Papam in ſimili cauſa. & idem dicunt fieri in regno Franciæ, vbi aduocati dicunt, uidi regem ſic interloqui in ſimili caſu ſed iſtæ interlocutoriæ nihil faciunt, dato quod hoc ſit uerum, cum non ſint redactæ in corpus iuris, & eſt bo. [illegible] ſecundum D. meum D. Iaſ. de May. in d. l. ii. & uide omnino Bal. in l. [illegible] fi. C. de legi. ubi plura diſtinguit in hac materia, uide bon. text. [illegible] l. regula. §. fi. ff. de iur. & facti igno. & quod ſententia facit ius, eſt tex. in l. ſiue contra, in prin. ff. de lib. ag. Adde quod voluit Ro. conſi. ccxl.

& facit iſte text. qui ſolum requirit, ut ſententia feratur iuris ordine ſeruato, & æquitatis rigore. Contrariũ ergo credo. licet enim talis ſententia valeat contra condemnatum quo caſu loquuntur iura ſuperius allegata: tamen ad hoc, vt inter alios ius faciat, requiritur præciſe partium præſentia per l.i. C. de legi. quæ ſic loquitur, vnde, vt dicit ibi glo. quando ſententia fuit lata contra abſentem, potius videt lata ob contumaciam & iniuriam contumaciæ, quã quod habeat iniuſtã cauſam. Ad hoc optime facit tex. in ca. fi. de emp. & vend. & l. qui repudiantis. §. cum contra, iuncta gl. & Bar. ff. de inoff. teſt. vbi requiritur pœnitentia partium, vt ſententia aliis præiudicet, neq; ſufficit in hoc contumacia, vt no. ibi glo. & Bar. Aduerte, tantum, quia Bart. fuit in hoc ſibi cõtrarius. nam aliud notauit in l. ſi ſuperatus, ff. d pig. ibi enim dixit, quod tunc ſententia lata ꝯ contumacẽ non præiudicat alii, quando quis paſſus eſt eo contumace cauſam liquidari. tunc enim videtur magis ex contumacia quam quod bonam cãm non habuit ſuccumbere[a]. ſed ſi totam cauſam tractauit præſens & allegationibus interfuit, licet in ipſo actu ſententiandi fuerit contumax, dicit ſe putare, quod ſententia aliis præiudicet, quia tunc ſua pœnitentia nihil fuiſſet operata, & ita dicit ſe intelligere iura, quæ dicunt ſententiam latam in præſentem aliis præiudicare. l. ſi ideo, ff. de euic. & ca. fi. de emp. & vend. contrariũ tamen ipſe ſentit in d. §. cum contra. Sed profecto opinio ĩ d. l. ſi ſuperatus, videtur æquior arg. l. quamuis, C. de adul. & ſaltem procedere, debet quãdo ex actis apparere poteſt de i...ſtitia ſententiæ. nam tunc abſentia non nocet, ut No. Bal. in l. res iudicata, C. qui res iudi. non no. Additio. Nic.

6 † Vlterius q̃ro, quid ſi papa tulit ſententiam cauſa cognita & pœnitentibus partibus non ſeruato iuris ordine puta non fuit coram eo lis cont. vel libellus in ſcriptis oblatus, vel quid ſimile? Sol. videtur quod talis ſententia non facit ius quo ad alios, arg. bonũ hic Contrarium ego credo: q̃a iſtæ ſolennitates,[b] q̃ ſunt de iure poſitiuo, non habent alterare iuſtitiam ſententiæ, & ſæpe princeps de his coram ſe non curat. vnde (vt narrat hic Hoſt.) habet conſuetudo curiæ, quod per narrationem facti. & verbalem petitionem, & contradictionem reſponſionem coram papa & fratrib⁹ habitam inter partes intelligitur lis conteſtari, etiam nullo libello oblato, cõtra id, quod hr̃ & no. ſup. de libel. obla. per totum. Ad idem adduco l. fi. ſæpius allegatam, C. de legi. vbi tantum requiritur, qđ cognitionaliter & partibus pœnitentibus ſententiam tulerit, & ſic vr̃ requirere de ſubſtantia ſolennitatis iuriſgentium duntaxat. alias enim ſolẽnitates iuris ciuilis poſitiui poteſt princeps ad votũ omittere, vt ibi not. Bal. ad iſtum tex. reſpon. & põt intelligi dupliciter. Primo ꝗ cautum eſt, ut ſeruetᷣ iuris ordo, vt ſic magis ꝑ ſententia præſumaẽ non tñ eſt de ſubſtantia. Secundo de ordine cõcernente inſtructionem cauſæ ut ſic recipiantur probationes, & de cã cognoſcatur, & ſic concordabit cum d. l. fi. & hoc ſatis placet.

A D I T I O N E S.

a ¶ Succumbere. Adde quando hoc procedat Ro. conſ. 319.

b ¶ Solennitates. Vide D. Iaſ. in l. 1. col. 2. verſ. item pondera, ff. de conſt. prin. vbi dicit, ꝗ in ſnia principis non requiritur ordo iuris, & ꝗ põt princeps procedere ſola veritate inſpecta. & ibi ẽt ponit caſum, in quo Papa poteſt procedere omiſſa citatione, videlicet, qñ profert ſnĩa contra tenentes res eccleſiæ, & qño & qñ ordo iudiciarius poſſit omitti per principem, vide late Paridem de puteo in trac. ſyndicatus, char. 18. ver. & inquantum ſupra tangitur.

S V M M A R I V M.

1 *Monaſterium poteſt prætendere ſubiectionem, vel ius eligendi actiue, & paſſiue in alio monaſterio.*
2 *Iudex non poteſt tanquam ſuſpectus recuſari, niſi ex cã legitima, & quæ ſint cauſa legitima, vide remiſſiue.*
3 *Iudex debet allegari ſuſpectas ante litem conteſtatam, & quare?*
Litigans coram iudice, quẽ accuſauit ſuſpectum, cenſetur exceptioni renũciaſſe.
4 *Literæ ſecundæ tunc demum reuocant primas, ſi de primis & de toto proceſſu ſuper ipſis fundato fuerit facta mentio in ſecundis alias ſecus. 24*
5 *Exceptio recuſationis iudicis, an poſſit opponi quandocunque ante litem conteſtatam.*
6 *Conſentire in iudicem non cenſetur, is qui dedit ſportulas, & fideiuſſorem de iudicio ſiſti. 9.*
7 *Exceptio falſi procuratoris, an debeat opponi prius, quam exceptio declinatoria iudicii.*
8 *Iudicis perſona an cenſeatur a partibus approbata per aliquam pronunciationem, quam ad partium inſtantiam ipſe iudex ante litem conteſtatam tulit, adeo, quod non poſſit ulterius opponi exceptio declinatoria iudicii.*
Conſentire in iudicem, an & quando quis cenſeatur ante litem conteſtatã per aliquos actus coram eo facto adeo, ut amplius non poſſit id eius ꝑ iudicium declinare, vide in diſcurſu.
10 *Iudex recuſatus ſuſpectus non poteſt cognoſcere de cauſa ſuſpicionis, ſed ad ipſam cognoſcẽdam eliguntur arbitri.*
11 *Impetrans iudicem non poteſt ulterius illum recuſare.*
12 *Exceptio per quam negatur iuriſdictio, põt ſemper opponi, licet fuerit alia ante ipſam oppoſita.*
13 *Eccleſia reſtituitur aduerſus ſententiam propter neceſſariam probationẽ omiſſam, perſonæ uero eccleſiaſticæ non.*
14 *Exceptio peremptoria non oppoſita in primo iudicio, poteſt opponi in cã appellationis, niſi fuerit doloſe omiſſa in primo iudicio qđ probatur ex coniecturis, de quibus hic.*
15 *Appellatio friuola non admittitur.*
16 *Sententia ſecunda contra primã an ualeat? & nu. 18. item lata contra iuramentum, vel tranſactionem ualet. & nu. 19.*
17 *Sententia lata ex probationibus priuilegiatis, licet tranſiuerit in rem iudicatam, tamen poteſt retractari propter inſtrumenta nouiter reperta.*
20 *Sententia lata contra notorium non ualet; quia debet fieri ſuper dubio, non autem ſuper certo, uide in nume. 22. & 23. ubi dicitur contrarium.*
21 *Notoriũ inducitur ex priuilegio aliquo impetrato uel indulto, itẽ ex probationibus factis iudicio, & nu. 23.*
25 *Abbas electus ad regimen monaſterii poteſt dici & nuncupari abbas, licet non ſit benedictus: & poteſt omnia ad ſuum officiũ ſpectantia exercere.*
Archiepiſcopus non poteſt quis nuncupari antequam pallium acceperit.
Inſignia, quæ dantur abbatibus, potius ſunt ad decorem quam ad ſubſtãtiam.
Abbas quibus diebus poſſit benedici, & qualis eſt talis benedictio.

C A P. XX.

INter monaſterium. Tenet ſecũda ſentẽtia diffinitiua lata ꝯ primã, ſi de prima non fuit exceptum, neque appellatum a ſecũda. hoc dicit ſecundum vnum intellectum. Vel ſumma ſic ſecundum intellectum, quem teneo. Secunda ſententia in diuerſa inſtantia contra primam lata tenet mero iure, nec debet infringi, etiam ſi ſit iniuſta. ex quo ab ea nõ fuerit appellatũ præſertim ſi prima ſententia ſecundis iudicibus oſtenſa nõ fuit. Diuiditur in quatuor partes. In prima ponit thema deciſum. In ſecũda diffinitionis cauſam. In tertia ſoluit quoddam obſtaculum. In quarta diffinit. Secunda, ibi: Cum cõſtiterit. Tertia, ibi: Non obſtante. Quarta, ibi: Factum. Caſus literalis. Vacante monaſterio ſancti Lanfredi, monachi elegerunt quendam de gremio ipſius monaſterii in abbatem, & cum ipſi peterent confirmationem electionis ſuæ, monachi ſancti Leodori ſe oppoſuerunt dicentes electionem illam infirmandam, ex eo, quod de monaſterio ſãcti Leodori fieri debebat, quia diœceſanus epiſcopus eam confirmare diſtulit vnde ſuper hoc ad petitionem monachorũ ſancti Lanfredi cauſa commiſſa fuit quibuſdam iudicibus, coram quibus lis fuit conteſtata, & proceſſum in cauſa, & teſtes recepti demum monachi ſancti Leodori ab aliis iudicibus literas impetrarunt continentes, quod primi iudices erant eis certa ratione ſuſpecti. vnde propoſuerunt quaſdam friuolas exceptiones contra eos, quas cum iudices admittere uollent, illi appellauerunt. iudices uidẽtes, quod primæ literæ non reuocabantur per ſecundas, ꝓceſſerunt in cauſa non obſtante illo tum appellatione, confirmantes electionem monachorum ſancti Lanfredi: propter quod delata fuit cauſa ad papã, coram quo obiicebaẽ contra ſententiam, quod lata erat a ſuſpectis iudicibus, & quod cauſa fuerat aliis iudicibus delegata & poſt appellationem allegabant ſententiam prius latam pro eis. Super quæſtione ipſe dominus papa auditis hincinde propoſitis, quia conſtitit ei, quod ſecundæ literæ non reuocabant primas, tum quia cauſæ ſuſpicionis friuolæ fuerunt, quæ ante ingreſſum litis debuerunt proponi, & ideo eis renunciaſſe videtur, & quia de proceſſu iudicium. & de priuilegiis apoſtolicæ ſedis nullã fecerunt mentionem, quæ ſi iuiſſent expreſſa, literas nullatenus habuiſſent, ſententiam priorum iudicum confirmauit, non obſtante ſententia, q̃ allegaba-

allegabat a parte aduersa, quę nō fuit ostēsa dño Papæ nec primis iudicibus, quæ etiā si ei fuisset ostensa nihilominus contrarium statuisset ea postposita, quia non ualebat, si autem tenebat, & eam non opposuerunt, eis imputetur, cum lites sub prætextu nouorum instrumentorum non debeāt instaurari, & electo munus benedictionis exhibuit saluo iure diœcesani. Ber. † Not. primo, quod vnum monasteriū potest prætendere subiectionem, vel ius eligendi actiue, vel passiue alio monasterio, concord. quod legitur & not. in ca. cum dilectus, de consuetudine & c. abbate, infra, de verbor. signi. † Not. secundo, quod etiam ad recusandū iudicem delegatū non sufficit proponere quācunq; recusationis cām, sed dēt esse legitima, & sufficiēs [a] nō autē friuola. Quæ uero cā dicatur legitima & sufficiens, dic vt plene dicam post Innocen. in ca. cum speciali, de appella. & vide Ioan. An. in c. legitima, de appell. lib. 6. † Not. Tertio quod exceptio recusationis contra iudicem est dilatoria. & ante litem contestatam proponenda. per ingressum autem iudicii videtur quis iudicem approbare, & exceptioni recusationis renunciare: [b] quod intelligo, si talis exceptio erat patens, secus si occulta, nam potest proponi post litem cōtestatam. vt no. gloss. 3. quęstio. 6. cap. exceptio. idem si orit post litem contestatam vt in capi. insinuante, de officio deleg. facit in simili. l. 2. C. de consor. eiusdem ti. Et ex prædictis, & ex tex. infero quod, si quis post propositā recusationem, coram iudice litigat super principali coram eo, videt illi executioni renunciare. ad hoc ca. gratum, de offic. dele. & c. solicitudinem, inf. de appell. † No. quarto, quod ad reuocationem primarum literarum non sufficit de illis facere mentionem in secundis: sed oportet, quod etiā fiat mētio de processu per illas habito, & ad hoc quotidie allegatur ista litera. & idē dic quo ad hoc, ut cā abdicetur de manib. ordinarii. oportet. n. qđ in cōmissione, quæ fiat, delegato, fiat mētio de processu corā ordinario habito: alias literę sūt surreptitiæ, arg. hic, & in l. vbi cœpium, ff. de iudi. not. gloss. in ca. ut debitus, de appel. in uersic. si dicat, & in capitul. prudentiam de offic. deleg. in uersi. aliam. Not. ēt quod de iure canonico, & in causa ecclesiæ non est reuocāda sententia [c] prætextu alterius sententiæ vel probationis in contrarium nouiter repertæ. Not. vltimo, qđ quando papa benedictionis munus impedit electo in abbatem licet abbas sit loci ordinario subiectus, per hoc tamen nō eximit eum a iurisdictione ordinarii, nec præiudicat ordinario respectu aliorum promouendorum, quo minus ab eo teneatur recipere benedictionis munus, & hoc voluit protestatio [d] hic in fin. posita. Sentiunt tamen hic Doct. & bene, quod etiam sine hac protestatione nullum fuisset ordinario præiudicium ex hoc generatum, ar. c. per tuas, de maio. & obed. & c. quia diligentia, de elect. utile tamen est protestari, quādo timetur ne alicui in posterum possit ex facto etiam iusto præiudicium generari, ut hic, & in c. Pōtifices. 7. q. 1. & cap. 2. sup. de sup. neg. prela. Venio nunc ad gl. & primo ponit causam literalem, & dic vt in ea. Vel clarius & breuius sic. Orta discordia inter monasterium sancti A. ex vna parte, & sancti Leonis ex alia parte sup iure eligendi abbatē in monasterio sancti Leonis pro parte huius monasterii, quod iam elegerat de proprio gremio sibi abbatem, fuerunt iudices impetrati contra monasterium sancti A. quod se opponebat dictæ electioni. iudices deputati processerunt utraque parte præsente, & receperunt probationes. demum ante sententiam monasterium sācti A. dicens se hīe illos iudices suspectos misit ad papam, & impetrauit secundos iudices, quibus inter cætera mandabatur, quod si constiterit eis, quod istud monasterium habuerit legitimam suspicionis causam contra priores, quod ipsi procederent in causa pdicta & non priores. denique ꝯ primos iudices fuit exceptum de secundis iudicibus, & de reuocatione potestatis ipsorum. Ipsi uero iudices uidētes per secundas literas non esse priores reuocatas per causas in litera expressas processerunt ad ulteriora, & tulerunt sētentiam in fauorem monasterii sancti Leonis, quam dictū monasteriū petiit per sedem apostolicam confirmari. papa vero aduertens sententiam fore iustam, eam duxit confirmandam, non obstantib. exceptionibus propositis contra primos iudices, & triplici motiuo. Primo, quia accusationis causæ erant friuolæ. Secundo, quia præsupposito, ꝙ fuissent legitimæ, tamen debuissent proponi tanquam dilatoriæ ante litis cōte. vñ ītrādo iudiciū illis renūciauerūt. Tertio, quia literæ secundę erant surreptitię, quoniam nō fecerunt mentionem de processu habito per priores literas, nec de priuilegio monasterii sancti Leonis concesso monasterio, & c. Quæro hic dicitur, quod intrādo iudiciū coram iudice suspecto uidetur quis renunciare exceptioni declinatorię contra iudicem, & hoc videtur indubitatum, si quis intrat iudicem litem contestando super principali. † Sed dubium est, quid si reus habet multas dilatorias, nun uid litigando super illis, videtur renunciare exceptioni recusationis contra iudicem? Sol. glo. 3. intrat hāc materiam, & primo allegat pro & ꝯ, ut patet in ea, demū ponit duas opi. Prima est Tancre. dicentis, quod si habens exceptionem declinatoriam contra iudicem ꝓponit aliā siue in illa obtineat, siue succumbat, videtur renūciare declinatoriæ contra iudicem, quia litigando coram illo videtur eum approbasse, maxime si non fuit protestatus in principio, quod non intendebat illi declinatorię renunciare, pro hoc optime facit argum. 3. q. 4. capit. si testes. §. si qs testib. & 3. q. 8. c. accusatores. §. cuius in agēdo, & l. sed & si susceperit, ff. de iudi. & c. insinuante, de offi. deleg. Secunda fuit opi. Io. distinguentis, aut proponens aliam dilatoriam obtinuit: & videtur approbasse iudicem, aut uero succumbit, & potest transire ad aliam contra iudicem. [e] quia non uidetur consensisse in iudicem, cum semper instet, ut declinet iudicium, ar. io l. contra maiores. C. de inoffi. test. & reg. iur. in reg. nullus pluribus, de reg. iuris. lib. 6. & l. nemo, ff. de excep. ubi patet, qđ reus potest plures & uarias exceptiones proponere etiam contrarias, ut quidam ibi dicunt, & hanc opin. firmat ibi Ioan. An. & 3. q. 7. induciæ. §. offeratur, & idem Vincen. Goffr. & Abb. glossator videtur dicere quod licet hęc opin. sit æqua. præcedens tamen plꝰ sibi placet. Extra gloss. sunt & aliæ opin. sed recitabo principaliores duntaxat. Tertia fuit opin. quorūdam, ut refert hic Innocent. dicentium, quod si fuerit protestatus, potest redire ad declinatoriam contra iudicem alias secus, ut C. de iudi. l. fin. Quarta fuit opin. aliorum, ut hic refert Ioan. Andr. & Barto. in l. quidam consulebat, ff. de re iudi. quod usque ad 20. dies eam proponere potest, siue aliam proposuerit, siue non, per text. in d. §. offeratur. 3. quæstio. 3. quia beneficium iuris nemini est auferendum, regula, indultū de reg. iu. li. 6. Quinta fuit opi. Phi. & Ia. de Arc. Abb. Guil. & Spe. in tit. de dilatione. §. nunc videamus, io si. quod semper vsque ad litis contestationem potest proponi per l. nemo, C. de iurisd. om. iudi. & l. apertissimi. C. de iudi. & hic, vbi

ADDITIONES.

a ¶ Legitima, & sufficiēs. Dic vt dixi plene & tem' fiaue in apost. ad istū. in ca. cum nu 9. in apo. in ver recula 1, §. de iud. Zac.

b ¶ Renunciare. Adde, ꝙ hmōi exceptio declinatoria pōt opponi qñcunque per tertium venientem in iudicio pro suo interesse, vt per Feiy. in c. sup er eo, colom. 2. vers. 3. a l. go. §. de off. deleg. Seb. Sapia.

c ¶ Reuocanda snia. An & qñ snia possit retractari sub prætextu probationum, seu instrorū de nouo repertorū, vide tex. & gl. in l. imperatores ff. de re iud. & plenius per Ro. in l. admonendi ff. de iureiur. in 4. col. vbi & ponit an stetur iuramento partis dicentis instra de nouo fuisse reperta. Et an snia possit retractari prætextu instrorum de nouo repertorum per uiam restōnis in integrū ex clausula gñali, vide elegantissime per D. Ant. in c. cum Bertoldus. in 17. co. vers si ta. calūs. §. eo. ti. post Io. An. in addi. Spe. Item limita istam materiam, vt per Bar. in l. 3. C. de sen. aduer. fis. la. vbi alle. Inn. in c. vltra tertiam, de test.

¶ Adde an sententia possit retractari per instrumenta nouiter reperta Alex. consil. 197.

¶ A snia retractētur per instra, de nouo reperta, dicas regulariter ꝙ non vt in l. sub specie, C. de re iud. & per Pa. de Ca. plene in consi. 325. inci. cā, quæ vertitur, ꝙ est verum, nisi reo nō possit negligentia aliqua imputari, fm Cy. in l. 1. C. de condi. inde. & no. D. Anto. in c. cum Bertoldus, §. eo. & hr per Spe. in tit. de app. in §. 1. & de exe. se. ti. in §. 6. & in ti. de sen. in § 7. & vide per Ale. in l. admonendi, in 9. col. ff. de iureiu. & adde ēt ꝙ snia lata contra fiscum, ecclesiam, vel minore n. pōt reuocari per instra de nouo repta qñ que, vt per gl. & Doc. in d. l. admonendi, & in l. imperatores, C. de re iu. & in l. 3. huc alle. C. de sen. aduer. fis. la. & v. de Bar. in l. 3. §. diuus, ff. de iu. fisc. & idem dicas de snia lata per arbitrum necessarium, secus vero in snia arbitratoris, de qua per Bal. in d. l. sub prætextu. la. 1. in prin. & vide Fed. de se. consi. suo 237. & adde ēt quod snia pōt retractari per nouas probationes superuenientes. quod est verum nisi alter sit succurrum ei qui succubuit, quia tunc retractatur. p restōnē in integrū ex clausula gñali, vt per Alex. in l. argentarius § si. ff. de eden. & adde ēt ꝙ snia retractatur per testē nouiter repertum, vt in l. si mater de exce. rei iu. & vide Ange. in l. 3. § quod si ipse. post gl. ff. si cui plus quam per leg. fal. & pōt ēt retractari per testes de nouo repertos fauore pupilli, vt per gl. & Bal. in l. imperatores ff. de re iud. & in d. l. admonendi. Ant. Franc.

d ¶ Protestatio. De protestatione illa facta cum clausula saluo iure, multa cumulat Fel. hic, vltra quem vide Andream Sic. cons. 38. inci. præclare, in 2. volu. & in cons. 26. inc. sapienter. & cons. 17. inc. præclare. in eo. vol. 1. & in cons. 11 incip. scripsit. sapientiæ fons. in 1. vol. & Alc. in cons. 90. inc. fere omnis via. in 1. volu. Seb. Sapia.

e Contra iudicem. Adde Ro. consil. 269.

a vbi videtur innui, quod vſque ad cõteſtationem litis [a] põt proponi declinatoria contra iudicem, & non poſtea, niſi fuiſſet datus terminus ad declinatorias proponendas: qa tunc oon licet poſt terminum proponere, vt in c. paſtoralis, de excep. Nec ob. ſecundum iſtos, quod dicitur de xx. diebus. in §. offeratur, præallega. quia hodie induciæ arbitrariæ ſunt. inf. tit. proxi. cum ſimilib. & no. io c. i. & ii. de di Li. quinimo quidam ex prædictis doctoribus intantum inhęret. prędictę opinio, ut fatuum teputent illum, qui primo illam proponit, cum per hoc iudicem contra ſe prouocet, tamen ipſe Gul. in Spe. de recuſ. §. ſit autem recuſatio, conſuluit tenendã primam opioionem Tan. & idem conſuluit. Hoſti. in ca. quoniam cootra de probatio. Sexta fuit opinio quorundam dicentium, quod aut reus ꝓuocat petendo ſententiam ſuper aliis exceptionibus: aut prouocat ab aduerſario ſuo. Primo caſu amplius non recuſat. Secundo, ſic ar. ff. de cõdit. ſur. l. & ideo, & c. cum inter. de excep. & hoc dicunt propter inconueniens, quod ſequeretur tenendo ſimpliciter contrariam opinionem. Nam ſi reus peteret ſibi dari copiam reſcripti, diceret actor: talis eſt perſona iudicis, cui debet credi. 97. di. c. nobiliſſimus. ſi pateret libellum, diceret actor non eſt de conſuetudine: & hoc faciet ſolum, ut iudex ſuper eo pronunciet, ut ſic non liceat amplius iudicem recuſare. Septima eſt opi. Io. An. dicentis, ꝗ omnis exceptio, per quam negatur, quem eſſe iudicem, ꝓcedere debet exceptionem de ſuſpecto. Nam ſi oon eſt iudex, ad quid debeo eum recuſare, maxime cum longiorẽ tractatum habeat recuſatio pro eo, quod itur ad arbitros. vtile tamen eſt hoc caſu proteſtari de ſuſpicione, nõ tamẽ putat neceſſarium. Io. aliis vero exceptionib. dilatoriis, ꝑ quas non negatur iuriſdictio, tenet ante factum opi. Tãcr. ut præcedat recuſatio: pro quo facit quod no. Spe. in ti. de excep. §. uiſo, ver. porro. poſt factum vero tenet opi. cõtrariam, ut ſ. poſſit ad iſtam redire poſt alias dilatorias, anteꝗ̃ litem conteſtetur. Hanc opi. in effectu videt̃ ſequi D. An. hic, dicit. n. quod ante factum tenenda eſt opi. Tancre. vt prius recuſatio opponatur: ſed de iure ſibi videtur, quod tam exceptio recuſationis, quam alia, quæ proponitur cõ
b tra iudicem poteſt uſque ad litis conteſtationẽ [b] proponi, quia cõteſtatio eſt terminus communis dilatoriarum. Itẽ ſicut prorogatio iuriſdictionis non fit irreuocabiliter añ cũt. ita nec huic excepooni dilatoriæ renunciatur per aliũ actum citra conteſtationem. Inn. vero ſimpliciter videtur tenere primam opi. vt ſemper primo ꝓpooatur exceptio recuſationis, & ſi primo aliam quis proponeret, faceret ſibi præiudicium, alle. iſtum tex. & 3. q. 8. accuſatores. §. cui⁹ in agendo, & 4. q. 3. c. ſi teſtes. §. ſi q̃s, & d. l. ſed & ſi ſuſcepe rit, ff. de iudi. Item facit ad hoc ſecundum eum, quia ſemꝑ vſqoe ad litem conteſtatam proponi poſſet, fruſtra præfigeret̃ terminus 20. dierum, ut in d. §. offeratur. c. ĩduciæ. 3. q. 3. Item fruſtra conſuleretur proteſtatio tempore abſentię iudicis, ſi vſque ad litem cõteſtatam poſſet recuſari, C. de iud. l. cum ſpeciali. Ad d. §. offerat̃, vbi datur termious 20. dieruio, reſpondet quod procedit, niſi expreſſe uel tacite huic exceptioni renunciaretur, quod videtur fieri liti
6 gaodo coram ſuſpecto ſuper aliis exceptionib. † Nec obſt. quod dando ſportulas & fideiuſſorem de iudicio ſiſti non videtur quis in iudicem conſentire, ut in d. §. offeratur, cũ iſta præſtentur in principio ex neceſſitate, ut ibi, & q̃nque talis cautio de iudicio ſiſti præſtatur coram illo iudice, qui de caoſa non eſt cogniturus, ot patet in illo, qui ex cauſa Romæ cõuentus reuocat domum ut l. 2. ff. de re iud. & no.
7 in capitu. fi. de fo. comp. † Ex his infert Inn. quod aliquis non poteſt renocare iudicem, & ſimul repellere ptocuratorem aduerſarii ſui, cum ſoper procuratione oporteret eũ audire ſententiam, & ſic videretur in iudicem conſeotire. Contrarium tameo tenet Bal. in l. exceptioue, C. de prob. ubi expreſſe dicit, quod licet pars opponat exceptionem procuratoriam contra partem, & iudex pronuociet ſuper ea, non videtur per hoc pars in iudicem conſentire, quin poſſit poſtea opponere exceptionem recuſationis. Sed ſi actor proponit contra procuratorem rei, & procurator recuſat iudicem, bene procedunt hæ duæ quæſtiones ſimul: quia ille, qui recuſat, non elidit arbitrium huius iudicis ſuper procuratiooe, ſed aduerſarius, & iudicium redditur in inuitum. ff. de uer. obl. l. inter ſtipulantem. §. 1. Et aduerte, quia hæc opi. videtur concordare cum ſexta oppoſitione. ſup. poſita. Bar. in d. l. quidam conſulebat, ff. de re iudi. ſimpliciter teneo opi. Tancr. Inn. hic, quem ẽt allegat, vt tam hæc exceptio recuſationis, quam quælibet alia declinatoria contra iudicem debeat opponi ab initio, ſ. antequam coram iudice aliquid propooat, per quod videatur eum approbare in iudicem, ſeu iudicium ſuſcipere, alle. tex. in l. fi. C. de exce. & d. l. ſed & ſi ſuſceperit, in prioc. & iſtum tex.
8 cum glo. ſua. † Si autem quis proponeret aliam exceptionem. puta cootra perſonam actoris, vel contra libellũ. qa proponeodo talem exceptionem videtur uelle, quod ſuꝑ pronuncietur, cum ſit emergens iuxta not. in ca. t. de ord.
9 cogni. videretur iudicem approbare. † Non. obſt. l. non vſ, ff. de iudi. vbi dicitur, quod non videtur quis in iudicem conſentire petendo genus actionis ſibi edi, quia ſecũdum Bar. qui ſibi actionẽ petit edi, nihil petit a iudice, ideo non videtur conſentire in iudicem. Non ob. §. offeratur, præal. dicitur, quod poteſt recuſari poſt cautionem de iudicio ſiſti præſtitam, quia ſecundum eum habet illa cautio conditionem in ſe de ſtando iudicio, ſi apparuerit me teneri, ut ibi colligitur. Item oon obſt. quod ibi dicitur de 20. diebus, quia illud debet intelligi, niſi pars aliquid fecerit, propter quod videatur in iudicem conſentire, ut ibi innuitur, & ita traoſit Bar. hanc etiam opi. ſequitur hic. D. Car. & ſemper mihi placuit, moueor quia ſuſpicio conſiſtit in animo, ideo ex cõiecturis inducitur, & colligitur: iuxta id quod, not. gl. in c. Hadrianus. 63. diſt. & in c. ſi illic. 23. q. 4. eligendo ergo litigare ſuper aliis exceptionib. corã iudice ſuſpecto uidetur illum approbare, & tenunciate exceptioni ſuſpicionis. Ad hoc boo. tex. in c. inſinuante, de offic. de leg. vbi dicitur quis illico in iudicem conſentire, ſi ſuperueniente ſuſpiciooe ĩ perſooam iudicis coram illo litigat. Nam eadem eſt ſuſpicionis ratio exceptionibus, quæ in
10 principali. † Hinc eſt, quod iudex recuſatus non cognoſcit de cauſa ſuſpicionis contra eum propoſita, ſed eliguntur arbitri, quia ſicut ſuſpectus in principali, ita & ĩ incidenti, vt no. Inn. in c. prudentiam, de off. del. ita dicendum in ꝓpoſito. ſi. enim habuiſſet illum ſuſpectum, ad quid corã eo, litigaſſet ſuper aliis exceptionibus? facit optime cap. 1. de iudiciis vbi per actum citra litem conteſtatam quis renunciat declinatorie contra iudicem: licet non inducatur iuriſdictionis prorogatio ſecundum unam opinionẽ, de quo tamen dic ut ibi plenius dixi & per hoc tollitur motiuum
11 D. Anto. † Præterea iudicem impetrando videtur intantũ in illum conſentire, ut nõ poſſit amplius recuſare iuxta illud, qđ leg. & no. in c. inſinuante, de of. ita dicamus, cũ elegit iudicis iudicium ſuper exceptionib. Et ſatis bene facit iſte tex. dum dicit, ſubeundo coram illis iudicium, illi exceptioni renunciaſſe videtur, ad idem & ſimile in c. i. de frig. & maleſ. & c. ad id quod. de ſponſa. & ad contraria, ꝗ vñr obſtare, ſup. ſatis eſt reſponſuoi. Et ſatis mihi placet opin. cuio temperamento poſito in ſexta opi. quod etiam ſentit
12 Inno. † Placet etiam illud dictum Ioan. Ao. vt exceptio ꝑ
c quam negatur iuriſdictio, ſemper poſſit proponi, [c] quia ſẽper tendit ad iudicem declinandum, & ideo non videtur ĩ iudicem conſentire, iuxta not. in ca. ſi a iudice, de ap. lib. 6. ſecus autem in aliis declinatoriis, quia illę tendunt ad differendum iudicium, ſed non contra iudicem: imo pręſuppoount iudicem habere iuriſdictionem, cum ad ipſum ſpectet ſententia, & hæc nota, quia habes plene & clare hunc articulum plenius, quam alibi declaratum. Quæro, quę ſũt iſta

ADDITIONES.

a ¶ Conteſtationem litis. Vſque ad quantum tempus poſſit opponi declaratoria iudicii. & adde omnino hic aliquos caſus in quibus dilatoria exceptio opponitur poſt lit. conteſt. per Do. Ant. in c. dilectus. de reſcri. el ii. adde hic glo. in c. anteriorum. §. biduum. in ver. illud. & in ver. qui nunc. ii. q. vi. et adde, q ſi exceptio recuſationis concernit naturam, vt quia ſit mutus vel furioſus poteſt opponi etiam poſt lit. conteſt. hoc dicit Arch. iii. q. vii. in ſum. & ꝑ Io. An. in c. ſuſcitatus. de reſcri.

b ¶ Litis conteſtationem. Circa recuſationem iudicis quãdo fieri debeat dicas quod regulariter debet fieri ante lit. conteſt. nec poteſt fieri poſt, vt per Bald. in l. fi. C. de ſen. & interlo. & l. apertiſſimi. C. de iud. quod ante lage verum, ni ſi talis ſuſpicio inſurgeret poſt litem conteſt. quia tunc etiam poteſt opponi poſt. ita Ange. in l. fi. C. de te. per l. non diſtinguemus. §. cum quidam ff. de arbi. non tamen poteſt. proponi poſt concluſionem in cauſa ſm Io An. in c. cũ dilectus. de ordin. cog. niſi forſan talis exceptio recuſationis fuiſſet occulta: quia tunc poſſet proponi etiam poſt per gl. in c. ſi quis epiſcoporum. §. exceptio. iii. q. i. & habetur per Spec. in tit. de recu. iudic. in §. iiii. verſi. quidam tamen. & de dilat. §. nunc videamus. verſi. pen. & de exceptio. §. quarto. in ver. & nota. & de materia plene habetur in cap ſuſpicionis. & in ca. inſinuante. de offic. delegat. Ant. Franc.

c ¶ Poſſit proponi. Adde Paulum de Caſtr. conſil. lxxxiii. ſin primo impreſſis. Ang. conſil. c. xxxvii.

ista priuilegia, de quibus rescriptum debeat facere mentionem? Sol. glo. in uer. de priuilegiis, quod forte concedebāt monasterio ius eligendi, ex quo gl. videtur velle, quod de priuilegio concernente merita causæ, & eius peremptoriū sit in rescripto ad lites concesso fienda mentio, quod simpliciter non procedit, ar. in c. 1. de lit. cont. li. 6. Vnde tenet quod no. in c. cum ordinem, de rescri. & ad istum dic secūdum Do. Ant. quod procedit, quādo rescriptum habet aliquam clausulam priuilegiatam detrahentē priuilegio, vel forte (vt arbitror) priuilegium monasterii habebat clausulam derogatoriā ad rescripta, certa forma non seruata, vt in simili habetur in d. c. cum ordinem.

13 † Gloss. ultima procedit multum intrincate, sed diuidēdo eam quo ad intellectum facit tria cōtraria. Primo enim opp. quod cum sententia fuisset hic lata contra monasterium, debuissent monachi audiri per viam restitutionis in integrum pp necessariam probationē omissam, ut in c. auditis, sup. de in integ. rest. & c. i. eo. ti. li. 6. Sol. gl. fatetur contrarium, si monasterium petiisset restitutionem in integ. sed non petiit. hoc intellige quando læsio tangit ecclesiam, secus si personas ecclesiarum, & eorum iura, de quo vide bon. gloss. in cle. 1. de in integ. rest.

14 † Secundo principaliter glo. opp. exceptio peremptoria in c. principali omissa potest opponi in causa a appellationis, [a] ut in c. cum Ioannes, de fi. inst. & l. per hanc C. de temp. app. sed isti monachi appellauerunt a sententia lata contra monasterium, ut patet in decisa. ergo male dicit litera, quod est eis imputandū, quare non opposuerunt tunc. Sol. gl. refert Io. dixisse hanc decr. procedere, quando quis omisit scienter & dolose exceptionem primo proponendam causa fatigandi aduersarium suum secus, si ignoranter omisisset exceptionem proponere. Sed hæc solu. nō placet glo. quo ad istum tex. quia ex litera non apparet de dolo, & malitia istorum monachorum. Sed no. tu. sol. istam in se ualde singularem, ex qua infertur mirabilis limitatio ad iura superius alle. ut & peremptoria non possit opponi in appellationis causa, quando scienter & dolose fuit omissa in causa principali: sed Ioan. And. dicit se non putare, quod hoc dixerit Io. ad solutionem huius contrarii, sed alterius, quod inf. subiiciam. sed hoc dictum Io. placet Phi. quod oino putat verum Host. all. in arg. sup. de excep. c. exceptionem & insti. de excep. §. item si in iudicio. Io. An. dicit, quod illa decr. exceptionem, facere videtur potius contra, quia ibi qui non opposuit exceptionem tempore debito malitiose post tempus auditur, sed condemnatur in expensis, sic videtur dicendum in hoc casu, ut audiatur iste, qui tempore debito nō opposuit exceptionem rei iud. sed condēnetur in expensis. Sed tandem Io. An. sequitur Host. quia decre. illa exceptionem, ponit casum specialem in excommunicatione, ut satis apparet ibi in text. propter causas quæ habentur in c. pia, de excep. lib. 6. ergo eius contrariū est generale, ut is qui malitiose non opponit exceptionem sibi competentem debito tempore, & facit hoc causa fatigandi aduersarium, postea uolens opponere non debet audi- b ri, [b] facit de præb. c. præsenti. §. loca. lib. 6. & quod no. Et hæc opi. videtur hic placere D. Ant. & facit optime, quod not. gl. in c. ad audientiam, sup. de rescri. & satis placet mihi, ar. c. ex tenore, & c. sedes. de rescri. & 11. q. 3. c. priuilegiū omnia enim debent suis temporibus conuenire. 23. q. 4. c. si ecclesia. Item appellatio fuit inuenta, vt esset præsidium innocentię, & grauaminis releuatio, non autem vt defenderet appellantem in sua malitia, vt in c. suggestum, & ca. ad nostram, de appell. & tene hoc semper menti. Qualiter autem probabitur iste dolus, seu malitia? dic ex coniecturis, vel quia ipse aduersarius hoc dixerit extra iudicium. Secūdo gl. soluit cōtrariū sup. formatū, quod hic nō fuit appellatū a diffinitiua.

15 † Quinimo nec potuissent isti appellare ab ea, quia cōtumaciter recesserunt friuole appellando ab interlocutoria in eo, quod primi iudices noluerunt admittere exceptionem recusationis hæc sol. est bona in se, quia appellās friuole manifeste nō auditur volens postea a diffinitiua appellare, ut in cle. vnica de dot. & contum. sed no. glo. quod illa cle. habet locum, etiam in causa ecclesiæ, quod an sit verum indistincte, vide quod legi. & no. in capitu. imperatorum, de iure calum. & c. i. ut lit. non contest. vbi dixi, an contumacia procuratoris noceat domino, ut appellare nō possit, facit etiam quod dixi in ca. i. de do. & contum. & in cap. fin. de iura cal. §. i.

16 † Tertio principaliter opp. gl. quod ex alio capite sententia ista fuit nulla, quia lata contra rem prius iudicatam; & sic citra appellationē debuit monasterium San. A. audiri, ut l. 1. C. quando prouo. non est neces. & 2. q. 6. ca. ei qui appellat. §. item si snia. contra. sol. colligēdo eius mentem dat tres solutiones. Prima est quod sētit Ioan. applicando eius dictum ad hoc contrarium, quod videtur fuisse ex ipsius mente, quia contrarium procedit, nisi scienter & dolose causa fatigandi aduersarium suum quis omiserit exceptionem rei iudicatę opponere, quo casu intelligebat istum text. & est notabilis limitatio ad iura præalleg. & potest defendi per superius dicta, sed nō placet hæc sol. gl. sed transit ad secundam solutionem dicens quod sententia ualet contra primam, si de ea non fuit oppositum, siue ignoranter, siue scienter, ut satis videtur innuere hęc litera. imputandum enim est non obiicienti, vt dicitur in tex. Tertiam solutionem sentit gl. in fi. quod hic non fuit prima sententia & nunc ostensa, licet fuerit allegata papæ. sed hæc sol. parum ualet ad materiam, quia text. præsupponit, quod etiam si nunc ostenderetur, non debet sententia prætextu probationis nouiter repertæ retractari. Et sic habes ex prædictis duos casus in quib. ualet senten- c tia [c] secunda ɔ primā. Ponit gl. & quatuor alios casus, qui tamen non faciunt ad intellectum huius ca. sed ad materiam ampliandam. Ad vnum tamen ex illis aduerte, inquantū dicit, quod in causa publica valet secunda contra primam ex probatione nouiter reperta, ut in l. imperatores. ff. de re iu. & per illum tex. idem dicit ibi glos. in causa ecclesiæ, quia iura ecclesiarum dicuntur publica. i. di. c. ius publicū & ff. de iust. & iure. l. i. §. publicum. Sed Ioan. hic no. cōtrarium dicens quod hoc casu ecclesia non æquiparatur reipublicæ, & hoc verius. unde opus est, ut ecclesia hoc casu petat restitutionem in integ. ut probatur in ca. suscitata. s. de in integ. restitut. facit c. inf. pxi. & ibi hoc sentit Io. An. post. Goffr. super glo. fin. & D. Ant. hic: & hoc teneas. probatur iudicio meo aperte hic in uersi. alioquin. Quartus casus, cum iudex expresse reprobat sententiam primam coram eo productam, ut probatur hic, in uersic. Non obstante. secundum vnum intellectum. & inf. c. prox. Quintus casus, cum reuocatur in dubium, an sententia fuerit lata, & iudex pronunciat non fuisse pnunciatum, ut in l. i. in pri. ff. quæ sent. sine app. rescin.

17 † Sextus in casus, l. admonendi, ff. de iureiurian. idest cum sententia fuerit lata per probationem non integram, puta iudice iuramentum parti deferente. nam superuenientibus probationib. potest prima snia reprobari, ut ibi, & hoc casu, dic ut plene no. ibi, & in c. fi. de iureiur. vbi dixi.

Additio. Potes addere septimum casum, ut colligitur, quādo imminet periculū animarum. Et per hoc habes de claratam

ADDITIONES.

a ¶ In causa appellationis. Adde Bal. dom. in addi. ad Spec. in titu. de instru. edi. versic. ille qui appellat. Zach.

¶ In causa appellationis. Nunquid autem exceptio quæ debebat opponi intra terminum præfixum a iudice possit opponi in causa appellationis, vidē Fel. in c. pastoralis. vers. dum subdit Abb. supra de excep. & quod non possit opponi in causa appellationis quando fuit omissum malitiose in causa principali tene D. Ant. Car. & Imo. in c. super his. in fi. inf. de acc. & Fed. de Se. in consi. xxiii. inci. Titius electus. & in c. si. cu. inci. nobilis quidam late Fel. in c. ad audientiam. ii. uers. omissum. in principali, supra de rescript. Seb. Sap.

b ¶ Non debet audiri. Adde an exceptio omissa in principali possit opponi in causa appellationis. Alexan. consil. xxiii. iii. lib.

c ¶ Sententia. No. casus in quibus valet sententia contra sententiam, & de hoc vide plene per Bal. in l. post sententiam. circa pr. n. C. sent. rescin. non pos. per gl. post Bar. in l. i. C. quando prouoc. non est neces. vbi Ang. addit duos casus in quibus valet sententia contra sententiam. primus est in casu l. i. §. fi. ff. de quæstio. secundus quando causa est talis naturæ, quod nō requirit instantiā, sed in ea proceditur de facto & summarie. & ita dicit esse casum de executione instrumentorum & in c. cum dilecti. de o. dele. & in ca. pastoralis. in prin. de rescr. & de hoc articulo vide late per eum in repe. c. ab excommunicato. de rescri. & in c. causam est ii. qui filii sint legi. item vide Arch. in ver. itē si sententia lata fuerit contra eum. ii. q. vi. vbi dicit, quod in notoriis sententia fertur contra sententiam etiam si nullus oblatus fuerit libellus. & ita dicit Host. in ca. cum olim. de re iud. & vide omnino in ista materia etiam glo. & Arch. in d. versi. item si sententia & Bar. in l. nam postea. § si damnetur, ff. de iureiur. & in l. duobus de exce. rei iud. & omnino Pau. de Cast. in d. l. si damnetur. & per Do. Ant. in d. cap. quoniam contra. de prob. & in c. aduersario. de excep. & adde quod licet secundum communes sententias Docto. hic & vbique valeat sententia lata contra sententiam a diuerso iudice, in diuersa instantia, tamen sententia lata ab eodem iudice contra primam interlocutoriam prius latam non valet, nisi expresse appareat quod hoc fecerit animo reuocandi primam. ita no. decidit Bar. in l. quod iussit. in v. t. q. ff. de re iud. quē sequitur ille i ca. cum olim. supra eo. quod tene menti, quia est no. limitatio ad istam materiam, de qua faciebat magnum festum. D. meus Fran. de Areti. viua voce legendo d. c. cum olim.

Adde an valeat snia contra sniam. Rom. consi. ccccc. contra opin. Bart.

18 claratam totam gl.† Sed nunc extra gl.attende. Nam circa primum intellectum huius ca. sunt variæ opiniones inter Doctores vtriusque iuris: gl.n.hic tenet, ut sup.dixi, quod a secunda sententia directe contraria primę tenet[a] si de prima non fuit exceptum, siue scienter, siue ignoranter non fuerit ostensa. & ita gl.intelligit istum tex. Si autem prima sententia fuit allegata & ostensa, nec expresse reprobata, non tenet secunda, & sic intelligit.l.i.C.quando prouo.nõ est necess.Io.An.(vt sup.dixi) posuit secundam opinionem vt l.i.procedat, quando non dolose sententia non fuit allegata, & istud c. quando dolose causa fatigandi aduersariũ fuit tacita. Tertiam opinionem posuit Inn.in d.l.1.vt procedat quando de prima sententia non fuit oppositum, nec probatum, arg.in l.quod in diem, ff.de compen. Istud c.intelligitur, quando fuit proposita exceptio rei iudicatæ. sed instrumentum non fuit productum, vel alia probatio, hæc solu.ad istum tex.diuinat sicut pręcedens sol.Io.Quartam opi.posuit hic Ioã. And. sic ad propositum distinguendo, quod aut fuit deputatum de virib. primæ, & tunc valet secunda, vt dicitur in gl. Aut non fuit de hoc disputatum, & tunc aut is, pro quo facit sententia, scienter & dolose omisit illa vti, & tunc valet secunda per d.c. exceptionem, & alia iura superius inducta & hoc casu intelligit istum tex. Idem dicit, si res iudicata opponitur, sed non probatur, vt dixit Inn. Aut scienter, sed non dolose, & tunc non valet secunda. Aut omisit ignoranter, & tunc licet quidã dicant quod si iudex sciuit, tunc non valet sententia, secus si ignorauerit, ipse tamen tenet sententiam non tenere, cum pars & iudex ignorauerunt: quia non est æquum, vt beneficiũ ignorantiæ partis lædatur per ignorantiam iudicis, per q̃ potius iuuari debet: ad hoc sup.de resc. c. ex parte decani. Nec ob.c.si duob.inf.de app.& l.si forte, ff.de of.præsi.loquuntur enim cum procedit: qui iudex non est, quo casu ponderatur scientia ipsius, vel ignorantia. Et prædicta dicit locum habere, siue pro actore agente, siue contra ipsũ pro reo fuerit prius iudicatum, cum prædicta. l.i.non distiguat: & facit quod ibi not.in fi.vl.gl. Sed certe hæc opi.Io. An. diuinat ad istum text. cũ hic in nullo allegatur malitia alterius partis: quinimo iudicio meo (si non erro) ipse & Inn.(si fas est sic contra tantos viros lo qui) dicunt expresse contra istum tex.in fi.ubi papa referendo se ad primam sententiã dicit, quod prætextu instrumentorum nouorum lites non debent instaurari, & sic præsupponit secundam sententiam valere licet omnino cesset dolus partis, & detur penitus ipsius ignorantia, ita quod nunquam fuerit allegata. Quintam opi.[b] ponit Bar.in l.1.C.quando prouo. non est necess.sæpius alle. vbi firmat, quod tunc non valet secunda sententia contra primam, quando ambæ fuerunt latæ ex eadem instantia, & sic intelligit istum tex.si autem ex diuersis instantiis, tunc semper tenet secunda, all. p hoc vltimo, quod legi.& not.in l.si duobus.ff.de excep.rei iud. l.i. C.si plu. vna sen.iudi.fuc. mouetur ad hoc quia causa, quare non ualet secunda sententia, est, quia reperitur lata sine instantia, cum p sñiam pereat instãtia.l.Gręcæ.§.post litem, ff.de fideius.& l.eum apud.ff.iud.sol. Item qa iudex est per sententiam functus officio suo, ut in c.in literis.sup. de of.deleg.& l.iudex.ff.de re iud.& hæ rationes militant solum, quando sententia fertur ex eadem instantia: secus si instantia reuocatur. Quidam tamen dixerũt, quod ideo non ualet secunda sententia, quia prima facit ius, & sic secunda videtur lata contra ius. Hoc dictum reprobãt ibi gl.& Bar. quia non est expssius error in sententia. Præterea secundum Bart. sententia lata contra ius non redactum in corpore iuris non est ipso iura nulla, vt l.cum prolatis, ff. de re iu.sed illa prima sententia non erat redacta in corpore iuris, ergo &c. Alii dicunt hoc contingere, ut sit litiũ finis, & in hoc resident communiter glo.iuris ciuilis, & se-

19 quitur Bal.in d.l.1.† Sed non placet Bar. quia eadem ratione non ualeret sententia lata contra iuramentum, vel trãsactionem, cum iusiurandum, & transactio sint introducta, ut sit litium finis, sicut & sententia, ut l.i.ff.de iureiur. & l.fratris, C.de transa. Sed vtrunque est falsum: primũ p batur in l.nam postea.§. si damnetur, ff.de iureiu. secundũ probatur in l.eleganter, ff.de condi. indeb. quare stat in rõne superius dicta ex qua infert ad opi.suã pall. Sextã opi. posuit hic D.An.reprobando Bar.in dicto & in rõne.nam dicit, quod dictum Bartol. nimis restrinxit text. illius l.i. quæ indistincte dixit, non valere secundã contra primam. Item vr contra hunc text. seu eius rationem, qui se fundat sup validitate secundę, quia prima non fuit iudicib.ostẽsa. Item l.i.ff.quæ sen.sine ap.rescin.loquitur, quando sententiæ sunt latæ in diuersis instantis: & tamen excipit solũ casum, quando reuocatum fuit in dubium an prima fuerit lata, & per consequens non placet sibi ratio Bart.quare non

20 ualet secunda contra primam.† Assignat ergo ipse aliã rõnem. i. quia sententia facit notorium, & sententia lata contra notorium est nulla, vt dixi in c.inter cæteras.sup.eo.& hoc dicit sentire Pet. post Cy. in l.i. C.de sen. vbi dicit, qđ causa est, quia sententia debet ferri super dubio, non autẽ super certo, ut in d.c.inter cæteras. Ex hac ratione concludit ad quæstionem nostram: quia indistincte sententia lata cõtra sententiam etiam in diuersis instantiis non tenet, quando sententia fuit prius iudicibus, ostensa & non reuocant in dubium de viribus eius vel instantia eius, statim iudex pronunciat contra illam, quia videtur lata contra notorium. Vbi autem prima non fuisset ostensa tunc valet secunda: quia iudici non constabat de notorio. Nec facit D. An. differentiam, an dolose uel non omiserit pars opponere de prima. Item an scienter, uel ignoranter, quia quandoque omiserit, sententia non reperitur lata contra notoriũ, de quo iudici constat, & hęc opi.est contra Bar.& Ioã.An. sed in effectu incidit in primam opi.glo.nostræ, quam etiã sequitur Bar.in l.i.C.quando prouo. non est necess.vbi dicit, quod ratione moræ in producendo primam ualet secũda contra primam: alle.istum tex.cum glo.& hoc, quia prima sententia transit in rem iudicatam existenter, sed non apparenter, ex quo non fuit producta: addit tamen alium casum, in quo ualet secunda contra primam. s. quando is qui habuit primam sententiam reperitur in culpa, ut quia Iterum uoluit agere, & succubuit. alle.l. si duob.ff.de exceptio.rei iud. Ille tamen tex.hoc non probat, sed fuit ita opi. quorundam antiquorum, & contrarium sentit hic Ioan. An.ut patet ex prædictis. Et in hoc Bal.facit quatuor membra. Aut enim sententia transiuit in rem iudicatam apparenter & existenter, & non tenet secunda contra primam, nisi ratione culpæ, vt prædixi. Aut transiuit in rem iudicatam apparenter, sed non existenter, quia sententia erat nulla, & ualet indubie secunda, ar.in l.4.§. condemnatum, ff. de re iu. Aut existenter, sed non apparenter, quia non fuit oppositum de sententia, & tenet secunda ratione moræ & ignorantiæ, ut hic. Aut nec existenter, nec apparenter trãsiuit in rem iudicatam, puta quia notorie non tenebat, uel fuit appellatum, & indubie tenet secunda. Ego simpliciter sequor opi. Barto. vt lata ex diuersis instantiis semper teneat, moueor, quia aut de prima nõ fuit oppositũ, & casus apertus est hic, quod teneat aut fuit oppositum, & probatum, nihilominus iudex tulit contrariam sententiam, & dico idem, quia ferendo contrariam sententiam videtur primam ex aliquo casu reprobasse: quia prima sententia causat exceptionem peremptoriam. unde cum iudex non teneatur specifice pronunciare super peremptorio, sed super principali. quia pronunciando super principali satis videtur pronunciare super peremptorio, ut legit & no.in c. 1.de ordi.cog. dando sententiam cõtrariam primæ iam pductæ videt super ea pronunciasse illam reprobãdo, & de hoc uidetur casus hic secundum unum intellectum intelligendo, quod illa verba, posthabita, sint una dictio, ut sit sẽsus, posthabita, id est proposita & abiecta, contrarium statuissent, & c.& hunc intellectum ponit gl.in uer.posthabita. Si autem uolumus tenere alium intellectum, quem etiã ponit illa glo. vt sint duæ dictiones, & tunc sit sẽsus, & ostẽsa sententia iudices contrarium statuissent, & ad hunc sensum adducit Do.An.istum tex.pro se, dico, quod non probat litera, quod secunda sententia non tenuisset, sed dicit quod contrarium statuisset. Sed quod sententia habeat te-

21 nere: adduco tex.inf.c.proxi.in fi.† Nam priuilegium facit notorium

ADDITIONES.

ꝙ plus est, debuit statim probare, & petere, & recipere terminum ad probandum ut hic, & su. de testib. c. cum. Sed tu aduerte, quia habes notabilem gl. in summa in c. 1. inf. de excep. quæ dicit, ꝙ hæc exceptio contra personas testium est quasi peremptoria.[a] Ideo potest opponi & probari in causa appellationis, sicut peremptoria. Et idem sentit gl. in c. ex parte Adæ, de testi. & in c. de testibus, eo. tit. Intellige tamen secundum limitationem c. præsentium. de testib. & vide quod dixi in c. ex parte. Et ad istum tex. dico, ꝙ si pars non opponit, nec protestatur in principio non auditur indifferenter postmodum, vt dixi in c. præsentium, & hoc casu procedit opin. gl. & Inno. sed seruata dispositione d. c. præsentium, debet audiri, videlicet si iuret, ꝙ ad hoc ex malitia non procedat, & dic, vt ibi. 14 † Ad secundum dic, vt plene dixi in d. c. ex parte Adæ. Et ad istum text. dic, ꝙ iste abbas non appellauit a reiectione probationis, sed a diffinitiua, vt patet in litera, & infra dicam, & sic oblatio probationis, etiam si fuisset a principio reiecta, non habuit iustificare appellationem ca. interposita, de appel. loquitur cum appellatur a grauamine, & dic ut ibi, & in d. c. ex parte. Gl. pen. colligit ex text. ꝙ per appellationem reuocantur solum ea, quæ minus legitime secuta sunt: non autem omnia, licet appellatio sit legitima hæc colligit glos. ex eo, ꝙ tex. mandat inquiri, an iudex fuerit secutus dicta conspiratorum, vel non. Non autem reuocat sententiam ex grauamine admissionis conspiratorum. Contra ꝙ gl. opp. de c. super quæstionum, in fi. de of. deleg. vbi reuocantur omnia innouata post appellationem. Solu. gl. & minus bene, dicens, ꝙ hic videbatur appellatio legitima, sed non erat: quia oportebat probare omnes testes conspiratores. 15 † Sed certe hæc Sol. non est bona. quia ad iustificandam appellationem iudicialem satis est probare ex iusta & vera causa fuisse appellatum: quo probato omnia postmodum attemata veniunt reuocanda, tanquam gesta a iudice, cuius iurisdictio erat suspensa per appellationem, ut probatur in d. c. super quæstionum, in fin. & in c. si a iudice, & c. 16 non solum, de appel. lib. 6. † Hinc notabiliter dixit Innocen. in c. quia propter, de elec. in pen. colum. quod hæc est vna de differentiis inter appellationem iudicialem & extraiudicialem: quia in iudiciis quicquid fit post appellationem, venit reuocandum, quia post appellationem legitimam desinit esse iudex. inf. de ap. c. cum causam: secus extra iudicium, quia solum venit reuocandum quicquid fit contra appellationem: quia per talem appellationem non impeditur quis 17 vti legitime iure suo, ut in c. cum nobis, de elc. † Hanc eandem conclusionem repetit Innocen. in d. ca. cum nobis, in v. col. vbi dicit, quod si in iudiciis appellatur in uno articulo, puta quia vocatur ad locum non tutum: vel quia recepit testem, quem constat excommunicatum, vlterius quicquid fecerit in tali causa iudex, reuocabitur, certumque est, ꝙ hæc est legitima causa appellandi, quia iudex admittit testes conspiratores, etiam in causa inquisitionis, ut probatur in c. per tuas, il 1. de simo. Ideo dic melius ad contrarium, sup. formatum, quod hic non fuit appellatum ab illo grauamine, quia testes conspiratores admittebantur, sed solum a diffinitiua, per quam abbas fuerat remotus, ut dicit hic Host. & bene, & aperte hoc probatur per istum tex. in vers. A qua sententia, & vigore huius appellationis petebat sententiam retractari, ex eo, ꝙ testes fuerant conspiratores, sed non obtinebit, nisi probet ꝙ iudex fuerat secutus dicta conspiratorum. & est ratio, quia per appellationem a diffinitiua venit sententia retractanda solum propter iniquitatem sententiæ, non autem propter grauamen præcedens ex quo ab illo non fuit appellatum. sententia vero non potest dici iniqua propter admissionem conspiratorum, si nihil dixerunt, vel iudex illorum dicta non fuit secutus. Sed dices tu quare mandatur tunc inquiri, si iudex fuerat illorum dicta secutus, cum pars non debeat amplius audiri, ex quo tempore grauaminis, scilicet admissionis testium non fuit appellatum: debuit enim illud grauamen contra iustitiam partis transire in rem iudicatam, ut in c. cum dilectus, de elec. & c. significauerunt, sup. de testi. Sol. Hostien. dicit, ꝙ ideo, quia illud grauamen receptionis conspiratorum potissime tangit sententiam. magis enim grauatus fuit abbas circa illum articulum in sententiæ prolatione quam in testium receptione. Et hodie in hoc dic. ut habetur in ca. fi. de appel. lib. 6. ubi habetur, ꝙ si grauamen, a quo non fuit appellatum: tangit negotium principale potest in appellatione a diffinitiua reuocari, secus si non præiudicat negotio principali, de quo dic, ut habetur latius in clem. fi. eodem titul. 18 † Et ex his singulariter nota quod exceptio[b] contra personas testium dicitur tangere negotium principale, & si non principaliter, saltem per obliquum, quia admissis testibus non idoneis perit ipsum negocium: ad hoc gl. not. in d. c. 1. de except. & in c. ex parte Adæ, & in c. de testibus, supra de testi. & hoc clare probatur hic. Nam in causa appellationis discutitur de hoc grauamine, licet ab eo non fuerit appellatum in prima causa cum grauamen infligeretur. Et not. 19 singulariter hoc, quia nescio, ꝙ alibi ita bene probetur. † Et probat hæc litera, ꝙ admittitur discussio indignitatis testium in appellatione a diffinitiua, etiam si in prima causa fuit oppositum, & iudice ad vlteriora procedente non fuit appellatum, & hoc ratione prædicta, quia indirecte tangit negotium principale, vnde iudex iterum grauare videtur sequendo illorum dicta in sententiæ prolatione, & tene menti prædicta. 20 † Opposi. contra tex. in fin. vbi dicitur, ꝙ contra alios ab abbate hic potuerunt testes conspiratores[c] admitti. hæc enim videntur contra c. testimonium, sup. de testibus, ubi dicitur ꝙ testes criminosi sunt repellendi a testimonio, sed conspiratores maxime peccant, vt in c. coniurationum, cum duobus cano. seq. 11. q. 1. ergo &c. ad idem c. per tuas, prima, l. de simo. vbi conspiratores & capitales inimici æquiparantur, & pari modo a testimonio repelluntur. Sol. gl. fin. quatuor modis. Primo, ꝙ isti fuerunt admissi, vt de facto suo exponerent. nam & secundo interrogantur de eorum facto in aliorum delictum. 4. q. 3. c. si testes. §. serui. 2. responsio. dic tamen, ꝙ non crederetur eis ad plenum in aliorum præiudicium: ad hoc quod legitur & no. in c. 1. de confess. Secundo soluit, ꝙ isti conspiratores possunt contra alios admitti non ad plenam fidem, sed ad præsumptionem faciendam, vel ad iudicis informationem secundum Ioan. And. & est simile in d. c. 1. de confes. Tertio soluit, ꝙ valet istorum dictum contra illos, qui eos tolerauerunt, arg. in c. nulli. infra de accu. hoc non placet Io. And. quia illud speciale in episcopo, vt ibi no. & 2. quæst. 7. c. pagani. §. in hoc. Quarto soluit, ꝙ hoc non constabat tempore depositionis illos fuisse conspiratores, vt in fine literæ dicitur. hæc sol. non videtur sufficiens: quia litera vtitur verbo, præsertim, quasi dicat, ꝙ idem si constitisset. Præterea tex. expresse dicit, quod tales possunt contra alios admitti. Quinto extra gloss. soluit Innocen. ꝙ si alii obiecissent hoc crimen conspirationis, fuissent repulsi: sed hoc nullus præter abbatem obiiciebat: 21 ideo a solius abbatis nocumento excluduntur. † Hæc solu. potest admitti, si delictum testium erat incognitum, alias iudex ex officio suo debet repellere indignos, 2. q. 7. c. quærendum, iuncta glo. i. 22 † Sexto soluit idem Innoc. quod text. potest intelligi de his, qui conspirauerunt contra abbatem in bonum, puta ut resisterent sibi male alienanti, vel aliquid simile. isti enim non debent admitti contra eum, contra quem conspirant, quia non solum inimici dicuntur, ut repellantur a testimonio, qui oderunt mente, sed etiam hi, qui sine mentis odio habent, vel habere præsumuntur causas inimicitiæ, ut 3. quæst. 5. c. 2. cum tribus c. sequen. sed contra alios bene admittuntur, quia non peccant nec præsumuntur contra alios habere inimicitiæ causam, quod est singulariter notandum, & vide quod no. in c. exhibita, supra de iud. Septimo soluit Host. ꝙ id quod hic dicitur procedit, cum sit generalis inquisitio. tunc enim non est locus subtilitatibus istis, maxime quo ad illos, qui debent pœnitentiam agere, quo casu nec forsan locus est secundum cum illi formæ, quæ traditur, de accu. c. qualiter & quando, il 2. §. debet, licet abbas, qui specialiter expressus erat & ab administratione remouendus, de hoc conqueri potuisset. Et no. bene hanc so. quæ satis mihi placet. nam cum agitur ad pœnitentiam, non requiruntur probationes ita dilucidæ; de quo vide quod no. gl. in c. multi. 2. q. 1. & quod dixi in c. at si cle-

ADDITIONES.

a ¶ Quasi peremptoria. Adde Lapum alle. 82.

b ¶ Exceptio. Vide Fel. in cap. 1. colum. 1. ver. dum dicit, glos. hic, ubi dicit quod exceptio in personas testium regulariter est peremptoria, & allegat Abb. hic. Sebast. Sap.

c ¶ Conspirator. quando conspirator admittatur ad testificandum, adde Inn. in c. 1. de schismaticis. Adde Old. consi. cclxxviii. & cxlv.
¶ Adde Spec. in tit. de testi. § 1. ver. item quod est conspirator. & in titul. de accu. § 1. ver. videndum. & al in c. conuenticulas col. 2. no. 1. de pace iu. firman. vsi. feu. & Car. in cle. 1. §. quando vero de sta. mo. Zac.

sr clerici.sup.de iud.& de modo procedendi contra religiosos dixi in c.cum contingat,de foro compe. & in repet.c.si quis contra clericum, eo.tit. Octauo soluit Gof.quod speciale est, quod tales recipiantur hic:quia quę fiunt in capitulo, per alios sciri non possunt.sup.de testi. c.veniens,sicut ea quæ fiunt domi,indagantur a domesticis.l.cõsensu.C. de repu. & ideo quales inueniũtur,tales recipiuntur.Qualibet istarum solutionum est bona & moderata, vt sup.vnde eas cõ

a iungendo dicit hic Do.Anto. quod conspirator[a] in bonum repellitur a testimonio contra prælatum,non contra capitulum vel alios.cõspirans in malum repellitur a testimonio contra illum,contra quem conspiratur,contra alios si non opponatur in generali inquisitione,& contra infamatum, vbi agitur ad poenitentiam,contra non infamatum admittitur in iudicio ad informationem,vel qualem qualem pręsumptionem, ad plenam non, vbi possunt alii testes haberi.

23 †Vbi alii non possunt haberi,admittitur : sed quanta fides ei detur, relinquendum est arbitrio iudicis, & vide ad materiam quod leg. & no.in d.c.per tuas, de simo.& quod dixi in d.c.ex parte Adę,de testi.dico enim breuiter,quod isti conspiratores omnino sunt repellendi etiam a principio contra illum,contra quem conspirauerunt,etiã si agatur per viam inquisitionis:tex.est no.in d.c.per tuas, contra alios vero admittuntur, si erant conspiratores ex bona causa;si ex mala,admittuntur,& repelluntur, creditur parum,vel plus secundum qualitatem personarum,præiudicii, & necessitatem probandi, prout de aliis criminibus in iure disponitur,de quibus plene dixi in d.c.ex parte,& dic

24 vt ibi,& d.c.i.de confes.vbi etiam plene dixi.† Nunc extra glo.opp.contra tex.in eo quod isti regulares pro se & ex parte quorundam consociorum denunciauerunt proprium abbatem apud Roma.Pontificem, vt in prin.literæ dicitur. videtur enim quod regulares non possunt constituere procuratores tanquam singulares personæ.nec procuratores constitui saltem sine abbatis licentia primum probatur, quia non habent velle, vel nolle: sed eorum voluntas,vel noluntas,depẽdet a superioris iudicio, vt in c. si religiosi,de ele. lib.6.& in c.2.de testa.eo.li.& 12.q. 1. c.non dicatis.Secundum probatur in c.2.de postu. 16.q.1.c.monachi.vbi probatur,quod monachus,vel canonicus regularis non potest procurator cõstitui,nisi pro vtilitate monasterii,& abbate nihilominos imperante. Solu.hinc sumpta occasione Innoc. satis egregie tractat hic materiã istam permistim . Sed ego pro clariori intelligentia diuido dicta sua in duas partes. In prima tractabimus, an religiosus possit procuratorem constituere nomine proprio. In secunda,an & quando possit procurator constitui.Circa primum dicit hic Innoc. quod in causis,quas religiosi habent seu habere possunt nomine proprio, possunt constituere procoratorem , in illis etiam procurare nomine proprio. exemplum potest in multis cõstitui, vtputa,si fiat inquisitio contra ipsos, vel inquisitionem promouerunt contra prælatum, vt hic,& inf.c.pe.de accu.vel si agant de propria electione, vtputa, si fuerint electi ad prælaturam propriæ ecclesiæ vel alienæ , & electioni,iam consenserunt de licentia abbatis:ad hoc c.cum dilectus,de coniuc.& c.cum dilecta,de resc. & inf.eo.c.ad pro

25 bandum.† Item cum accusant proprium prelatum :quo casu debent habere expẽsas a monasterio,vt in c.ex parte, & c.pen.de accu.Et circa hoc ponit Innocen. regulam,quod

b vbicunque licet monacho[b] agere: licet ei per alium literas impetrare.& causam prosequi,ad hoc sup. de exce.c.dilecti,in prin. Firmat & aliam regulam magis generalem, dicens quod is, cui permittitur per se agere, potest procuratorẽ constituere per l.i.ff. de procu. Et præsertim hoc procedit in religioso; quia melius est vt religiosus agat per alium, quam per se ipsum, vt in c.vno.supra de syndi. & prædicta nota-

26 bis.† Ex quibus infero,quod vbicunque religiosus habet legitimam personam standi in iudicio, ut in casibus sibi a iure permissis, in illis libellum proprio nomine potest conficere,siue agat,siue conueniatur, ad quod allego bo.tex.in c. dudum , de conuer. coniug. vbi sententia absolutoria fuit concepta in persona monialis. Idem ibi dicit Ioan.And.in condemnatoria , quando executio nõ potest fieri in bonis monasterii,ut puta quia obligatio directe concernit personã monachi. 27.q.i.c.si qua monacha.& 16.q.6.c.de lapsis.

27 † Quid autem si executio esset fienda in bonis? vt puta quia monachus cõueniatur ex facto gesto ante monachatum, & bona monachi transiuerunt in monasterium , vel ex facto gesto post monachatum in casu , quo obligatur monasterium iuxta no.per Innocen.c.cum olim, de priui.& per gl. & Doct.in d.c.ex parte,de accu.& per Arch.in c.vt periculosa,ne cleri.vel mona.lib.6. plenius per gl. & Bal.in auth. causa quæ fit cum monacho,C.de episc. & cle. Et concludе,quod si agatur contra monachum in obligatione orta ante monachatum,debet narratio facti concipi in personã monachi:quia cum eo negotiũ gestum est. Item quando obligatio consistit in personam monachi, quia non potuit per ingressum monasterii se ab obligatione liberare. ar.opt.in d.auth.causa quæ fit cum monacho : sed monasterium tenetur tãquam procurator in rem suam,ar.Insti.de acquisi. per arrog.in fin.no.Bald.in auth.causa quæ fit cum monacho. sed conclusio libelli , & sententia condemnatoria debent referri in monasterium,quod tenet Io.And.in d.cap. dudum,& multi alii in d.auth. causa quæ . Sed ubi contra Bald.ibi consuluit,quod feratur in personam vtriusque, quod satis placet,arg. eorum quæ no.in c.querelam, de ele.facit optime quod no. Innocen.super rub.de obl.ad ratioci.vbi dicit, quod si obligatus alicui intrat monasterium, & non habeat in bonis vnde satisfaciat, quod scribendo vel aliud honestum opus faciendo salua honestate regulæ ille suo creditori satisfaciat , quod no. Primo ergo executio fieri debet in bonis,si qua peruenerunt ad monasterium. Secundo prouidebitur in defectum modo prædicto in personam monachi : ex quo euidenter colligitur , quod obligatio remansit in

28 personam monachi . Secundo casu principali, cum agitur ex facto gesto post monachatum,dic quod obligatur monasterium,& contra illud est agendum : quod tamen est intelligendum,vt not.Innocen.in c.cum olim,& no.in d.c.vt periculosa,& in c.quod quibusdam, de fideius.& hoc quo ad

29 primum principale dictum.† Quo ad secundum,an religiosus possit procurator constitui. concludit hic Innoc.quod pro vtilitate monasterii,& abbate impetrante potest indu

c bic,ut in iuribus sup.alle.Dubium est,[c] nunquid possit esse procurator pro utilitate abbatis,ut si sit accusatus,uel contra eum inquiritur,& concludit,quod sic,& idem dicit in aliis negotiis abbatis,vt in electione ipsius,& similibus quia in hoc uertitur utilitas monasterii , ut bonus abbas ei præficiatur,& præfectus defendatur,quod no. Et per hanc rõnẽ

d idem dicit Innocen.[d] vt possit constitui pro laico patrono, vel

ADDITIONES.

a ¶Conspirator.quando conspiratores repellantur a testimonio,vide Arc.in §.qualiter & quando,il 1 in ii.colum.inf. de accu.& Old.in consi.cclxviii. incipiente, licet quantum ad claustrales.

b ¶Vbicunque monachus potest propria authoritate agere , potest & propria authoritate per alium literas impetrare,& ad causas illas procuratore constituere,vt hic & per D.An.in ii.colum.circ.me. & hanc eandem doctrinã tradit gl.in verbo constituere, in cle.religiosus,de procura. & pro hoc facit quod no.D.An.in c.edoceri,in prin in vi.co .de rescr. Item ad hoc facit,quia in casibus,in quib.minor habet legitimam personam standi in iudicio his casibus potest procuratorem propria authoritate constituere, ut est aca.in c.ex parte,de resti.spol. & hanc partem tenet hic D.An.in princ. in viii.colum.& Imo.in d.cle.religiosus super illa glos.in ver.constituere. & Bar.in l.cautu ex præterito.§.abiens,ff.de ma.vin qui aile l.diuus,ff.qui pe tu & idem dicit Bar in l.neque tutores,C.de procu.& vide pro ista doctrina quod no.Cy.& Bal in l.exigendi,C de procur. & quod his casibus possit procuratorem constituere, tenet Bar. & Iac.de A e.in l.si ex legati causa,ff.de verb.oblig.& alleg ad hoc glo.in l i.ff.qui pe.tu.quam uide & alleg.no.in l.ii.§.i.ff.rem ra.ha pro quo optime facit quod no. Spec.in ti. de procu.§.ratione quoque constituent s,in i.col.ver item quod constitutus est.Item adde,quod his casibus quibus coniuncta persona potest agere pro coniuncta,his & potest constituere procuratorem etiam ante lit.cont. sic est .alias no.in c.accedens, in fin.ibi procuratorem mittas qui ad agendum & respondendum,&c.sup.de procu.sed posset responderi,quod ille text.non dicit quod coniuncta persona constituat procuratorem, sed dum tex.dicit,mittas procuratorem,intelligitur, scilicet constitutum ab ipso filio,qui contraxit sponsalia.& adde,quod pro doctrina, sup.tradita de tutorem est casus in c.si annum,in prin.in a.col.de iud in vi.& alleg. .ex.& ibi Bar.in l.diuus ver.si quidem.ff.qui pe.tu. & ad idem vide lap.alle.alim. in ultima colu.& Bar.in l.a in princ.circa med.dum loquitur de seruo,ff. de procur. Sebast. Sap.

c Dubium est. Vide Gem.post Arch.in ca.nullus ii.q.vii.ubi idem tenet,dummodo fiat de mandato episcopi,& tenet Imol. in cle.& si principalis,col. xn.de rescriptis & Rom.in sing.cclxxiii.ioc.monachus non potest.

d ¶Et illud dictum Innoc.sequitur D.Ant.in c.per venerabilem,in iii.col.qui fil.sint legi & in c.ex parte,de interim & in c.i.de syn.in vle.col.& in c.cũ M.Fer.xii.in col.de const.& Imo.post D.An.in cle.& si principalis,in ix. col.in fi.de resc.& sequitur Arch.in c.nullus.ii.q.vii Sed contra hoc fortiter urget quod no.Io.An.in c.i.in fi.de post.ubi dicit,quod ad hoc ut monachus possit esse procurator , non sufficit quod secundario adsit utilitas monasterii,sed oportet quod ad sit principaliter.item adde hic D.de Ro.in antiquis deci.xxxiii & nouis.deci.ccclvi.item uide Doct. in c.quoniam.in ii.col.ue.sed quid si est constitutus,de procur.in vi. Seb. Sap.

vel principe, vel magno defensore, siue vtili amico monasterii. Nam episcopo videtur hoc officium procuratoris interdicendum magis, quam monacho. 5. quæstione tertia, ca. cum scimus: & tamen archiepiscopus fuit procurator pro quodam domino laico, vt habetur in ca. per venerabilem, qui fil. sint legi. multo ergo fortius in prædictis casibus est monachus admitiẽdus, cum versetur vtilitas monasterii, promouẽdo causam magni domini, vel amici monasterii, & si is, contra quem constituitur, excipiat quod in hoc non vertitur vtilitas monasterii, replicabitur secundũ Innocen. quod non spectat ad ipsum de hoc inquirere, vel scire, possent enim tales esse, & ita occultæ vtilitates monasterii, quod non expediret, imo officeret ipsas omnibus esse notas: sed conuentus, ad quem pertinet scire & tractare vtilitatem monasterii, vel etiam ipse monachus, qui cõstituitur, posset contradicere ex hac causa. Item & de mandato episcopi potest monachus constitui procurator secũdum Innocen. allega. 16. quæstione prima, capit. qui vere, quod intellige pro vtilitate communi & publica ecclesiarum: de quo tamen dic, ut not. per Innocen. & alios in c. t. de sta. re. quinimo plus dicit Innocen. quod etiam contra voluntatem episcopi & abbatis possunt monachi denunciare malum prælatum, & ad hoc procuratores constituere, vt hic patet, & 2. quæstione septima, c. qua propter: quinimo pro ꝓsecutione cuiuslibet negotii, in quo plures monachi agendo, vel defendendo admittuntur, possunt vnus vel plures ex his pro se negotium prosequi, & etiam constitui procuratores ab aliis nomine eorundem, vt hic not. probatur secundum Innocen. & bene infra de accu. c. cum olim, & allegat ad hoc bo. tex. apertum iuncta glo. in versi. consorte, in cle. religiosus, & de procur. † nec obstat prędictis secundum Innocen. in dicto c. non dicatis. vbi dicitur, quod nec literas debet recipere monachus sine licentia superioris, quod intelligitur de literis quantuncunque priuatis & amicabilib. sibi missis, vt ibi no. ergo fortius hoc idẽ dicendum in procuratoriis. Ad hoc enim respondetur, ꝙ præmissa conclusio procedit, quando vertitur vtilitas monasterii, & in casibus sibi a iure permissis. contrarium vero procedit regulariter, & pro vtilitate propria, quod est notandum. Ex prædictis summe multas notabiles limitationes ad cap. 2. de postu. maxime quatenus ibi fit mentio de vtilitate monasterii, vt sic illud verbum sumatur valde late, & ex hac significatione sic late sumpta dicit Hostien. in c. ex rescripto, de iureiurand. quod ex abbatis permissione potest monachus deputari ad tempus ad seruitium alicuius prælati, vel magnatis, quia hoc non fit sine vtilitate monasterii; cum per illum negotia monasterii promoueãtur, sicut alias dicitur de clerico seculari, vt in c. cum dilectus, de clericis non residen. ad hoc alleg. tex. cum glo. in c. cum pastoralis. 2. quæst. 7.

SVMMARIVM.

1 *Iniuria fit alicui, etiam si ei dicis veritatem, dummodo iniuriandi animo dicas, de quo inf. nu. 26.*
2 *Actio iniuriarum siue intentetur ciuiliter, siue criminaliter infamat aliquem, licet aliquo respectu talis infamia possit vitari. 3. 4. 5.*
3 *Procurator non potest interuenire in causa corporali.*
Pro iniuria potest aliquo casu inferri pœna corporalis.
6 *Actio iniuriarum an competat pro modica iniuria.*
Condemnatus pro modica iniuria, an efficiatur infamis. nu. 8.
7 *Delicta quantumcunque parua sunt punienda.*
9 *Infamia facti est illa, quæ obuenit ex communi hominum oblocutione, quæ non potest aboleri, nisi contrario facto videlicet, quod contrariũ dicatur.*
10 *Papa potest restituere famæ tam laicos, quã clericos sibi subiectos, alios vero non.*
Degradatus & depositus potest per Papam restitui, non si constat, quod ex hoc est effectus infamis.
11 *Legitimare, & famæ restituere procedunt a pari.*
12 *Collegium cardinalium vtrum possit aliquem famæ restituere.*
13 *Cardinales sede vacante nil possunt exercere de spectantibus ad Papã.*
14 *Episcopi an possint aliquem famæ restituere.*
Episcopi dispensant a votis, iuramentis, & fidelitatibus, & huiusmodi.
15 *Criminosus, cum quo est dispensatum, potest testificari in omni causa, & quemlibet accusare: si uero non est dispensatus, non.*
16 *Restituere famæ non possunt prælati inferiores episcopo.*
17 *Imperator potest imperio suo subiectos famæ restituere, & taliter restitutati citra aliam dispensationem possunt promoueri ad sacros ordines.*
18 *Senatus Romanus non potest hodie famæ restituere, quia apud eũ nulla iurisdictio remansit.*
19 *Principes & ciuitates non recognoscentes superiorem possunt famæ restituere.*
Ciuitates non recognoscentes superiorem habent tantam potestatem, in se, quantam habet imperator in vniuerso.
20 *Infamis ex forma alicuius statuti potest restitui famæ per principes & ciuitates superiorem recognoscentes.*
21 *Præscriptio, qua præscribuntur reseruata principi, requirit tempus, de cuius initio non est memoria.*
22 *Restituere famæ non possunt inferiores principes, nisi in quandam consequentiam.*
23 *Actio iniuriarum intentatur ciuiliter ad pecuniariam æstimationẽ per iuramentum iniuriati secundum formam hic traditam: secuta tamen taxatione iudicis.*
24 *Actio iniuriarum si est intentata ciuiliter, non potest vlterius criminaliter intentari.*
25 *Dicentium ad inuicem iniuriam pot est alter alterum accusare.*
26 *Delicta paria mutua compensatione tolluntur, quando agitur ciuiliter: secus si criminaliter.*
27 *Dicere alicui, tu es bastardus, animo iniuriandi, est verbum iniuriosum. 28.*
29 *Animus an fuerit bonus, vel malus, indicatur per circumstantia, & indicia.*
30 *Libellum famosum si quis repererit, & in eo contenta propalauerit, grauiter punitur.*

CAP. XXIII.

1 CVm te. † Damnatus[a] in actione iniuriarum infamis est, & per papam potest famæ restitui Ita communiter summatur. & procedit hæc summatio secundum unũ intellectum, quem gloss. non sequitur. sed secundum quod glo. intelligit summo sic. Damnatus pro nulla, vel modica 2 iniuria infamis non efficitur. † Quæ autem istarum lectu-b rarum sit verior[b] 1. subiiciam cum gl. 2. Diuiditur in duas partes. In prima ponitur petitio. In secunda eius examinatio, vel responsio, ibi. Nos autem. Casus literalis. H. de Castro Guartini, & B. habuerunt inter se verba iniuriosa, ita quod H. dixit ipsi B. quod equus suus non erat minoris valoris, quam capilli ipsius B. quare ipse B. conuenit H. actione iniuriarum. iudices quidam, qui super hoc cognoscebant, condemnauerunt dictum H. in decem solidis. vnde ipse timens, ne per dictam sententiam notaretur infamia, petiit a domino papa beneficium restitutionis ad famam, papa vero considerans, quod nulla vel modica sibi fuerit facta iniuria, vult ipsum H. per dictam sententiam infamia non notari. Ber. No. 1. quòd licet quis dicat verum, ex quo tamẽ iniuriandi animo dicit, tenetur actione iniuriarum. nam equus, quanquam vilissimus. non est verisimile quod sit minoris precii, quam capilli alicuius: sed quia hoc illi improperauit animo iniuriandi, tenetur de iniuria, & generaliter cum quæritur, an dicens alicui conuicium, quod est in se verum, teneatur actione iniuriarum, dic vt inf. plenissime dicam in vltima q. Not. 2. quod licet actio iniuriarum sit priuati iuris, vt l. fin. C. de iniur. tamen irrogat infamiam condemnato, vt hic, & l. i. de his qui no. infam. & ibi habentur multa, de quibus quis damnatus efficitur infamis. Et scias quod infamia iuris quandoque ex genere pęnæ, quandoque ipso facto, scilicet ex genere facti, qđ prosequere, vt leg. & no. 3. q. 7. c. infames, §. porro infamia. alia 2 non colligo; quia veniunt. in f. discutienda. † Quæro, nunc an actio iniuriarum infamet, siue agatur criminaliter, siue ciuiliter? Gl. i. no. dicit ꝙ sic, all. l. athletas, in fi. ff. de his qui no. infa. Ille tamen tex. aperte hoc non probat. ibi. n. solum dicitur, quòd damnatus furti, vi bon. ra. & iniuriarum, de dolo

ADDITIONES.

a ¶ Damnatus. Pro intellectu huius decr. vide Bartol. in l. infamem, ff. de pub. iudic.

b ¶ Sit verior. Not. quod intellectus, qui placet Hostien. violat literam, ideo alius intellectus videtur verior, nec obstat quod responsio debet conuenire, quia ille non petebat simpliciter se restitui: sed timens esse notatus, sed non affirmabat se notatum. q. d. ego timeo non esse notatum, quia illa iniuria fuit nulla vel modica. tenendo alium intellectum iste tex. probaret, quod sententia nulla infamaret, quod non est dicendum. & an cancellatio banni restituat famam, vide Bald. in l. generaliter, C. de senten. pas. Andreas Barbatus.

dolo malo suo nomine damnatus pactusve fuit, efficitur infamis, & sic non attingit specifice casum, quando agitur ciuiliter. Doct. tamen simpliciter hic transeunt cum glo. Sed tu habes glo. in contrarium in c. at si clerici, de iud. in vers. a non suo iudice, prope fi. quę tenet contrarium, dicens generaliter, quod damnatus de crimine infamiæ euitat infamiam, si agitur ciuiliter: sed primum dictum sentit gloss. in c. multi. 2. quæstione prima, & tenet gloss. & Bartol. in l. infamem, ff. de pub. iud. vbi plus dicit, quod etiam in crimine publico efficitur quis infamis, licet actum sit ciuiliter. satis enim est, quod habeat causam publici iudicii, quod singulariter no. & pro gloss. nostra facit, quia iura simpliciter dicunt, quod damnatus in actione iniuriarum efficitur infamis. l. 1. & ad d. l. athletas, de his, qui no. infam. ergo indistincte intelligi debent, de ma. & obe. c. solitæ, & 19. distin. c. si Romanorum, præsertim in casu nostro. nam cum actio iniuriarum sit priuati iuris, dicta l. fi. C. de iniur. non est curandum, an sit actum ciuiliter, an criminaliter, & profecto pro hac sententia videtur tex. in d. l. infamem, in fin. 3 † Sed quæro, an subsit aliquod aliud remedium euitandi a principio hanc infamiam? Solu. hic gl. 1. dat vnum remedium, vt scilicet conuentus actione famosa constituat procuratorem, & non patiatur ipse sententiam. l. furti, §. si quis alieno. ff. de his qui no. infa. vbi dicitur qđ condemnatus alieno nomine non efficitur [a] infamis, & ideo nec procurator meus nec ego incurrimus infamiam. Pet. dicit hanc cautelam procedere, [b] quando ciuiliter agitur: quia si criminaliter non constituitur procurator in actione iniuriarum, nisi constituens, sit illustris, vt in l. fin. C. de iniur. & 3. quæst. 9. c. absens, §. nisi in crimine. Dices tu, quare hoc, cum vsque ad pœnam relegationis possit constitui procurator. l. 1. ff. an per alium causa appel. & no. in c. veniens, infra de accu? dico hoc ideo esse, quia cum agitur criminaliter de iniuria pœna est arbitraria, vnde potest iudex imponere pœnam corporis afflictiuam, vt Insti. de iniu. §. in summa, quæ gl. singulariter dicit, quod etiam Pœnam mortis [c] possit iudex inferre, quæ cum non sit exequisibilis in absentem, non debet interuenire procurator, ne sententia sit in illum euentum frustratoria. Et sic no. sing. ex d. l. fin. & d. §. nisi, quod etiam in crimine priuato non interuenit procurator, quando potest imponi pęna corporis afflictiua, quod etiam no. Bar. in d. l. fin. & sic ampliatur intellectus l. peo. §. ad crimē, ff. de pub. iud. vbi solum dicitur de crimine publico. An autem sententia sit prædicto casu ferenda in personam domini, dic post Cyn. in d. l. fina. quod cum agitur criminaliter, sententia est ferenda in personam domini, & non procuratoris, vt dicit tex. in d. l. fin. & rationem ibi vide per Cy. Si vero agitur ciuiliter, debet ferri in personam procuratoris. d. l. furti, §. si quis alieno, & no. Cyn. in l. 1. C. de senten. 4 † Quid autem si iudex sequēdo communem theoricam. de qua in c. querelam, de elect. & l. i. C. de sentent. & interloc. om. profert sententiam contra procuratorem, & contra dominum, nunquid dominus efficiatur infamis? Cyn. in l. si non conuicii, in vlt. quæst. C. de iniu. sentit quod sic. & sentit idem in præalle. l. 1. dicit tamen, ibi quod sententia non est ferenda contra dominū hoc casu, alias nullum esset consilium legis. vnde dicendum (vt ipse sentit) quod aut sententia non tenebit per tex. præalle. in l. i. aut dominus notabitur. quia verum est dicere ipsum fuisse condemnatum, & sic cessat ratio d. §. si quis alieno, quod no. 5 † Cape aliud remedium extra glo. vt vocatus ad iudicium in actione iniuriarum, vel alia famosa actione soluat [d] ante, quam condēnetur. tunc enim absoluetur; quia soluit. Ad hoc tex. not. in l. si reus, ff. de procurator. & ibi per Bar. & in d. l. infamem, prope finem, & sic limita istam gl. super qua nihil scribunt Doct. 6 † Quare papa noluit istum cōdemnatum actione iniuriarum notari infamia? Glos. secunda reddit multas generales causas, vt patet in ea. Et videtur gl. velle quod iste non fuit notatus infamia, licet fuerit condemnatus, quia iniuria fuit nulla, vel minima, vt in tex. & ex hoc si gl. esset vera, haberetur solennis limitatio ad iura generaliter & indistincte dicentia, quod actio iniuriarum infamat, vt non procedat in iniuria modica. Item voluit hæc glos. & aliud notabile, si esset verum, quòd pro modica iniuria non datur actio iniuriarum, sicut nec actio de dolo pro modico. duo sunt examinanda. Primum, an pro modica iniuria detur, seu competat actio iniuriarum. Secundum, an condēnatus pro modica iniuria, maxime verbali, efficiatur infamis. Circa primum Ioan. And. tenet hic aperte, contra gl. dicens, quod in tex. colligitur contrarium, & idem sentiūt hic Doct. & Bartol. in dicta l. infamem prope fi. allegans ad hoc istum tex. Sed volens respondere ad istum tex. postum dicere, quod hic fuit iste iniuste condemnatus. nam papa hic dicit, quod pro nulla uel modica iniuria fuit iste condēnatus. vnde pondera verbum, nulla. sed hoc non obstante teneo primum, vt scilicet detur actio iniuriarum, quantuncunque leuis fuerit iniuria. primo facit iste tex. in quo papa non dicit sententiam nullam, vel iniustam: sed quod iniuria fuerit ita modica, [e] vt quasi nulla videretur. Item hoc probo ex etymologia vocabuli. dicitur enim iniuria omne id quod non iure fit, & appellatur contumelia a contēnendo, quia inferens iniuriam alium contemnit, ut probatur in l. i. ff. de iniur. hic enim conueniūt iniuriæ etiam modicę. 7 † Nam delictum quantuncunque paruum puniendū est. l. recipiendum, ff. de pœnis. c. non afferamus. 24. quęst. 1. hinc dicit glo. no. in c. duo sunt. 96. distinct. quod omnis contumacia est excommunicatione digna, & tanto est maior, quanto ex minori resurgit: quia videtur magis iudicē contemnere. 8 † Quo ad secundum Spec. in titu. de in integ. restitut. in secunda parte. §. videndum, in fin. sequitur opi. huius glos. dicens, quod papa istum non restituit, sed declarat eum non infamem, quia pro modicis verbis fuerat condemnatus, & placuit hoc Per. sed alii Doctor. vt Innocen. Hostien. Ioan. And. & D. Car. tenent contrariam opinion. vnde Innocen. in ver. Volumus, supplet, restituendo te plene; & sic intelligit, quod Papa istum restituit pristinæ famæ. Item secundum Ioan. And. responsio debet conuenire petitioni, de fide instrumentorum, capit. inter dilectos, ver. cæterum, quasi innuat, quòd cum hic fuerit postulatum beneficium restitutionis ad famam, papa respondendo, per verbum volumus, videtur restituisse, pro hoc allego meliorem tex. Insti. de inut. stipul. §. præterea. vbi dicitur, ꝙ si quis stipulatur a me decem sub conditione, vel ad diem, & ego simpliciter respondeo, promitto, videor spopondisse sub conditione, vel ad idem ſm quod præcessit inter-

ADDITIONES.

a ¶ Non efficitur. Vide Bal. in co. c. i. in §. iniuria, de pact. u a. fir. de damnato de leui iniuria. And. Barb.

b ¶ Procedere. Vide Bal. in l. nihil, post medium, C. de procura. & in l. eos. §. super his, versiculo extra out C. de appellation. & in l. fin. C. de iniu. Sebastianus Sapia.

c ¶ Pœnam mortis. Adde an procu. possit interuenire, cum pœna est arbitraria, Pet. de Ancha. consi. cclxxii. & an iudex possit arbitrari pœnam corporalem, per Alex. consi. cxi. n. lib.

¶ Circa hoc, quod hic dicitur, an iudex possit arbitrari pœnam corporalem, quando pœna est collata in arbitrio iudicis dicas, quod potest imponi etiam pœna mortis, quando pro similibus delictis con[illegible] imponi secundum D. Ant. & Ioan. de Imol. in c. de causis, de offic. deleg. & vide Do. Car. [illegible] Abba. & Imol. in c. ex literis, de rescrip. & Ioan. de Imo. in l. ii. ff. de pub. iud. & Bald. in l. & si seuerior, in 2. column. C. de iutam. & an & quando in arbitrariis possit iudex arbitrari pœnam mortis, vide Bal. in c. 1. in §. iniuria, de pace iur. firmā. vbi dicit, ꝙ propter excessum criminis potest arbitrari pœnā, vsque ad mortem inclusiue. & vide glo. I. [illegible] de mu. & ibi plene per Ang. Are. in §. in summa, & adde quod semper princeps potest arbitrari pœnā mortis, vt per Bal. in l. 1. C. de sacrosanct. eccl. & in l. quicunque, C. de [illegible] adde, ꝙ si arbitraretur iudex imponendam esse pœnam mortis, tunc putarem non admitti procuratorem ad plenam causæ defensionem, sicut in aliis criminibus publici iudicii, iuxta quę habentur in l. seruum quoque. ff. de procura. & in l. pen. §. ad crimen, de pub. iud. & per glo. in c. veniens, de accu. vbi plene de materia, & habetur in c. [illegible] de procu. Adde Bal. in l. fin. in fin, vbi bon. rez. C. de dolo, & Bal. in l. ea, quæ, C. de condi. indeb. in fi. & in d. l. si reus, per Bal. in l. vsque, de rei vendic. item vide Bar. & Doct. in l. iusiurandum, ꝙ ad pecunias, in § cū res, ff. de iureiurand. vbi Bar. dicit, ꝙ alias persuasit cuidam potestati existenti in officio, cum ibi esset statutum, ꝙ quando aliquis potestas condemnabatur in syndicatu, ꝙ tunc nec ipse, nec aliquis de sua familia posset esse ibi potestas: ꝙ soluat antequam esset condemnatus. Et adde D. Matth. in no. 84. & Bar. Veron. in cau. xxvii. vbi ponit duas alias cautelas ad euitandum dictum statutum. Anton. Franc.

d ¶ Soluat. Vide Decium post Abb. in c. at si clerici, in princi. columna xvi. vers. & retenta conclusione, supra de iudi. ubi allegat Bald. in l. prima, in secundo no. C. de dolo, & in l. vsque, in fin. princip. ff. de rei vendicat. Sebastianus Sapia.

e ¶ Ita modica. In pœnalibus de minimis habetur ratio, vt hic, & tradit Bald. in l. prima, §. de exercitoribus, ff. nau. cau. stabu. ubi dicit, quod pœna, quæ imponitur comburenti domum, habet etiam locum in comburente domunculam. vide multa per Deci. qui etiam alleg. Abb. hic. in c. de appellationibus in ii. no. de appel. Ias. in authen. qui rem. column. iiii. C. de sacrosanct. eccles. aduerte tamen, quod dicit Bald. in c. cum adeo, column. 2. sup. de rescrip. ꝙ notarius non potest puniri de falso, quando falsitas est in re modica. & dicit Alex. in consi. xciii. in iii. uol. ꝙ fabricans falsam monetam paruam, non punitur pęna fabricantis falsam monetam. Seb. Sap.

interrogatio, subiiciens tex. ibi rationem, quia non est necesse in respondendo eadem omnia repeti, quę stipulator expressit, [a] ita dico in proposito nostro. Item hoc idem colligit per verbum, Volumus, quod est verbum inducens dispositionem, & non simplicem declarationem, ad hoc tex. iuncta gl. in cle. vna, de offi. vica. & in c. pręsenti, in vet. loca. de pręben. lib. 6. hoc idem per istum tex. reperio tenere Bar. in d. l. infamen, prope fin. Tertio ad vtranque quęstionem facit, quia iura simpliciter & indistincte dicunt, quod condemnatus actione iniuriarum efficitur infamis, nec distinguunt, an agatur ciuiliter, an criminaliter, an fuerit modica, vel magna iniuria. d. l. i. & l. athletas, de his qui no. infa. ergo indistincte sunt intelligenda. l. de pretio, ff. de publi. in rem act. & in iuribus pręalle. & per hoc sit expedita glo. 2. cum materia sua. 9 † Opp. & videtur, quod papa nō potuerat istum liberare ab infamia, quia non est suppositus iurisdictioni suę. nec per impositionem pęnitentię potuit eum pristinę famę restituere, quia licet per pęnitētiam animas saluare possimus: infamiam tamen abolere non possumus, vt 2. quæst. 3. c. Euphemium. §. hinc colligitur. Solu. duplex datur secundum glo. fin. Primo, quia possumus intelligere istum fuisse clericum: sed hoc non colligitur ex litera. Secūdo, quia forte iste suberat Papæ quo ad temporalem iurisdictionem. Sed pro clariori expeditione totius materię prosequar hoc generaliter post Innocen. qui possint famę restituere. & primo scias duplicem esse infamiam. vna est facti, quæ prouenit ex communi hominū locutione, de qua plene per Bar. in l. de minore. §. tormenta, ff. de quæstio. & vide quod dixi in c. testimonium, de testib. & ista non potest per aliquem aboleri, quia cum consistat in facto, oportet quod facto contrario tollatur, & in isto habet locū d. §. hinc colligitur, præalleg. non enim potest facere princeps, vt facta habeantur pro infectis. l. in libello. §. factæ. ff. de capt. & c. si Paulus. 32. quæst. 5. nec potest mutare voluntatem hominum, seu eorum expressiones & opiniones. 47. distinct. ca. sicut. 2. §. necesse, in fi. sed bene potest princeps disponere, quod talis infamia facti non habeat effectum, & debet facere cum viderit illam esse iniustam, maxime ab æmulis ortam vt in c. cum in iuuentute, de præsump. 2. quæst. 5. ca. Mennam. Alia species infamiæ est iuris, quæ scilicet, a iure infligitur, ut in ca. infames. §. porro. 3. q. 7. & super ista versatur materia nostra. quam expediam per octo quæstinnes. Prima, quid in Papa. Secūda est quid in collegio Cardinaliū. Tertia, quid in episcopo. Quarta, quid in inferioribus prælatis. Quinta, quid dicemus de imperatore. Sexta, de senat. Septima, de regibus, & aliis principibus circa imperatorē. Octaua, de iudicibus inferiorib. 10 † Ad primum de papa concludendo hic glo. & Innocen. dic, quod clericum indubie famæ restituere potest, ut hic secundum unum intellectū, intelligendo quod iste fuit clericus. Pręterea papa restituit clericum depositum, seu solenniter degradatum, ut leg. & no. in c. ideo. 2. quęst. 6. qui tamen ex tali degradatione fuit effectus infamis, vt legitur & no. tam in milite cœlestis militiæ, quam secularis. in l. 2. §. ignominiæ. ff. de his qui not. infa. Idem dicendum de laico ecclesiæ subdito quo ad administrationem temporalem, ut illum papa restituere possit, ut hic in glo. & probo per c. per venerabilem. qui fil. sint legi. vbi probatur, quod in terris subiectis ecclesiæ papa exercet omnia iura imperii, ad idem 96. distinct. ca. Constantinus, & c. fundamenta, de ele. lib. 6. & cle. pastoralis, de re iudic. cum simi. Laicum vero alteri suppositū communi opinione tenetur, ut restituere famæ nō possit, quod mihi placet. ad quod allego c. causam, qui fi. sint le. vbi patet, quod de istis temporalibus papa se impedire non debet in terris aliorum, concor. c. solitę, de maio. & obe. & c. si imperator. 96. distin. maxime, quia imperator hoc sibi seruauit in prærogatiuam imperii. l. i. §. de qua, ff. de postu. probo etiā per identitatem rationis per c. per venerabilem, præalle. nam sicut papa non legitimat alteri suppositum, ut ibi communiter tenetur, ita nec famæ restituere potest. 11 † Cum ista pari ratione procedant, ut not. Innocen. in c. cum P. tabellio, de fide instrumentor. Dubitatur tamen, quid si papa indiget eo ad clericatum? quo casu tenet hic Innocen. quod papa tantum, & non alius possit restituere famę, ut sic restitutus possit ad clericatum assumi, ar. 54. distinct. c. multos, & c. ex antiquis, vbi potest ecclesia seruum alterius assumere, dummodo ius suum domino serui compenset. Hostien. dicit, quod licet pro Innocen. faciat, quod laicus non eligitur: sed tantum postulatur. 6 t. distinct. c. Osius, in princi. & §. sed aliud, postulatio autem ad episcopatum facta per aliū approbari non potest, quam per papam, ut in ca. fin. de postul. pręla. ubi de hoc, tamen ipse quo ad casum istum tenet contrarium secundum Ioan. And. sed Domi. Anto. sequitur Innocen. & dicit quod Hostien. non sentit aperte contrarium. Idem Archidiacon. [b] 2. quęstione tertia, c. Euphemium. §. hinc colligitur. Ego etiam sequor Innocen. & allego bonū casum in d. ca. per venerabilem. vbi patet, quod papa legitimat aliquem laicum quo ad spiritualia, ut sic per omnia restitutus censeatur natalibus. Fortius ergo potest talem famę restituere quo ad spiritualia, & per cōsequens censetur restitutus quo ad temporalia. pręsertim cum non tractetur hoc casu de alterius pręiudicio, monstruosum siquidem videretur, vt quis censeretur integrę famę quo ad spiritualia, quę sunt digniora, & non quo ad temporalia, vt arguit ibi tex. & uide quod ibi not. & sic dico ibi esse casum de hac quęstione, cum (ut dixi) legitimare, & famę restituere iudicentur a pari. 12 † Venio ad secundum Innocen. hic uoluit, quod collegium cardinalium possit famę restituere. mouetur, quia authoritatem senatorum habet, alle. d. cap. Constantinus. 96. distinct. & sic potest intelligi secundum eum, quod dicitur, quod ecclesia habet senatum, & cum Innocen. transeunt communiter Docto. hic sequentes. Idem tenuit Bar. in d. l. i. §. de qua, ff. de post. sed in l. infamem, ff. de publi. iud. prope finem, videtur uelle hoc procedere, cum ecclesia caret Pastore, idest mortuo papa, Innoce. sequitur Archid. & ibi glo. tenet hoc in c. ecclesia. 16. quęst. i. & in 2. quęst. 3. §. hinc colligitur, c. Euphemium. sed Lau. & Ioan. de Lig. sentiunt oppositum in cle. ne Romani, de ele. per illum tex. Et profecto antequam eos vidissem, placebat mihi ista opin. contraria, & facio hic fundamentum. In iure non legitur, quod collegium cardinalium, uel singulares cardinales habeāt alicuius iurisdictionis exercitium sine papa, pręterquam in titulis eorum in quibus secundum communem opinionem habent iurisdictionem quā episcopalem. vt legitur, & no. in c. cum in ecclesiis, de maio. & obe. & in c. vno, eod. titu. lib. 6. facit quod no. Ioan. mona. in c. super eod. inf. de hęre. lib. 6. 13 † Post mortem uero papę vacante ecclesia iurisdictionem exercere non possunt, per text. illius cle. nę Romani. vbi dicitur, quod vacante ecclesia nil possunt cardinales exercere de spectantibus ad papam. Non obst. c. Constantinus, super quo se fundat Innocen. & eum communiter sequentes, ille enim tex. solum facit in eo, quod imperator Constantinus concessit diuersi ordinis clericis reuerendissimis sanctę Romanę ecclesię seruientibus, vt haberent culmen, & dignitatem senatus, quasi velit Innocen. quod sicut senatus Romanus poterat restituere famæ, vt in d. l. i. §. de qua, ff. de post. ita & collegium cardinalium, cum habeat senatus potestatem per illū tex. Sed certe iudicio meo non facit: [c] tum quia non loquitur de cardinalibus: tū quia imperator non potuit dare potestatē hanc in ecclesia Dei; quia hoc pertinet ad papam. Præterea illud nunquam fuit repertum, vt collegium cardinaliū exerceret iura senatus nam senatus habebat potestatem legis condendę, vt in l. 2. §. deinde, ff. de orig. iur. & institu. de iur. natu. ge. & ciuil. §. senatusconsultum. 14 † Venio ad tertium, quid de episcopalis. Inno. indistincte tenet, quod licet minores, & [d] & maiores possint

ADDITIONES.

a ¶ Expressit, Adde pro hoc, quod dicit Ant. de But. consi. ii. de clausula, fiat, ut petitur, quæ poni solet in signatura supplicationum.
¶ Circa istam c autulam, fiat, simpliciter appositam in signatura, dicas quod refertur ad narrata in supplicatione, quia Papa uidetur omnia supplicata concedere, sed si addatur in rescripto uerbum, ius, vel iustitia, ut puta quia dicatur quod fiat ius, uel iustitia, operatur ut ualeat sententia etiam iniusta, licet ab illa possit appellari, ut per Innocen. in c prudentiam, de off deleg. & uide Pau de Ca. in l. si ff. de iustitia & iur. ubi ponit de ista clausula. & Ang. in Auth. de hær. & Fal. in §. exheredatos & uide Bald. in c. cum uenisset, de testi. & in c. ii. in ii. colum. de of. dele. & per nouissimos in l. iustitia, ff. de iusti. & iur. ubi multa adhoc allegant.
b Item uide eundem in ca. si quis cum militibus. vi. q. i. ubi dicit, quod si Papa restituit taliquem infamem in suo ordine, est admittendus ab imperatore, quia ipse imperator minor &c. ex quo ei minora conceduntur. & quod Papa non possit tollere infamiam irrogatam per iudicem ciuilem, tenet Beat. Thom. ii. ii. q. clxviii. ar. vl. in fi.
c ¶ Non facit. Adde quod Ro. consi. cccc. viii. tenet opi. Inno.
d ¶ Licet minores. Vide Inno. in l. infamen, in v col. ff. de publi. iud. cum alleg. per Dec. in c. at si clerici, colum. xi uers. iuxta sfine. Alibus concludi, supra de in. ubi tangit, an possit episcopus restituere in consequentiam, licet non possit principaliter.

poſſint in multis reſtituere,& in multis diſpenſare, vt not. in c.dilectus.de tēp.or.& c.at ſi clerici.§. de adul.de iud.& abſoluere a iuramentis,& votis,& fidelitatibus,vt in ca. 1. de voto,& c.cum quidam,de iureiurand.& no.io c.debitores.eo.tit.& 15.quæſtio.6.c.authoritatem:in integrum tamen reſtituere non poſſunt quo ad honores & ſimilia,nec infamiam remittere,quia hoc nullo iure cauetur,& hoc ſequitur Hoſtien.adducens ꝙ oon diſpenſat cū patiente defectum io natalibus quo ad ordines,vt hodie habetur in c. 15 t.de fil.presbyt.li.6.† Dicit etiam Innocen. ꝙ ſi epiſcopus cum alio criminoſo,quam cum infami diſpenſat,bene admittitur ad accuſandum, & teſtificandum non ſolum in ciuili,ſed etiam io criminali,non ſolum contra laicos,ſed & contra clericos,cum & talis,cum quo diſpenſet,poſſit(qđ plus eſt)ad ordines promoueri,& ad beneficia, & ad alios actus legitimos. quare multo fortius poterit accuſare & teſtificari etiam in ſacerdotes. 2.quæſt.7.c.ipſi apoſtoli, & c. præcedenti,& ſequen. Nec obſt.ſupra de teſtibus ca.teſtimonium.vbi dicitur, quòd condemnatus de crimine non poteſt teſtificari in criminalibus quod intelligendum eſt, quando non eſt diſpenſatum ſecundum Innocē.vel ſecundum Ioan.And.cum fuit condemnatus de crimine, ad cuius ſententiam fit infamis;& prædicta no.Glo.tamen Io.in c.domino Sancto.50. diſt. & in c.Euphemium.§.hinc colligitur.2. quæſtio.3. dicit ꝙ epiſcopus in omni crimine, in quo poteſt diſpenſare,poteſt infamiam tollere.Innocen.tamen & Hoſtien.communiter ſequentes ſentiunt hic oppoſitum,vt patet ex prædictis.Ego vero tenui in d.§.de adulteriis,quod epiſcopus non poteſt diſpenſare ſuper infamia a principaliter,ᵃ & hoc caſu procedunt prędicta, ſed vbi venit acceſſorie ad caſum ſibi permiſſum dico,ꝙ poteſt. Nā condemnatus de adulterio efficitur infamis. l.2.ff.de his q̃ not.infam. & tamen epiſcopus diſpenſat cum tali, vt dixi plene in d.§.de adulteriis. Ad idem videtur tex.ſecundum vnum intellectu in d.§.de qua. vbi habetur, quod inferior abſoluit ab infamia,quando veniebat acceſſorie ad ſententiam contra quam ea cauſa reſtitutionem in integrum conceſſit.multa enim conceduntur acceſſorie, quæ nō veniūt 16 principaliter.l.i.ff.de auctor.tut.† Ex his infertur ad deciſionem quarti dubii.dicendum eſt enim quod iſti citra epiſcopum reſtituere famæ non poſſunt,præſertim cum nunquam diſpenſent, niſi io caſibus a iure expreſſis, vt plene 17 dixi in d.§.de adulteriis.† Ad quintum de Imperatore,ᵇ dib cendum quòd ſuæ iuriſdictioni ſuppoſitos indubie poteſt famæ reſtituere, cum hoc ipſe ſibi reſeruauerit in ſignum priuilegii ſpecialis.d.§.de qua. Alteri vero ſuppoſitos,puta Papæ, non poterit ſicut ſupra dixi de Papa reſpectu ſubiectorum Imperatoris. An autem laicus infamis reſtitutus per Imperatorem poſſit promoueri ſine alia diſpenſatione ad clericatum,poſſet adduci Innocen. pro & cōtra, vt patet ex prædictis. Sed ego credo quod ſic,dummodo egerit pœnitentiam, quia incipit eſſe, quod non fuit, vt in c.ferrum. 50. diſtinct. Poſſet tamen in contrarium argui, quia imperator non poteſt habilitare quo ad ſpiritualia, argumen.in d.ca.per venerabilem: & hoc forte uoluit Innocen.in eo,quod dixit Papam tantum,& non alium poſſe reſtituere laicum famæ, cum ſibi neceſſarius eſt in clericatu. Poſſet tamen intelligi,quod illa dictio,tantum,excludat alios prælatos inferiores,non autem imperatorem, cū ſimpliciter reſtituat priſtinæ famę. nam reſtitutio eſt primi ſtatus reintegratio. 2.quæſt.3.c.ſi quem.§.fin. & l.1. C. de ſent.paſ. & imperator potuit tollere infamiam, quam ꝑ legem ſuam intulit, & perinde ſentire, ac ſi ille nunquam fuiſſet infamis quo ad iuris effectum, vt no.gloſ.in ſimili in cle.1.de immu.eccle.& reſpectu criminis, quod fuit notorium,non poteſt haberi pro infecto: poterit tamen epiſcopus poſtmodum diſpenſare,ſicut facit cum illo, qui in notorium crimen ſine infamia incidit,de temp.or.c.ſi. & no. bene hanc mediam viam, quam puto de iure veriſſimam. 18 † Ad ſextam de ſenatu.certum eſt, quod olim poterat.d.l. 1.§.de qua,ff.de poſtu.ſed hodie non eſt amplius iſte ſenac tus,ᶜ præſertim Romæ: nec remanſit hodie aliqua poteſtas in ſenatu.hinc no.dixit Bar.in l.fin.C. de legi,quod hodie populus Romanus & ſenatus nō poſſunt facere legem: ſed olim ſic; ratio eſt hęc ſecundum eum.nam poſtquam populus Romanus tranſtulit poteſtatem in principem, adhuc apud eos remanſit poteſtas eligendi & priuādi, ut l.2.§.ex actis,ff.de orig.iur. ideo illo tempore poterat populus Ro-

d manus,& etiam ſenatus legem condere.ᵈ Sed hodie omnis poteſtas imperii eſt abdicata ab eis. Ius enim eligendi habent principes de Alemania,de quibus per gl.in c.ad apoſtolicæ,de re iud.li.6. & ius priuandi habet ſolus Papa d.c. ad apoſtolicæ,facit ca. venerabilem, de electione,& cle.ne Romani, de iureiuran. Cum ergo nil omnino, quod ſit de imperio,remanſit,non apparet ratio ſecundum Bartol. & bene. per quam poſſint leges condere. Et optime facit hęc ratio ad ea quæ ſupra dixi in collegio cardinalium, ut non poſſint famæ reſtituere, cum poteſtas exercendi hæc præcipua ſit in Papa duntaxat, licet faciat cum conſilio cardinalium. d.c.per venerabilem,in §.rationibus, & per Ioan. mo.in d.c.ſuper eo, de hær.lib.6. Et ſic limita dicta Innoc. & aliorum ſequacium, qui dixerunt ſimpliciter ſenatū poſſe famæ reſtituere. Nam dico illud procedere ſecundum antiqua tempora: ſed hodie ſecus,cum nulla poteſtas imperii remanſit apud populum Romanum, uel ſenatum; & recognoſcit hodie imperator Imperium ab eccleſia, & nō 19 a Romanis, ut dixi in c.nouit,de iud.vbi uide. † Ad ſeptimum,quid de regib.& aliis principibus inferioribus? dicit Innocen.quod non poteſt reſtituere famæ: quia unus tantum princeps inter laicos præeſt omnibus aliis, ſcilicet imperator,ut patet 7.quęſtione prima,ca.in apibus,& ff.ad l. Rhod.de iact.l.deprecatio, C. de quad.præſc. l.bene a Zenone,cuius legibus omnes chriſtiani laici, tam Reges,quā alii obedire debent.C.de legi.l.leges, maxime quia ab eccleſia ſunt approbatæ,& nulla lege cauetur,quod poſſit aliquis reſtituere,niſi ſolus princeps, ideſt imperator, vel ſenatus, dicto §.de qua; quaſi per hoc omnibus aliis videatur interdictum. Sed dicit Innocen. alios dicere, quòd omnes reges in iotegrum reſtituere poſſunt, qui non ſunt imperatori ſubditi,ſed ſoli Papæ in dubiis,& in grauibus, de quibus in c.per uenerabilem,pręalleg. Domi. Ant.dicit,quòd prima opin.poteſt eſſe vera in recognoſcentibus ſuperiorem; ſecunda in nōn recognoſcentibus, qui poſſunt ponere manum ad ea,quę principi ſunt reſeruata.dicto §.rationibus,per quod poteſt dici ſecūdum eum,quòd ciuitates, quę non recognoſcunt ſuperiorem,poſſunt famę reſtituere,alleg.quod not.Bartol.in l.hoſtes,ff.de capti.ego primo ad hoc allego Innocen.qui hoc expreſſe firmat in ca. cum P.tabellio,de fide inſtrumento.& Bartol. in l.infamem, in e fin.ff.de pu.iud. vbi idem quod ſupra tenet in regibus,ᵉ & principibus, & aliis ciuitatibus non recognoſcentibus ſuperiorem, dicens quòd populus liber tantam poteſtatem habet in ſe, quantam imperator in vniuerſo, & facit quod ipſe no.in l.1.ff.de aqua plu.ar. & Bald.in l.decernimus,C. 20 de ſacroſanct. eccleſ. † Vide ad pręd icta vnam limitationem,quam ponit Bart.in dicta l.1.§.de qua,ff.de poſtu.vbi dicit,quod ciuitas recognoſcens ſuperiorem non poteſt famę reſtituere per illum tex.& idem in aliis principibus recognoſcentibus ſuperiorem, quod dicit uerum in infamia irrogata per ius commune: ſecus in infamia,quę irrogatur ex forma alicuius ſtatuti, quia per aliud ſtatutum contrarium poſſet tolli,cum nil tam naturale,quam vt vnumquodque ſoluatur eo uinculo,quo ligatum eſt.l.nil tam naturale,ff.de re.iur. Ex hoc dicto no.quod ciuitas non libera poteſt facere ſtatutum infamię irrogatiuum, facit l.omnes 21 populi,ff.de iuſt.& iure,& illā infamiam pōt tollere. † Dico etiam

ADDITIONES.

a ¶Epiſcopus diſpenſat ſuper infamia non principaliter, ſed acceſſorie,quando venit in conſequentiam neceſſariam,de quo per Archid.in cap.Euphemium.§.hinc colligitur. circa fi.11.q.iii.& quod epiſcopus non poſſit reſtituere famæ,tenet Bald.in cap.at ſi clerici,in rubr.de iud.& ibi vide Domi. Anton.in princ.in xv.col.vbi circa hoc ponit notabile dictum.

b ¶Adde,quod Bal.conſi.ccci.iii.lib.iii.c.proponitur, quod quidam clericus, videtur inclinare ſi [illegible] glo.50.diſtin.in c.domino ſancto,ꝙ epiſcopus poſſit diſpenſare cum infamia contra leuitam.

c ¶Iſte ſenatus. Contrarium ſentit Pau.de Caſt in l.non ambigitur,ff.de legibus vide And.Sicu.in c.tranſlato co um.pen.ſup.de conſti.Vide per Arch. 2.q.iii.c.cauendum per Pa.plenius. & per Ino.in c.veniens,de fi.presbyt. & aliquid in c.d uerſi.de cle.coniu.& in c.ſi ſummus Pontifex,de ſenten. excommunic.Archi.vi quæſt.1.c.ſi quis.& xii quæſt.1.c.eos,& adde,quod Fran.de Piſis dixit diſputando quod ſic,quia princeps poteſt reſtituere infamem,niſi illa infamia ſit contracta certo loco,vt per D.Alex.Imo.in l.infamem,ff.de pub.iud.in addi.ad Bar.vbi etiam ponit an poſſit peti per procuratorem. Sebaſt.Sap.

d ¶Legem condere. Adde Ro.conſil.ccviii.

e ¶In regibus. Contrarium ſentit Bartol.in l.ſi ſtatu.§.primo.ff.de re iudic. Sebaſt.Sapia.

co etiam quod isti recognoscentes superiorem[a] possunt re manente subiectione praescribere[b] ista reseruata principi: sed requiritur tempus, de cuius initio non est memoria vt est tex. no. in c. super quibusdam, de verbor. signi. & per Bar. in l. si publicanus, §. in vectigalibus, ff. de publ. † Ex his patet decisio octauae & ultimae quaestionis. Dicendum est enim (ut patet ex praedictis, quod isti iudices inferiores nequeunt famae restituere. d. §. de qua, nisi in quandam consequentiam, secundum unam lec. d. §. de qua, ut sup. dixi: & per haec hēs plenissime hanc materiam expeditā. † Vlterius quaero, ad quid agitur[c] actione iniuriarum? Sol. dicūt Host. & Io. And. quod agitur ad pecuniariam aestimationē iniuriae, ut inf. de iniur. c. olim, & condemnatus infamis efficitur, ut hic, & in iuribus sup. all. etiam si clerico, & quod plus est episcopo fuerit irrogata, ut in praedicta decr. olim, inf. de sent. ex. c. ea noscitur. Ego dico, quod de iniuria potest agi ciuiliter, & criminaliter. si agitur ciuiliter, procedit quod sup. dictum est, ut agatur ad aestimationem pecuniariam, & aestimabitur iniuria per iuramentum iniuriati, secuta tamen taxatione iudicis, ne ille in infinitum iuret. l. constitutionib. ff. de iniur. & debet iniuriatus se referre in aestimatione ad damnum, quod potius voluisset pati, non autem ad lucrum, a quo potius uoluisset abstinere, ut puta iuro, quod potius voluissem centum de meo ꝑdidisse, quā hanc iniuriam pati. Et hanc practicam iurandi & taxandi uide per glo. in c. si canonici, de offi. ord. lib. 6. in versic. dānis. plenius per gl. & Bar. in l. iniuriarum ęstimatio, ff. de iniur. & plenissime de hac materia videre poteris multas qōnes per Cy. in d. l. si conuitii, C. de iniu. Et an in libello poterit actor hanc quantitatem exprimere? Bar. in d. l. iniuriarum, dicit quod aut aestimatio venit fienda per iudicem, & tunc non est, exprimenda quantitas in libello cum ista taxatio spectet ad iudicem, & non ad ipsum actorem. Aut aestimatio est fienda ab ipso actore, & tunc per eum debet exprimi, argum. in l. vbi, ff. de ver. obli. † Si vero agit criminaliter, tunc venit imponenda poena arbitraria, & potest iudex arbitrari poenam corporalem, vel pecuniariā fisco applicandam, ad hoc uide text. cum gl. Inst. de iniu. §. in summa. & si actum fuit ciuiliter non potest postea agi criminaliter. quia actio ciuilis hoc casu tendit ad uindictā, de quo dic ut legitur & nota. in l. praetor edixit. ff. de iniu. An autē clericus admittatur hodie uolens agere ad aestimationem iniurię, vide quod no. in c. olim, pręalleg. † Sed pone quod uocaui te[d] latronem, & tu me, nunquid quilibet nostrum potest agere de iniuria illata? Spec.[e] format istam quaestionem in titulo de accusatore. §. 2. uer. quid si uocaui te. Et primo arguit quod non, quia sicut vim vi repellere licet, ita & iniuria. sup. de rest. spol. ca. olim, & l. ut uim, ff. de iust. & iure. Pręterea paria delicta mutua compensatione tollūtur, ut in cap. pe. & ultimo, de adult. l. uiro, ff. solu. matri. l. si duo, ff. de dolo. Spe. firmat contrarium, ut quilibet possit agere de iniuria sibi illata, quia istae iniuriae concernunt diuersa, ad hoc 3. q. 11. c. neganda, secus autem, quando concernerent idem, & ageretur ciuiliter: & iste est casus d. cape. & vlt. Nam adulteria coniugū concernebāt idem matrimonium, refert tamen quosdam dicere, quod si tu dicto vel facto me prouocasti, & ego dicto vel facto feci tibi iniuriam, qđ tu non potes agere contra me, ad hoc l. i. §. cum arietes, ff. si quadru. pau. fe. dica. & quod inconsultus calor uitio calumniae caret. 2. q. 3. cap. si quem. §. notandum, in fi. & ita simpliciter transit Spec. Doc. hanc quęstionem hic non tangūt. Ego vero distinguo sic, quod aut ego dixi tibi iniuriam potius animo purgandi me ab iniuria, quam mihi inferebas, & nō teneor actione iniuriarū. Exemplum, si diceres, quod ego commisi aliquod crimen, dico quod tu mentiris. nam licet mihi meam innocentiam defendere, & hoc aperte tenet Bar. in l. quae omnia, ff. de procur. alleg. l. qui cum maior, §. si libertus, de bo. lib. Aut conuitiū meū concernit aliud factum, ita quod non uenit ad innocentiā meam defendendam, & tunc dico, quod quilibet pōt agere de iniuria sua, arg. opt. in c. veniens, de iureiu. ibi: Alternatim conuitia ingerendo & ca. Item probo ratione. sicut non est licitum percutere eum, qui me percussit, si non fit ad defensionem, sed ad uindictam, ut l. si ex plagis. §. tabernarius, ff. ad l. Aquil. dixi in c. olim, de rest. spol. ita non licet facere iniuriam inferenti, quia nemini licet propria authoritate vlcisci l. nullus, C. de Iudę. puto tamē, ꝙ qui prouocatus iniuriam intulit, est mitius puniendus, quia difficile est compescere iustum animi dolorem, ar. opti. quasi expressum in simili l. si adulterium, §. Imperatores, ff. de adul. facit quod legitur, & no. in c. iii. de sent. excom. & hęc not. † Vltimo hic reuoco in dubium, an sit verum, quod dixi in priu. vt non tenear actione iniuriarum, si cōuitium, quod tibi intuli sit verum. reperio Io. An.[f] plenissime hunc articulum fuisse prosecutum in addit. Spe. in tit. de iniur. post princi. & quia optime hic cadit, ut patet ex praedictis, & materia est quotidiana, hic inserā. Et recitat ipse circa hūc articulum sex uarias opiniones. Prima opi. ꝙ aut quis dixit verum animo infamandi, & tenetur, alias secus, ut no. in c. fi. de iniur. vbi per Hosti. Secunda fuit opi. Accur. in l. eum qui, in prin. ff. de iniur. qui simpliciter tenuit conuitiātem teneri actione iniuriarum, siue in iudicio, siue extra iudicium id agat, facit Inst. eo. tit. in princip. Tertia fuit opinio Io. 2. q. i. c. si peccauerit, in princ. ubi dicitur distinguere, an id fiat in iudicio, & licet, an extra iudicium, & non licet, & secundum primum dictum intelligit praedictam l. eum qui. Quarta fuit quorundam opinio distinguentium, an illud conuitium proueniat ex culpa eius, cui iniungitur puta quia dicitur proditor, haereticus, vel periurus, & non tenetur, & sic loquitur d. l. eum qui. † Aut sine culpa, ut qa dixit eum bastardum, & tūc tenetur ad hoc. 56. dis. c. nasci. C. de natu. lib. l. legem. Quinta fuit opinio aliquorum distinguentium aliter. s. an expediat reip. istud cōuitium publicari, & tunc non tenetur, si verum est, nec distinguitur hoc casu, an ꝓuenerit ex culpa, vel sine, ut quia leprosus, talē enim expedit separare, quia contagiosus est morbus, de coniu. lepro c. i. de cler. ergo. ca. de rectoribus. & praedicta lege eum qui. † Aut non expedit reip. talia publicari, vt puta si appellauit illum bastardum, claudum cucurbitam, vel quid simile, & tunc tenetur, quia iniuriosum est nostros defectus detegi, C. quando & qui. quar. pars debe. l. 2. libr. x. & hoc dicit Ioan. Andr. placuisse domino & magistro suo in d. l. si non conuitii, & Cy. & Pet. ibi dē sub 8. q. & dic quod etiam placuit Bart. in l. eum qui, ut sup. dixi in primo notabili. Sextam opinionem posuit Dy. dicens, quod aut de conuitio poterat iniuriatus accusari, & si dicit verum. non tenetur iniuriarum, sic itelligitur d. l. eum qui, & l. 4. C. eo. ti. aut non poterat accusari, & tunc tenetur, licet verū dicat, ut pręal. l. 4. nisi probet se non animo iniuriandi dixisse, d. l. si non conuitii. & hęc opinio idē in effectu habet, quod praecedens. Ipse vero Io. An. in add. pręall. sic dicit posse rite distingui, quod aut dixit quis conuitium in iudicio, aut extra. Primo casu, si illud probat, nō est dubium quod non tenetur, ut in d. l. eum qui, cū cōcor. & intellige siue excipiendo illud fiat. quia iuris executio non habet iniuriam, & in l. factum cuiusque. §. i. alias est l. non videtur, ff. de reg. iur. vbi dicitur, quod non videt vim facere, qui ordinaria actione experitur. Secundo casu aut sit

ADDITIONES.

a ¶ Superiorem. Vide Alb. in c. super quibusdam. §. praeterea. de verb. sign. & signoro. de homode. in consi. ccl[illegible]. Ant. de Rosel. in tractat. legitima. vbi ponit de potestate legitimandi an possit praescrib. vide etiam Ias. in l. imperium ff. de iu. om. iu. & Fel. in c. audiuis. sup. de praescrip. Seb. Sap.

b ¶ Praescribetur. Adde ipsum Abb. Pan. in capit. fi. in ver. secundo quaeritur. in fi. sup. de consu. vbi dicit quod in his quae sunt reseruata principi in signum supremae potestatis non potest induci consuetudo nisi esset tantum tempus cuius initii memoria non esset in contrarium, per [illegible] in d. c. super quibusdam. §. praeterea. & ita etiam ibi D. An. & Imo. quae sunt ista quae sunt reseruata principi enumerat Bal. in l. i. C. de iure an. annulo. & in l. reiciptea. C. si contra ius. vbi etiam recitat illa quae sunt reseruata papae. & adde qd no. Barto. in l. eum neque. C. de inco. li. x. in l. i. C. de mul. li. x. in ver. quaero cui possit imponi haec collecta &c. vbi mirabiliter concludit & est casus multū frequens quod ad hoc vt ciuitates possint imponere collectas forensibus pro rebus quas possident forenses in illa ciuitate, si illa ciuitates dicāt quod habent ex consuetudine tanti temporis cuius initii memoria non sit in contrarium. hoc non videtur verum quia imo debet sufficere tempus. x. annorum cum imponere collectam forensibus non sit de reseruatis summo principi. quia istud potest induci per statutum inferioris expresse no. Bald. in l. i. C. de sen. quae pro eo quod inter. & ibi probat legibus & rationibus propter ea in contingentia facti. D. Alex. Imo. consuluit contra Bar. in consi. ccx. inci. viso & bene discusso processu. vbi expresse tenet, quod sufficiat tempus. x. an. vt possit imponi collecta forensibus. & ita refert & sequitur D. Ias. de May. in l. de quibus. ff. de leg. Seb. Sap.

¶ Adde an ciuitas non recognoscens superiorem possit famae restituere eundem Abb. consi. ciiii.

c ¶ Ad quid agitur. Adde Alex. consi. ccx. ii. li. i. & Io. de Ana. consi. aliiii.

d ¶ Vocaui. Vide D. Ias. in l. vt vim ff. de iusti. & iure. Seb. Sap.

e ¶ Adde Ang. in l. vt vim. ff. de iusti. & iure.

f ¶ Ioan. And. Adde quod illa verba fuerunt originaliter Old. cōs. liiii. de quo per Ro. consi. xcvi. & vide Ancha. consi. cccxxvi.

ſit per libellum famoſum,& tunc, etiam ſi dicit verũ, tenetur, C.de famo.lib.l.i.ſecundum canones excuſatur ſi procedat in publicum,& illud probet: de quo dic,ut 5.q.1.in ſumma.ſi vero dicatur conuicium ſine libello, tunc aut illud conuicium dicitur ex cauſa,aut ſine cauſa,[a] Primo caſu,ſi cauſa correctionis dicatur etiam publicè,non tenetur puta iſta duo ſimul iuncta faciunt ceſſare actionem iniuriarũ.ſ.quod ex cauſa iuſta dixit,& illud quod dixit, eſt verum,pro hoc 45.diſt.c.ſed illud, vbi ponitur illud apoſtoli, Peccantem coram omnibus argue,ut cæteri timorem habeant, & ex ea cauſa etiam coram ſuperiore, licet non in iudicio,ad eius correctionem dici poterit,ut puta,q a vult ordinari,& eſt ſpurius,vel hæreticus occultus,vel quid ſimile. † Exiſtentia enim cauſæ,ut eius veritas indicat, qđ non animo iniuriandi hoc fecit. per circunſtãtias enim & indicia apparet de animo,ſeu de eo iudicatur. l.1.& quod ibi no.C.ad legem Cor.de ſica.& in ca.2.de ren.lib.6.& c. paſtoralis,de cauſa poſ. & proprie. in fi. In ſecundo membro,quando ſine cauſa dicitur conuicium, puta in rixa & animoſe,& tunc etiam ſi conuicium ſit uerum,tenetur ſecundum eum. hoc enim eſt ſubiectum huius actionis, & animus iniuriandi,quod verba ſonant,& dicendi modus, nec veritas conuicii eximet eum ab hac actione.ſ. quisq́s C.de poſt.& C.de officio rectoris prouin.l.3.ibi.Nam & ſi veræ voces ſint, nec ad libidinem &c. vbi patet, quod nõ ſufficit veritas conuicii, ſed requiritur, quod abſit libido. & voluntas iniuriandi. Ad idem facit l.ii.C. quemad.teſti. app.vbi iubet imperator non aperiri partem teſtamenti, q̃ reſpicit alterius ignominiam,& uide quod no.in c.de colluſ.detr.in gl.in uer.qualitas.vbi dicit,quod Deus non eſt remunerator nominum,ſed aduerbiorum, quaſi reſpicit, non id,quod fit.ſed quo animo fit,ad hoc.86.diſt.cap.non ſatis. Idem ſi denũciando reperitur malo zelo denunciãs. vt in capit.cum l.& A.ſupra eodem,& c.cum oporteat,de accuſ.fortius prohibendum eſt infamare, & contra detractores remittit ad c.ex merito.cum ſequenti.6.q.i. & cum hac opin.tranſit ipſe Do. Ant.& hæc dicta ſua ſua ſatis mihi placent. In præcedentibus enim caſibus ſatis excuſatur ab iniuria verum dicens,cum non habuerit animum iniuriandi.Iniuria enim abſque affectu facientis non conſiſtit ut l.illud,ff.de iniu.& 15.q.i.c.illud. Nam & ſuperiorẽ põt quis reprehendere,dummodo non faciat improbrioſe, & temerarie,de quo uide bonã gl.in c.nolite,21.diſt.& alibi dicitur,quod Paulus reprehendit Petrum,quia reprehenſibilis erat.2.q.7.c. Pa.il.ſecõdo.ſed in ultimo caſu,quãdo animo iniuriandi dixit,licet verum dixerit,non debet, ẽt ſi expediat reipublicæ illud publicari, quia debuit ire ad iudicem.& per viam accuſationis ſeu denũciationis illud probare,& tunc meretur laudem, vt ſatis probari videtur in l.vna, C.de famo.li.vbi imperator ꝓhibet aliquem per libellum diffamari, etiam ſi illa vera ſint. Et ſubiicit, quod ſi aliquis vult ſuæ ſaluti conſulere,& damnum euitare, dẽt ire ad iudicium,& ea quæ arbitratur vera eſſe,probare,& ex hoc ultimo dicto uidetur ibi text. prohibere omnẽ diffamationem extraiudicialem, ſiue per famoſum libellum, ſiue aliter.† Quod etiam innuitur ibi ex alio,quia grauiter punitur is,qui reperit libellum, & eo dimiſſo vadit propalando in eo contenta. Ad idem adduco tex.in l.lex Cornelia,§.ſi quis libellum,cum ſequenti,& l. item apud Labeonem,§.conuiciũ, cum duob.§§.ſeq.ff.de iniur.hoc etiã colligitur ex tacita mente diuinæ legis,ut colligitur.2.q.i.ca. ſi peccauerit, & ex notatis in cap.nouit, de iudi. & in pſal. Miſericordiam & iudicium cantabo tibi dñe, dicitur, detrahentem ſecreto ꝓximo ſuo hunc perſequebar. nam & bonum non eſt fiendũ malo aĩo.96.di.c.non ſatis,& i. q.i. c.non eſt putanda.

ADDITIO.

a ¶ Sine cauſa. Vide ad hæc plura per Ang.Aret.& ibi per Ang.de Arimi.in tracta.maleſi.& Ang.in conſ.x.iiii.inci.ſuper puncto.& in l.ſi non conuicii C. de iniu.ubi etiam per Sal.Rom.in conſi.xcvi.& Old. in.inci. contuetur dubitari. Seb Sap.

SVMMARIVM.

1 *Sententia & alia facta per iudicem notorie excommunicatum ſunt ipſo iure nulla.*
2 *Geſta per excommunicatum,qui communi opinione non reputabatur excommunicatus,ſunt valida, licet poſtea appareat excõmunicatus, & idem de alio inhabili.3.7.11.vbi ꝓſequitur, ſiue gerantur ratione publici officii,vel non uide in diſcurſu.*
3 *Collatio beneficii facta per excommunicatum tolleratum valet. 15. 16.*
4 *Iudicis plures delegati non cenſentur in dubio habere iuriſdictionẽ inſolidum,ſed pro parte omnibus competentem.2 1 4*
5 *Confirmatio ſi non valet.remanet electio in priſtino ſtatu.*
Sententia vitiata nõ uitiatur proceſſus, niſi vitium ſententia concernat totum proceſſum.
8 *Excommunicatus poteſt acquirere ex contractu vel quaſi, tamen nõ põt experiri niſi poſt abſolutionem.*
9 *Excommunicatus poteſt eſſe in iudicio,niſi repellatur.*
Excommunicatus quantumcunque manifeſtus poteſt teſtari, niſi forte cõtra eius teſtamentum excipiatur.
10 *Excommunicatus poteſt legare ad pias cauſas.*
Hæretici excommunicati non poſſunt teſtari.
12 *Scire non præſumitur antiquum factum,qđ ueriſimiliter euanuit de memoria,uel illud,quod eſt factum in longinquis partibus.*
13 *In his quæ geruntur ratione publici officii,non eſt differentia inter excõmunicatum publicum,uel occultum.*
14 *Reſcriptum impetratum ab excommunicato non ualet.*
17 *Prælato excommunicato,etiam occulto ſimoniaco ĩ ordine,et notorie fornicatori impune non paretur:ſecus aliter crimino ſo.*
18 *Geſta per prælatum intruſum qui communi opinione reputabatur prælatus,an teneant?*
19 *Literis epiſcopi an credatur?*
20 *Sententia lata per publicum excommunicatum eſt ipſo iure nulla.*
Futurum exprimitur pro præterito,quando materia hoc requirit.
21 *Tutores habent omnes exercitium in ſolidum.*

C A P. XXIIII.

a 1 AD probandum.[a] † Reuocata ſententia propter defectum iuriſdictionis,ut quia unus ex iudicibus publice excommunicatus erat, vel propter iuris ordinem non ſeruatum, iterum de principali quæritur c.dum dilecta. de reſcr. Et pone ſic caſum literalem quantum pertinet ad intellectum.c. Vacante quodam monaſterio monialium duæ fuerunt electæ in diſcordia in abbatiſſam eiuſdem monaſterii,cuſtos.ſ.eiuſdem eccleſiæ,& quędam alia monialis, vtraque parte aſſerente ſuam electionem præualere papa commiſit cauſam iudicib.delegatis, quib.mandauit, vt examinatis vtriuſque electionibus cõfirmarent illam,quæ de iure præualeret. Cognito de cauſa iudices confirmauerunt electionem factam de cuſtode ꝑ ſententiã diffinitiuam, a qua ſententia fuit ab altera parte appellatũ,vel per viam nullitatis cauſam introduxit ad Romanam ſedem, allegans quod unus ex iudicibus, qui confirmationis ſententiam tulerunt,erat tempore ſententiæ publicè excommunicatus. Item, quod non ſeruauerũt in procedendo iudiciarium ordinem. papa ad inſtantiam iſtius partis commiſit cauſam aliis iudicibus.ſub forma,de 2 qua in litera continetur, & proſequere,vt in text. † Not. ibi Publicè innodatus, quod geſta a iudice etiam delege. b publicè[b] excommunicato ſunt ipſo iure nulla[c] ſecus,ſi nõ c eſſet publicè excommunicatus, ſed toleratus, ut hic probaĩ a cõtrario ſenſu,& ad hoc allegatur quotidie iſte text. Et ex hoc infertur, quod tolerantia operatur etiam in delegato,ut valeant geſta,ſi communi opi.reputabatur habilis,ad hoc bo.tex. 3.q.7.c.ĩfamis.§.tria, ver.verũtamẽ.ubi dicit,qđ ſi ſeru⁹,dũ putaretur liber,ex delegatione ſñiam, dixit tenet ſñia q̃uis poſtea deprehendatur, qđ ſit ſeruus: idẽ probatur in l.2.iuncta gl.C.de ſent.& interl.omn.iu.& facit hoc contra no.per Inn.in d.c.cum dilecta,de reſ. vbi videtur velle, quod tolerantia non operatur in delegato inhabili:ſed tene primum,& uide quod ibi not. Quid autẽ d in arbitro,[d] & arbitratore? vide in Spec.de arb.§. differt, ver.

ADDITIONES.

a ¶ Pro intellectu huius decre. Vide omnino.Do Ant.in c.fraternitatis.verſ.ex prædictis poteſt decidi alia.q.ſup.de teſt. Item practicam opponendi excõmunicationem contra iudicem,vel teſtem vide eleganter per Bar.in l.i.C.de teſt.

b ¶ Publicè. Adde hic Bal.in l.i.C.de iur.& facti ignor. vbi dicit quòd ſententia decretum & omnis alia authoritas per publicè excommunicatum interpoſita ſunt ipſo iure nulla & ita dicitur notari in c.pia.de except.lib.vi. Inn. & ita dicit Pet.de Anch.in d c.Pia.

¶ Adde Rom.conſ.xlvii.vbi dicit quod iudicis excommunicati iuriſdictio progari non poteſt.

c ¶ Nulla. Vide Fel. in ca.Rodulphus.verſi.& geſta.ſup de reſcr. & latius per eundem hic & quando quis dicatur publice excommunicatus vide Fel.poſt Abb.in d c.exceptionem.ver.item dum Abb.ſup.de excep. Seb.Sap.

d Arbitro. Vide per Pe.de Anch.in c.Pia.de exce.lib.vi.per gl.& Bart. in l.Pedius.ff.de arbi.

vet. item secundum eum, & seq. & ibi tenet in arbitro idē, quod in delegato, quod satis placet, quia arbitria sunt redacta ad instar iudiciorum, l. 1. ff. de arb. sed in arbitratore magis dubitatur, de quo uide per Io. An. in reg. dolo facit de re. iu. li. vi. in Me·. & per D. Ant. in ca. Quintauallis, de

3 iureiui. & ibi dixi, dic ut ibi. † Not. a. & tene menti, quod confirmatio factam ab excommunicato, qui alias hēbat potestatem confirmandi tenet mero iure, ex quo pari ra

a tione infertur, quod collatio facta[a] per excommunicatum toleratum valet & tenet, quod per istum text. sic inductum tenuit Cal. in quadam sua disputatione, quæ incipit excommunicatus, q cōi opi. habebaꝰ, &c. In. aperte tenet in c. si vere, de sen. excom. & idem sentit in c. i. de schisma.

4 dicam latius super glo. i. † No. 3. ꝙ data inhabilitate vnius ex plurib. iudicib. delegatis corruit quicquid omnes agūt, & hoc quia exercitium iurisdictionis competit eis pro parte, & non insolidum, ut in c. uno delegatorum, & c. causam matrimonii, de of. del. sñia autem nō potest pro parte ualere, ad hoc quod leg. & not. in c. cum super abbatia, de of. del. quod procedit, etiam si fuissent dati cum clausula, qđ si non omnes, duo, &c. Nam procedendo cum inhabili inficiunt iurisdictionem propriam, de quo hic, ut plene no.

5 in d. c. cum super. † No. 4. quod cassata cōfirmatione ex cōfirmantis defectu, vel propter iudiciarium ordinem nō reseruatum remanet electio in pristino statu, quod est expssum in c. confirmationem, de ele. li. 6. quid econtra, an electione existente inualida valeat confirmatio? dic ut leg. & no. in c. cum super. de cau. poss. & propric. in c. quam sit, de ele. li. 6. & cap. uno. de postu. præl. eo. li. & utrobique bona

6 gl. † Vltimo ibi, in fi. Iterum cognoscatis, quod corruente sententia corruit pariter totus processus. Nam papa mandat hic iterum de electione cognosci. An autem hoc sit uerum īdistincte, dic quod non, sed fac tria mēbra circa hoc, aut enim uitium nullitatis concernit sententiam duntaxat, puta quia lata die feriata, & tunc remanent acta in suo robore, facit l. si ut proponis, C. quomodo & quādo iudex. Aut concernit sententiam pariter & acta, & tunc omnia corruunt, & hoc casu iudicio meo potest intelligi iste tex. Forte enim iste iudex fuit excommunicatus publicè in toto iudicio, merito de nouo inquiri debet de toto negotio. Aut uitium concernit sententiam & partem actorum duntaxat, & tunc annullabuntur uitiosa duntaxat, & nō alia. Hæc sunt de mente. Bart. in l. si expressim. ff. de app. & uide quod no. in c. literis. de of. del. & in Spe. de sent. prola. §.

7 iuxta propositionis, ver. sed si cā. ubi idem sentit Spe. † Ve

b nio[b] nunc ad glo. & primo quærit, quid si iste iudex occulte fuisset excommunicatus, an tenuisse sententia? & respondet quod sic. Ad hoc allegat multas concordantias, & idem tenet hic Inn. & Host. & vide bonam gl. in c. sciscitatus, de rescri. Ex hoc & ex tex. infertur, quod etiam in Ipūa libus ualēt etiam gesta ratione publici officii ab excommunicato tolerato, quod est no. Et scias quod circa hunc articulum, an & quando tolerantia faciat valere gesta ab excommunicato, posuit hic Ioan. Cal. quędam bona dicta & latius uideas per eum in dicta disputatione. & addendo

8 multa ad dicta sua † dic, quod quidam sunt actus, qui communi opi. tenent licet generantur ab excommunicato manifesto, & de istis non est disputandum, ut puta, contract[9] uel quasi, ualet enim licet ab excommunicato publico sit initus, ut acquiratur obligatio & ipsi excommunicato, sed non potest excommunicatus agere, nisi post absolutionē: hoc aperte probatur in ca. fœlicis. §. cum autem, & seq. de pœnis, li. 6. quem text. semper tcoebis menti. dixi plenissi-

9 me in ca. ueritatis. de dolo & contu. † Item in quasi cōtractu, ut probatur ī cap. pia, de excep. lib. 6. vbi patet tenere iudicium agitatum cum excommunicato anteq̄ repellatur, & in iudicio quasi contrahimus. l. 3. ff. de pecu. nota. Ioan. And. in d. c. pia. idem dic de testamento excommunicati quantumcunque manifesti, vt disputauit Iac. de Bel. & sequitur & prosequitur Io. An. in c. decernimus, de sen. excom. li. 6. licet aliter dixerit in gl. sua: sed illam reuocauit in nouella, tenet Bar. in l. si quæramus, ff. de testa. sentit Bal. in l. i. C. de sacrosan. eccl. Idem Fede. cons. 81. & consi.

10 a 16. vbi plene prosequitur. † An autem possit legare pro anima sua? Bart. ꝙ non in d. l. i. saltem, vbi habeant legata priuilegia piæ causæ. sed Bal. ibi contra & melius, quia in hoc debet attendi nō fauor excommunicati, sed illius, cui sit relictum, & vide circa hoc quod dico in c. 2. de testa. facit quod no. gl. in c. ex transmissa, de dec. & 14. q. 5. in summa, & auth. credens, C. de hære. & c. excommunicatus. §. credentes, eo. ti. ubi patet ꝙ speciale est i hæretico & odio hæreticorum, ut secuta excommunicatione nō possint testari, secus ergo in simplici excommunicato, & de hoc di-

11 cendum, vt plenissime no. in iurib. pręall. † Quidam sunt actus, qui ipso facto sunt irriti: quia ab excommunicato gerūtur, ut eligere, conferre, excommunicare, & similia, & i istis dubitatur, an tolerantia faciat ista ualere, ex quo getentes communi opinione putabantur non excommunicati, & hic est proprie materia nr̄a. Cal. dicit, ꝙ aut ista communis tolerantia non est probabilis, puta quia sententia fuit publicè lata, & tunc non iuuat talis opinio, quia nō est probabilis ignorantia eorum, quæ publicè fiunt 16. di.

12 c. quod dicitis, in c. i. de postu. prælat. cum simi. † Dominus Ant. putat hoc verum, quando sententia fuit lata de proximo: secus si de longinquo, quod uerisimiliter euanuerit de memoria. Item procedit secundum eum, quando sentētia fuit lata in loco proxi. secus in tam longinquo, ꝙ verisimiliter non potuit transire in notitiam illorum, in quorū luco nunc actus gestus est, & no. hoc dictum, & vide circa hoc quod dixi post gl. in c. ad nostram. de iureiur. & quod no. Inn. in addi. in c. inquisitioni, de sen. excom. Aut talis opi. est probabilis, & tunc subdistinguit Cald. ꝙ aut actus, de quo quæritur, non competit ratione publici officii, aut competit ratione publici officii. Primo casu aut talis excōicatus exercet actū pro se, & pro suo iure singulari & interesse, sicut est impetrare pro se rescriptum gratiæ, uel iustitiæ, vel eligere: & tunc dicit, quod talis communis opinio talem actū non iuuat, alle. c. i. de rescr. lib. 6. & de cler. ex. mini. c. proposuit, & quod no. in c. ad aposto-

13 licæ, eo. ti. † Dic tu, quod hęc fuit generaliter opi. Inno. in c. cum dilectus, de consue. ubi posuit notabilem regulā, ꝙ in his, quæ non geruntur ratione publici officii, non est differentia inter excōmunicatum publicum & occultum, quod idem uoluit Io. An. post Io. Mona. in c. i. de resc. pal. facit d. ca. cum dilectus, & c. cum inter R. de elec. vbi electio facta a suspensis, iudicaꝰ irrita, nulla facta distinctione inter publicos & uccultos. nam in istis cessat ratio publicæ vtilitatis. Et si diceres, nonne canonici eligunt iure publico? dic quod non, sed prosequuntur ius suum proprium: sed ipsum capitulum bene habet iure publico, ut no. Inno. in d. c. cū dilectus, sicut in simili de teste no. In. in c. nihil in fi. in ele. Aut excōmunicatus gerit talem actum nomine alterius, & ad alterius, commodum: & tunc aut is, cuius nomine facit, sciēter cōstituit eum ad exercitium illius actus & communis opi. non iuuat, ad hoc de sen. excom. ca. cum non ab homine. primo responso, & de præb. c. si beneficia. li. 6. dignum est enim vt beneficium ignorātiæ non prosit scienti. & hoc fuit dictum Ioā. An. post quosdam alios in

14 d. c. 1. de rescr. li. vi. licet Ioan. Cal. eum non alleget. † Tenuit enim ibi Ioan. An. quod non ualet rescriptum impetratum ab excommunicato etiam nomine alterius, & in illius odium, quia tex. ille loquitur indistincte, & optime facit c. post cessionem, de prob. Aut constituens, cuius nomine actum exercebat ignorabat eum esse excommunicatū, vel ipse excommunicatus id fecit nomine alterius sine mādato, & tunc dicit Io. Cal. se credere, quod communis opi. iuuet talem actum, quia hic non agitur de commodo vel utilitate ipsius excommunicati, sed illius cuius nomine id actum est, qui in nulla culpa reperitur, cum ignorauerit, ad hoc pdicta decretalis, si beneficia. & de con. di. 2. c. & dixit, & cum hac opi. simpliciter transiuit hic D. An. & hanc opi. tenuerunt Arc. & Hos. vt no. in c. i. præal. licet Io. Cal. hic nihil dicat. Sed cōtrariam opi. ꝙ talis actus nō teneat, tenuerunt

ADDITIONES.

a ¶ Collatio facta. Adde D. de Rota deci. suis in antiquis. de sent. excomm.

b ¶ Adde hic D. Ant. in c. sciscitatus de rescri. vbi plene examinat, an & quando valeat sententia lata a iudice occulte excommunicato & vide in no. in c. pia. cir fine de ex. li. vi. vbi dicit quod sententia lata a publice excommunicato non tenet. secus si esset occulte excommunicatus. & idem Bal. in l. 1. de iu. & fact. igno. & vide per Pet. d. Anch. in d. c. Pia. vbi sequitur Inn. & Io. Andr. & de hoc vide per Innoc. in c. excep. cir. prin. de exc & per Bal. in sua mar. Inn. in ver. sententia. q. xxv & Bar. in l. Barbarius. l. fi. ff. de off. præto. & ibi Albe. dicit quod si aliquis communi opi. reputabatur iudex idoneus & non erat, si ferat sententiam excommunicationis contra aliquem nihil valet. & ita etiā tenet fin. Arch. in c. in iam pastoris. xi. q. iii. & in c. i. in gl. i. de sen. ex. li. vi. & gl. xxiiii. q. i. in sum. facit c. ii. de or. ab epo. idem tenet expresse D. Ant. hic. & no. Iuris atio d. l. Barbarius. cum ibi notatis per Bar. in fi.

tenuerunt Ioã. And.& Io.mo.ibidem, & glo. ordinaria in d.c.poſt ceſſionem, & dicit Io.An.quod ſi conſtituens fuit ignorans, agat contra illum qui non detexit defectũ ſuũ & hæc opi.plus mihi placet.ex quo enim nun uerſatur publica vtilitatis, non debemus diſtinguere inter publicum, & occultum & facit d.c.i. quod loquitur indiſtincte,& ca. poſt ceſſionem.præal.vide Inn. in c. conſideramus.de ele. facit quod electio facta ſuſpenſis non tenet, licet tractetur de commodo electi, qui ignorauit uitium eligentium, & de commodo eccleſiæ, vt citius ſibi pręiudicatur de prę lato, ar. ca.ne pro defectu, de ele.nec eccleſia reperitur in culpa, ſed ſatis eſt eligentes ad actum explicandum fuiſſe

a inhabiles, ad hoc vt actus iure non ſubſiſtat. Venio[a] ad ſecundum membrum principale, quando actus quem exercet talis excõicatus cõpetit rõne publici officii & tenet Io. Cal. qđ ſiue ſit actus tpalis ſiue ſpũalis, cõi opi. iuuat,arg. 3.q.7.c.infamis.§.verumtamen, ff.de oſ. prætoris,l.Barbarius,& d.l.2.C.de ſen.& inter.& text.nř a contrario ſenſu, hoc dř uerum, niſi ſit ſententia excommunicationis, quæ non tenet lata ab excommunicato quantũcunque occulto ut no.32.q.i.in ſum.& ſup.de ordi.ab epiſcopo c.i.& idem dicit fortè Gaſpar eſſe in ſententia abſolutionis ab excommunicatione,quia eadem ratio videtur facit de pœn. diſt.

15 i.c.verbum.† Attende, quia Inn.expreſſe uoluit contrariũ in d.c.ſi uere,de ſen. excom.ubi dicitur tenere excommunicationem,collationem,& ſimilia a tolerato excommunicato lata,quia dignitas hoc exercet.& non perſona,&hæc opi.forte verior,licet Io.An.in c.pia,de exce.lib.7.teneat primam,& communiter teneatur. Nam conſidero,quod excommunicatio,& abſolutio ſunt iuriſdictionis, & nihil aut parum operantur quo ad Deum,ſed principaliter uim ſuam exercent quo ad eccleſiam militantem, ut dicit gl. in l. quod cunque.24.q.i. dicitur er ergo ualere, ſicut & alia ſpiritualia,ut hic.quinimo dicit ſingulariter Inn. in d.ca.i. de ſchiſina. quod eriam ſpiritualia ſacramenta ab excommunicatis,ſchiſmaticis,& ſimilib.in forma eccleſiæ illa cõ ferentibus uim ſuam omnimodam habẽt, ex quo ab eccle

b ſia tolerantur[b], & ſic ordinati ab iſtis recipiunt nedum ſacramenta,ſed etiam executionem ſacramenti abſque alia diſpenſatiooe.Gl.tamen.9.q.i.in ſumma, reſpectu executionis tenet contrarium,& Ioan.Cal.in d.diſputatione,qa cum tales nõ habeant executionem, nõ poſſunt illam aliis tradere,nemo enim dat,quod non hahet,ca. Daibertum. i.q. 7. ſed ſi uis tenere opi. Inn. quæ eſt valde æqua, potes dicete,quod ex quo iſti ſunt tolerati, executionem conſerunt, qoia presbyteri ſulum uerba dicunt propter dignitatem ordinis. Deus confert gratiam,quantũcunque illi ſint peccatores,ut patet i.q.i.cap.prophetauit, & c. dedit,& c. multi,cum ſimi. Et ad iura quæ innuunt contrarium, põt dici, quod loquuntur de non toleratis, & vide ad materiã quod no.in c.quanto,de conſue.& in c.veſtra, de loca.ubi per D.An.obi etiam tetigi, quod prius dixi.ſ. geſta tolerãda ratione publici officii. Limitat Cald.hoc, niſi is, in cuius fauorem actus ille publici officii geſtus fuit, ſciebat facientem excommunicatum, & voluntarie ſibi communicauit actu illo. tunc enim licet communi opi. baberet̃ pro non excommunicato, & actus in ſe teneat propter communem opi.iuſtum eſt tamen,quod irritetur in odium uoluntarie ſuſcipientis a tali ſcienter,ut puniatur in eo,ĩ quo peccauit.i.q.i.c.ſi qui epiſcopi,cum concor. & de cleri.ex. mi.c.poſtulaſti,cum ſimi.& no.hoc dictum,quod ſequitur hic Do.An.& dico,quod hæc fuit orignaliter opi.Io.And. poſt Io.de Deo,in c.dilectus,il.2.de præben.vbi dixit non valere impetrationem illius, qui ſcienter impetrauit iudicem excommunicatum licet occultum,facit c. ſi beneficia præall.& c.inter cætera,eo. ti. & dic ꝙ hoc caſu ſciã iſtius inficit actum i pſo facto, quia agebat rem pro priuato intereſſe,& non exercendo publicum officium.Si autẽ exercet.ractus publici officii per eum, quem ſciebat excommunicatum, tuoc valet actus licet veniat irritãdus, & hoc

16 caſu procedit opi.Cal.† Et ꝑ boc dixit ipſe i dicta diſputatione, quod collatio beoeficii facta per excommunicatũ oceultum ei, qui ſciebat illum excommunicatum, tenet mero iure ratione publici officii conferentis, tamen iſte, cui facta eſt collatio, poterit priuari illo bñficio, ut puniat̃ in eo,ĩ quo deliquit.participauit. n. cũ ꝑſona ꝓhibita & ĩ

17 actu prohibito.† Et no.hoc ultimũ, ad quod adduco dictũ Inn.in c.i.de ſchiſma.vbi notabiliter dicit, quod quantũcunque excommunicatus toleretur, dummodo probari poſſit, quod ſit excommunicatus,ſi uocat aliquem ad ordinem,vel alia ſacramenta, poteſt ei dici,non recipiã hoc a te, quia es excommunicatus, vnde tibi participandum non eſt.& hæc eſt legitima cauſa appellandi,ſi prælatus eũ compelleret.ſecus dicit in aliis, puta in infamib.irregularibus & ſimilibus. Nam contra eos non eſſet talis exceptio admittenda.ſ.non recipiam hoc a te, quia tu es irregularis quia ſufficit ſecundum eum, quod toletetur 7. q.4.ca.nonne.rationem diuerſitatis aſſignat, quia excommunicato communicari non poteſt ſine periculo, ſed in aliis ſecus. Idem,quod in excommunicatis, dicit in ſimoniaco in ordine,& notorio fornicatore & hoc ea ratione,quia ab eorum obedientia ſua authoritate licet recedere. 32. diſt.ca. pręter.§.verum. Not.ſingulariter hæc: ſed uide quod dixi in c.veſtra,de coha.cle.& not. ex prædictis vitandum eſſe excõmuoicatum etiam occultum, licet ſit proprius pręlatus.Sed de hoc ultimo uide,quod leg.& no.in ca.cum non ab homine.i.reſponſo.de ſen.excom.Prędicta dico procedere, quando toleratur is, qui alias habet poteſtatem & publicum officium. licet infectum propter excommunica

18 tionem.† Quid autem,ſi nullam poteſtatem habet, ſed eſt ĩtruſus,tamen communis opi.habetur.pro prælato, an ualeãt per cum geſta.vide not.per Innoc.in c.nihil eſt,de ele. & quod leg.& no.in l.ſi urbana,ff.de cond.inde.& aliquid per Inn.in c.in literis,de reſt.ſpol.& quod dixi in c.grauis,

19 eo.ti.& hæc ſufficiant quo ad iſtum articulum. † Gl.2. colligit arg.quod literis epiſcopi creditur.Inn.videtur colligere contrarium,arg.l.quod non credatur. ad quid enim mãdaretur inquiri,ſi crederetur? Io.An.dicit poſſe dici, quod mandatur inquiri non de excommunicatiooe,de qua conſtabat: ſed de publicatione, de qua non conſtabat. Vel poteſt dici iudicio meo,quod papæ non conſtabat de literis allegatis,ideo mandat inquiri. Vel dic quod erant literæ teſtimoniales, non autem promulgatoriæ, & de materia dic,ut plene dixi in c.poſt ceſſionem, de proba. Quęro quæ poterat eſſe alia cauſa nullitatis,de qua Papa mandat inquiri? Glo.3.ponit multa exempla, quorum aliqua non conueniũt literę. Et primo dicit,puta quia electa fuiſſet excommunicata, vel per ſimoniam electa, uel alias in ſufficiens.certe bæc exẽpla non ſunt bona quo ad tex.quoniã ſi tex.intellexiſſet de uitio concernente perſonam,non mãdarer amplius inquiri de electione. cum eſſet peremptum negotium principale. Item bic nõ agitur de cauſis infringentibus.electionem,ſed proceſſum & ſentẽtiam. Ex hoc infertur,quod hæc ſequens exemplum de forma in electione non ſeruata conuenit literæ: & hodie in electione monialium non ſeruatur forma ca.quia propter,de ele.& c.in dẽnitatib.de elec.lib.6.ideo tene quod ſequitur in gl. quia forte obiiciebatur, quod non fuerit ſeruatus ordo iuris in

20 iudicio.† Oppo. io eo quod papa mandat caſſari ſententiã latã a publico excommunicato. videtur enim quod ſit ipſo iure caſſa & irrita, quia excommunicatus eſt ſuſpenſus a iuriſdictione,& per conſequens non poteſt aliquid attẽtare ualide,quod ſit iuriſdictionis, ad hoc quod leg.& not. in c.cum dilectus,de conſue.& c.ueritatis,de dolo & cont. & in c.paſtoralis.inſ.de appel.Sol.gl.(vt arbitror) metu cõtrarii exponit tex.in uerbo, Caſſata.i.caſſa & irrita nunciata.ꝙ ſic expreſſe ſenũt talem ſententiam eſſe nullam,& idẽ ſentit inſ.eod.cum dicit nulla in excommunicatum poteſt cadere iuriſdõ.Item uoluit Inn.hic,qui exponit tex.ibi: Infirmãdã.i.ĩfirmã nũciandam.Et idem tenet gl.in c. ſciſcitatus,de reſcr.& cap.exceptionem,de excep.in l.i.C.de iur. & fac.ign.& probatur a contrario ſenſu in c.ſi.de cler.excomini.vide gl.24.q.i.ĩ ſumma,& in c.audiuimus,ea.cã & q. & hoc ĩcunctãter teneas. Nã ſi iuriſdõ eius eſt ſuſpenſa,nõ valet,qđ agitur.d.c.veritatis. ſed data clandeſtinitate valet actus propter publicam utilitatem ratione publici officii,

ADDITIONES.

a ¶ Venio. Vide Ant.de But.in diſputa.ſua incipien.Bononienſis quidam vſurarius.& Abb.in c.fraternitatis.ſup.de teſti. cum allegatis per Do. Iaſo.in l. Barbarius.ver.ſucceſsiue.Bar.hic in ſi.ff.de off.præto.vbi ponit concluſionẽ affirmatiuam quod valeant acta facta per iudicem excommunicatum occultum.& limitat duob.modis vt ibi per eum. vide etiam ad hoc Andr.Sicu.in c.ab excommunicato.ſup.de reſcrip. Seb.Sap.

b ¶ Tolerantur. Vide Cal.in diſpu.ſua incip.excommunicatus.& Ab.in c.cum dilectus.de conſue.& in c.veritatis,ſup.de dolo & contu.& in c. ab excommunicato,ſup.de reſcri.& Lapum all.cis xxn.Gemi. in c. decernimus in vi. & in c.ıde reſcri.eo.li.Abb.in c.paſtoralis.§.verum.inf. de app. Seb.Sap.

cii, ut hic, & in iurib. superius alle. Et per hoc declaratur sequens particula gl. in eo, qđ colligit sententiam retractari detecto ipedimēto, & statum opponit de multis iurib. qb. probatur contrarium. dicendum est enim hoc impedimētum erat publicū, & sic snia fuit ipso iure nulla, secus si occultum quia tunc non retractaretur snia, ut in contrariis: 21 & hoc a contrario sensu. † Vlterius gl. opponit in eo quod retractatur seu vitiatur hic sententia ex vitio vnius iudicis duntaxat. vnde obst. l. i. ff. quod cum fal. tut. vbi dicitur quod si veri & falsi tutores interponunt authoritatem, sustinetur actus propter verum tutorem. Ad idem cap. cum Vintoniensis. de elec. vbi habiles simul elegerunt. So. gl. qđ delegatis datur iurisdictio, ut omnes simul procedant, ita quod exercitium non competit insolidum, sed pro parte, iō ex defectu unius vitiatur in totum quicquid oēs agunt, ut in uno delegatorū, de of. del. & ad cōtraria gl. formaliter non responde: Sed tu dic, ut plene no. in c. cū sup abbatia, de of. dele. & specialiter ad d. l. i. dic quod tutores habent potestatem in solidum. ideo quisque videtur interponere authoritatē meliori modo, quo potest. Ad c. cū Vintoniensis. dic quod illi non erant inhabiles quo ad se, sed respectu sociorum. de cuius vtilitate ipsi erāt priuati, vnde inhabiles illos admittendo videntur illos habilitasse, ut ibi not. Vltimo extra glo. quęro quare text. ponit illam dictionem suspensiuam, ibi: Interim, &c. Triplex datur so. secundum Doc. Prima, ut exponatur, interim. i. pendente illius administratione, cui debuit fieri resignatio subtractorū, ut hr in c. cum dilecta, de rescrip. Scđa, ut habeat respectus ad appellationis pendentiam. Tertia, quod hic excipiebatur cōtra procuratorem domini de excommunicatione, ut sit sēsus, quod pendēte illa cognitione interim isti cognoscant de iurib. sententię & in hoc nō est uis, quę opinio teneat. An autem, quod hic dicitur de excōicatione, habeat locū in suspensione maiori, credo q sic per d. c. cū dilectus, & q ibi no. de consue. & c. si celebrat. de cler. excō. mini. a contrario sensu. hęc sufficiant.

SVMMARIVM.

1 *Res inter alios acta quare aliis non praeiudicat.*
2 *Res inter alios acta non nocet, nec prodest aliis nisi quo ad semiplenam probationem, quod relinquitur iudicis arbitrio.* 3.
4 *Attestationes & probationes inter alios acta aliis non praeiudicant, prout sententia.*
Confessio non praeiudicat confitenti, nisi respectu interrogantis. 31.
5 *Communis persona agens pro conoticia non producat ei, nisi ratum habeat.*
6 *Si aliquis fuit condemnatus de homicidio mutuo, & postea appareat verus homicida, potest non obstante, quod fuerit primus indebite punitus, & ipse decapitari, & idem in aliis delictis.*
7 *Pignus si perdatur, vel euincatur, periculum est debitoris.*
8 *Res inter alios acta praeiudicat tertio, si de re sua litigatur, & potuit aut Ipedire, aut potestati, aut iudicio u se assistere, & nō fecit.* 12. et 34.
Creditor potest agere hypothecaria etiam uicto debitore.
9 *Debitor agens super proprietate rei pignoratae si succubuerit, an noceat creditori. & econtra.* 10.
11 *Litem esse motam non sufficit scire ad hoc, ut scienti praeiudicet, nisi sciat sibi ius in illa re competere.*
12 *Sententia lata contra venditorem super re vendita, vel contra vxorem super dote, an praeiudicet emptori, vel marito, & quid econtra.*
13 *Fiscus habēs rem communem cum priuato potest totam vendere, & priuatus non potest venditionem reuocare, sed bene partem precii repetere, rem autē priuati totam non pōt vendere, nec ēt Imperator, nisi re petet suam ratione possessionis, quo casu valet venditio, & precium si in restituitur.*
de app.l.a proconſulib.Sed primam partem, quod de iure 1 canonico non veniat appellans[a] puniendus vltra expēſas, & quod aliud ſit de iure ciuili,tenet gl.in l.1.ff.a qui.appell. non licet,& Cyn.in l.eos,C.de appel.& Spe.eo.ti.§.nunc dicamus, in prin. Ego uero diſtinguerem ſic, quod aut q̃s temere ſeu importune appellauit. & punitur de iure ciuili vt in legibus prædictis, quæ non requirunt in hoc calumniam. Ad idem l.quiſquis,C.quo.app.non reci.canonizata.2.quæſtio.6.ca.ci.q.§.ſi quis etiam auſus,& §.fin.ſed de 2 iure canonico talis non punitur,niſi in expenſis.† Sed ſi nō eſt ſoluendo,poteſt puniri in corpus,ut hic,& melius in c. reprehenſibilis,ſup.eod.facit c.finem litibus,de dolo & cō tu.probat optime tex.in c.i.de elect.lib. vi.in uerſi.Hoc autem,puto tamen, quod alia pœna extrinſeca puniri poterit,ſi iudici hoc viſum fuerit, arg. optimum in c.frequens, de reſti.ſpo.li.6.& in l.non ignorant.C.de fru.& lit.expen. Aut quis calumnioſe appellauit.& tunc in pręſumpta calū 3 nia idem dicendum.quod .ſup. † Nam eo ipſo,quod appellans ſuccubuit præſumitur calumniatus vt probatur in d. c.i.de ele.lib.6.ad fi.& notanter probat ille text.quod de iure canonico non habent locum prædictę pœnę legales.nā ibi pro præſumpta calumnia imponitur alia pœna,& ī certo caſu tantum.ſ.cum quis deficit in probando,quod obiicit in perſonam electi. Aut quis poteſt conuinci de calumnia ex perſpicuis coniectus ſeu iudiciis, uel quod cauſa cōtemptus appellauerit,& tunc puniri debet de iure canonico,pœna tamen arbitraria,ad hoc c.cum parati. inſ.eo.ſecundum vnum intellectum . nam calumniæ delictum non debet remauere impunitum etiam de iure canonico, ut inſ.de calumnia. per totum ſed de iure ciuili ſerua leges. ſ. alle. & hoc no.quia non habes alibi hunc paſſum ita plene 4 diſcuſſum. † No.ſecundo, quod non ex qualibet contrauē b tione [b] canonis incurrit quis ſemper mortale, vel ſaltem ſit pœna depoſitionis afficiendus. Nam iſte abbas temere, & ſic contra ius appellauit , nec tamen fuit remotus ab abbatia,uel tanquam pro mortali punitus, & ſic limita gloſſam,in c.generali,de elec.libr.vi.& uide quod circa hoc dixi in ca.nam concupiſcentiam,de conſtit. & in c.i.eodem 5 ti.† Et ex hoc,& ex text.no.& tene menti, quod licet platus regularis poſſit pro modica cauſa a tegimine remoueri,ut in c.per tuas,in fi.de ſimo.& ca.qualiter , & quando, in fi.de acc.non tamen ſufficit quęlibet cauſa lęuis , ut hic. 6 † No.tertio abbatem conueniendum coram ordinario loci. 18.q.2.c.abbates,& c.monaſteria,& inf.de reli.do.c.cū venerabilis,,cum ſi. non tamen in tantum ſubiiciuntur loca.religioſa,& eorum perſonæ, ſicut ſecularia, & perſonæ ſeculares: de quibus dicendum,ut legi.& no.in ca.dilectus de of.ord.per Inno.in c.i.de ſtat.re.& uide gl. 11.q.5.c.qui reſiſtit,quæ dicit,quod monachus potius obedit abbati,q̃ 7 epiſcopo,de quo in c.cum ab eccleſiarum, de of.or.† Not. quod ſecundum antiqua tempora valebat appellatio non expreſſa cauſa grauaminis,ut no.inf.e.c.ut debitus,tamen vbi erat notorie friuola, non deuoluebat cām,& hoc reperiebatur iſta decr.olim,hodie autem non habet dubium p prædictam decr.ut debitus, quia debet eſſe cauſa appellationis vera,iuſta,& exp̄ſſa in ipſa app. de quo dicēdum ut 8 ibi,& cle.appellanti,eo.ti. † Circa hunc tex.q̃ro de duab. quęſtionibus.Prima, an valeat app.generalis reſpectu iudicum ,puta appello ad iudicem competentem? Bart.in l. c i.[c] ff.eod.tenet quod ſic per text.illius l. i. prope fina.cum ſeq.quod eſt veriſſimum de iure ciuili: quia genus,qđ non poteſt uerificari niſi in una ſpecie,nō inducit aliquam certitudinem,ſicut in ſimili no.in nomine appellatiuo in cap. quoniam abbas.de off. deleg.& ca.ex parte.inf.eo.tit.Sed cum de iure ciuili non poſſit appellari omiſſo medio, ut in l.imperatores,ff.de app.ergo illa generalitas reſpectu iudicis non inducit incertitudinem,quia debet intelligi de iudice ſuperiore immediate , & per conſequens non vitiat. 9 † Sed iure canonico [d] puto talem appellationem non ua- d lere.quia poteſt appellari omiſſo medio ad papam,3.q.vi. ca.ad Romanam.Item ad legatum in prouincia ſecundum quoſdam.vt no.in c.i.& c.quod translationem, de of. leg. vbi hoc teneo. Item ad patriarcham ſecundum Inn. in ca. antiqua de priuile. & gl.in capit.renouantes.32.diſtin.de quo tamen dic,ut plene no.in d.cap. antiqua. & ideo cum hæc appellatio generalis inducat incertitudinem,non debet valere,quia iudex debet eſſe certus,de reſcr.c.ad hæc, nec licet cum alterius iniuria vagari .l. prætor edixit,ff.de 10 iniur. † Puto tamen,quod vbi euitaretur incertitudo,valeret talis appellatio etiam de iure canonico , puta quia appellatur a ſubdelegato delegati Papæ.nam tunc non pōt itelligi niſi de iudice ipſo delegato,quia eo omiſſo non pōt ad aliquem appellari,iuxta illud quod leg.& no.in c.ſuper quęſtionem.§.ſi uero,de of.deleg.& dixi in c. cum Bertol. 11 de re iud.& facit quod dicam in ſequen.q.† Quæro ſecun- e do,quid ſi appellatio interponitur alternatiue[e] reſpectu iudicum , nunquid valeat? vide bonam gl.in c.is cui,de offi. deleg.lib.vi.& per Io.An.plenius in regula,in alternatiuis de reg.iu.in Merc.Et videtur concludere Io.An.in utroq; loco, quod de iure ciuili poſſit talis appellatio tolerari, q̄a ex quo illo iure iudex eſt certus, vt dixi in præceden.q.alternatiua non poteſt inducere obſcuritatem,ſed de iure canonico concludit , quod non ualeret, cum poſſit appellari omiſſo medio,ut dixi.Sed uide tu Do. de Rota deci. 202. ubi vſr.impugnare hoc dictum Io.An. dicentes quod aduerſarius poterit in proſecutione certificare appellatum, & referunt Ioan. de Lig. hoc tenuiſſe . Ego dicerem,quod aut talis alternatiua eſt,quæ non habet inducere incertitudinem,puta quis appellat ad iudicem competētem, vel incompetentem,& tunc idem dicendum eſt,quod de iure ciuili.nam illa pars repellit iudicem incompetentē. Aut poſſet ad utrunq; appellare,& tunc ſi iuſta cā illum excuſat in diſcernēdo quis ſit competens,& puto appellationē valere,arg.eorum quæ le.& no.maxime per Inn.in c.conſtitutus,de in integ.reſti.& in le. 1. ff.quorum leg.& in cap.i.de poſtu.præla.li.6.ceſſante autem iuſta cauſa tene opi.Ioan. An.Glo. eſt facilis, & inſtat circa quædam brocardica , & uide quod not.in capitul.ſi ſacerdos , allegato in ea.Nico. Abbas.

ADDITIONES.

a ¶Appellans. Idem tenet Ang.in l.ab executione.C.quo.appella.vbi tenet q̃ ita ſeruatur in terris eccleſiæ. Seb.Sap.

b ¶Contrauentione Vide Bar.in l.ſi quis pro eo.in v membro.ff.de fideiuſſori & Card.in c.a [illegible].de vi.ex ho cle.& in cle dudum.§.ſi.de ſepul. Abb. in rub.[illegible].de obſer.iein.in fi.& in c.iacris.ſ.de his quæ vi,metuſve. Seb.Sap.

c ¶In l.j.Adde in §.ſi quis in appellatione.poſt me. in ver.quæro quod ſi aliquis. & idem quod Bar tenet Spe.§.nunc tractemus.ver.ſed ſequun.in eo.tit de app. & Bal.in l.aperoiſtos.C.de iud.in j.q.gl.& Bald. in l.cum proponas.ante fi.C. de bo.au.iud.poſ.& ipſe Abb.pa.in c.vt debitus.in fi inf.eo & circa hanc materiam adde omnino Pau.de Caſt.in l.qui Romæ.§ pe.ff.de verbo.obl. & quod ibi no per Alex.de Imol.

¶Adde an valeat appellatio generalis Alex.conſi.clxx.& clxxxiij.ij.lib.

¶Circa hoc an proceda appellatio generaliter : dicas q̃ appellatio fit multipliciter vt per verbum appello prolatum ſic ſimpliciter : vel per verbum appello a ſententia,vel per verbum appello,ad iudicem competentem: vt eſt gl. in l.cum proponas. C.de bo auth.iud.poſ.Item per ver. appello ad iudicem quia tunc intelligitur.l.competentem. vt in l.qui Romæ.§ Seia.ff. de verb.obli. Item per verbum appello ad quemlibet iudicem ſecundum Bal in l.apertiſſimi C. de iud [illegible] tantum intelligitur a ſi appellatur ab interlocutoria debet inſeri cauſa & iuſtificari ex eiſdem actis.ſi vero appelletur a diffinitiua ſufficit appellare abſque aliqua expreſſione cauſæ quæ tamen poſtmodum in proceſ ſu cauſæ appellationis debebit allegari vt in c.vt debitus.& i c.interpoſita.hoc eo.ti.& in l.per hanc.C.de temp.a p. Ant Franc.

d ¶Canonico. Io.de Imo.in d l j ff eo. tenet quod imo indiſtinctè valet appellatio iſta appello ad iudicem competentem : quia de iure canonico gradatim debet appellari præter quam in duobus caſib.quorum vnum eſt ſedes apoſtolica & alter legatus eiuſdem: vt in c.a.de offi.lega vnde in dubio videtur in aliis vti iure cōi & non ſpeciali.l.quanquam & l.tertio.ff.de teſta.mil.l.a j.

¶Alternatiuè. An poſſit appellari alternatiuè vel copulatiuè vide per Ange.& Moder.in l j §.ſi quis.in fi.ff.eo & Bal.in l.appellatione.C eo. & Bal.in l.cū proponas.in fi C.de bo.aut.iu.poſſ.& ibi Ang & Sal.tenent cum Bal . ſed an poſſit permittere vide Bal.in l.ſi quis libellos.C.eodem.

¶Adde an valeat appellatio alternatiua.Alex.conſi.clxj.lib.ij. D. de Ro.deciſis in nouis.hoc eo.tit.

e ¶Alternatiuè Vide Mod.poſt Inn.& Bal.in c.ex parte. vbi etiam D Anto l.de reſcri.Ang.in conſ.cccxxxvj.incip iſta quæſtio.Bal.in conſ.cccxx.incip D Simo.in quarta parte.

SVMMARIVM.

1 *Monachi, & alii religioſi appellant a correctione ſuperioris,qui in corrigendo excedit modum .7. vbi ponitur quid ſit agendum in tali appellatione:*

2 *Monachi delinquentes circa regulam & ipſius ordinationes ſunt plectēdi per abbatem , ſi uero delinquunt circa alia crimina ob quæ venit formanda contra eos inquiſitio, vide remiſſiue. 3.*

4 *Monachi & alii religioſi, vel clerici ſeculares,an poſſint poſt profeſſionem aſtringi,vt viuant ſub ſtrictiori regula,quam ſub illa, quā in ingreſſu inuenerint. 5.*

6 *Fratres medicantes poſſunt tranſire ad religionem S.Benedicti ex regula,quam habent:ſed non ex conſtitutionibus,quas poſtea fecerint,quibus ſtatur.*

8 *Appellatio non eſt admittenda,ubicumque ſententia eſt notorie iuſta.*

9 *In appellatione a diffinitiua non eſt neceſſe exprimere cauſam.*

CAP.

CAP. III.

A D nostram. A correctione nõ appellatur, uel sũmo sic inspecta mente. A correctione legitima non appellatur, nisi modus excedatur. h. d. Primo præmittit causam mandati. Secundo mandatum, ibi: Mandamus. Casus literalis. Abbas S. Petri quęsiuit a papa, an deberet deferre appellationibus monachorum suorum a correctione interpositis. Respondet, quod appellatio non est inuenta, ut alicui præstaret patrocinium i sua nequitia existenti. quare mandat eidem, quatenus, non obstante appellatione subditorum suorum, corrigat eos secundum regu-
1 lam & institutionẽ ordinis sui. Bern. No. † primò a cõtrario sensu, quod appellatio permittitur etiam religiosis, quando indebite ꝑgrauantur per superiorem procedentẽ ꝑ viã correctionis: quod clarius probatur, inf. eo. in c. reprehensibilis. ad finem nulli enim deneganda est defensio, etiam si sit excommunicatus, supra de excep. c. cum inter. Not. secundo, ibi: Quilibet subditorum tuorum. iuncta suprascri-
a ptione, quod monachi possunt dici subditi abbati[a] eorum. Idem potest dici de secularibus respectu prælatorum suorum, ut in c. irrefragabili, de of. ord. & ca. cum apostolus. §. prohibemus, de censibus. Sunt enim isti sub. prælatis ratione iurisdictionis & prælaturæ, prælati tamen debent eos tractare, ut socios, quia non sunt domini, nec debent vt domini dominiari, vide bo. tex. in c. esto subiectus. 94. dist. & per illum tex. arguit ibi gl. i. contra supercilium episcoporum, qui subditos appellant filins, cum debeant eos appellare fratres. vel socios. 7. q. i. c. quod autem, & in q. iii. cap. audiendum. Caueant tamen subditi, cum scribunt prelato vt non appellent eum fratrem, cum debeant eum honorare in suprascriptione, ita notãter dicit illa glos. sed tu vide tex. in c. cum clerici. de uer. sig. & ca. graue, de exces. præla.
2 vbi clerici appellant episcopum dominũ. † No. 3. ibi: Corrigas, & castiges. iuncta suprascriptione, quod correctio monachorum spectat ad abbatem solum, unde hic nulla fit mentio de e. suo: ad hoc c. nullam, 17. q. 3. & vide Ioan. An. in c. Ioannes. inf. de reg. Ex quo infertur, qđ maior est in hoc authoritas Abbatis in monachos, quã Epi in clericos, q̃a Eps illos nõ corrigit de iure ubi sine consilio capituli sui. 15. q. 7. c. Eps nullus licet valet consuetudo in contrarium, ut in c. 3. de consue. li. vi. An aliquo casu teneatur abbas habere consilium sui capituli in correctione monachorum dicam. inf. eo. c. reprehensibilis. Item no. ex hoc & ex text. quod correctio monachorum principaliter spectat ad abbatem etiam excluso episcopo, quod non reperitur in alio prælato seculari citra episcopum iuxta not. per Inno. & alios in c. cum ab ecclesiarum, & c. quanto, de off. ord. & de abbate est bo. text. in d. c. quanto. hæc indubie ꝓcedunt in his quæ spectant ad regulam. & ad constitutio-
3 nes ordinis. † Quid autem cum accusator monachus de delicto extrinseco, uel est formanda contra eum inquisitio: vide per Doc. in præal. iurib. plenius per Ioã. de Lig. cle. ne in agro. de sta. reg. plenissime dixi in repe. c. si quis contra clericum, de foro comp. & credo hunc articulum posuisse
b in c. cum contingat, eo. xi. & in fauorem[b] abbatis optime facit c. in singulis, & c. si. de sta. reg. in c. suscipimus, de homi. & c. moniales, de pur. ca. No. ultimo monachos posse compelli ad obseruantiam religionis, & constitutionis ordinis facit tex. in cle. i. de priuile. Et ex hoc & ex tex. no. differẽtiam inter obseruantiam religionis, & ordinis. Nam obseruantia religionis proprie consistit circa, id quod continet in regula illius religionis. Obseruantia autem ordinis concernit contenta in statutis & constitutionibus ordinis post regulam factis ab illis de illo ordine, seu per superiorẽ
4 habentem ad hoc potestatem. † Et faciunt hæc ad quæstionẽ, nunquid religiosis possit post professionẽ indici durior & strictior vita, & facit iste tex. quod sic, quia nedum ad regulæ obseruantiam tenentur, sed etiam ad statuta ordinis.
c Sed tu vide ad hanc quæstionem bo. gl.[c] in regula ꝗ omnes tangit, de reg. iu. li. vi. & in c. gesta. 74. dist. & per Inn. in c. super eo, de reg. & aliud per eundem in c. dudum, de con
d uer. coniuga. & communiter tenetur, quod possit:[d] q̃a monachi renunciauerunt propriis voluntatibus. vode nõ possunt resistere, sed tenẽtur facere quantum possunt, ad hoc facit c. in memoria. 19. dist. & melius in c. onico, de sta. reg. li. 6. vbi moniali fuit indicta, perpetua clausura, & optime adduco tex. secundũ vnum intellectum in c. reprehensibilis, præall. in fi. vbi patet, quod etiam statuta Abbatis & capituli ligant monachos, vel moniales singulariter, & videt eis sufficere maior pars capituli, ar. c. i. de his, quæ fi. a ma.
5 par. ca. † Circa clericos seculares videtur aliter sentire glo. in d. reg. quod omnes, sed ego dicerem sic, quod aut quęritur nunquid possit eis indici austerior vita per quam austeritatem mutetur status ꝑsonæ: ut puta quia acolyti teneãtur continere, nec possint transire ad noptias, vel quod abdicent a se propria, & procedat illa gl. & hoc non posset fieri, nisi ipsi ordinati consentiant, arg. 32. q. 1. ca. integritas. Aut inducitur aosterior vita circa accidentalia, per quæ status vitæ non mutatur, & tunc superior poterit, maxime papa, ar. opti. c. quoniam de vi. & ho. cle. & 4. dist. c. denique cum si. Item & Capitulum ipsius ecclesiæ, dummodo omnes consentiant, non enim puto in eis sufficere maiorem partem, arg. eorum, quæ no. io c. cum omnes, de const. per Inn. & gl. puto etiam qood debeat interuenire consensus, & authoritas Episcopi iuxta ea, quę no. Inn. in c. cum consuetudinis, de consue. & per gl. in c. a. de verb. sig. libr. 6. in ver. statutum. Secundo principaliter induco tex. ad prędi-
e cta, quod ad cõsiderandum, quæ religio[e] sit strictor, nõ dẽt simpliciter attendi dispositio originalis regulæ, sed etiam statuta ordinis, quę duriorem viuendi modum inducunt,
6 vt hic, & in c. i. de statu. mo. libr. 6. † Et hæc faciunt ad fratres prædicatores, qui ex regula oon sunt mẽdicantes, sed postea ex constitutione ordinis abdicarunt a se propria, & fecerunt se mẽdicantes. vnde habito respectu ad regulam possent intrare ad religionem sancti Benedicti, non autem
f sic habito respectu ad constitutiones.[f] Item dic, quod debet considerari austeritas religionis respectu obseruantiæ de præsenti, & non respectu institutionis antiquę. vnde nõ potest quis de religione in se laxiori intrare ad arctiorem respectu antiquæ institutionis. Sed de pręsenti illa austeritas non seruatur, quia non videtur ductus spiritu Dei, sed aduersarii, ut in c. sane, & ibi ꝑ Inn. de reg. & hoc nota. quia multi errãt, & sępe uidi seruari cootrarium, & male.
7 † Venio ad gl. & oppo. de c. de priore infra e. & c. licet corrigendis, de offi. ordin. ubi in causa correctionis non appellatur. Solu. dicit gl. fin. quod istud fallit, cum exceditur modus in corrigendo, ut in contrariis. Reddit autem in fi. rõnẽ regulę quare nõ appellatur, quia fit ad pœnitẽtiam, & extra formã iudicii. hoc idẽ sentiũt Tan. & Vin. dicẽtes ꝗ si ꝓcederet in forma iudicii, posset monachus, sicut & clericus appellare, sic videntur isti sentire differentiam inter clericum, & monacbum respectu processus extraiudicialis Inno. uero dicit quod hodie non videtur differentia inter regulares & alios, & inter correctionem & alium processum, cum semper liceat appellare, si superior excedat, ꝗ idem est, ac si grauet d. cap. inquisitionis. Olim autem porat esse differentia, quia clerici sepius audiebantur appellantes, regulares autem rarius. Præterea contra disciplinam non appellabant, nisi grauarentur. In aliis audiebantur appellantes, licet non grauarentur, & posset hodie secundum eum præcedẽs dictum habere locum post sententiam contra regulares latam, secundum ipsorum regulam. nam tunc nõ deferret iudex tali appellationi, & idem dicit in corrigendis excessibus regularium subditorum. sup. de of. ord. in c. irrefragabili. §. i. Host. dicit, quod quicquid dicat Inn. multi sunt casus, in quibus grauatur secularis clericus, & in eisdem oon grauatur regularis. vnde dicit hodie & olim magnam differentiam esse inter correctionem regularium & secularium clericorum. inf. eo. c. cum speciali, de accu. c. qualiter, il 2. §. fi. de simo. c. per tuas. §. fi. & idẽ Gui. in Spe. co. tit. §. in quibus. uer. 11. Sed per istud dictũ Host. non tollitur opi. Inn. unde dico quod respectu facultatis appellãdi nulla est hodie differẽtia inter seculares & regulares

ADDITIONES.

a ¶ Subditi Abbati. Nota ꝗ monachus dicitur subditus Abbatis ergo potest inferri ꝗ non poterit in ius vocare Abbatem sine venia. vide quæ dixi in c. ex parte. de accu. & c. cum olim. de caus. poss. & prop.

b ¶ In fauorem Abbatis. Adde quod ibi posui. And. Barb.

c ¶ Bonam gl. Contra illã gl. in d. c. quod omnes consuluit Oldra. in consi. xcvj. inci. nunquid monachum. de cuius veritate disputant hic Fel. & Dec. Seb. Sap.

d ¶ Quod possit. Adde videndum Old. consi. xcvj.

e ¶ Quæ religio. Vide Car. in consi. xix. inci. pro eluci. & Lapum alle. lxij. inci. Frãc. cu. & allegatio. cxxxv. inci. pro dubij propositione.

f ¶ Ad constitutiones. Adde Cal. consi. xiii. de reg. & vide Lapum allega. lxi.

regulares,quia etiam ſeculares hodie non appellant extra iudicium, vel in iudicio ante ſententiam,niſi ꝑtextu. grauaminis,quod exprimere tenentur,ut in c.ut debitus honor.inf.eod.& ca.i.eo.ti.libr.vi.& idem eſt in religioſis, ut ſup.dictum eſt.Fatendum tamen eſt,quod facilius prægrauari poteſt in ordine procedendi, & in aliis religioſis, quã ſecularibus,ut in iuribus all.per Hoſt.ſed per hoc non tollitur.ſupra dicta concluſio. oportet in utriuſque grauamen ſubeſſe,ſed olim poterat eſſe differentia, quia omnis appellatio quę nõ erat manifeſte friuola deferebat cauſam ad ſuperiorem.i.q.vi.c.ad Romanam,no.in pręall.c.ut debitus.ſed regulares non audiebantur appellantes, niſi excederetur modus in corrigendo inſ.e.ca.cum ſpeciali.Poſt
8 ſententiam vero diffinitiuam idem poteſt dici.† Nam ſi ſẽtentia eſt notorie iure fulcita, nõ debet admitti appellatio tam in religioſis,quã in ſecularib.ut in c. Romana.§.ſi autem poſt ſentẽtiam.inſ.e.facit c.cũ ſit Romana.inſ.e.Secus autẽ eſt ubi poſſet competere excuſatio, vel poſſet habere locum, non probatum probabo & c.ut in c.cum Ioannes, de fid.inſtr.& l.per hanc,C.de tem.appe.Illorum enim iurium ratio pariter vendicat ſibi locum in ſecularibus,& religioſis. Vltimo ſcias, quod Inn.poſuit hic unum notabile dictum,dicens, quod ſi quis appellat in cauſa correctionis etiam poſt ſententiam,nõ valent literæ impetratæ in cauſa appellationis, licet faciant mẽtionem de appellatione, niſi faciãt mẽtionẽ de cã cõdẽnationis, all.c.dilectus filius Abbas,de reſcrip.& c.ſuper eo,de coha.cle. & mu. ſed illa iura hoc aperte non probant,quia non loquuntur in cauſa appellationis,ſed cum quis priuatus ex cauſa per ſuum ſuperiorem impetrat literas in forma communi ſuper ſua reſtitutione, ſubiiciendo cauſam ſuæ priuationis: ſed ubi
9 fuit poſt diffinitiuam appellatum, eſt maius dubiũ. † Quia regulariter cum appellatur a diffinitiua, non eſt neceſſe ex
a primere cauſam:[a] ſed ſufficit dicere,appello ab iniqua ſẽtentia,ut l.i.in fi.cum l.ſeq.ff.eo.ti.no.gl.in c. cum in eccleſia.inſ.eod.ſed nihilominus placet mihi opi. Inno.quam tamen defendo alia ratione, videlicet cũ proceditur ad correctionem,interdicitur appellatio regulariter: ſed admittitur in caſu ſpeciali, ſ. cum in corrigendo exceditur mo-
b dus.[b] ut in c.licet in corrigendis,de of.ord.& inſ. c.de priore,& c.reprehenſibilis. Cũ ergo ius reſiſtat tali appellationi niſi certo in caſu, oportet, qđ ille caſus exprimatur,ut appareat appellatum in caſu conceſſo,ſicut obſeruat,cum appellatur ab executore,vt dixi plene. ſup.tit.proxi.in ca. quoad cõſultationem . & ideo in impetratione literarum
c debet fieri mentio de cauſa condemnationis.[c] quia ea expreſſa forſan papa literas denegaſſet, niſi vidiſſet cauſam rationabilem appellandi.arg.in c.poſtulaſti,de reſcrip. Ex his dico,quod ſiue ad correctionem ꝓcedatur extra iudicium, ſiue in iudicio, ſiue appelletur ante ſententiam,ſiue poſt neceſſe eſt ut exprimatur in appellatione cauſa, appellandi,puta,quia excedit modum,& in impetratione literarum oportet, quod etiam exprimatur cauſa condemnationis, & hæc bene notabis. Annectit etiam Inn.aliam differentiã inter proceſſum in cauſa correctionis,& in alia cauſa.Nam contra correctionem non poteſt allegari præſcriptio,ſecus in aliis cauſis. Dic tu clarius,quia ſicut contra viſitationem non poteſt allegari aliqua pręſcriptio actiue,ſed paſſiue ſic,iuxta ea quę habentur in ca.cum ex officii,& c.cum non liceat, de pręſcrip.ita nec cõtra correctionem. nam viſitatio fit propter correctionem. de aliis uero qualiter præſcriptione tollatur,dic ut plene dixi in c.cum contingat,de fo.compe.

ADDITIONES.

a ¶Exprimere cauſam. Adde La. ſ̃an de Ora. in c.quoniam contra falſam §.interlocutoria.de app.nu.39.ver.ſans ſupra viſum eſt & ibi remiſſ.in apo Bene di. vad.in ver. exprimatur. ſup.de proba. Zach.

b ¶Exceditur modus. Adde Ro conſ.ccci & Calder.conſi.xx de regula.

c ¶Cauſa condemnationis. Adde pro hoc quod dicit Alexã. conſil. [illegible] lib. [illegible] licet remiſſoriæ condemnationum nullæ niſi omnia ſpecificentur in ſupplicatione quæ potuiſſent mouere principem ad non concedendum: de quo per Old.conſil.xxii.in fi.

SVMMARIVM.

1 *Appellans ſi non proſequitur appellationem in termino ſibi dato, cenſetur primæ ſententiæ acquieuiſſe.*

2 *Appellans habet annum ad proſequendum & finiẽdam appellationem, & ex cauſa biennium.7.*

Iudex licet poſſit breuiare terminos,tamen non tenetur.

3 *Appellatio cenſetur deſerta non ſolum per lapſum termini iuris, ſed etiã hominis.4.*

4 *Appellatio an ſit deſerta vel lapſum termini hominis adeo, vt remaneat firma ſententia diffinitiua, a qua fuit appellatum?*

5 *Iudex delegatus poteſt terminum appellanti præfigere ad proſequendam appellationem.*

6 *Terminus ad proſequendam appellationem nõ poteſt præfigi appellãti per appellatum.ſed appellans ſibi ipſi poteſt præfigere.*

7 *Terminus ad iter accipiendum,vel ad præſentandum quomodo & qualiter detur tam a iure,quã a iudice,vel ab ipſo appellãte,ſiue appellatio fuerit iudicialis ſiue extraiudicialis.*

8 *Termino ad proſequendam appellationem quomodo ſatisfiat.*

Terminus ad arripiendum iter quando appellatur in curia, non debet dari

9 *Præſentare ſe tunc proprie quis dicitur,quando exhibet ſe conſpectibus alterius.*

10 *Appellãs qui in termino comparuit coram iudice a quo forte cum turbatoriis,non poteſt aſtringi regulariter ad proſequendam appellationem,niſi in termino iuris.*

11 *Appellans debet intra terminum facere fidem de præſentatione,alias iudex a quo mandabit executioni ſententiam,quam tulit credens appellationem eſſe deſertam.*

12 *Iudex ad quem a quo caſu poſſit abreuiare terminum datum a iudice a quo.*

13 *Iudex appellationis pendente dilatione data a iudice a quo, non eſt iudex.*

Appellans,qui licet impetrauit iudices, tamen in termino non ſe præſentauit, an nihilominus poſſit coram iudicibus impetratis appellationẽ proſequi.

14 *Appellatione deſerta poteſt iudex a quo,executionem mandare ſentẽtiã ſuam abſque alia citatione.*

CAP. IIII.

1 PErſonas. † Si appellans intra terminũ, a iudice, a quo appellauit, vel a ſe ipſo ſtatutũ applonẽ non ꝓſequitur, ſniæ vel iudicio illius ſtare cõpellitur,h.d.vel sũma aliter ſic.Põt appellans ſuæ applõni terminũ breuiorẽ termino iuris ſtatuere, eo aũt nimis proliaum ſtatuente, vel nullum,poteſt iudex ſtatuere cõpetẽtem intra quem ſi nõ ſatisfaciat eſt appellatio.h.d.cum principio ſequentis.ca. Diuiditur in duas partes prout ſunt duo dicta.Secũda,ibi: Si aũt. Caſus ſtalis. Aliqs appellauit.& applõni ſuæ nimis ꝓlixũ terminũ ſtatuit. iudex dẽt ei aſſignare terminũ, ĩtra quẽ.ſedẽ apo. cõuenĩẽter poſſit adire, & ſi ad terminũ,illũ appellationẽ ſuã nõ fuerit ꝓſecutus, ex tunc compellitur appellans ſtare iudicio ſuo ſuper his, quæ in quæſtione vertuntur, & ſi competentem terminum ſibi præfixerit. & appellationem ad illum non fuerit ꝓſecutus, ſimili mo-
2 do compellat illum. Ber. † No.primo, quod licet a iure detur appellanti annus ad proſequendam & finiẽdam appellationem,ut in cle.ſicut,eo.ti. poteſt tamen non appellans ſibi pręiudicando reſtringere terminum iuris reſpectu ꝓſequutionis & ſtatuere ſibi terminum breuiorẽ, vt hic, & inſ.c.proxi.cum ſi idem poteſt facere iudex,ut hic,& in ca. inſ. proxi. Non tamen iudex tenetur hoc facere,licet poſſit,ut in c.3.inſ.eo.& vide quod dicam. Not.quod ſi appellans nullum terminum ſibi præfigit,vel nimis proliaũ, põt iudex ſibi ſtatuere competentem,& iudicabitur competẽs & conueniens ſecundum diſtantiã viarum ſuarum, & qualitatem cauſæ, & naturam & qualitatem termini ſtatuẽdi. No.3.ex tex.duplicem terminum,qui appellanti ſtatui poteſt nã qñq;ſtatuit ad proſequendum , & qñq; ad ſe præſẽntandũ. nunquid autẽ ad aliũ effectũ poſſit terminus ſtatui
3 dicã inf.late. † No.ultimo non cauillando literã,qđ deſerit
a appellatio[a] ꝓpter lapſum termini iuris,ut in cle.ſi appellationem,eo.tit.& ca. proxi.ita per lapſum termini hominis nam terminus hominis ſuccedit loco termini iuris. Oppo. primo de ſuperfluitate literę.nam idem repetit in ſecundo dicto qđ dixerat in primo.So.dic ſecundum Doc.qđ tres differentiæ

ADDITIO.

a ¶Deſeritur appellatio. Vide Bar. vero in cau.cxciui.inci.vbi quis poteſt. Mathe. in not.ax.incip.nota practicam. & hoc iure legit Feli.hic procedere etiam quando pendente termino iterum appellaretur quia prima appellatione deſerta non iuuaretur ex ſecunda.allegat D. de Rota in tit.de appel. deci.xxiii.in antiquis.ſed contrarium tenuit Cal.in diſputatione incip. & diffinitiua ſententia.quam ref.et & ſequitur Feli.in c capitulum.ver.ampla fallentiam illam.I. de reſcrip. Seb.Sap.

differentiæ possunt colligi inter primum dictum,& secundum. Prima differentia est qa in prima parte loqtur de termino statuto ad se præsentandum. in secunda de termino pfixo ad prosequendum. Secunda differentia, quia in prima parte loquitur de termino per iudicem abbreuiato. in secunda, quando appellãs statuit terminum congruentem. Tertia, quia principium loquitur in appellatione iterposita añ sententiam. finis vero in appellatione interposita post sententiam. 4 † Et hoc vltimum facit ad quęstionem, an per lapsum termini hominis, non expectato lapsu termini iuris remaneat rata sententia diffinitiua a qua fuit appellatum? Ad quod qoidam dixerunt, vt refert Inn. quod non, exponentes tex. in fi. ibi: Sententiæ id est, iurisdictioni. dicebãt enim isti, quod nunquam manet rata sententia diffinitiua, donec sit lapsus terminus iuris. Alii vero dicunt oppositũ, quod utroque termino elapso. s. iuris, vel hominis rata manet sententia,& hoc uidetur verius secundum In.& profecto iudicio meo tex. clarissimus est hic literam non cauillãdo, ut patet ibi. Ex tunc sententiæ tuæ,& c. Vnde pondero illud verbum, ex tunc, quod refert ad lapsum termini hominis. nec valet illa expositio, vt dicatur, sententiæ. i. iurisdictioni suæ, quia. sup. præmiserat de appellante ante sententiam. Ad idem adduco bon. tex. in c. licet. inf. de sen. excõ. li. vi.& ita tenet Fed. consi. 27. & Do. de Ro. deci. 89. alias. 209. Illud tamẽ verum est, quod post lapsum vtriusque termini, si talis est causa, in qua iudex potest supplere ex officio suo,& inquirere, de quo dicendum est, ut leg.& no. in c. constitutus. inf.& ex prædictis no. iudicem posset terminum statuere appellanti tã ab interlocutoria, seu grauamine, quam a diffinitiua. 5 † Venio ad gl. prima facilis est, circa quam quęro, an iudex delegatus possit hunc terminum ap a pellanti pręfigere? [a] So. dico quod sic, ad quod alle. tex. sup. 6 eo. ca. ad aures. † Secundo quęro, nunquid appellatus valeat talẽ terminum præfigere, sicut potest appellans & iudex? Sol. dic quod non, quia hoc nõ reperitur iure cautum in eo maxime, quia imponeret legem aduersario, suo qđ non est concedendum, sed appellans potest hoc, quia ipse imponit legem sub ipsi præiudicando, restringendo terminum iuris. hinc est, quod si statuit sibi terminum nimis prolixum, potest iudex illum restringere, ut hic. & in hanc partem videntur tandem inclinare Do. de Rota. deci. 209. alleg. Idem Ioan. An. post Spe.& quosdam alios in c. i. inf. eo. ti. lib. 6. Quidam tamen tenuerunt contrarium, sed pri- 7 mum est verius,& communiter obseruatur. † Gl. 2. diuiditur i duas partes. In prima ponit duas species termini. nã quidam statuitur ab homine, & hoc dupliciter secundum eam, aut ad se præsentandum iudici, autem ad iter arripiẽdum, quidã statuitur a lege,& iste est annus,& ex iusta causa biennium. Aduerte latius. nam quandoque appellatur extra iudicium a grauamine illato, vel comminato, seu apparato. quãdoque in iudicio,& hoc dupliciter, quia aliquãdo ante sententiam, aliquando post,& in omnib. prędictis vniforme est tempus a iure præfixum respectu prosecutionis & finis. Nam appellanti in iudicio vel extra ius datur io confuso annus, & ex causa biennium, ad prosequendã, & finiendam appellationem, ut in cle. sicut, eo. ti. differunt tamen in hoc, quia in appellationẽ extraiudiciali tempus currit a die illati gauaminis. In iudiciali uero a die interpositionis ipsius appellationis, ut in d. cle. sicut. A iudice uero appellanti vario modo terminus præfigit, non tamẽ excedendo terminum iuris, sed illud restringendo, ut ibi: datur a iure annus ad prosequendam, & finiendam. potest iudex ad lites abbreuiandas & fraudib. obuiandum (cum plerunque appelletur causa differendi negocium) de termino iuris capere certam partem, & illam assignare ad varium effectum. Nam quandoque terminum statuit ad iter arripiendum. inf. e. c. peruenit. Quandoque ad prosequendum ut hic,& in c. cum causam, de re iud. c. ex pte, de rescrip.& inf. eo. c. ad hæc 2. Quandoque ad se iudici ad quem pñtandum, & ad alium certum terminum ad faciendam fidem ipsi iudici a quo, de pñtatione. seu procuratione appellationis. Quandoque ad appellationem finiẽdam. Primo casu, quando terminus præfigitur ad iter arripiendum, clarũ est satisfactom esse termino, si intra illum appellans iter arripuerit ad appellationem prosequendam, ut in ca. 1. de cle. li. 6. in prin. quia uerba ibi nihil aliud important, a q b. non est recedendum, ex quo aliud non constat de mente, ut in l. non aliter. ff. de leg. 3.& in c. fi. de uer. sig. † Secundo casu, quando præfigitur ad prosequendum, iura vsr innuere b qđ sufficiat qualitercũq; prosequi, [b] vt iter arripiẽdo ad sedem apostolicam. sup. ti. proxi. c. cum causa. Item per impetrationis actum, ut sup. de rescr. ca. ex parte,& dilectus. 2. tenet Spe. in tit. de app. §. nonc bř, uer. item quid si pars, & Do. de Rota. deci. 149. quod tamen limitant, quãdo terminus statuitur per hominem extra curiam. si autem fuerit talis terminus statutus io curia, non est illi satisfactum per solam itineris arreptionem, sed requiritur maior diligentia in prosequendo, ut puta quod adeat ipsum cancellarium, vel locum tenentem, quod si neutrum habere põt protestetur. hoc dictum licet aperto iure non probetur, tamen satis mihi placet, quia non est verisimile, quod cum in eo. loco sit iudex ad quem, videatur in tali termino cogitatum de sola itineris arreptione, quia frustratorius esset terminus, sed quod non est sententiandum, sed debet intelligi in casu, quo utilitatem afferre possit, argu. in l. i. in fi. ff. ad muni.& l. quod Labeo. ff. de Carbo. edi. facit quod leg. & no. in c. cum in iure peritus, de ele. cum simi. Tertio casu, quando statuitur terminus ad se iudici præsentandum, & tunc non sufficit iter arripere, sed oportet quod se exhibeat conspectui apostolico,& si eũ habere non potest protestetur in ualuis palatii, vt moris est, quod tenent Do. de Ro. deci. 149. præalleg. & qualiter debeat se præsentare, 9 vide per Ioan. An. in cap. quamuis, de electi. li. vi. † Et pro hoc facit, quia ille dicitur proprie se præsentare, qui exhibet se conspectui alterius, ut no. in cle. dudum, de sepul. in gl. in uersic. pręsentari non tamen tenerur intra illum terminum aliter prosequi, ut no. in l. locis præ alleg.& p Do. de Ro.& per Spec. in præalle, locis, §. nunc breuiter, uersi. 10 item pone, præfiaus fuit. † Vbi quærit, pone quod appellãs comparet i termino. Dicit appellatus, vel iudex prosequere appellationem tuam, nunquid astringitur? concluditur, quod non, quia habet a iure annum, ut inf. e. c. cum sit Romana,& c. ex rationem,& beneficium iuris nemini est auferendum, ut in regula, in indultum, de reg. iur. libr. vi. Tu dic hoc uerum, nisi sit talis causa, ex cuius dilatione posset periculum imminere, de quo dic vt leg.& no. in c. oblatę. inf. eod. Dicit tamen notanter Spe. in loco proxime all. quod appellatus poterit appellanti se pręsentanti porrigere petitionem suam, in qua sententiam pro eo latam, vel contra eum petit confirmari, & sic in indirecte compelletur appellans prosequi & ex his habet bonum effectũ huius statuitionis termini. 11 † Quarto casu, qñ fuit statutus terc minus [c] ad se psentandũ,& alius ad faciendũ fidẽ de psentatione, est dubiũ an possit iudex talẽ terminum statuere, de quo p D. de Ro. dec. 149. vbi dñt q si iudici nõ fit fides de psentatione, seu prosecutione, vbi terminus fuit datus ad prosequẽdũ, poterit iudex a quo, sñiam irrephẽsibiliter executioni mandare, nõ tñ per hoc deserta est appellatio ex quo i veritate fuit appellans prosecutus in termino, sed executio sñiæ non reuocabit ante finẽ causę appellationis & sic pendebit ab exitu appellationis. Et idem videtur uelle Fed. consi. 28. in c. punctus quæstionis,&c. Do. Ant. inf. eo. c. ex insinuatione. Dubitare tamen uidetur Fed. an iudex potuerit talem terminum præfigere: quia uidetur spectare ad officium suum, arg. in c. ex insinuatione. cõcludit tamen, quod præfixio, ex quo non fuit contradictum, operabitur effectum præmissum. Ego puto, quod a prin. pod test appellans contradicere, [d] ut nõ teneatur fidem facere de præscriptione, seu prosecutione per c. si a iudice. inf. eo. lib. 6. vbi dicitur, quod appellans non tenetur comparere corã iudice a quo, nisi ad audiendũ reuocationem grauaminis. sed si pars non contradixerit, imputabit sibi respectu executionis fiendę, si non fecerit fidem intra terminum, quia uerisimiliter iudex cogitaret appellationem esse

ADDITIONES.

a ¶ Appellanti præfigere. Adde Fel. in c. cum Beneldus. ver. dum Alba. alleg. s. de re iudi. illum in c. cum sit. eod. t in. cum cons. ot. de quibus per Fel. in s alleg c. cum Bertoldus.& Lud. Ro. licet omnino nõ loquatur in his terminis sing. loa. clavj. inci. iudex a quo.

b ¶ Prosequi. Vide Rom. in tit. de app. deci. xiij inci. Item si iudex. in nouis.& dec. xl inci nota si iudex. in antiquis.& deci. i. inci. nunquid infra terminum. in antiquis. Old. in consi. ra. si cip eli tempus. Seb. Sap.

c ¶ Statutus terminus. Vide Ro. in sing. clavj. incip. hoc nescium legistæ. Cardi. in cle. j q xxxij. de app. Seb. Sap.

d ¶ Contradicere. Vide Bar. vero in cautela lxxxvij. incip. est dubium. vbi notat cautelam q quando iudex a quo facit parte præsente, q pars cui displicet, semper contradicat. Seb. Sap.

se desertam, ad hoc quod no. Io. no. inf. eo. ca. ex ratione, & quod no. inf. c. prox. sed per hoc non est deserta appellatio, ex quo in veritate prosecutus fuit in termino, ut supra dixi. Quinto, & ultimo casu statuitur terminus, quandoque ad appellationem finiendam quod, an fieri possit & quem effectū habeat, dicendum est, ut legitur & not. in d. c. ex in

12 sinuatione. † Sed circa prædicta nunc quæritur, an iudex ad quem, possit abbreuiare terminum statutum a iudice a quo? Spec. ponit in pe. eall. §. nunc breuiter, versi. item pone, & concludit quod non, quia pendente dilatione nō est iudex, arg. in c. significante. inf. eo. C. de dila. l. fiue. Alii tenuerunt cōtrarium sed ipse residet in prima opi. Ego distinguerem, quod aut subest causa restringendi, puta quia ex dilatione imminet periculum animarum, & poterit restringere, argu. opti. in d. c. oblatæ. inf. eo. alias secus, quia indultum a iure beneficium non est alicui auferendum, ut in d.

13 regula. indultum. † Vlterius quæro, quid si appellans non a comparuit in termino ab homine sibi præfixo, ᵃappellatus tamen intra illum terminum impetrauit iudices, nunquid possit appellans coram iudicibus ab appellato impetratis appellationem prosequi? Conclude sic, quod aut appellans fuit legitime itra terminum impeditus, & poterit, q̄a lapsus termini non dēt sibi obesse, arg. inf. eo. c. ex ratione & tenēt Do. de Rota. deci. 250. Aut non fuit impeditus, & tunc aut resistit appellatus, & non poterit, quia quantum ad eum deserta est appellatio, ut hic, & inf. c. proxi. nec diligentia appellati debet sibi prodesse, ex quo non vult amplius prosequi, arg. regulæ ex eo, de reg. iu. li. 6. sic intellige & restringe Spec. in d. §. nūc ꝓsequitur, vers. itē pone. Aut appellatus vult ꝓsequi petendo confirmationē siię. & tūc poterit appellās ex ꝑsona appellati ꝓseq. ar. in l. petendę. C. de temp. in integr. rest. & hoc casu intellige. no. per Do. de Ro. dec. 61. & sic nulla erit cōtrarietas inter eos, & Spec. licet ipsi aliter sentiant. Et idem per omnia puto dicendū cum intra terminum iuris appellatus incœpit ꝓsequi, & elapso termino instat petendo sententiam, quod potest, ut authen. ei qui appellat, C. de temp. app. & ii. q. vi. c. ei q appellat. §. appellatore, & per hoc restringe intellectum cle. si appellationem. inf. eo ti. vt intelligatur, quando neuter impetrauit in termino. quo casu non possunt etiam ambo ꝓsequi postea, cum semel per negligentiam utriusque deserta sit appellatio, ut ibi, quod bene notabis, & uide qđ not. inf eo. in l. sępe. Gl. in ista secunda parte quærit an & quando possit terminus præueniri ab alterutra partiū, & dic ple

14 nius ut leg. & oo. in iurib. allegatis in ea. † Vltimo q̄ro q̄d intendit litera ibi, Ex tunc, & c. So. dicit gl. fi. quod post terminum lapsum potest iudex procedere, ac si peremptorie fuisset citatus per c. sępe. inf. eo. Sed dic tu melius, quod illud c. loquitur de iudice ad quem, dic ut ibi. sed respectu iudicis a quo, dic quod non tenetur illum citare per ca. ii. de dolo & contu. li. 6. quod uide per Inno. in c. ex ratione. inf. eo. ubi aperte tenet, quod si appellans non prosequitur in termino, potest iudex procedere sine alia citatione ad executionem sententiæ, & dic ut latius ibi dicetur. dic ergo, ꝙ ex tūc, id est post lapsum terminum potest iudex, ualide ꝓcedere, cum deserta sit appellatio, ut hic, & inf. c. ꝓx. Host. vero accipit hoc uerbum, ex tūc, magis late. exponit. n. id est, ex quo certum est, ꝙ contēpsit, quia tantum sibi fluxit in tempore præfixo, ꝙ impossibile est illum posse facere id, ad quod terminus fuit præfixus, arg. ff. de uerb. ob. l. stipulationes, & l. continuus. Io. An. tenet contrarium per c. reprehensibilis. inf. eo. sed certe melius facit iste tex. in dictione, Ex tunc, quæ denotat extremitatem temporis, & sic clare innuitur, ꝙ post terminum lapsum, & non ante valide procedat.

ADDITIO.

ᵃ ¶Ab homine sibi præfixo Adde Lanfr. an. de Or. in c. quoniam contra. §. interlocu. & app[illegible] [illegible] s. de proba. Zach.

SVMMARIVM.

1 *Appellans habet annum, & ex causa biennium ad prosequendam, & finiendam appellationem siue iudicialem, siue extraiudicialem.*

2 *Biennium datur ad prosequendam & finiendam app. ex causa, q̄ oportet quod aut probetur, aut sit notoria, alias non datur.*

3 *Iudex, a quo, potest appellanti præfigere terminum breuiorem termino iuris ad prosequendam, non autem ad finiendam appellationem, intellige cum limitatione, de qua hic. 12. 17.*

4 *Appellatio efficitur deserta non solum per lapsum termini iuris, sed etiā hominis, quo casu prima sententia remanet firma. 18.*

5 *Statutum faciens mentionem de app. non cōprehendit appel. extraiudicialem in odiosis, secus in fauorabilib. 12.*

6 *Appellatione pendente in causa criminali sententia non debet mandari executioni si immineat pœna ultimi supplicii.*

In criminalib. tertius appellat inuito condemnato.

7 *In notoriis sententia fertur in citatum & absentem, quando certum est si bi nullam competere defensionem 31. 32. vbi plene an in notoriis requiratur citatio.*

8 *Excommunicari potest absens, intellige ut infra. nu. 28*

9 *Appellans, an aliquo respectu habeat triennium ad appellationē prosequendam & finiendam?*

10 *Termini iuris non possunt per iudicem breuiari, nisi in certis casib. de quibus hic.*

11 *Statutum, ꝙ declinans iurisd. secularem tanquam clericus, debet intra tātum tempus docere de suo clericatu, non ualet.*

Tempus datum ad appellandum, an possit ex forma statuti breuiari, vel elongari? 24. vel etiam ab ipso iudice in aliquo casu. 13. 16.

A nimis longa, uel breui dilatione data per iudicem pariter potest appellari.

In commissis iudicis in arbitrio pars potest appellare, si iudex male arbitratur.

12 *Iudex, ad quem potest ex causa restringere terminum datum ad appellationem finiendam.*

14 *Appellans extraiudicialiter, auditur deserta appellatione per uiam querela. 32.*

Facta extraiudicialia non transeunt in rem iudicatam.

Etiam, est dictio implicatiua.

20 *Appellatio extraiudicialis, an & quo casu debeat continere causam.*

23 *Appellatus extraiudicialiter non tenetur comparere, si non citetur, nisi in casu infra. 26.*

Citatio nulla potest fieri etiam per nuncios deputatos sine speciali commissione iudicis.

24 *Citatio potest fieri & per partem ex mandato iudicis, nō creditur tamen parti asserenti se id facere ex iudicis mandato. 25.*

27 *Appellatio est interdicta in facto notario.*

28 *Excommunicatio, an & quo casu fertur contra non citatum. numero. 30.*

29 *Citatio potest fieri per familiarē iudicis si constat iudicem hoc illi iniūxisse, puta ostendendo literas iudicis.*

30 *Excommunicatio nunquam fertur ab homine, nisi ratione contumacia.*

CAP. V.

CVm sit Romana. Appellās ad prosequendum hēt annum, & ex causa biennium, nisi iudex moderetur, & si intra tempus non prosequitur, rata manet sententia, uel redit ad primum, si ante sententiā appellauit. hoc primo. Qui de crimine impetitur, appellare potest, nisi sit notorium. hoc secundo. Diuiditur in tres partes. In prima ponit terminum appellationis prosequendæ. In secunda pœnam non prosequentis, ibi Inter quod. Tertia, ibi. Pręterea, prosequitur, an de crimine delatus appellet. Casus literal. Aliquis appellauit ante sententiā, vel post, quæritur quātum tempus sit ei ad appellationem prosequendam? Rñ. quod si ante sententiam, vel post fuerit appellatum, huiusmodi appellantib. indulgetur annus, & si iusta causa interuenerit, indulgetur biennium, nisi iudex, a quo appellatur, breuios tempus duxerit statuendum secūdum locorum distantiam, & personarum, & negotii qualitatem. Et si intra illud tēpus appellationem non fuerit prosecutus, tenebit sententia. Si post sententiam diffinitiuam fuerit appellatum, & a causa sua cecidisse videtur, nec amplius super eodem negotio audietur appellans. Si vero a grauamine, & non litis ingressum fuerit appellatum, huiusmodi audietur appellans, quia canones etiam extra iudicium passim appellare permittunt, & tales non solent ꝓprie dici appellationes, sed prouocationes ad causam. Si vero ante sententiam appellauerit quis, compelli debet stare illius iudicio, ad quem appellauit alternatiue, scilicet appellationem prosequatur, aut iudicio suo stet. Si vero ille, qui appellat, fuerit raptor, vel alienę rei uiolentus detentor, talis appellatio facta in iudicio, apud ecclesiasticas personas admittitur, nisi forte notarius vel raptor, vel fornicator, existat, sicut ille quem apostolus absentem, & irrequisitum excommunicauit. Ber. † No. primo, quod ap

pellauit

pellauit post sententiam, vel ante, præfigitur a iure annus, quod intellige quo ad prosequendam & finiendam appel. simul, & idem dic si appellatur extra iudiciũ, ut probatur
2 in cle.sicut, eod.tit. per quam satis declaratur iste tex.† No.
a 2.q ad hoc vt appellanti detur biennium,* oportet duo cõcurrere. Primo q ex causa necessaria non potuerit causam prosequi & finire intra annũ. Secundo, q illa causa sit euidens, non ergo statur assertioni suæ: sed oportet q probe-
3 tur, aut sit notoria.† No.3. Iudicem a quo, posse ex officio[b]
b præfigere appellanti terminum breuiorem termino iuris ad appellationem prosequendam, & restringitur terminus respectu prosecutionis, non autem respectu finis. Nam vbi habebat integrum annum ad prosequendum & finiendũ, d.cle.sicut.ita, q non tenebatur intra annum prosequi tusi ad libitum, prout habetur. 2.q.6.c.ei qui.§. appellatore, & auth. ei qui appellat, C. de temp.app. nunc oportebit eum prosequi in termino a iudice profixo, & fit hæc restrictio propter causam de qua in gl.& no. hoc pro limitatione ca. præcedentis, vt non solum possit appellans sibi præfigere terminum, sed etiam iudex appellante omnino cessante; hoc tamen limita, quando iudex appellationẽ recepit saltem ad vlteriora non procedendo. si autem appellationem non admittit, sed ad vlteriora procedit non potest tunc terminum præligere, ita sing. sensit Innoc. in c.fi. de accu. pro hoc, quia quo ad iudicem habetur pro non appellante, ar. c.cum qui, de do. & contu. lib.6. & eorum quæ dixi in c.3.
4 de eo qui mitti. in possess.† No. quarto tex. hic satis expressum, maxime iuncta gl. q sicut deseritur appellatio per lapsum termini iuris, ita per lapsum termini hominis, ita q si iudex etiam appellanti a diffinitiua statuit terminum mensis ad prosequendam appellationem, lapso mense appellatore non prosequente sententia rata manet, nec spectatur lapsus totius anni, quia terminus præfixus a iudice succedit loco termini iuris, & ideo quo ad desertionem operatur eundem effectum. quod tenet Innoc. inf. eo. c. ex ratio-
5 ne, & sup. c. prox. vbi etiam dixi.† Not. quinto q appellatio extraiudicialis, non dicitur proprie appellatio, sed est potius quædam prouocatio ad causam: & hunc text. semper notabis pro statutis & aliis dispositionibus facientib. mentionem de appellatione, nam in odiosis non veniet nomine appellationis extraiudicialis appellatio, secus in fauorabilibus, quia largo modo potest appellatio, ut hic, & infra eodem c. bonæ, facit regula, odia restringi, de reg. iu. lib.6.
6 † No. in §. Præterea, q in causa criminali potest quis appellare, quinimo pendente termino appellationis interponẽdæ non debet mandari sententia executioni, etiam si imminecat poena vltimi supplicii; de quo per Bar. in l. qui ultimo supplicio, ff. de poenis. Et est aliud speciale, quia inuito condemnato potest tertius appellare. l. non tantum, ff. eo-
7 dem: no. 2.q.6. in summa.† Item no. hic tex. apertissimum, q in facto notorio potest ferri sententia contra absentem non citatum si certum est absenti nullam defensionẽ competere de quo vide quod plenius dixi in ca. cum olim, de re iud. An autem & quando notorietas excludat quem a facultate appellandi, dic vt dicam. inf. eod. c. cum speciali. §.
8 porro.† Vltimo not. argu. opt. iudicem posse subditum absentem excommunicare, quod probatur hic, intelligendo q iste & Corinthius erat absens extra territoriũ: sed posset intelligi, q diœceses non erant olim diuisæ, sicut hodie, iuxta no. in c. cum causa, de proba. dictum tamen in se est ve-
9 rum: de quo dic, ut plene in c.fi. de fo. comp.† Venio ad gl. t. cuius finem bene nota in eo, quod dicit, q sicut impedito intra annum datur biennium, ita impedito intra secundum annum datur annus tertius, alleg. c. ex ratione inf. eo. hoc tamen dictũ nullibi aperte probatur. Vnde dic vt me-
10 lius & latius dicam in d.c. ex ratione.† Gl. in verbo recisus colligit arg. ex tex. iudicem posse abbreuiare inducias datas a lege, & allegat aliquas cõcordantias, contra quod opponit de multis iuribus, & tandem soluendo concludit ponendo regulam, q induciæ, quę dantur a lege vel canone, possunt iusta causa interueniente a iudice abbreuiari: &
c sic ponit regulam affirmatiue, excipit tamen duos casus[c] duntaxat. Primus in termino decem dierum pręfixo ad appellandum. Secundus in quadriennio præfixo ad in integ. resti. pet. Aduerte tamen: quia gl. non reddit aliquam rationem specialitatis. Goff. excipit alios tres casus, & fit quartus secundum eum in semestri dato ad redhibendum, ff. de æd. edi. l. cum sex. Quintus in semestri præfixo ad conferẽdum beneficia, de sup. neg. præla. c. licet, de conces. præbẽ. c.fi. Sextus in 60. diebus, qui dantur ad accusandum uxorẽ iure mariti. 4.q.4.c. nullus. §. aliquando: sed non reddit rationem diuersitatis, nec illa iura uidentur hoc probare. nõ enim loquuntur, quando causa suggerente iudex uoluit dilationem augere uel minuere. Dyn. in regula, indultum, de reg. iur. lib.6. & Cyn. in l.1.C. de dila. & in auth. qui semel, C. quomodo & quando iu. uidentur ponere hanc theoricam, quod terminum datum a lege cum ministerio iudicis possit iudex ex causa abbreuiare, vel elongare, sic loquuntur iura allega. in prin. glos. secus, si datur a lege sine iudicis ministerio, quo casu procedunt casus excepti. Dicitur autem terminus datus cum ministerio iudicis, quãdo ius disponit certum terminum præfigendum a iudice: sine iudicis ministerio datur, quando iusmet per seipsum absque facto iudicis statuit terminum ad faciendum aliquid. Ratio vltimi dicti est: quia indultũ a iure beneficium nemini est auferendum, vt in d. regula, indultum. Bar. plene prosequitur in l.2. ff. de re iud. & tandem concludit indistincte iudicem posse causa cognita dilationes datas a lege augere, vel minuere: & hoc probat allegando casus, in quibus iudex facit indistincte. Et primo patet secundũ eum in exceptionibus dilatoriis, ad quas proponendas ius sine iudicis ministerio statuit terminum: & tamen iudex assignat aliũ terminum restringendo terminum iuris, ut leg. & no. in c. pastoralis. supra de exce. Secundo patet in tempore, quod datur ad agendum quod causa cognita limitatur, l. Titia. ff. de accu. & l. si ea, C. qui accu. non poss. & l. diffamari, C. de inge. ma. Tertio in tempore dato ad petendam & diffiniendam in integrum restitu. ut l. intra vtile, secundum unam lect. ff. de mino. Quarto in tempore dato ad hæreditatem adeundam ut l. si quis ita hæres instituatur, ff. de hære. insti. Quinto in tempore dato iudicatis in actione personali, quod datur a lege sine iudicis ministerio. quinimo (quod plus) est lex supplet, sed iudex minuit, ut l.4. §. si quis condemnatus, ff. de re iudi. & tamen iudex causa cognita põt illum terminum abbreuiare, ut l.2. ff. eod. & in ca. quod ad consultationem. sup. de re iudi. Ang. de Peru. in d.l.2. dicit opin. Bar. esse veram quãdo iudex vult abbreuiare uel elõgare inducias in pertinentibus ad iurisdictionem suam. Secus autẽ, si hoc vult disponere in pertinentibus ad iurisdictionem superioris. ideo dicit, quod terminus. 10. dierum ad appellandum, vel annus ad prosequendum & finiendũ non potest diminui, quia hæc tangũt iurisdictionem & potestatem superioris: alle. gl. in authen. offeratur, C. de lite. contest. quæ firmat, quod tempus decendũ ad appellandũ non põt a iudice diminui, alle. & gl. Io. An. in regula, indultum. de re. iu. lib. vi. in fi. quæ dicit, quod electo, qui habet tres menses ad petendum confirmationem electionis suæ, ut in c. quã sit, de ele. lib.6. non potest episcopus mandare, ut confirmationem petat intra mensem, quia non põt diminuere dilationẽ datã a iure, si nullo alio iure conceditur.
11 † Et per hoc dicit Ang. præfatũ statutum ciuitatis quo cauetur, quod declinans iurisdõnẽ potestatis tanq̃ clericus teneatur pbare clericatum corã ẽpo intra certũ tẽpus, nõ valere: dicit tamen valere statutum ciuitatis abbreuians terminum præfixum ad appellandum, alleg. glos. quam dicit sing. in l. præscriptione, C. si contra ius vel uti. pub. quæ innuit ualere consuetudinem, ut intra duodecim dies possit appellari: quasi innuat quod sicut potest elongare, ita bre-

ADDITIONES.

a ¶Circa hoc, an impedimentum vnius diei contingens in primo anno dato ad prosequendam appellationem sit sufficiens ad concedendum secundum fatale, dicas q non, si impeditus se nimium arctauit, & potuit prosequi & expedire causam in primo anno, & non fecit, vt est no. gl. & ibi per Doct. in c. cũ in veteri, circa fin. de elec. & habetur per Ang. & Alex. in l.1. ff. si quis cau. per gl. in c. cupientes, in §. cæterum in ver. 8. dies, de elect. lib.6. & per Ioan. And. in reg. iur. lib.6. in Merc. & adde quod impedimentum non prosecutæ appellationis intra annum non probatur per vnum testem cum iuramento in supplementum probationis, ut est gl. reputata sin. in l.1. §. illud in versi. euidentissimis probationib. C. de tem. app. sed alia est glo. in l.1. ff. quod met. cã. An. Fr.
b ¶Ex officio. Vide Rom. in sing. 153. inci. iudex a quo. Fel. in c. cum Bertoldum. colum.6. sup. de re iud. & Fel. in c. prælatorum, colum.6. versi. secundo casu. inf. de accu. Rom. dec. 16. in antiquis & in dec. 40. inc. item si appellatur, in ti. de app. in nouis. Sebast. Sap.
c ¶Duos casus. Vide multa per Ge. Natam in rep. cle. sæpe, colum. 18. cum pluribus se. de verbo. sig. & uide Ro. in consi. 493. incip. diligenter perscrutatus, colum. 1. Sebast. Sap.

a breuiare.[a] Aduerte tu ad gl. in dicta regula, indultum, quæ viderur in hoc multum dubitaſſe. Nam primo ponit illam diſtin. Dy. an terminus ſit datus cum iudicis miniſterio, an ſine, ſed poſtea ponit aliam theoricam dicens, ꝙ indultum a iure non debet diminui, ſ. ab homine & ſine cauſæ cognitione, & ita poteſt intelligi illa regula, quæ dicit, ꝙ cũ cauſæ cognitione poteſt diminui, & ſic in hoc accedit ad opi. Bar. Item ab alio iure bene poteſt diminui etiam ſine cauſæ cognitione, ut ibi no. Aduerte, mihi placet, ꝙ quatenus iudex vult minuere, vel elongare terminum in præiudiciũ poteſtatis ſuperioris, non poſſit: tex. eſt apertus in c. ex inſinuatione. inf. eo. & in c. venientes, de iureiuran. ſed quatenus factum tangit ius partis, tunc bene poteſt, licet illud veniat retractandum coram ſuperiore, dummodo ſtatuat in pertinentibus ad poteſtatem ſuam: de quo videtur tex. hic, & ſup. eo. c. perſonas. Nam annus datur ad proſequendam, & finiendam appellationem, ut in cle. ſicut, eod. titu.

12 † Et tamen licet iudex a quo, non poſſit præfigere terminum reſpectu finiendi, vt in d. c. ex inſinuatione, quia eſſet imponere legem ſuperiori, ut intra certum terminum cauſam appellationis finiat: poteſt tamen terminum reſtringere reſpectu proſecutionis: quia hoc concernit ius partis, licet proſecutio debeat fieri coram ſuperiore, ut dixi. ſupra cap. proxi. & ſic limitatur dictum Ang. Item aperte probat iſte tex. cum c. præce. illam opi. Bar. ut etiam terminũ præfixũ a lege ſine iudicis miniſterio poſſit iudex ex cauſa abbreuiare, quatenus non imponit legem ſuperiori, nam iſte terminus anni datur ſine miniſterio iudicis: & tamen poteſt diminui & reſtringi, ut hic. Nec obſt. ſi dicatur hoc a lege concedi, quia iura iſta non loquũtur diſpoſitiue, ſed narratiue innuentia tacite iudicis circa hoc poteſtatem.

13 † Et per hoc dicerem ꝙ exiſtente magna cauſa, puta ſcandalo, vel alia utilitate publica ſuadente, poterit iudex a quo, minuere terminum x. dierum præfixum ad appellandum: quia per hoc non præfigitur lex ſuperiori, imo ipſi parti, quę habet appellare. nam ſicut poteſt terminus reſtringi reſpectu proſecutionis, ut hic, ita & reſpectu appellationis interponendę, non enim video in hoc rationem diuerſitatis reſpectu poteſtatis ſuperioris.

14 † Et per hoc dicerem, ꝙ licet ciuitas recognoſcens ſuperiorem non poſſit ex toto tollere appellationem, vt in c. venientes, de iureiuran. poterit tamen minuere, vel elongare terminum appellandi: ad hoc facit d. gl. in præalle. l. præſcriptione, & per hoc notan. limito illud c. venientes, quod eſt notandum & menti tenendum.

15 Dico etiam, quòd ubi iudex male arbitraretur reſtringẽdo vel ampliãdo iuris terminum ſine cauſa, poterit appellari: quia in commiſſis iudicis arbitrio poteſt appellari ſi iudex male arbitratur, ut not. gl. in c. ſuper his, de accuſat. & Bar. in l. ſi qua pęna, ff. de verb. ſigni. probatur in c. i. de dila. vbi dixi, & hoc in terminis noſtris videtur ſatis de mente Inn. in c. ad petitionem, de accu. vbi vide.

16 † Plus dicit, ꝙ etiam, vbi ius diſponit, ꝙ non detur minor dilatio trigin. dierum, ꝙ nihilominus poterit iudex ex cauſa dilationem minuere, ſed ſi cauſa moderationis non ſubeſt, poterit iuſte appellari ſecundum eum: ꝙ bene notabis: & hæc ſufficiunt quo ad hunc articulum. Poteris ad materiam ampliandam vi-

b dere no. per Innocen. in d. ca. ad petitionem,[b] & quod dixi

17 in c. i. de dila. † Quærit eadem gl. an liceat indiſtincte iudici reſtringere terminum anni? ſoluendo refert opiniones. Nã quidam dixerunt, ꝙ ſic in præiudicium ipſius appellantis, & ſic intelligebant tex. in verſic. Niſi forte iudex, ſed in pręiudicium iudicis ad quem, ſecus ut inf. eo. c. ex inſinuatione. Sed gl. tenet indiſtincte hoc fieri non poſſe. Poteſt enim iudex præfigere terminum appellanti quo ad iter arripiendum, vel ſe præſentandum iudici ad quem, vel ad aliter proſequendum, non autem reſpectu appellationis finiendę, & hanc opin. tene, quæ ſatis probatur in d. c. ex inſinuatione. Et ex his ſatis probatur, quod dixi. ſup. in c. præcedenti. eſſet enim ponere manum in commiſſis iudici ad quem: ipſe tamen iudex ad quem, poterit ex cauſa reſtringere hunc terminum anni, dando breuiores dilationes, & compellendo partes ad proſequendum, vt notanter probatur. inf. eo.

18 c. oblatæ, quod intellige, vt ibi dicetur. † Et no. ex hac gloſ. ꝙ ſententia manet rata ex ſolo lapſu termini hominis, non expectato fine termini iuris. Deinde iſta glo. quærit, quid ſi non fuit præfixus aliquis terminus a iudice a quo. Item quare ſtatuitur iſte terminus reſtringẽdo terminum iuris. Et reſponde ut in ea, quæ ſatis clare loquitur, & not. fin. gl.

Oppo. contra tex. de ſuperfluitate. nam in verſic. Si uero a grauamine. diſponit de appellatione, quæ interponitur ante ſententiam, & idem facit in ver. Si ante ſententiam. Sol. colligi poteſt ex glo. in uer. Ante lit. conteſt. iuncta gloſſ. in ver. Ante ſententiam, ut in ver. Si uero, intelligatur, quando appellatur in iudicio ante litis ingreſſum, ideſt ante lit. conteſt. puta ſuper aliqua exceptione dilatoria Nam ſecundum canones in qualibet parte iudicii poteſt appellari, licet ſecus ſecundum leges: de quo tamen dicendum, ut dicam. inf. eo. in c. ſuper eo, ver. Si autẽ. Si vero intelligatur, quando, appellatur ante ſententiam poſt lit. conteſta. Aduerte, ꝗa male iudicio meo declaratur tex. iſte in hoc paſſu per gloſ. & Doct. Non enim placet mihi, ut iſte ver. Si vero, Intelligatur aliquo modo in appellatione extraiudiciali, quando ſiue appellatur ante lit. conteſt. ſiue poſt, ex quo appellatur in iudicio, non video aliquam differentiam citra deſertionem appellationis. vtroque enim caſu compellitur appellans ſtare iudicio illius a quo appellauit, argum. in cle. ſicut appellationem, eo. tit. Ideo intelligo iſtum tex. in ver. Intra ꝙ, uſque ad ver. Præterea, ot ponat tres caſus. Primus, quando fuit appellatum poſt ſententiam, & tunc ex non proſecutione in termino manet rata ſententia, ut hic, & ſup. c. proximo. Secundus, quando fuit appellatum extra iudicium a grauamine, vt in ver. Si uero a grauamine. quo caſu licet non fuerit appellator proſecutus in termino, auditur tamen appellans poſt terminum ut uidetur clare innuere iſte tex. in eo, ꝙ verſic. ille. Si uero venit aduerſatiue ad pręcedentia, tex. tamen non declarat, quomodo debet audiri. Ego dico, ꝙ ſicut appellanti extra iudiciũ a grauamine non currit annus, niſi a die illati grauaminis, vt in d. cle. ſicut, ita & iſte terminus, quem ſibi pręfigit, non currit niſi a die illati grauaminis: quia ſuccedit loco termini iuris, ſ. anni, ut not. Innoc. inf. eo. in c. ex ratione. Deſerit ergo appellatio extraiudicialis, quando appellans non fuit proſequutus appellationẽ a die illati grauaminis intra ter-

19 minũ iuris, vel intra terminũ hominis. † Sed nihilominus deſerta appellatione audit̃ iſte ſup iure ſuo, ut hic: & intelligo per uiam querelæ, non aũt per uiã appellationis. & rõ

c eſt,[c] quare amplius audit̃, quia facta extraiudicialia nõ trãſeunt in rem iudicatam, ut in d. c. concertationi, eo. tit. li. 6. per uiã aũt appellationis non eſt vlterius audiẽdus, vt in d. c. concertationi. Nec obſt. ſi dicatur ꝙ iſte ver. Si vero, loquatur,

A D D I T I O.

a ¶ Et adde hic quod dicit ipſe Pan. inf. eo proxi. ver. & per hoc dicerem, ꝙ tempus datum ad appellandum poſſit abbreuiari, tenet Bal. in l. præſcriptione, in 9. colum. C. ſi contra ius vel util. pub. idem tenet Bal. in l. ſi. ad ſi. C. comon. vel epi. & bene eſt verum, quod dicit gl. in d. l. præſcriptione, quæ ſolum vult, ꝙ per conſuetudinem poteſt prorogari tempus datum ad appellandum, & ita illam gl. no. ad hoc ibi ſolus Bal. in 6. col. & dicit quod raro alibi reperitur. alleg. gl. etiam pro ſing. no. & An. & Imo. in l. a. ff. de re iud.

¶ Vide Ant. Corſ. ſin. nu. 9. in ver. appellatio, pro quo alleg. gl. ſi in l. præſcriptione. C. ſi contra ius u. l vti pub. & Bald. in auth. ei qui, & in authen hod. e, C. de temp. ap. vbi concludit, vt hic, & quod per iudicem, & partes de qua ſl. nouam præfata, vide Lanfr. ſup. allega. 100. & nu 43. ver. quarto nunquid tempus, & ibi Celſin in apoſt. ad ipſum in ver. per ſtatutum. Adde, an conſuetudine poſſit induci, vt non appelletur, Io. de Ana. conſ. 51.

¶ Circa hoc, an per conſuetudinem poſſit induci, ut non poſſit appellari dicas, regulariter, quod non appellans eſſet grauatus, quia tunc uideretur tolli defenſio, quæ inſurgit ex appellatione, quod non poteſt facere ipſa conſuetudo, cum illa eſſet hoc caſu irrationabilis, quæ non teneret, quia de eſſe conſuetudinis eſt, quod ſit rationabilis, iuxta materiam l. de quib. ff. de leg. & l. a. C. quæ ſit long. conſue. & in c. ſi. de conſue. & an conſuetudine poſſit induci, quod poſſit appellari eo caſu, quo etiam forſan per ſtatutum prohibita appellatio, aut aliquo caſu, quo etiam de iure non poſſit appellari, uide in cap. ſi duobus hoc eo. tit. & an per conſuetudinem poſſit tribui iuriſdictio alias nõ habenti, uide gl. in c. accedentibus quę dicit quod ſic, de exceſ. præla. & no. in c. ſi. de off. archid. & in c. perſicuas. 25. diſt.

b ¶ Vbi Inno. & communiter cano. tenent, quod in criminalib. cauſis poſſit per iudicem earum tempus abbreuiari, & vide in Spec. in tit. de accu. in § nunc de tempore, circa finem. Bal. in l. a C. vt intra certum tempus [illegible] Bal. in l. 1. C. de requi. re. & in authen. qui ſemel. C. quomodo & quando iud. vbi inducit no. quod in authen. ſubeuntes, C. de [illegible] Bal. in l. ſi ea, C. qui accu. non poſſ. in l. de dec. ff. qui ſat. cogan. & in l. a. circa finem, C. quomodo & quando iu. & no. in c. pręterea, extra de dila. & per Do. [illegible] in c. [illegible] non ſol. & per Innoc. in l. ſi ſin. ea, in § ſi plures. in 8. col. ff. de dam. infec. limita tamen prędicta non procedere in papa, vel ſupremo principe, qui etiam ſine cauſa de abſoluta poſſunt immutare tempus & omnem diſtinctionem legalem imere, tex. conceſſam cum iudicis miniſterio, tex. eſt in c. ex ore, quẽ ibi ponderant Io. de Anch. & Imo. inf. de his q̃ ſi a ma. par. c. [illegible] c. nulla ſup. de conceſ. pr.

c ¶ Ratio eſt. Vide Angel. in conſ. 367. incip. in facto propoſito. Alex. in conſ. 19. in 3. col. in ſin. 4. uol. Raph. Cum. in conſ. 44. And. Sicul. in conſ. 44. in 3. uo. Seb. Sap.

quatur,cum appellatum fuit etiam in iudicio, vt patet per dictionem. Etiam positam in tex.quæ est implicatiua, vt no.in c.i.de commo. quia non implicat, vt sit eadem iuris dispositio in utraque,sed ad inferendum ꝙ iura admittunt appellationem, siue appelletur in iudicio, siue extra. Ternus casus est in ver.Si autem in quo prouidet,qualitercunque & quandocunque appelletur ante sententiam in iudicio,siue ante lit.contesta.siue post, cum loquatur indistincte,& eadem sit semper ratio. Nec obst.uerba illa.Ante litis ingressum,etiam posita in ver.præce.quę videntur prouidere appellationi etiam iudiciali:quia dico, ꝙ large ponuntur, ut sit sensus, idest antequam partes veniant ad iu-
20 dicium. † Opp. aliter contra uers.;si vero, videtur enim, ꝙ ibi non liceat passim appellare,imo debet subesse causa rationabilis & exprimi,vt in c.vt debitus,inf.eo.Soluit gl.in ver.passim, ꝙ secundum antiqua tempora non erat necesse causam exprimere,sed indistincte admittebatur appellatio:hodie secus,ut in cōtrario.Aduerte,quia c.ut debitus, non loquitur in appellatione extraiudiciali, sed iudiciali: sed iste ver.Si uero loquitur in extraiudiciali,in qua est dubium,an in ea sit causa exprimenda.Host.distinguit,quod aut appellatur a iudice extra iudicium, & debent exprimi causæ, vel probabiles coniecturæ.inf.eo.c.bonæ.ad fi.& c. dilectus.§.quia uero, eo.tit.aut appellatur extra iudicium ab aduersario,& tunc nulla causa requiritur secundum eū, qui sic dicit intelligendam decre. cordi, eo.tit.li.6.& sic cū dicto Host.transeunt hic communiter Doctor.Sed tu uide gl.in c.consideramus,de elect. quæ per illud c. cordi, dicit causam exprimendā,licet appelletur ab aduersario,& non a iudice,& profecto satis bene facit illud ca.in eo,ꝙ loquitur indistincte:verba tamen videntur sonare,cum appellatur a iudice in eo,ꝙ fit mentio de apostolis , & de termino a iudice præfigendo. Vide tu ibi glo.in ver. interlocutoria prope finem,quæ ponit diuersas opi.& Io.And.in nouella Cōcluderē sic,ꝙ aut appellatur extra iudicium a iudice,& casus est clarus, ut est tex. in d.c. cordi. Aut appellatur extra iudicium a parte, & tunc eo casu, quo talis appellatio necessitat aduersarium ad prosecutionem absque alia citatione,causa debet exprimi: & sic intelligo c.i.iuncto ca. ut circa, de elect.lib.6. Aut non necessitat ad prosecutionem absque alia citatione,quod est regulare in appellatione extraiudicialiter interposita ab aduersario,ut not.in glo.seq. & Innoc.in c.dilecti,de maio.& obe. & tunc respectu validitatis non requiretur expressio causæ, cum sit parui effectus,sicut nec in citatione,ut dixi in c.preterea,de dila.per Bar.in l.inter accusatorem, ff. de pub.iud. sed quoad effectum obtinendi retractationem attentaturum, oportet,ꝙ appellatio fuerit interposita ex verisimili,& probabili causa, ut notanter uidetur innuere tex. in c.bonę.inf.eo.& die
21 vt ibi dicetur. † Op.& videtur,ꝙ etiam extra iudicium interponatur appellatio,vt inf.eo.c.bonæ,& sup.de ele.c.cō siderauimus,& c.auditis.cum multis simi.So.gl.in ver.nec solent.metu huius contrarii dicit,ꝙ proprie sumpto vocabulo appellatio interponitur in iudicio,quia appellatio non fit nisi a iudice.hinc diffinitur , ꝙ appellatio continet querelam iniquę sententiæ. Improprie uero etiam dicitur appellatio illa,quæ interponitur extra iudicium:& ita potest intelligi hæc litera, & ponit gl.duos modos exemplificandi hanc literam,vt patet in ea,& no.glo.pro his,quæ supra in notabilibus dixi.Et idem in effectu voluit hic Inno.dicens,ꝙ licet prouocationes iure appellationis per oīa censeatur,est tamen differentia secundum eum,quia in propria & stricta locatione appellationis appellatio est illa , ꝙ fit in iudicio & causa iam cępta . prouocatio quæ fit extra iudicium & in causa non cœpta. vnde dicitur prouocatio
22 ad causam.s.incipiendam.† Secunda differentia,quia in iudicio appellans non prosequens intra terminum assignatū non auditur amplius super eo,super quo appellauit, vt hic & sup.ca.prox.secus in prouocatione extraiudiciali,quod declara,ut sup.dixi,& vide tex.in c.concertationi,eod.tit. lib.6. Dicit Host.esse & alias differentias,de quibus remittit inf.eo.c.bonæ,vbi dicetur. Vide etiam differentiā, quæ colligi potest ex not.inf.eo.in c.non solum,lib.6.in gl.fi.in ver l.extraiudicialis fuit appellatio. Colligo etiam alias differentias ex no.per Innoc.in c.quia propter,de elec.in vlt. col.& in c.cum nobis, eod.tit.in i.col. & in c.ad dissoluen-
23 dum, de despon.impu.† Sed quæro,nunquid prætextu talis appellationis extraiudicialis, quæ interponitur contra aduersarium, teneatur aduersarius coram superiore comparere?Gl.ista no.dicit ꝙ non.Idem tenet Innoc.in c.dilecti,de maio,& obe.probo per l.fi.C.de exhib.reis. vbi patet neminem citandum verbaliter,vel personaliter, nisi iudex prius decreuerit.per quem tex.probatur,ꝙ etiam nuncius generalis deputatus ad citationes faciendas nequit citare sine mandato speciali iudicis, & de hoc ibi per Barto.
24 † An autem iudex possit committere parti, vt citet aduersariū,videtur tex. ꝙ sic in l.cum qui.§. si epistola,ff.de furt. & per Bar.in l.iuste,ff.de acqui.pos.& no.in c.cum dilecti.
25 de do.& contu.† An autem sibi sit credendum, si dicat hoc
a sibi commissum a iudice?dic ꝙ non,ᵃut no.Spec.in titu.de cita.§.sequitur,post prin. Assumit enim sibi officium.ideo non est credendum sibi,maxime in facto proprio;facit qđ no.Bar.in l.Lucius Titius,ff.de fideiuss. Realem autem citationem potest facere pars quandoque propria authoritate,ut si uideat debitorem seu criminosum fugientem , ut l. ait prætor.§.si debitorem,ff.de his quæ in frau.cre. & l.nullus,C.de Iudæ.vide quod dixi in c.i.& c.cum nō ab homi-
26 ne,de iudi. † Limita tamen primum dictum gl. ꝙ pars non tenetur comparere virtute appellationis extraiudicialis,s. regulariter.Fallit,vbi a iure alius statuitur,ut in casu c.i.de elec.lib.6.& simi. Effectum autem huius appellationis ex-
27 traiudicialis dicam in c.bonæ.inf.eo.†Opp.contra.§.Præterea videtur enim ꝙ in manifestis sit admittenda appellatio,quia solum uidetur interdicta in facto notorio ,ut in c. Romana.§.si autem post sententiam, eo.tit.lib.6.Soluit gl. in ver.manifestus , ꝙ hic capitur manifestum pro notorio, & no.gl.ꝙ in manifestis admittatur appellatio . adduco ad hoc tex.iuncta gl.3.q.5.c.ꝙ suspecti. Et in quo differat manifestum proprie sumptum a notorio, vide quod no.in ca. vestra,de coha.cle.& mulie.Et intelligo tex. istum,ꝙ in notoriis non admittitur appellatio, prout dicam inf. eo.in c.
28 cum speciali.§.porro.†Opp.contra tex.in eo,ꝙ dicit Apostolum excōmunicasse Corinthium absentem & irrequisitum.videtur enim,ꝙ excommunicatio non sit ferenda nisi competenti monitione præmissa, etiam si delictum sit notorium , quia excommunicatio non fertur ab homine nisi pro contumacia,ut no.gl.in c.episcopi.11.q.3. Gl.fi.soluit tripliciter.primo, ꝙ Apostolus non requisiuit istum absentem citando.s.peremptorie & iudicialiter, sed bene admonuit eum prius ad pœnitentiam.D.Ant.impugnat hoc dictum gl.quia oportet, ꝙ specialiter citetur secundum eum ad sententiam.Mihi non placet dictum suum:quia sufficit, ꝙ per priores citationes, vel vnicam peremptoriam appareat de contumacia excommunicati.tunc enim sine alia citatione ad sentētiam audiendam potest excommunicari, vt probatur in c.i.de iud.& vide quod ibi late dixi.Ad idē. 11.q.3.c.certum.tenet Inno.in ca.ex parte,il i.de verb.sig. vbi dixit,ꝙ si prælatus pręcepit subdito,ꝙ faciat,vel non, certum quid,quod spectat ad officium suum , & ille transgreditur præceptum,potest eum excommunicare sine alia citatione,vel monitione,quia iam habet eum in contumacia,& uide per eum ibi in vl.col.& vide formā citandi quoad excommunicationem ferendam per tex.notabilem iūcta glos.in c.constitutionem,de senten. excommunicatio. libro sexto . Et puto quoad text. nostrum posse satis hanc primam solutionem tolerari : quia ex quo factum erat notorium , non requirebatur causæ cognitio , & sic per consequens nec factum iudiciale, vt in c.quoniam, de fi.presbyt. ideo sufficiebat illum admonere extraiudicialiter , ut se emen-

ADDITIO.

a ¶Dic quod non. Adde Bal in l.si ut proponis la ii.ibi ad fi.ibi gl.ii.ex parte. C. quomodo & quando iud.& omnino in addit ad Spe in loco p[illegible] illum alleg.uer.quandoque.[illegible] [illegible] partem non teneri ei credere, nisi ferat literas citatorias manu notarii de mandato iudicis subscriptas, quo casu credendum est.sed tamen de relatione ei credi non deb[illegible] [illegible] per eum , & per Phil[illegible] in cap.cum parati, q.vii.eo.tit.& Ant.de But.in c.i.sup.de iud. An autem nuncio principis sine literis credatur , uide Rebu. in l.prohibitum,in princ & ib in apostil C. de iure fisc.lib.xi. Zach.
¶Cir[illegible] istam materiam c[illegible]tationis & commissionem de citando,vi[illegible]e plenam glo.in c.i.de mil.uasa. qui con.est.in ult.gl & gl. in c.de [illegible] quæ[illegible] & glo. in c.si episcopus [illegible] q.ii.Adde tamen,quod u[illegible] nulla est citatio,uel quia non emanauit,uel quia non tenet , uide ple[illegible]e per Innoc in c.præterea,de dila.& in c.querelam,de procur.& Bar. in l.fi cum nulla,ff. de r. iudic.& in l.ut bo[illegible]us,ff.de iudic.solut. & in l.si pater C.ne de statu defuncto. Ant.Fran.

ſe emendaret, quod cum non fecit, potuit excommunicari. Pro hoc facit cap. nouit, de iud. vbi dicitur, ꝙ ſi peccator non audit eccleſiam, debet haberi pro ethnico & publicano, ideſt excommunicari, ut ibi, & 2.q.i.c.ſi peccauerit, facit quod legitur, & no. in c. dilecto, de ſenten. excommuni. vbi vide per Doct. Secunda ſolutio eſt, ꝙ Apoſtolus illum requiſiuit per prius, & no. hanc ſol. facit enim pro his, quæ ſup. dixi, ut non ſit neceſſaria citatio ad excommunicationem audiendam. 29 † Tertia ſol. ꝙ requiſiuit illum per Apollinem diſcipulum ſuum. No. hanc ſolutionem, ex qua habes iudicem poſſe citare per familiarem ſuum, pro hoc facit ꝙ not. in d. c. cum dile. de do. & contu. & per Bar. in d. l. iuſte, & facit tex. in d. l. cum qui. §. ſi epiſtola. quod intelligo, dũmodo conſtet iudicem illi hoc iniunxiſſe. Ideo poteſt fieri commiſſio cum literis iudicis: facit c. prudentiam, in prin. de offi. dele. Et hanc vlt. ſol. glo. ſequuntur hic Innocen. & Tanc. 30 † Hoſt. dicit, ꝙ licet notorius quo ad ſatisfactionem, vel reſtitutionem faciendam abſens, & irrequiſitus poſſit condemnari: nunquam tamen excõmunicabitur niſi monitione pręmiſſa, vt in d. c. ſacro, & hodie debet excommunicari in ſcriptis, ut in c. i. eod. tit. lib. 6. Ideo cum hic loquamur de excommunicatione, debet litera cum ſuppletione legi. 31 † Alii vero dicunt ſecundum eum nullum abſentem condemnandum niſi ſit contumax. 3. q. 9. per totũ. C. quomodo & quando iudex, per totũ. ff. quæ ſententiæ ſine appel. reſcin. l. i. §. item cum ex edicto. Vnde nullus quantuncunque notorius ſine citatione & monitione condemnandus eſt. Et hoc fatetur Hoſt. iuſtius & tutius, tum quia multi dicuntur notorii, qui non ſunt. inſ. eod. c. conſuluit: tum quia notorius quandoque habet legitimas exceptiones, q̃ ſunt admittendæ, de offi. deleg. c. ex parte, il 2. tum quia oĩs condemnatio, maxime nimis accelerata, odioſa eſt. in c. cũ Bertoldus, de re iud. 32 † Aduerte tamen, quia in hoc iura vſit varia, & Doct. opi. ut plene no. in d. c. veſtra, de coha. cleri. & mu. & in ca. ad noſtram. 3. de iureiur. & vtrobique dixi. Sed conclude, ut ſemper mihi viſum fuit, cum quæritur, an in notoriis requiratur citatio, ꝙ aut loquimur in aliis ſententiis a cenſura eccleſiaſtica, aut in cenſura eccleſiaſtica. Primo caſu, ſi factum eſt ita notorium, ꝙ certum eſt abſenti defenſionem non competere, non requiritur de neceſſitate citatio, [a] ſic intelligitur c. cum olim, de re iud. & ca. bonæ, il i. de ele. & l. 2. §. ꝙ ſi de frumentaria, ff. de admi. rerum ad ciui. perti. & l. ictus fuſtium, ff. de his qui no. infa. & vtrobique per Bar. facit tex. & ibi per Inn. in c. quanto, de tranſlatio. epiſco. Aut dubium eſt, an abſenti poſſit competere aliqua excuſatio, & requiritur citatio, alias non ualet ſententia, ſic intellige c. fi. de offic. dele. lib. 6. & Inno. in c. tua, de coha. cle. & mu. Et ſic reducas ad concor. opin. contrarias. In ſententia uero excommunicationis ſemper credo admonitionem competentem debere præcedere, quia (ut ſupra dixi) excommunicatio fertur ratione contemptus, ut in c. 2. de conſti. lib. 6. Ideo oportet admonitionem debere præcedere, quia primo non conſtat de contemptu. 33 † Ideo dicitur, ꝙ nunquam fertur excommunicatio ab homine, niſi ratione contumaciæ, ut no. gloſſ. in d. c. epiſcopi. 11. q. 3. In aliis uero ſententia eſt pęnæ promulgatoria. unde, cum iam conſtet de delicto, fruſtra fieret admonitio, cũ per pœnitentiam non deſinat eſſe nocens, ut l. penult. ff. vi bo. ra. excommunicatio autem eſt medicina, & fertur, ut quis ſe corrigat, ut in c. i. de ſen. excommu. lib. 6. & 11. q. 3. c. audi denique. Debet ergo prius requiri, ut appareat, an velit ſe emendare.

ADDITIO.

a ¶Requiritur citatio Tu dic, ut diſtinguendo conc'uſi. in apoſtil. ad illum in c. accepta, in uerſ. non competere, ſup. de reſt. ſpol.
¶Citatio. Vide Bal. in l. ea quæ, columni. x. uerſ. in. quæritur, in princ. C. de accu. Moder. Taurienſes in l. ut uim, col. ii. ff. de iuſti & iur. D. Franc. Curt. in conſi. xx. col. iii. cum ſequen. & in conſil. xxi. col. ii. Ro. in conſi. cccxxix. incip. in præmiſſa, col. ii. Are. in conſi. clxv. incip. ſicut Ioan. dicit. colum. xi. Sebaſt. Sapia.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio ſuſpendit iuriſdictionem iudicis quo ad illam cauſam tantum, & non quo ad aliam penitus ſeparatam etiam reſpectu eiuſdem perſonæ.*
2 *Iudex a quo extitit appellatum, an poſſit per appellantem in alia cauſa recuſari vt ſuſpectus. 4. 5.*
Suſpicio iudicis an poſſit de vtroque iure allegari tam reſpectu delegatorum, quam ordinariorum, tam cum expreſſione cauſæ, quam ſine. 4.
3 *Animus ſiue bonus, ſiue malus præſumitur ex geſtis.*
6 *Iudex de imperitia uel negligentia tenetur ad intereſſe parti, licet a ſua ſententia non prouocauerit.*

CAP. VI.

AD hæc. Si coram iudice a quo in vna cã appellani, poſſum in alia conueniri, niſi eum recuſem vt ſuſpectum, & non diuiditur. Caſus literalis. Aliquis appellauit ſup aliqua cauſa, pendente appellatione conuenitur, vel accuſatur ſuper alio, quam ſuper eo, ſuper quo appellauit. quæritur, an teneatur ſtare ſub illo, a quo appellauit, appellatione pendente? Reſpondet papa, ꝙ ſi voluerit, poteſt eũ tanquam ſuſpectũ recuſare. alioquin ſtare debet iudicio eius, & præcipue ſi iudex ſuus ordinarius exiſtat. Ber. 1 † No. primo, ꝙ appellatio ſuſpẽdit iuriſdictionem iudicis in eadem cã duntaxat, in qua eſt appellatum, non autem quo ad aliã cauſam prorſus ſeparatam, & ſic no. caſum, [a] in quo iudicis iuriſdictio quo ad quid eſt ſuſpenſa reſpectu certæ perſonæ, & quo ad quid remanet in ſuo eſſe, & eſt vera ratio decidendi: quoniam grauamen eſt immediata cauſa appellationis: quod grauamen non contingit reſpectu aliarum cauſarum; & ideo non habet ſuſpendere iuriſdictionem iudicis in aliis cauſis. Not. ſecundo quem poſſe compelli ad reſpondendum eodem tempore coram diuerſis iudicibus in diuerſis tamen cauſis. Nam in cauſa appellationis litigabat hic coram iudice ad quem, & de nouo poteſt accuſari, vel conueniri coram iudice a quo. No. tertio ex fi. literæ, ꝙ diſpoſitio huius c. vendicat ſibi locum etiam in delegato. Pone exemplum: cauſæ variæ & diuerſæ fuerunt commiſſæ delegato. fuit prius vnas incepta, & ab ea appellatum. certe ea pendente poteſt conueniri in aliis coram eodem: vel pendente appellatione in vna finge nouam literarum 2 impetrationem ſuper alia. † Op. & videtur, ꝙ prætextu pendentiæ cauſæ appellationis non poſſit iudicem a quo, tanquam ſuſpectum recuſare. hẽt enim, ſi eũ grauauit, promptum remediũ appellationis, vt dicit text. in l. vna, ff. apud eum, a quo appel. Soluit gl. i. ꝙ contrarium procedit ſecundum leges, ſecundum quas iudices non ita de facili recuſantur. quod autem hic dicitur, procedit ex diſpoſitione canonica: quod tamen eſt limitandum, prout leg. & no. infra eo. in c. propoſuit, ut ſ. in crimine manifeſto non poſſit iudicem recuſare prætextu appellationis pendentiæ. Hanc ſol. gl. quæ fuit Lau. expreſſius tenuit Goſ. ꝙ aliud eſt ſecundum leges, & aliud ſecundum canones, quod declarabat Hoſt. vt ſicut leges reſtringunt appellationes. ita & recuſationes. inſ. eo. c. ſuper eo. Sed certe hæc ratio non eſt uera, ſaltem in delegatis, quia illi facilius recuſantur de iure ciuili, quam de iure canonico, vt probatur in ca. cum ſpeciali, & c. 2. requiris. inſ. eo. & in l. apertiſſimi, C. de iud. Nam de iure ciuili poſſunt indiſtincte recuſari etiam nulla cauſa expreſſa, dum tamen non appareat recuſatio calumnioſa, ut in iuribus præallegatis: ſed de iure canonico opus eſt allegare & probare probabilem cauſam, ut in dictis iurib. Secundam lecturam poſuit Io. ꝙ lex contraria loquitur in ordinario. iſta decre. in delegato, & exponit tex. ibi. Iudicis, i. delegati, & ibi Alioquin, i. ſi non ſit delegatus, & ibi Maxime, pro tantum. Sed hęc lec. reprobatur ſecundum Io. An. inſ. eo. c. propoſuit, quæ in ordinario loquitur. Item dicit, ꝙ ſatis reprobatur hic in fine, non extorquendo literam. Tertia lect. ponitur per Innoc. ut poſſit iudex recuſari non ex ſola appellationis pendentia, ſed ex alia iuſta cã. Quarta ponitur per eundem, vt procedat iſte text. ſecundum iura antiqua, ſecundum quæ licebat ſine cauſa appellare, ſic & recuſare. Quintam lect. ponit Hoſt. vt tex. iſte intelligatur appellatione pẽdẽte, lex vero loquaẽ ca finita. Sexta poniẽ per eundem, vt contrarium procedat, quando iudex nõ recepit appellationem, vt hic, & inſ. eo. c. propoſuit, & c. accepta, quando iudex recepit & approbauit, ad hoc, inſ. eo. c. ſæpe,

ADDITIO.

a ¶Not. caſum. Vide, quod ex hoc decidunt D. de Ro. deci. xii. incip. Item ſi ab excommunicatione, in titul. de appella. in nouis, cuius meminit Peru. & Deci. hic. Sebaſt. Sapia.

c.sæpe,& sup.de offic.dele.c.pastoralis.§.præterea, & certe istæ lec.continent diuinationem. Septimã lect.ponit Io. An.dicens, ꝙ sola pendentia appellationis non facit iudicem recusari,ut suspectum.absurdum enim esset, cũ ex facto meo & a nuda mea uoluntate procedit appellatio,forte ex falsa causa,& ad hunc finem interiecta,ut effugerem, & impedirem iurisdictionem iudicis mei,ideo dicit,quod sicut in aliis recusationibus, sic & in ista recurretur ad arbitros,coram quibus non erit mihi satis probare pendentiam appellationis, imo habeo necesse probare ueritatem grauaminis quo probato arbitri pronunciabunt illum suspectum,& demum ad alium finem.s.ad reuocationẽ grauaminis habeo probare idem coram iudice appellationis. nec est hoc nouum.sup.de testi.c.ueniens,il 2.de resl.spol. c.solicite. Item secũdum eum non est satis ad recusandum iudicem probare grauamen ex re tantum, quod appareat non fuisse ex mente: sed in causa appellationis sufficit probare grauamen ex re,ut no.per cũ.ins.eo.c.ex parte. Hanc lect.Ioan.An.sequitur hic D.Ant.& communiter Moderniores sequentes. Ipse tamen Do.Ant.aliter refert dictam Ioan.And.quam ipse intellexerit iudicio meo.Dicit enim referendo, ꝙ ad obtinendum in causa reuocationis nõ sufficit probare grauamen ex re tantum.i. grauamen re ipsa, sed oportet,ꝙ probetur grauamen ex mente,i.ꝙ ex proposito grauauerit.sic etiam refert & sequitur Bart. in d.l.vnica.Sed pro certo Ioan.And.non sic loquitur:sed solum videtur requirere, ꝙ non appareat grauamen ex re tantum, non enim requirit,ut probetur, ꝙ ex mente processit, sed ꝙ non appareat de contrario: quare puto,ꝙ in dubio probato grauamine præsumi debeat,ꝙ ex malo animo processerit.

3 †Quia in malefactis præsumitur malus animus, ut in l.i.& quod ibi no.per Innoc.de præsum. & in l.nam ludus. ff.ad legem Aquil.Ad idem gl.notabilis in c. cum Hadrianus.63.dist.quæ dicit quem præsumẽdum inimicum illius quem salutare non vult. Et intelligo [a] illam gl.quãdo erãt soliti se salutare, vel unus salutatur ab alio, & ille non vult respondere:facit quod no.gl.in c.cum super. de offi.deleg. Et hanc sententiam expresse reperio sentire gl.1.2.q.6.ca. hoc etiam,& in c.proposuit.ins.eod. Conclude ergo, ꝙ de iure canonico non sufficit probare appellationis pendentiam ad effectum recusandi iudicẽ a quo,in alia causa: sed est necesse probare grauamen non solum re ipsa,sed etiam ex proposito. Sed in dubio dico pręsumendum malum animum, sed si appareret ex coniecturis iudicem grauasse nõ ex mente,hoc nõ sufficiet, quia suspicio fundatur super iniquo animo,non autem super grauamine,ut no.in d.c.cum super,& sic intelligo Ioan.And.hic.

4 †An autem hæc procedant de iure ciuili,distinguo sic, quia aut loquimur in delegato,& potest recusari [b] etiam ex nuda uoluntate, dummodo recusatio non appareat manifeste frustratoria,ut no.in l.apertissimi.C.de iud.& c.cum speciali,præalle.& sic non oportet,ꝙ probetur etiam realitas grauaminis. Aut loquimur in ordinario, & puto ꝙ olim non poterat recusari maxime ex hac suspicione, quia pendebat appellatio quantũcunque probaretur realitas grauaminis,per tex.illius l.vnicæ,ff.apud eum,a quo appel. quę præsupponit offensionẽ, & tamen denegat recusationem reddens causam, quia potest denuo appellare. Et potest esse illius decisionis rõ, q̃a olim ordinarius non poterat de iure ciuili recusari,ut not. in d.l.apertissimi & benefacit tex. in d.l.vnica.Hodie uero prouisum est, vt possit peti adiunctus,non autem potest in totum recusari,vt in auth.si vero contigerit.C.de iudi.no. in d.l.apertissimi. quare puto,ꝙ etiam hodie de iure ciuil poterit probato grauamine modo prædicto peti adiũctus, secundum quod dicitur in præalle.authen. si vero contigerit,& sic limito illam l.vnicam,& hęc plus placent,q̃ quod ibi uoluit Bar.qui videtur velle idem fuisse & esse hodie de iur.ciui.quod de iure canonico,vt probato grauamine ex proposito possit iudex recusari. Mouetur,quia hoc ꝓbato, probatur iniuria verbalis seu realis,ꝑ ꝑ quam potest appellari secundum opin.Pla.C.eo.l.si quis prouocatione. quæ appellatio ꝑ ꝑ iniuriam habet impedire iurisdictionem iudicis in alia cã,vt C.si quacunque præd.po.l.vna.& ita sentire refert Gul.de Cu.in l.ab arbitro.ff.qui satis.cogan.Sed certe dicta sua in hoc mihi non placent. Nam in l.si q̃s prouocatione, deuoluitur iurisdictio solum quo ad illam causam.Nec obstat l.vnica.C.si quacunque præd.po.quia illa lex ponit casum specialem, ut ibi communiter not.& dico in c.cum speciali.ins.eo.uel debet intelligi,quando injuria fuit allegata a iudice extraiudicialiter procedente: secus, si iudicialiter.d.l.vnica.ff.apud eum,a quo appella.& vide in arg.quod no.gl.in c.præsentium.7.q.i.

5 †Sed iuxta prædicta quęro,quid si appellans fuit contumax in appellatione prosequenda,nunquid poterit uirtute illius grauaminis iudicem illum in alia cã recusare? So.Tancr.Vincen.& Inno. tenent ꝙ non: quia sicut talis contumax non appellat, ita nec recusat.sup.c.proxi.& ins.eo.c.super eod.il 2.quod est notandum pro limitatione huius c.D.Ant.dicit,ꝙ contumacia in non prosequendo non repellit semper ab appellãdo iuxta no.ins.eo.c.dilectę.Vnde putat,ꝙ eo casu,quo poterit appellare,non tollitur recusatio,si probetur grauamen: & poterit ad alium finem grauamen ostendere, licet non possit appellationem prosequi,arg.ins.de sent.excom.c.licet lib.6. Ego puto,ꝙ indistincte poterit iudicem recusare probando grauamen modo prædicto, licet appellationem deseruerit,quia(ut dixi)recusatio fundatur super malo animo iudicis; sed malus animus non putatur per desertionẽ appellationis. Vnde licet per desertionem sententia transiuerit in rem iud. ut non audiatur amplius uolens appellationem prosequi,tamen bene poterit adducere grauamen ad alium finem,s. ad iniquum iudicis animum probandũ, arg.c.veniens,il 2.de testi.& d.c.licet.de sen.excom.lib.6.

6 †Probatur per simile, licet enim quis a sententia non prouocauerit, tamen postea poterit agere contra iudicẽ, quia malitiose vel per imprudentiam condemnauit eum. Insti. de oblig.quæ ex quasi deli.nascun.in princ. Nec obst. sibi exceptio rei iudi.a qua non est appellatum, quia aliæ sunt personæ,inter quas agit nũc iudex & pars,aliæ, inter quas primo agebatur. Item modo ad aliud agitur, quia ad interesse & ad alias pœnas,& ad aliud primo,s.ad rem, quæ petebatur. Hoc tenuit Inno.in c.sacro,de sen.excom. & gl.in c.pastoralis.§.quia uero,in fi.de offi.dele.& Bar.in l.i.ff.eo. tit.facit quod ipse no. in l.fi.ff.de var. & extraor.cog. Vltimo quæritur, quid fiet de istis causis nouiter mouendis recusato iudice? So.dicit gl.ꝙ iudex recusatus delegabit eas. Tu de hoc dic,ut dixi in ca.si quis contra clericum.de foro comp.& plene tangam.ins.eo.c.cum speciali.

ADDITIONES.

a ¶Et intelligo. Hæc refert & sequitur Fel.in proœ. Gregor 2.colum.v.uer.intes.ibi salutem,& ibi ponit ecõtra. quod ex salutatione probatur remissio iniuriæ & de effectu salutationis p[illegible] Fel.in cap.cum super,col.i i. ver.quarta causa est de illo,qui non salutat.sup.de offic.deleg. Seb.Sap.

b ¶Recusari Adde Alex.consi.clxx u lib.& an recusatio,& appellatio a pari procedant,unde Rom.consi.ccix.

SVMMARIVM.

1 *Appellare potest vtraque pars ab eadem sententia,si utraque est grauata,alias secus. 2.*

2 *Si ab eadem sententia ambo appellant, vnus ad maiorem alter ad minorem,qua appellatio præualet.*

3 *Valet processus factus coram iudice, cuius iurisdictio poterat elidi per exceptionem, & non fuit elisa nisi iudex sciuisset suam iurisdictionem posse de facili elegi.4.14.16.18.19.*

5 *Appellari an possit ad papam de iniustitia facta per quemlibet iudicem secularem & imperatorem.*

Papa dicitur habere potestatem temporalium saltem habitu:adeo, quod deficiente superiore ad ipsum recurritur.

6 *Ius canonicum seruatur in terris ecclesiæ,vbi discordat a iure ciuili etiã in non concernentibus animam.*

Appellatur de iure canonico ante sententiam a quocunque grauamine, & omisso medio secus de iu.ciui.

7 *Statuta laicorum contra ius canonicum non valent in terris ecclesiæ,intellige circa concernentia animas & fauorem ecclesiasticum,quia talia statuta in nullo loco mundi valerent.*

8 *Appellatur de seculari ad ecclesiasticum de consuetudine,quinimo valet consuetudo,vt laicus conueniatur coram ecclesiastico.*

9 *Citatus non tenetur comparere, quando citans non habet iurisdictionem in eum.*

10 *Sententia lata contra absentem per falsas allegationes præsentis non valet.*

Litigatores non tenentur ius alterius allegare, ne pars aduersa efficiatur instructior, nisi forte dolose tacuisset, quia tunc non valeret processus.17.

11 *Processus factus coram iudice ad quem per illum,qui falso dixerit se appellasse,vel dolo tacuerit se appellationi renunciasse,rescinditur.*

12 *Contumax si compareat,non potest suas exceptiones opponere,nisi illo tẽpore,quo potuisset opponere,si fuisset præsens.*

13 *Proceſſus factus contra abſentem, cui exceptio legitima competebat, an valeat.*

15 *Litigans ſcienter coram excommunicato tolerato non debet reportare aliquod commodum, & talis proceſſus retractatur, quatenus venit in ſui fauorem.*

CAP. VII.

SI duobus. Superior, ad quem tuus aduerſarius appellat, ſi ignorat te ſuper eadem cauſa ad ſedẽ apoſtolicam appellaſſe, te nolentem comparere excommunicare poterit. hoc primo. A ciuili iudice, qui non eſt de temporali iuriſdictione eccleſiæ, non appellat ad papam. hoc ſecundo vſque ad fi. Vel ſumma principaliter & clarius ſic. Si a iudice inferiori vnus appellat ad papam, alius ad inferiorem, tenetur appellans ad papam comparere ad citationem iudicis inferioris ſaltem allegaturus appellationem ſuam: alias valebit proceſſus a minori, niſi ſciuerit appellationem interpoſitam ad papam. Duo ſunt dicta, ſecundum ibi: Denique &c. Caſus liter. Duo litigabant coram iudice ſuo, puta coram archidiacono, vnus appellauit ad epiſcopum, alter ad papam, vel intellige, ꝙ lingabant coram epiſcopo, vnus appellauit ad papam, alter ad archiepiſcopum ille qui appellauit ad epiſcopum, vel ille qui appellauit ad diem appellationis acceſſit ad epiſcopum proponens ſe ad eius audientiam appellaſſe, tacito de appellatione aduerſarii ad ſedem apoſtolicam interpoſita. & ille, qui appellauerat ad papam, citatus fuit ab epiſcopo, vel archiepiſcopo. ille confidens de appellatione ſua ad papam interpoſita, nec iuit, nec miſit aliqoem reſponſalem, & quia non venit, fuit excommunicatus. quæritur, an teneat excommunicatio? Reſpondetur, ꝙ tenet ſententia in eum pro contumacia lata, niſi iudex ille cognouerit eũ ad ſedem apoſtolicam appellaſſe. Secundo ponitur alia quæſtio. Aliquis appellauit a ciuili iudice ante iudicium, vel poſt ad dominũ papam. quęritur, an talis appellatio valeat? Reſpondet papa, ꝙ tenet appellatio io illis, qui ſubſunt papæ in temporali iuriſdictione. In aliis uero, quamuis de conſuetudine alicuius loci teneat, de iuris tamẽ rigore non tenet. Ber. [1] † No. primo, quod ab eadem ſententia poſſunt ambæ partes appellare, quod intellige, ſi utraque pars ſentit ſe per ſententiam prægrauari, concor. c. Raynutius, & c. Raynaldus, de teſta. & ſup. de excep. c. ſignificauerunt. Excipe notabilem caſum. l. omnem honorem. C. quando prou. non eſt neceſ. & quid dicat ille tex. dixi in d. c. ſignificauerunt, vbi plene [2] examinaui. † Not. ſecundo, ꝙ ſi ab eadem ſententia diuerſi ad diuerſos appellant, appellatio interpoſita ad maiorem iudicem elidit appellationem interpoſitam ad minorẽ iudicem, dũmodo de ea excipiatur coram minore, vel alias nota ſit iudici, & hoc indubie, ſi iudex maior ſit ipſe papa: [3] quo caſu loquitur iſte tex. † Quid autem, ſi appellatur ad alium ſuperiorem citra papam? Hoſt. ſentit hic ꝙ idem. ponit exemplum in legato a latere. ſup. de offi. iud. deleg. ca. i. item Spec. in tit. co. §. nunc tractemus, verſi. quid ſi a ſnia. Ego dico hũc tex. procedere in quolibet ſuperiore, ad quẽ poteſt omiſſo medio appellari. Eadem enim eſt decidendi ratio. cum enim vna & eadem appellatio tractari non poſſit coram diuerſi. iudicibus, oportet ut appellatio interpoſita ad maiorem præualeat ei, quæ fuit interpoſita ad minorem, arg. opti. in c. per hoc, & quod ibi no. de hære. li. 6. & l. contra pupillum. ff. de re iud. Et ideo quod dictum eſt in legato, procedit ſi præſupponimus ad eum poſſe, omiſſo medio, appellari, de quo dicendum, ut no. in c. i. & c. quod translationem, de off. leg. Si autẽ eſt talis ſuperior, ad quẽ non poteſt omiſſo medio appellari, tunc præualeat appellatio interpoſita ad minorem, ad quem gradatim & legitime fuit appellatum, de quo dicendum, vt not. in ca. dilecti. inf. eo. Not. tertio ualere proceſſum iudicis,[a] cuius iuriſdictio elidi poterat, ſed per exceptionẽ non fuit eliſa, de quo [4] per Innoc. in c. cæterum. de reſcr. † No. quarto & tene menti, ꝙ ſi iudex ſcit non habere iuriſdictionem in certo caſu, vel ſcit ſe non debere procedere, quia habet eam de facili elidibilem, non valet proceſſus contra abſentem, etiã ſi ſit contumaciæ puniriuus, ad hoc uide quod no. Inno. in c. 2. de dila. facit l. non videtur latitare, ff. de iud. & l. 2. in fi. ſi quis in ius voc. non iet. ſecus autem ſi iudex ignorat; quia tunc valet proceſſus, ſaltem quatenus punit contumaciã, ad hoc l. i. ff. ſi quis ius dicen. non obt. c. ſuper literis, cum [5] ibi not. de reſcr. & l. ſi quis ex aliena. ff. de iudi. † No. in §. denique, ꝙ grauatus coram iudice ſęculari non poteſt iniuſtitiam illam per uiam appellationis deferre ad papam, & ad hoc ſolet quotidie allegari iſte tex. hinc ſentit glo. No. in c. quoniam. 10. diſt. ꝙ ab Imperatore non appellatur ad papam. Sed tu uide ad limitationem notabile dictum Hoſti. in c. cum Ioannes,[b] de fi. inſtrum. vbi dicit, ꝙ deficiente ſuperiore ſemper poteſt ad papam appellari. & pro concordia allego dictum notabile Innoc. in c. licet ſuſcepto, de fo. compet. ubi dicit, ꝙ ubi non reperitur ſuperior de iure, vel de facto, poteſt papa adiri[c], pro hoc facit illa communis canoniſtarum opi. quæ habet, ut penes papam ſit poteſtas tẽporalium ſaltem habitu, de quo plene dixi in c. nouit. de iudic. Vnde deficiente ſuperiore, uidetur ꝙ poſſit illum habitum deducere ad actũ, ſicut illam exercet in cauſis arduis etiam ſuperiore non deficiente, ut eſt caſus no. in c. pro humani, de homi. lib. 6. hæc tamen puto limitanda in grauib. & dubiis articulis, ut ſingulariter videtur ſentire Innocen. in c. cum te, de re iud. per c. venerabilem, qui fil. ſint legi. & hæc non tradas obliuioni, & uide quæ dixi in c. nouit, de [6] iud. & in c. fi. eo. tit. No. etiam ſing. arg. opt. & quaſi expreſſum in tex. ꝙ in terris ſubiectis temporali iuriſdictioni eccleſiæ debent etiam inter laicos ſeruari canones & non leges ciuiles[d] data inter eos diſcordia hoc ꝓbat iſte tex. hoc modo inducendo. De iure ciuili regulariter nõ appellatur ante ſententiam, ut in l. ante ſententiæ tempus, C. quo. ap. non reci. & l. 2. ff. eo. & quod leg. & not. in ſ. eo. c. ſuper eo: & tamen in terris eccleſię poteſt ante ſententiam appellari, vt quia de iure canonico licet appellare indiſtincte ab omni grauamine, ut inſ. eo. c. interpoſita, de ap. & in c. ſuper eo, & c. ut debitus. inſ. eod. Præterea probat hoc iſte tex. & aliter omiſſo medio de iure ciuili non appellatur etiam ad principem. l. imperatores, in fi. ff. eo. tit. De iure vero canonico appellatur ſaltem ad papam omiſſo medio, ut in c. ad Romanam. 2. q. 6. & c. cuncta per mundum, & c. per venerabilem. 9. q. 3. Et iſtud ius canonicum ſeruatur hic in terris eccleſiæ: quia a ciuili iudice poteſt appellari ad papã, de quo uide in c. licet ex ſuſcepto, de for. compe. & hanc concluſionem prędictam, vt canones præualeant in terris eccleſię etiam inter laicos,[e] tenet hic Hoſt. & ſequuntur eum [7] communiter Doc. † Ex his infero ad vnum notabile dictũ, ꝙ in terris eccleſię non valet ſtatutum laicorum contra ius canonicum, ſicut nec ſtatuta clericorũ, de quo dic, vt ple- [8] nius dixi in c. quod clericis, de foro comp. † Vltimo no. valere conſuetudinem, vt de ſeculari iudice appelletur ad eccleſiaſticum, quinimo ex conſuetudine poteſt introduci, vt laicus poſſit conueniri etiam coram eccleſiaſtico, vide gl. in c. ſi clericus laicum, & c. ex tranſmiſſa, de for. compe. & quod utrobique dixi. Venio more ſolito ad gl. & primæ duæ ſunt faciles. Tertia opponit contra tex. videtur enim, ꝙ et data ignorantia iudicis non debet valere excommunicatio: quia appellatio præcedens impedit illius vires, ut in c. per tuas. inſ. eo. Item per appellationem iſte deſiit eſſe iudex, ergo &c. Soluit glo. ꝙ iſtud contingit ꝑ ꝑ contumaciam. debuit. n. ire & allegare priuilegium ſuum. Aduerte quia

ADDITIONES.

a ¶Proceſſum iudicis. V de Bald. in auth. ſi qu s ex conſenſu. col. ii. uer. deinde no. C. d. ep. audi. cum allegans per Alex in l. ii col. iii. ff. ſi quis in ius uoc. non ierit. Seb. S p.

b ¶Ibi uoluit, quod ad papam etiam in terris Imperii appellatur a iudice laico, ſi non recognoſcat ſuperiorem ſecundum D. Bar. de Bellencinis hic in addi. de quo etiam in c. licet, ſupra de foro comp. non tamen tali iudici, ſi repertus fuerit male iudicaſſe, papa poterit imponere pœnam. gl. eſt quam dicit ibi D. Abb. fin. in c. & ſi neceſſe, de don. inter vir & vx. Et illud dictũ Hoſt. in d. c. cum Ioannes. refert & ſequitur ibidem D. Ant. ii v. ii. co. pro quo alle. tex. rotundum in c. expoſiti, de arb. per quem ibi fin. dicit d. Abb. circa princ. poſt Innocen. quod ſi quis per compromiſſum factum in laicum uideat ab arbitro notorie ſe lædi, quaſi ratione cuiuſdam ſacrilegii poteſt de hoc re lamare coram iudice eccleſiaſtico.

c ¶Papa adiri. Vbi Car. in c. nouit, ubi late Moder. ſup. de iud. Fel. in c. qualiter & quando, eo. tit. Bar. in conſi. clxxxvii. inci. domini priores in iii. dub. Iaſ. in l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cau. Seb. Sap.

d ¶Leges ciuiles. Adde, an in appellatione ſit ſeruandum ius canonicum, uel ciuile, Alex conſi. c. ii. ii. lib.

e ¶Inter laicos. Vide Cal. in tit. de conſti. conſi. xviii. & Fel. in c. quod ſuper his, de ma. & obe & ibi an ualeat ſtatutũ laicorum contra canones in terris eccleſiæ, de quo etiam uide Alex. conſi. clxx. col. i. in c. uiſo themate, in ii. uol. ubi tenet, quod ualet. Seb. Sap.

quia glos.habet bonam mentem, sed formaliter non soluit contrarium: sed dic formalius, quod contrarium loquitur in snia excommunicationis lata a iudice a quo, quę nō tenet, cum ipsius iurisdictio sit suspensa per appellationem, vt in c.si a iudice,& c.non solum.inf.eo.lib.6. Hic aūt loquimur in excommunicatione lata a iudice ad quem, qui hēt iurisdictionem vigore appellationis, licet illa iurisdictio possit elidi & euacuari per exceptionem appellationis interpositæ ad papam: sed iste non excipit; ideo est sibi imputandū; & de hoc inf.latius. 9 † In gl.in ver.nisi cognouerit. No.hanc gl.quod citatus non tenetur comparere ad allegandum priuigium[a] suum, si notorium est iudicem non habere iurisdictionem, vel habere elidibilem in caussa, concordat glo.in cle.pastoris.§.Pisana, de re iud.& in c.veniens, de accus.& 3.q.2.c.si eps,& inf.aliquod tangam. 10 † Extra gl.op.contra prædicta & contra tex.vr enim, quod excōmunicatio lata per inferiorem iudicem nō debeat tenere.quia iste, qui appellauit ad inferiorem, obtinuit sniam contra absentem dolose tacendo appellationem interpositam ad papam.ergo nō valet processus seu snia, vt in l.si prætor.§. Marcellus,ff. de iud.vbi patet, quod snia lata contra absentem per falsas allegationes præsentis.non valet. Sol.Docto.multum instant & pp difficultatem materiæ intricate procedunt. ego prius specifice respondebo ad contrarium, vt habeatur clare intellectus c.postmodum reassumam materiam per quatuor membra. Dico enim quod illa l.loquitur, quando quis per falsas allegationes obtinuit sniam contra absentem: sed hic nullam falsitatem allegauit: sed tantum tacuit appellationem aduersæ partis, quā non tenebatur exprimere: quū licet impetrans nil debeat tacere, quod habeat mouere principem in contrarium, vt in c.postulasti, de rescr.pars tamen non tenetur in iudicio allegare ius alterius partis. Nā, cum isti sint inuicem aduersarii, nō tenetur vnus proponere ius alterius, vt hic notabiliter probatur, & tenet notanter Innoc.& communiter sequentes,& sic non potest dici snia lata dolo præsentis. Et plus sentit Inno.hic, quod ēt in principali tenuisset processus gestus contra absentem, quod satis placet, qm̄ appellatio detulit iurisdictionem illi iudici inferiori, licet elidibilem pp authoritatem superioris, ad quē fuit ēt appellatum.satis ergo est, quod non fuit debito tpe elisa per conflictum exceptionis. Ex his paucis hr̄ verus & apertus intellectus huius c.& optima limitatio ad illam l.si prætor, & vide notabilem limitationem ad istum tex. quam ponit Inno.in c.fin.de accu.vbi dicit, quod si iste aduersarius dolose tacuisset appellationem, non valuisset processus per d.l. si prætor.§.Marcellus, quod intellige, ut inf.dicam. 11 † Hinc dixit hic Innoc.& bene, quod ubi quis accessit ad iudicem appellationis,& falso dixit se appellasse, vel dolo tacuit appellationi, q̄ fecerat, se renunciasse, quia tunc processus non teneret, vel saltem rescinderetur vel per condictionē sine cā, vel per restōnem in integ.ex clausula generali, vel per querelam, vt d.l.si prætor. Et uide ad hanc qōnem archidiaconum in c.Romana.§.si vero.inf.eo.lib.6.& Guil.in Spe. de citatio.§.i.ver.item pone, & ad materiam uide Io.And. in regula, scienti, de reg.iur.lib.6.in Merc. & per Inno.in c.2. de dilatio. 12 † Vnum tamen dictum tene semper menti, quod ponit Innoc.hic, & in d.c.2. dicens, quod si absenti competebat exceptio declinatoria vel peremptoria, & fuit absens contumaciter, nō auditur illam volens proponere, nisi veniat eo tpe, quo si fuisset præsens, illam posset proponere. Ratio est, quia contumacia facit eum præsentem, de do.& contum.c.veritatis.non ergo debet esse melioris conditionis contumax, quam obediens: sed si fuisset præsens,& debito tpe non excepisset, non audiretur amplius, ut in c.pastoralis, de excep.l.2.C.sen.rescin.nō posita nec si fuit absens contumaciter: quod intellige, siue pręsens sciat[b] exceptionem competere absenti, siue nō, quia non tenetur (vt dixi) ius sui aduersarii allegare. nam aduersarius tacēdo vr̄ iuri suo renunciare. Ideo dixit Inno. hic. quod si postquam is, qui appellauit ad archiepiscopum, incepit litem prosequi, coram eo compareat aduersarius, qui appellauit ad papā, & contumaciter tenuit comparere coram archiepiscopo, & ad impediendum processum dicat se appellasse ad papā, non est super hoc audiendus, sicut nec audiretur, si in processu semper pręsens fuisset,& hoc tacuisset, quia qui abest contumaciter, non minor est præsente, vt in Auth.vt omnes obe.iud.§.si autem, colla.5. 13 † Et reassumendo totā māteriam hic & alibi tactam compendiose tamen excipiēdo cum quæritur, an valeat processus gestus contra absentē, cui exceptio legitima competebat, facio ut (prædixi) quatuor membra; aut enim iudex nullam in veritate habebat iurisdictionem in illa causa, Aut habebat, elidibilem tamē per exceptionis conflictum, aut iudex habebat iurisdictionem, sed præsenti non competebat ius agendi, Aut competebat ius agendi, sed elidibile per exceptionem aduersario competentem. 14 † Primo casu, si iudex scit se iurisdictionem non habere, non valet processus nec super principali, nec super contumacia, ut satis hic probat a contrario, facit l.2. in fi.ff.si quis in ius voc.non ierit,& l.si prætor.§.fi.cum notaris ibidem, ff.de iud.& per Inno. in d.c.2.de dila.& Ioan. And.in d.reg.scienti, de reg.iur.in 6. in Mercu. Si vero iudex ignorabat, & tunc aut pars præsens etiam ignorabat defectum iurisdictionis; quia satis erat probabilis ignorantia,& tunc ualet processus cōtumaciæ punitiuus, ut in l.2. ff.si quis in ius voc.non ierit,& in l.i.ff.si quis ius dicen.nō obten.& l.si quis ex aliena.ff.de iud.& no.in d.regu.scienti. Sed super principali non ualet processus ex quo in veritate non habebat iurisdictionem, nisi prius pronunciasset se iudicem competentem, ut no.Innoc.in d.c.2.de dila. & Ioan.And.in regula, scienti,& no.per aliquos in d.ca.1. de rescr.lib.6.& c.super literis, eo.tit. Aut pars præsens sciuit defectum iurisdictionis, tunc dico quod in principali nō ualet processus, ex quo datur in iurisdictione defectus.C. si a nō compe.iud.per totum,& in c.at si clerici, de iud.prefertim quia pars scienter coram illo litigando vr̄ esse in dolo, & seipsam decepisse, ar.in d.l.si prętor,& l.is qui se obtulit.ff. de rei vend.sed processus contumacię punitiuus valet pp ignorantiam iudicis probabilem, quatenus non concernit commodū partis, arg.hic,& in l.2.in fi.ff.si quis in ius voc. non ierit.sed quatenus concernit commodum partis, puta in missione ex primo, uel secundo decreto.tunc non valet, 15 vel saltem propter suam scientiam uenit reuocandus. † Ad hoc quod not.Innoc.in c.2.de dila.& Io.And.in c.dilectus il 2.de præben.& Cald.in c.ad probandum, de re iudi.ubi no.quod litigans scienter coram excommunicato tolerato nō debet aliquod commodum reportare.[c] vnde processus debet retractari, quatenus venit in sui fauorem. Ex prędictis infertur ad intellectum istius c.si enim teneamus, quod appellatio interposita ad papā ipso iure non impediat iurisdōnis translationem in alium superiorem, ad quem alia pars appellauit, sed opus est exceptione: tunc dicendum, vt supra dixi, & dicam in sequenti membro. Si autem tenetur opin.quod ipso iure impediat iurisdictionem respectu inferioris iudicis, tunc non ualeret processus super principali. D. Ant.expresse non eligit: sed Innoc.videtur sentire, quod opus sit exceptione, quod mihi plus placet: quia quilibet est cōpetens iudex per appellationem. vnde ex quo papa ex certa scientia non aduocat ad se causam, ualebit processus coram utroque, nisi excipiatur, ut in similib. terminis voluit Inno.in c.cum M.Ferrarien.de consti. 16 † Venio ad secundū membrum, scilicet cum iudex habebat iurisdictionem; sed elidibilem per exceptionis conflictum. in quo dico, quod si iudex sciebat, non tenet processus, ut in clem.pastoralis. §.Pisana, de re iudi.facit l.non videtur latitare.ff. de iudic. & notanter ponit Innoc.in d.c.2.de dilat.optime facit iste tex.a contrario sensu secundum pręmissum intellectum. Si vero

ADDITIONES.

a ¶Ad allegandum suum priuilegium. Adde ist[...] in c.prudentiam, col.iii supra de off.deleg.& in c.ol[...], sup. de exce. Fel.in c.cum ordinem ver.ad allegandum co[...].sup.de resc. Lanfran. de Oria.in c.quoniam contra falsam,nu.vi & in apost. Bene.uadit,in uer priui.egium, sup.de proba.& Cal. consi.[...].de foro comp.

b ¶Præsens sciat. Adde quod Innoc. in hoc fuit sibi contrarius quia aliter dicit in c.præterea, de di.a.& ita dicit Roma.consi.[...] ubi vide ueritatem huius dicti.

c ¶Reportare. Adde D.de Ro.deci.ccxxviii in antiquis, de sen.ex.com ubi dicunt, quod executoris excommunicati collatio ualet, dummodo ille, c.[...] fertur ignoret excommunicationem

¶Circa hoc, an excommunicatus possit conferr[...], dicas uidendam esse glo. in c.decernimus, de sen.exc.li.vi & in c.pia,[...] exce.eo.lib.vbi h[...], a quibus actib.excludatur excommunicatus, de quo per Inno. & [...]oc.in c.veritatis, de do. & contu.& ui[...]e quæ h[...]entur. [...]c.uenerabilem, de elec.ubi hr, quod excommunicat[...] ita ex[...]udit excommunicatum a dignitate s[...], sicut a dignitate ecclesiastica,& an excommunica[...]us possit esse executor testamenti, uide Bal. in l.id quod pauperibus C.de epis.& cle. & an excommunicatus repellatur ab actibus extraiudicialibus, uide Inno.qui dixit, quod non, in c.cum v[...]ter, de exc.& Io.An. in c.pia, de exc.lib.vi. Ant.Fran.

vero iudex ſciebat ſe habere iuriſdictionem, ſed ignorabat impedimentum, tunc, ſiue pars ignorabat, ſiue ſciebat, tenet proceſſus tam contumaciæ punitiuus, quã ſuper prin-
a cipali, ut hic. nõ. n. tenet pars allegare iura partis aduerſę.[a] forte. n. uoluit illi renũciare, & in hoc caſu intelligo iſtum
17 tex. poſt Inno. † Niſi forte doloſe ſubticuiſſet iura alterius partis, quia tunc non teneret proceſſus ad ſui commodũ, vt no. voluit Innoc. in præalle. c. fi. de accu. & dixi ſup. Prędicta videntur etiam de mente Hoſt. qui hic talem regulã poſuit dicens, ꝙ ſi iudex ſciat ſe non iudicem, vel non debere procedere, & procedit, non valebit proceſſus, ut hic, & in d. l. 2. ff. ſi quis in ius voc. non ierit, in fi. iuncto eo qđ
b legi. & no. ſup. tit. prox. c. ad probandum. Si autem ſciat[b] ſe eſſe iudicem, ignorat tamen impedimentum proceſſus ex alieno facto proueniens, debet eſſe probabilis ignorantia excuſata, ar. inſ. de cle. excom. mi. c. apoſtolicæ, licet in proprio facto non ſit probabilis ignorantia ſup. de reſcr. ca. ab excommunicato. Hæc autem dicit locum habere regulariter. nam in caſib. in quib. appellatio etiam fruſtratoria ad papam facta, defert ſtatim negocium ad papam inſolidum, ſicut erit proceſſus archiepiſcopi, quantuncunq; ius ignorantis, ſicut patere dicit in caſib. ſedi apoſtolicę reſeruatis, de quo remittit ad no. in c. vt debitus. inf. e. & dic ꝙ in illis nõ eſt ꝓbabilis ignorãtia, de quo vide qđ leg. & no. in c. q̃-
18 uis, de elec. li. 6. † Ad tertium membrũ, cum iudex habebat iuriſdictionẽ, ſed pręſenti non competebat ius agendi, dic proceſſum non valere, ſi iudex ſciebat, vt hic. Si autẽ ignorabat, tunc ex quo pars ſciebat, non tenet proceſſus cõtra abſentem, quatenus venit in fauorem præſentis: quia fuit in dolo agendo ſine actione, & ſic obtinuit ſententiam per
19 dolũ ſuum. d. l. ſi prætor. §. Marcellus. ff. de iudi. † Ad quartum & ultimum, cum iudex habebat iuriſdictionem, nec præſenti deficiebat ius agendi: ſed abſens erat tutus exceptione contra actionem partis: & tunc ſi iudex ſciebat impedimentum, non debebat procedere per iura & rationes ſuperius allega. Aut iudex ignorabat, pars autem præſens ſciebat, & puto valere proceſſum contra abſentẽ: quia (ut ſup. dixi) nõ tenetur allegare iura partis aduerſæ. forſan. n. vult illis renunciare, vt ſup. dixi, niſi doloſe ſubticuiſſet, vt ſup. dictum eſt. Et per hæc habes hanc materiam longe cla-
20 rius declaratam, quam per alios ſcribentes. † Vltimo hic quæro, qualiter debeat intelligi iſte tex. in eo, ꝙ dicit utrãque partẽ appellaſſe ad diuerſos iudices, & ꝙ præualet appellatio interpoſita ad papam? So. dicit Inno. ꝙ hæc decre. habet locum, quando ex ſententia vterque litigantium putat ſe grauatum. Si enim grauato appellante ad archiepiſcopum, non grauatus diceret, & ego appello ad papã, vel volo ꝙ appellatio tua agatur coram papa, non debet audiri, quia non appellati, ſed appellantis eſt eligere iudicẽ appellationis, nec non grauatus appellat, ut in ca. ut debitus. inf. eo. & in l. omnem honorem. C. quando prouo. non eſt neceſ. Vel ſecundum eum potuiſſet hęc decret. habere locum in aliis caſib. ſecundum antiqua iura, ſecundum quæ licebat appellare ſine cã: & optime loquitur iudicio meo maxime in primo intellectu: putat tamen D. Ant. ꝙ ſi partes grauantur in diuerſis articulis, ꝙ cuiuslibet appellatio deuoluet illum articulum ad iudicem ſuum, ad quem fuit appellatum: & ſic non habebit tunc locum hæc decre. Sed quando appellatur a grauamine ſuper eodem: vt quia petito fundo fuit reus condemnatus in dimidio fundi, & quilibet ꝓꝓ hoc appellat, & tunc habet locum, quod hic dicit, vt vna appellatio præualeat, & fuit notabilis conſideratio, nihil tamen allegat. Ego puto procedere, quando quęlibet pars diſtincte appellaret ab vno articulo ſeparato. quia tot ſunt ſententiæ, quot ſunt articuli. l. etiam. ff. de mino. ſecus autẽ, vbi quęlibet pars appellaret ab articulo ſeparato ſimpliciter a ſententiã, quatenus facit contra eum, ſicut motis eſt. Nam tunc dico hunc tex. habere locum: quia negotiũ in iudicio deductum eſt vnicum. Vnde, ne cõtinentia cauſæ diuidatur, vnica debet pręualere appellatio, ar. in c. i. de cã poſ. & proprie. & l. nulli, C. de iudi. Item quia adhuc nõ apparet, in quo ſit vtraque pars læſa, & ita videtur intelligendus iſte tex.

ADDITIONES.

a ¶ Partis aduerſæ. Vide Matth. in no. xviii. incip. no. & ſententia lata contra abſentem. Sebaſt. Sap.
b ¶ Si autem ſciat. Vide Fely. in c. cæterum. ver. valet proceſſus, ſup. de reſcrip. Rom. in ſing. lvii. incip. fuit quæſtio Romæ.

SVMMARIVM.

1 *Appellans ſi intra biennium non potuit appellationem proſequi legitime impeditus, reſtituitur ad alium annum. 3.*
2 *Tempus, quod datur ad appellationem proſequendam, currit a die interpoſitæ appellationis, non autem a die latę ſententiæ.*
3 *Volumus, illud verbum eſt noui iuris introductiuum.*
4 *Appellans impeditus in primo anno, an indifferenter debeat habere ſecundum ſiue impediatur facto ſuo, vel iudicis, vel appellati: vide in diſcurſu.*
5 *Inopia inducit iuſtum impedimentum ad appellationem proſequendam.*
6 *Appellans impeditus an reſtituatur ipſo iure, vel per remedium reſtitutionis.*
Appellans an reſtituatur ad tempus, quo fuit impeditus, an ad maius 9. vide in appell. inſ. in 5. q. in prin.
7 *Tempus datum ad appellandum non currit ſi partes compromiſerunt, vel etiam ſi ita ipſę voluerunt.*
8 *Tempus datum a iure ad appellationem proſequendam non poteſt conſenſu partium prorogari. ſed bene poteſt ſuper eo ſuperſederi, & idem dicendum eſt in termino ſtatuti, vel hominis.*
Fatalia quæ ſint, & quare dicantur.
Inſtantia non poteſt per partes prorogari.
9 *Appellans impeditus in ſecundo anno, an debeat habere tertium ipſo iure, vel per remedium reſtitutionis.*
10 *Appellans impeditus ad ſe præſentandum in termino dato ab homine habebit alium terminum ſimilem primo.*
Citatus impeditus, ſi non comparet in termino, debet comparere quam citius poterit.
11 *Impedimentum an probetur per iuramentum.*
Probatio euidens vbi requiritur, non ſufficit probare per iuramentum.
12 *Appellans an debeat habere ſecundum annum pro quolibet impedimento veniente in primo.*
14 *Citatio an requiratur in executione ſententiæ, ſiue ſuper adiudicatis ſiue ſuper non adiudicatis exequatur, maxime quando appellauit, & appellationem proſecutus non eſt, forte impeditus. 13.*
Appellans poteſt allegare impedimentum, etiam ſi poſt appellationem deſertam ſententia ſit executioni mandanda. 13.
15 *Citatio requiritur in notoriis vbicunque abſenti poteſt competere aliqua defenſio.*
16 *Citari ſemper debet aliquis, licet habeat contra ſe præſumptionem iuris, quod ſibi nulla competat defenſio.*
Clericus, qui habuit ſecundam eccleſiam, licet prima, quam habebat, vacet ipſo iure, tamen non debet ſpoliari prima, niſi citetur.
In notoriis non requiritur citatio, quando ex præſumptione iuris, & de iure abſenti non competit defenſio.

CAP. VIII.

1 EXratione. † Etiam poſt bienniũ audit appellans, qui prius appellationem proſequi non potuit. h. d. vel ſumma melius ſm veriorem intellectum. Lapſus biennii non ꝑiudicat appellanti, quominus ex cã legitima audiatur ſaltem per beneficium reſti. in integ. Ponit dictum, cuius ratione interſerit, hæc eſt decre. valde famoſa ꝓꝓ ſuã materiam. Caſus liter. Quidam clerici appellauerunt a ſententia contra eos lata, quam ex iuſta cã intra bienniũ non fuerant proſecuti. Petebant a papa, ꝙ adhuc admitterent ad proſequendam appellationem, cum intra biennium eã non potuerint proſequi. mandat papa iudicibus, quatenus ſi conſtiterit eos ꝓꝓ impotentiam proſecutionem appellationis omiſiſſe, non vult papa ꝙ ꝓꝓ hoc eis debeat ꝑ-
2 iudicium generari. Bern. † No. 1. ex tex. ſecundum aliquos, ꝙ tp̃s anni, ſiue biennii currit a die ſñiæ: ſed certe hoc non colligitur ex tex. imo potius oppoſitum. Nam verbum, a ſñia, non refertur ad biennium, ſed ad appellationẽ interpoſitam. Et licet olim in hoc fuerunt diſceptationes, hodie clarum eſt, ꝙ a die appellationis interpoſitę currit hoc tp̃s, & non a tp̃e ſñiæ, ut in cle. ſicut, eo. tit. Not. 2. ibi Per impotentiam &c. quod eſt verbum generale, ut in c. ſciſcitatus. de reſcr. ꝙ qualiſcunque fuerit impotentia, præſtat tñ iuſtã cãm habendi ſecundum annum, & vt præiudicium nõ fiat ipſi appellanti ſaltẽ in effectu in ſecundo anno, & poſt hæc
3 pondera ꝓꝓ inf. dicenda. † Vltimo no. ibi: Volumus. ſecun-
a dum cõem & veriorem intellectũ, ꝙ verbum, Volumus,[a] inducit diſpoſitionem nouam, non autem eſt verbũ principaliter declaratiuum, vide pro concordia alias duas glo. notabiles, quas menti tenebis, quarum prima eſt in clem. vnica, de offic. vica. in verſic. uolumus: alia in clem. vnica, de

ADDITIO.

a ¶ Verbum, Volumus. Idem no. Abb. in c. cum te, col. iii. ſup. de re iud. & in c. fi. inſ. qui fil. ſint leg. Sebaſt. Sap.

de rerum permu. Ex quo infero, quod post lapsum secundi anni debet audiri appellans per restitutionis beneficium in integ. & non fuit ex usus verbo, volumus, sed verbo declaratiuo: quod bene notabis: quia facit, & insla tius dicam. Quæro, quia tex. dicit, quod impeditus prosequi intra biennium propter impotentiam non debet incurrere discrimen &c. de qua impotentia intelligitur text? Glo. rñdet in prima parte, vt in ea patet, & minus perfecte explicat: sed intrat aliam quæstionem, an data impotentia in secundo anno audiatur appellans post secundum annum ipso iure, an sit opus petere beneficium. restit. in integ. per illam calumniam generalem, Si qua mihi iusta causa, & c. ff. ex qui. cau. ma. per totum? & in hoc refert duas opi. & vt residere in prima, ut non currat tempus. Sed ut habeatur clare materia huius ca. quæ quotidiana est, formabo ex ea sex. q. Prima, nunquid impeditus in primo anno debeat habere secundum annum. Secunda nunquid impeditus in secundo anno debeat habere tertium annum, vel seruetur saltem illæsus, ut tempus non currat, vel sit subueniendum per beneficium restitutionis. Tertia nunquid terminus a iure præfixus ad prosequendum dato impedimento duplicetur, sicut duplicatur terminus anni a iure indulti. Quarta, qualiter probetur impedimentum, & an sufficiat iurin. Quinta, nunquid quodlibet impedimentum sufficiat, siue magnum, siue paruum ad obtinendum secundum annum, etiam si fuit modici temporis. Sexta & ultima, nunquid elapso primo anno possit iudex a quo, cui non constat de impedimento, mandare executioni suam sententiã appellante vlterius non citato. † Venio ad primam, an impeditus in primo anno debeat habere secundum[a]? & ĩ hac q. præmitto, quod quandoque quis impeditur ex facto proprio, seu ex impedimento cõcernente personam propriã, quandoque quis impeditur ex facto iudicis, quandoq; ex mixto facto, s. ipsius appellantis & appellati; quandoque ex facto appellati tantum: quandoque ex facto tertii. Primo casu, quando impeditur ex facto proprio seu ex impedimento concernente personam propriam, communiter tenetur, ut ipso iure detur secundus annus, pro hoc. c. cum sit sup. eo. & C. de tempo. app. l. fi. cum authen. ei qui. ibi signata. † Et inter cætera impedimenta no. in practica vnũ, quod ponit hic Inno.[b] quando propter inopiam[c] non põt appellationem prosequi intra annum: quod bene notabis pro his, qui appellãt ad Romanam curiam, & propter inopiam non põt illam prosequi intra annum, & sic est iusta cã habendi biennium, facit ca. quod de his, de sen. excom. Secundo casu, quando impedimentum contingit ex facto iudicis[d], variæ fuerunt opin. Inn. dicit, quod sibi non debet p̃iudicare negligentia iudicis. Bar. in auth. si itẽ appellatione C. de tempo. ap. sequendo vnam opi. ibi per gl. recitatã dicit quod debet restitui in integ. & sic currit sibi tempus. Ad hoc l. sed & si pretorem. ff. ex quib. cau. ma. † Dicit tamen, quod sine libello restituetur, dicet enim iudex, Quia facto nostro talis appellans fuit impeditus, ipsum restituimus. gl. in d. auth. primo facit differẽtiam inter impedimẽtum principis, & alterius iudicis, ut primo casu seruetur illæsus ipso iure, secũdo restituatur. Refert tamen alios tenere, ut nulla sit differentia inter principem & inferiorem iudicẽ. Iac. de Bel. in Auth. vt sponsali. lar. specia. sit cõtract. §. hoc quoque, tenet mediam viam, vt non habeat hoc casu annum, sed restituantur ad tempus tãtum, quantum fuerit tempus impedimenti & Do. Anto. videtur sequi istam mediam viam, vel saltem vt non detur secũdus annus, sed seruetur illæsus, & dicit ipse, quod Auth. de his qui ingre. ad app. §. i. corrigitur per d. §. hoc quoque, in Auth. vt spõ. lar. Ego euitando iurium correctionem, ut saluentur iura in casu suo, dicerem quod aut fuit impedimentum per illum principem, ad quem fuit appellatum, & ipso iure seruetur illæsus, ita qđ tp̃s sibi nõ currit. vñ nõ habebit bienniũ sed si per mille annos impediretur ex facto principis, nũq̃ curreret tempus. Probo p̃ c. ex insinuatione. in s. eo. ubi dicitur, Lis intacta permaneat & c. & per Auth. sed lis, C. de temp. app. Si vero impedimentum processit per inferiorẽ iudicem, tunc credo, quod datur secundus annus, sed post secundum annum non habebit tertium, immo tempus curret sibi licet impedito. hoc probatur in l. fi. C. de temp. app. in Auth. de his qui ingredi. ad app. §. i. & hæc est differentia in hoc inter impedimentũ principis, & inferioris. Non obst. text. in §. hoc quoque, præalleg. quia debet intelligi, quod in effectu nõ præiudicatur appellanti ex facto iudicis, ẽt si fuerit impedimẽtum mille annorum, & hoc est tutum tenere, ut euitetur iurium correctio. † Aut impedimentum processit ex misto facto appellantis & appellati, utputa quia compromiserunt in primo anno, & tempus non currit ipso iure, nõ autem datur secundus annus, ut in cle. quamdiu, eo. tit. & in auth. si tamen, C. de tempo. ap. Hodie est additum, quod etiam per expressum consensum appellantis & appellati sine alio compromisso potest cursu temporis supersederi, ut in d. clemen. quamdiu. † Sed circa hoc versatur vnum notabile dubium, nunquid idem sit in termino præfixo a statuto, ut appellans & appellatus possint illum prorogare?[e] Io. An. in addi. Spe. eo. ti. §. nunc breuiter, ver. istud autem scias, tenet quod non possit prorogari, sicut nec terminus triennii primæ instantiæ, ut in l. properandum. C. de iudi. quia hoc est fundatum super publica vtilitate, ut finis sit litium, cui partes renonciare non possunt. ff. de leg. i. l. nemo potest, & in cap. si diligenti de foro comp. D. Ant. dicit optime ponderando d. cle. quãdiu, quod nec terminus hominis, nec iuris communis, vel statuti per viam prorogationis potest elongari ampliando vel duplicando, vel triplicando, quia hoc non reperitur cõcessum, sed si volunt expresso consensu supersedere executioni, bene possunt. & interim ipso iure non currit tempus In d. cle. quamdiu, & sic dicit debere intelligi Arch. ii. q. vi. c. anteriorum, ver. ad hoc. quod dicit notandum, quia limitat illam cle. & docet modum illam practicandi. Sed contra hanc opin. adduco tex. in l. fi. C. de tempo. ap. vbi dicitur partes conuenire posse, ut nullum fatale detur. i. ut nõ detur integer annus. nam primus annus dicitur primum fatale a fato. i. morte, quia sicut mors extinguit hominem, lapsus istius termini extinguit appellationem, quod latius prosequitur Bal. ibi, & per illum tex. hoc tenuerunt aliqui, ut ibi no. quasi possint partes renunciare istis terminis iuris. sed mihi plus placet prima sñia Io. An. & D. Ant. ut nõ possit prorogari, sed supersederi sic. Primo, quia tex. in cle. expresse ita loquitur, dum dicit quod interim non currit tempus, ergo non loquitur in termino prorogato, quia tũc currit tempus. Itẽ sequeretur absurdum, quod partes possent prorogare illud tempus in mille annos, & sic inquietaretur iudex, respu. læderetur, partes vexarentur litibus, & expensis, & materia criminibus præberetur ex longa concertatione, quibus lex obuiare volens præfixit certum terminum, iõ non debẽt partes huic posse renunciare. Simile in d. l. properandum, & l. nemo potest. ff. de le. i. Facit capi. requisisti, & c. tua, de testa. Sed quando volunt supersedere, ut non currat tempus, & sic abstinere a litigiis, cessant omnia ista mala, & interim posset sequi concordia. merito aliud dicendum in prorogatione, aliud ut supersedeatur, a litigiis interim cessetur. Non ob. d. l. fi. all. pro contrario: quia loquitur ĩ restitutione termini, & nõ in p̃rogatione. Restrictio vero cõcernit p̃iudiciũ partium p̃rogatione p̃iudiciũ reip. merito primũ permittendũ est partib. & non secundum. Quandoque impedimentum prouenit ex facto solius appellati, in quo casu etiã variæ sunt sententiæ. Inn. sensit, ut tp̃s nõ currat, sed potius habeat impeditus annũ. Do. de Ro. deci. 99. tenent quod appellanti non currit tp̃s. Vnde dicunt quod si appellatus interim attẽtauit, & oportet appellantem agere super attentatis, & si egit & obtinuit, hoc tempus non computabitur, quia impedimentum p̃stitit

ADDITIONES.

a ¶Habere secundum. Adde Io. de Ana. consi. i Ang. consi. xxxix Oldra consi. lx. La. allega. cccvii. & ibi vide, an requiratur declaratio ante, quam detur secundus annus.

b ¶Inn hoc dictum Inn. allegat Bal. i l. acceptam q. xxiii. C. de vsu. & in l. ii. § si quis iudi. io. ff. si quis cautio. sequitur Bal. in consi. v. inci. quæritur verum in iii. parte & Card. in consi. lxxxvii. inci. videndum est de d. iob. & de priuilegiis paupertatis & a quib. excusat paupertas tradit Fel. in c. si qui testium. ff. de testi. Seb. Sap.

c ¶Inopiam. Paupertas excusat a prosecutione appellationis quod sequitur Bal. in l. acceptam in xxiii q. a fi. C. de vsu. & sic non currunt sibi fa alia. alleg. glo. ordi. quam dicit esse no. dign. in l. ab eo. C. de ap. Contrarium tamẽ tenuit idem Bald. in l. fi. C. de condi. inser. per gl. in l. cum ita. in prin. la. ii ff. de condi. & demon. & sic habes hic vnum casum, in quo paupertas prodest. alios quam plures casus in quibus paupertas prodest vide per D. Al. a. post Bar. in addi. vbi in l. omnes. C. de anno. & trib. lib. x.
¶Adde Bal. consi. cxxi. ii. lib.

d ¶Facto iudicis. Adde Alex. consi. lxxiii. iii. lib. Pau. de Cast. consi. xx. in primo impressis.

e ¶Prorogare. Adde Alex. consi. xxiiii. iiii. lib.

stitit appellatus, ut i d. cle. quamdiu, secus si succubuit, qa sibiipsi impedimentum pstitit. Nec ob. d. cle. vbi non currit tempus: quia impedimentum surrexit ab expresso cōmuni consensu. Do. An. dicit communiter teneri, vt detur actio de dolo contra aduersarium hoc dolose procurantē ad interesse, & si non eit soluēdo, restituetur, sicut dicetur in sequenti membro, alle. gl. in auth. sed lis, C. de tēp. appe. & in l. arbitrio. §. dolo. ff. de dolo. Sed certe non video, vnde oriatur hæc communis opi. quam ipse allegat. nec glos. per eum allegatæ hoc dicunt, sed loquuntur generaliter in impedimēto alicuius, & pñt intelligi in impedimēto tertii. Quinimo gl. & Bar. i d. §. dolo, potius sentiunt oppositum. s. ut contra aduersarium dolosum fiat restitutio per l. ait pꝛtor, in fi. ff. ex qui. ca. ma. Ego enim dicerem in hoc dubio, quod debeat habere secundum annum, quia iura loquuntur generaliter, ut impeditus in primo anno habeat secundum, sicut impeditus per iudicem primum habet secūdū d. l. fin. vel saltem seruari debet illæsus, vt voluerunt Do. de Rota. nec in iure reperitur contrarium. Nec ob. not. in d. §. dolo, procedunt. n. quando dato impedimento ius specialiter non prouidet, sed in casu nostro generaliter prouidet per secundi anni dationem. Quandoque impedimentum prouenit ex tertio & tunc communiter tenetur, ut prius detur contra eum actio ad interesse, & si non est soluendo restituatur contra aduersarium ut hic, & in glo. & in iurib. in ea allegatis. Et puto hanc esse diuersitatis rationem iter impedimentum pꝛstitum ab appellato, & a tertio, quia factum tertii non debet præiudicare appellato, qui non fuit in culpa. Ideo agitur contra tertium ad interesse, & sententia remanet salua & valida. sed quando ipse appellans præstitit causam seu impedimentum, cessat hęc ratio & prouidetur ut sup. dictum est. Et per hæc habes primam qōnem

9 declaratam late. † Venio ad secundam, nunquid impeditus in secundo anno debeat habere tertium, seu debeat con-

a seruari illæsus[a] ipso iure, ut tempus non currat, vel sit subueniēdū ei per beneficiū restitutionis? gl. hic recitat duas opi. Vna est, ut competat restitutio. alia ut ipso iure impeditus seruetur illęsus, nisi sit in præiudicium tertii, & in hoc resider, & sequitur Hosti. maxime inspecta simplicitate iuris canonici, de iudi. c. dilecti, & in eo. c. ad audientiam. In no. videtur velle, quod ultra secundum fatale nec tertium, nec vlterius habebit sine restitutione, & tunc restituetur ad tantum tempus, quantum fuit tempus impedimenti. Et quod sit necessaria restitutio, videtur tenere gl. in auth. ei qui, C. de tēp. ap. videtur tamen velle. quod integer annus debet restitui, ut l. sed & si per prætorē, in prin. ff. ex q. cau. ma. gl. in c. cum sit Romana. sup. eo. sentit, qđ datur tertius annus ipso iure. Io. An. concordando dixit, quod aut fuit impeditus per iudicem, & subuenitur ipse iure. aut processit impedimentum aliunde, & procedit opi. quod detur restitutio, & solū ad illud tempus, in quo fuit impeditus. Do. An. dixit, quod in casibus, in quibus non currit secundus annus impedito, non currit etiam tertius, in aliis casib. currit, sed datur restitutio secundum tempus læsionis, & i hoc multæ (vt dixi) sūt uarietates. Ego dicerem, quod tantum i duobus casibus non currat tempus secundi anni. Primus quando lis erat in consistorio principis, & impedimētum peruenit ex facto ipsius principis per d. c. ex insinuatione. inf. eo. & in auth. sed lis. præal. Secundus, quando per compromissum vel alias de expresso partium consensu supersedetur negotio per cle. quādiu, præal. Nec istis casibus dico dandum tertium annum, sed quod tempus impedimenti non currit. In aliis vero casibus credo indistincte tempus currere, & sententiam transire in rem iud. per lapsum biennii probo per l. fi. C. de tempo. ap. & per auth. ei qui, eo. ti. vbi dicitur, quod iuste impedito datur secundus annus, post cuius lapsum sententia remanet rata, & sic aperte innuit, quod impedimentum in secundo anno contingēs nō impedit transitum in rem iudi. sed impedito subuenitur ꝑ beneficium restitutionis in integ. vt hic notabiliter probatur in verbo. Nolumus, inducendo, ut sup. & fiet restitutio vsque ad ūn tps q̄tū fuit tps impedimenti. hoc. n. est regu-

10 lare, ut in cle. vna de in integ. restit. cum ibi nota. † Ad tertiam quęstionem, nunquid dato impedimento duplicetur terminus hominis, sicut terminus iuris? Exemplum. iudex dedit mēsem ad se præsentandum iudici ad quem appellās autem fuit impeditus, nunquid debeat habere secundum mēsem, vel quid erit? Inn. hic instat sed finaliter concludit quod istud tempus duplicetur, & est communis conclusio quia succedit loco termini iuris: debet ergo eorum iure cēseri, vt sicut duplicatur annus, ita & iste tertius. Ab hac cōmuni opin. non esset in iudicio recedendum. In scholis aūt tenerem oppositum, quia iste terminis datus ad se pręsentandum, vel prosequendum est quasi quędam citatio, ut ꝑsentet se iudici ad quem, sed natura termini citatorii est hæc, vt si nō pōt citatus cōparere in termino, compareat q̄

b citius poterit[b], vt probatur in c. cū dilecti, de dolo & cōt. & in c. cū parati. inf. e. ad idē tex. in simile in ca. cupiētes. 1. rñ. de elec. lib. 6. Responsio diuersitatis est: quia terminus anni datur ad prosequendum & finiendum, sed iste terminus datur solum ad prosequendum, & non ex toto succedit loco termini iuris, & per consequens non debet eodem iure censeri, maxime quia in termino anni tractetur de maio-

11 ti præiudicio. † Quarta quæstio fuit qualiter probabitur i-

c pedimentum. [c] Spec. eo. ti. §. nunc breuiter, ver. quid ergo, dicit quod per iuramentum impediti. Io. An. in addi. dicit hoc procedere, quando appellaretur ad iudicem valde remotum, quia tunc difficile est secum adducere testes: & si daretur terminus ad probandum in partibus occuparet forte maius tempus, quam esset tempus secundi termini, si ante loci distantia non impedit, debet impedimentum plene probari secundum eum, & cum opin. transit hic Domi.

d An.[d] Sed aduerte, quia credo firmiter, quod etiam data distantia locorum non sufficiat hoc casu probare impedimētum per iuramentum. Ratio, quia propter impedimentum non transiuit snia in rem iud. ut in ca. cum sit Romana sup. e. & d. l. fi. cum si. ergo cum hic agatur de maximo pręiudicio & de abdicando iure iam quæsito appellato per desertionem appellationis, debet impedimentum plene probari, sicut probari debet in quolibet facto graui, non obstante locorum distantia. Secus dic, ubi non ageretur de dando secundo fatali, sed de dandis aliis induciis non ita præ-

e iudicialibus. tunc. n. stabitur iuramento[e] impediti. secundum Fed. consi. 109. alias. 112. Potest in hoc ultimo melius dici. ut arbitrarium sit qualiter probetur impedimentum, & voluit Io. An. post Archi. in c. de dolo & contu. lib. vi. q̄ no. Et pro præcedenti dicto meo vide bon. tex. in d. ca. cū sit. sup. eo. & in eo quod dicit, quod ex euidenti & necessaria causa debet dari biennium sed iuramentum solum nō facit causam euidētem, facit qđ no. in c. pia, de excep. li. vi.

12 Ad quintam qōnē, nunquid quodlibet impedimentum in primo anno sufficiat, ut secundus annus in casib. in quib.

f dixi secundum annum indulgendum? Et q̄ Ioan. An.[f] tot opi. & confuse recitauit hic, ut ipsemet fatetur in add. Spe. in ti. de app. in 2. parte super rubr. quod dum casus dubius circa

ADDITIONES.

a ¶ Illæsus. Vide late per Do. Franc. Curtium in cons. xxiiii. incip. super eo. Seb. Sap.

b ¶ Quam citius poterit. Tu pondera quia præfixio temporis ad se præsentandum operatur eundem effectum, quem operatur terminus iuris, vt habetur in c. personas. sup. eo. & in c. cum sit Romana sup. eo. ergo. An. Barb.

¶ Probabitur. Impedimentum. Adde Old. [illegible] alleg. consi. [illegible] Seb. Sap.

c ¶ Impedimentum. Vide Bal. in l. scire oportet. §. sufficit. ff. de excu. tut. Gemi. in c. cupientes, §. insuper. de elec. in vi. cū multis allegatis per Alex. & Mod. in l. ii. §. quod diximus, ff. si quis cautioni. & per An. in consi. i. inci. circa modum col. 4.

d ¶ Do. An. Posset allegari, quod volunt D. de Ro. dec. [illegible] quos all. do. in ca. personas. s. e. pro dicto Io. An. vide simile in c. quod super his. de fide instru. per Do. Ant. & alios. & quod voluit B. ld. in l. aliquando. ff. de off. procon. & Ang. in l. tutius. §. a qui. ff. de procu. Ia. de Belu. in l. j. C. de manda. prin. And. Barba.

e ¶ Stabitur iuramento. Vide tex. contra omnes in l. fi. §. fi. in versi. eu dentissimis probationibus. C. de tempo. ap. vbi non sufficit probatio per iuramentum. Andr. Barb.

¶ Quando debeat probari impedimentum, vide Bar. in l. qui commeatus. ff. de re mili. & an impedimentum sit iustum, vel dicitur hoc esse arbitrarium vt l. iii. ff. si quis cau. & in c. peruenit. xviii. di. & no. in c. quapropter. in §. illud. de elec. & habetur in c. placuit. xviii. di. & no. in ca. quisquis. iii. q. v. & in c. ex literis. de inte. resti. & in c. ex transmissa. de procu. Ant. Fran.

f ¶ Io. An. Et vide de hoc gl. in c. fi. in fi. de elect. in vi. plene Ang. in auth. ei qui circa prin. C. de tempo. ap. Et de isto arti. vide elegantissime per Ang. in cōsi. 291. inc. in Dei noie & suę matris. & vide quod plenissime scribit Ro. post Bar. in l. & ideo hæsitatur. ff. de verb. ob. & Arch. ii. q. vi. in summa, circa fine vbi dicit, quod propter impedimentum vnius diei tantum in primo fatali datur ipso iure absque aliqua restitutione secundus annus, sed si fuerit impeditus in secundo anno solum restituitur ad tempus, quo fuit impeditus. & de ista quæstione vide etiam Pet. Cy. & Bal. in d. aut. ei qui. & per Ioan. And. in addi. spe. in rub. eiusdem ti. de ap. & quod no. Bar. de Bel. post Abb. in cle. j. de in integ. resti.

Adde quod ad scripta Ioan. An. hic ille. sint videnda originaliter per Old. consi. cvi. & vide Ro. consi. cccxvi.

circa hanc materiam cõtigisset in curia Romana, non potuit decidi per scripta sua luc. sed concludendo breuiter secundum Io. An. & Do. Ant. hic assummo tãtum tres casus videlicet. Quandoque impedimentum fuit in prima parte anni, negligentia in secunda parte. Quandoque econtra, negligentia in prima, impedimentum in secunda quandoque & tertio impedimẽta fuerunt interuallata, quia qñdoque fuit impeditus, quandoque negligens multis vicibus. In primo casu tene, quod si negligentia sequens fuit tanti temporis, quod potuisset intra illud tempus finire appellationem suam, non debet per impedimentum præcedens habere secundum annum: quia negligentia sequens habet absorbere illud impedimentum præcedens. Quare enim iura dederunt tantum tempus, nisi quod considerarũt multa impedimenta prouenire posse? Hoc est de mente. Ioan. An. in loco præalle. & sequitur hic Do. An. & puto uerissimum ratione pdicta, quicquid senserit Bar. in l. item si appellatio, C. de temp. app. vbi videtur velle, quod si impedimentum fuit tanti temporis, intra quod potuisset appellationem finire, debet dari secundus annus, & dicit terminum mensis præsumptiue sufficere ad appellationem finiẽdam arg. ibi. secundum hoc sequeretur, quod dato impedimento in primo mense, & negligentia in 11. mensibus sequentibus, daretur secundus annus, quod videtur absurdum, & pro hoc allego d. c. cũ sit sup. eo. vbi dicitur ex necessaria causa. &c. Secundo casu, quando negligentia præcessit, dic quod si tempus diligentiæ fuit tantum intra qđ potuisset appellationem finire, impedimento cessante, dẽt habere secundum annum non obstante priori negligẽtia. Ratio, quia si impedimentum non fuisset, habuisset effectũ suum, & ita sentiunt Io. An. & Do. Ant. vbi sup. sed hoc dictum limita, nisi se strinxisset ad terminum ita arctum, vt quodlibet impedimentum sufficeret ad impediendum finem appellationis. nam tunc non puto subueniendum p l. 2. ff. si quis cau. quia non est subueniendum ei, qui se multum angustauit. nam debuit cogitare verisimiliter aliqua impedimenta præfutura. Vltimo casu, quando impedimẽta fuerunt interuallata, dic quod si tanta fuerunt impedimenta, quod intra tempus negligentię non potuisset finire, habebit secundum annum, alias secus. Ratio diuersitatis ex se patet intellige tamen quod cessantibus impedimẽ- a tis fuisset verisimiliter appellationem prosecutus,[a] & sic 9 suam diligentiam ostendit intra tempus impedimenti: quia aliter non constaret impedimẽtum præstitisse causã. vide quod dixi in simili post Inn. in c. trãsmissa, de præscr.

13 † In ultima q. nũquid post lapsum anni possit iudex a quo si sibi aliter de impedimento appellationis non constat, sẽtentiam executioni mandare appellante vlterius non cita- b to? Inn. hic concludit, quod merito iure[b] hoc potest, quia non tenetur ad executionis actum partem citare, dicit tamen quod appellans prudenter facit, si compareat coram iudice a quo, & doceat de impedimento, & si hoc non obstante iudex vult procedere ad vlteriora, appellet ad superiorem, fatetur tamẽ, quod licet appellans non compareat coram iudice a quo, allegaturus impedimentum, si tamen in ueritate impedimentum suberat reuocabitur executio per superiorem. hanc conclusionem recitat Inn. & sequuntur Do. de Ro. dec. 349. & Host. hic: qui tamẽ dicit cautius esse, ut appellans citetur, ne postmodum prætextu præten- 14 sionis impedimenti reuocetur executio. † Et no. ex dictis Inn. vnum ad quod solet multum allegari, scilicet quod iudex potest sententiam exequi parte vlterius nõ citata: sed tu vide eundem Inn. in c. cum super. sup. ti. proxi. ubi dicit procedere, quando executio fit in rebus adiudicatis per sententiam, secus in aliis rebus, quia tunc nedum citatio, sed quædam summaria cognitio præcedere debet per l. a diuo Pio. §. in venditione, ff. de re iud. & sic tempera dictũ Inno. hic, & uide plenius per Bar. in loco prox. all. vbi respectu executionis dicit, quod si sententia fuit lata in quantitate, vel in genere, debet pars citari in executionis actu: si vero sup specie, & tũc aut executio est fiẽda in alia specie puta propter defectum speciei adiudicatæ, & requiritur citatio, si uero in specie adiudicata, tunc non requirit̃ citatio, sed quoddam præceptũ de exequendo, post qđ auferẽ res manu militari, vt in l. q restituere. ff. de rei ven. hæc pcedũt, quãdo fuit appellatum, vel certũ est impedimẽtum non sufficisse in primo anno. In dubio vero crederem in- c distincte citationem præmittendam,[c] licet sit fienda execu-

15 tio in rebus adiudicatis. † Moueor,[d] quia vbicũque absen- d ti potest competere defensio, semper requiritur citatio, & in notoriis, ut dixi. sup. eo. c. cum sit: sed in casu nostro põt competere defensio, quia forte appellator fuit impeditus in primo anno, ergo est fienda citatio. Item video, quod iura semp exigunt citationẽ & summariã cognitionẽ in executionis actu, quando verisimiliter potest defensio competere parti, vt clare colligitur ex d. l. a diuo Pio, & ex prædictis. sed in casu nostro potest defensio competere parti: ergo &c. Nec ob. si dicas præsumptionem esse contra appellantem ex lapsu primi fatalis, quia dico hanc pręsumptionem non sufficere, vt sine citatione spolietur re sua ex quo 16 potest sibi aliqua defensio competere. † Hoc apertissime probo in simili per c. licet episcopus, de præben. li. vi. & ca. ordinarii, de of. ord. eo. li. in quib. iurib. dicitur, quod licet per adeptionem secũdę ecclesiæ curatæ vacet prima ipso iure, ut in c. de multa, de præben. non tamem potest eps illum spoliare citatione prius non facta, quia posset sibi defensio competere, puta dispensatio, vel quid simile, & sic sunt ibi duo text. notabiliter probantes, quod licet contra absentem sit præsumptio iuris, nõ tñ ex hoc debet priuari possessione sua citatione nõ præmissa, ita clarissime infero ad propositum, & sic putarem, quod executio non posset e fieri appellatore non citato.[e] & si de facto fieret, deberet in continenti de facto reuocari, arg. in c. cũ causa, de of. dele. & in c. conquerente, de of. ord.

ADDITIONES.

a ¶ Prosecutus. Adde Bar. in auth si appellatione. C. de tẽp. ap. & in l. præses. ff. de ap. Bar. in l. 1. §. quod diximus. ff. si quis cau. in l. qui commeatus. ff. de re mili. Pau. de Ca. in consi. xxx. inci. ca desertionis appellationis. &c.

b ¶ Merito iure. Vide Card. in cons. xxxi. inc. pro decisione. Fely. in c. ex parte. i. de rescrip. And. Sicu. in consi. xxvii. in ii. volu. Decium in consi. xcvii. incip. in casu proposito. Seb. Sapia.

c ¶ Præmittendam. Pro dicto Inno. dicit fore casum in c. personas supra, eod. ibi sine contradictione stare compellatur, si non potest contradicere ad qđ requiritur citatio, quæ fit ad contradicendum. in l. ii. si per vim vel alio modo cum si.

d ¶ Moueor. poterat etiam moueri per no. regu. quæ habet quod quotiescunque iudex aliquid facit non ex officio suo, sed ad instantiam partis, ibi semper de necessitate requiritur citatio alterius partis, vnde si inhibitio per iudicem ecclesiasticum fiat iudici seculari ne procedat in causa, & fiat ad instantiam partis. ibi requiritur quod altera quoque pars citetur, vt in cap. Romana. §. si vero. & in cap. non solum. ad fin. de appel. in vi. ponit eo. Fede. de sen. in consilio c. c. incipien. factum propon[illegible] esse tale, debitor promisit &c. Pet. de Anch. in consi. cccxv. incipien. casus talis est post præceptum factum &c. Imo. in l. iiii. §. condemnatum. ff. de re iudica. Item Ioan. de Imol. in c. debitores. circa med. & ibi ipse Abb. [illegible] pa. de iureiuran. & D. Laur. de Rodul. in sua not. repe. c. consu[illegible] [illegible] in q. cxxxi. locus quãdo iudex ex officio suo procederet vel inhiberet non ad instantiam partis, tunc non requiritur citatio ita debet intelligi, quod vult ipse Abba. pa. in ca. [illegible] supra. de ordin. cogni. allegando Innocen. in c. ad nostram el ii de su[illegible]. & vtranque regula ponit D. Ale. de Imo. in consi. cc[illegible]xxiii. inci. visis actis mihi trãsmissis cũ aliis ibi per eum allegatis. ergo cũ in casu nostro iudex non exequatur sententiam proprio officio sed parte petente & requirẽte cum respiciat priuatam vtilitatem per reg. l. iiii. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infec. ergo sequitur quod requiritur citatio partis. & cum Pan. hic quod requiratur citatio tenet Do. Phil. de Peru. repet. super hoc. c. v. 100 ligit concordantias.

¶ Circa hoc an in executione sententiæ sit pars citanda, vide Innoc. pulchre examinantem istam materiam in cap. ex ratione hoc eo. ti. & Pau. de Laza. in clemen. quamuis [illegible] eo. comp. & Bart. in extraua. ad reprimendum incip. hic est casus. & in l. a diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudi. & per Io. Andr. in ca. cum super. eo. ti. & an in tali executione sit necessarius libellus vide Inno. in c. i. de libel. obla. & in c. cum io iure peritus. de off. delega. & per Bar. in l. inter dies. ff. de re iud. & per Spe. in ti. de execu. sen. in §. nunc dicendum. in ver. sed pone iudex. & in § breuiter. & vide Arch. in c. anteriorum, & in c. ab executore. ii q. vi. Anto. Fran. [illegible]

e ¶ Non citato. Cautela tamen est quod ille qui fuit missus in possessionem de facto per iu[illegible] [illegible] petat se in possessione confirmari. vt tradit Alex. in l. si fi[illegible] nita. in fi. ff. de dam. infec. allegatis per Deci. hic in fi. ad [illegible] eundem in c. cum cessante in fi. inf. eo & Fely. in c. dilectus filius. i. supra, de resc. & ibi respon. ad regula in quod tamen spoliatus debet ante omnia restitui. Seb. Sap.

SVMMARIVM.

1 *Arripiens iter ad Papam sine aliqua fraude eximitur interim a iurisdictione cuiuscunque iudicis, ut contra ipsum interim non procedatur. nu. 3.*

2 *Clausula appellatione remota, non tollit, q antequã quis citetur, nõ possit aliquo respectu iurisdictio iudicis suspendi.*

4 *Absens ex causa reipublicæ potest petere possessionem ex primo decreto, nisi accesserit ad sedem Apostolicam.*

5 *Citari potest subditus vbique existens per suum ordinarium.*

Citari potest quis extra territorium citantis.

CAP. IX.

MEminimus. Si reus poſt citationem, vel notitiá literarum iuit ad curiam, delegatus in cauſa procedet. alias nõ & hoc dicit c.ſuggeſtum.inf.eo. Caſus literalis. Aliqua cauſa commiſſa eſt alicui appellatione remota. iudex citat reum. ille ſtatim mittit nuncium ad Papam pro cauſa illa. ille venit allegans, quod nuncium ſuum propter cauſam illam miſit ad papam quæritur, an debeat in cauſa procedere, vel non? Reſpondet papa, quod propter ea nõ admittat, quominus procedat ĩ cauſa ſecundum formam iuris. ſi vero ante citationem iter arripuit, tunc iudex procedere non debet. hoc ultimum hodie non tenet.inſ. eod. cap. vt debitus. B. No. primo, quod arreptio itineris ad prĩcipem ad eundum non ſuſpendit indiſtincte iuriſdictionẽ delegati etiam apoſtolici.† No. ſecundo, quod itinerãs ex inſta cauſa ad papam omni fraude ceſſante eximiẽ interim a iuriſdictione cuiuſcunque iudicis, ut cõtra eum interim minime procedatur, concor.c.vnicum.inſ.de cle.peregrinantibus.& inſ.dicam latius cum gl.† No.tertio, quod cla, appellatione remota, non tollit ſuſpenſionem, quæ ſit ex itineris arreptione ante citationem, vel notitiam literarũ. Op.contra tex.in eo, quod requirit citationem præceſſiſſe itinerationem ad hoc iuriſdictio iudicis non ſuſpendatur. vnde ob ca.ſuggeſtum.inſ.eo.vbi ſufficit notitia literarum So.gl.i.fatetur contrarium & bene. vnde per illum tex. extenditur iſte. nam unum ius ſuppletur per aliud. † Sed contra hũc tex.opp.de c.vt debitus.inſ.eo.vbi patet quod miſſio nuncii ad curiam nihil operatur, quominus mittẽs poſſit interim in partibus conueniri. Sol.dicit.hodie hoc ca.eſſe correctum, quia ad euitandum conuentionem non ſufficit miſiſſe nuncium ad curiam, ſicut nec prodeſt habere literas priores, quæ non ſunt iudici pſitatę, vt in d.ca.debitus; ſed in hoc gl.non bene loquitur in miſſione nuncii, ſed in eo, qui perſonaliter arripuit, & ob.hoc forte glo.format q.in eo, qui non miſit nuncium, ſed in propria perſona iuuit ad curiam, nũquid poſſit cõtra eum procedi in partib. ſi conueniatur coram ordinario vel delegato: & intellige, quando iter arripuit ante omnem literarum notitiam, ſeu conuentionem de eo, factam ſed in hoc gl.ponit duas opi. Primo ſuam, ut propter hoc non ſuſpendatur iudicis iuriſdictio. nam etſi literas reportet, ſibi tamen prodeſſe nõ videtur, cum iam eſſet præuentus, vt d.c.vt debitus. Nec ob. c.dilecti & c.vt noſtrum.inſ.eo.ubi patet, qđ arreptio itineris habet uim appellationis, quod procedit quando arreptio ſit poſt inchoatam cauſam, & dicendum ut ibi not. Secundo ponit gloſ. opi. Tancre.contrariam dicentis, qđ ſi bona fide, ſine fraude iuit, non debet contra eum procedi. Et idem tenuit Hoſt. hic allegans etiam decretalem vnicam, de cler.peregri.ſequitur etiam Do. Anto. ſed tu uide de hac materia latius per Inno.in d.c. vt debitus. Ex cuius dictis poteſt elici hæc concluſio, quod itinerans ad papam ex iuſta cauſa ſiue in ſauorem ſuum, ſiue alterius, eſt ſub ꝓtectione apoſtolica, ut interim contra eum procedatur in partibus, & defenditur talis non uirtute appellationis, ſed per ti.de pereg.iſ.ti.ꝑx.† Ex his põt reſponderi ad legẽ ignorare, C. de reſti.in integr.ex qua poſſet fieri forte cõtrarium contra prædicta. Nam ibi contra abſentem cauſa reipub. qui non dimiſit procuratorem, proceditur ſaltem ad miſſionem faciẽdam ex primo decreto, ex quo non defenditur. Dicendum eſt ergo eſſe priuilegium indultum itinerantibus perſonaliter ad ſedem Apoſtoli cã ex iuſta cã, quod eſt ſemper notandum, & hoc obtinet vigore ti. infra de cleric. peregri. quod eſt perpetuo menti tenendum, & dicam in d.ca.vno. Ex his etiam infero, quod clauſula appellatione remota, hic appoſita nihil operatur ad deciſionem huius c.ſed factum hic narratur, licet quidam contrarium ſentiant ſed primum tenet Ioan.An. & cõiter Doct. ſequuntur.† Quærebat hic Abba. ultra gloſſ. an ordinariꝰ poſſet ſubditum ſuum, vbique citare? & dicit, quod in qõne ſacti fuit cõſulta curia Romana, dum vellet ordinarius citare ſubditum ſuum ibi exiſtentem, & latitãtẽ. & reſponderunt curiales, qñque curia ſeruauerat, ꝙ ibi nõ poſſet ordinarius citare ſubditũ, ſed hoc poſtea mutauit, quia ꝑ id, multi eorũ exceſſus occultabãt, & ſic dicit in illo caſu fuiſſe ſeruatũ, Io.An.remittit ad no.per eum in ca.Romana.§.ↄhentes, de ſuro competenti, lib. vi. Ego remitto te ad ea, quæ longe plenius dixi in capitulo fina.de foro competẽti ſed no.qđ dictum eſt, ſupra de Romana curia, & uide ibi, ſupra &c.

SVMMARIVM.

1. *Appellatio ex falſa cauſa interpoſita non aſtringit iudicem a quo, quin poſſit ad ulteriora procedere.11.*
2. *Appellatio ſuper vno articulo quo caſu faciat ſuperſederi in tota cauſa. 3.4.6.*
5. *Iudex appellationis ex quo recipit appellationem emiſſam ex probabili cauſa, poteſt inhibere iudici a quo, ne procedat ſuper principali.*
   Appellatione verificata annullantur omnia attentata per iudicẽ a quo, poſt ipſam appellationem.
7. *Appellatio a tortura deuoluit totam cauſam ad iudicem ad quem.*
8. *Appellatio ab una cauſa penitus ſeparata ab alia etiam ſi ſit cauſa recõuentionis non deuoluit aliam ad iudicem ad quem.*
9. *Appellatio ab uno articulo tunc deuoluit totam cauſam ad iudicem ad quem quando appellans vult, alias eo tacente ſecus eſt iudice a quo procedente ad ulteriora.*
10. *Exceptio falſi aliquando poteſt opponi ante lit.conteſtatam, aliquãdo poſt ſententiam, unde hic exempla.*
11. *Appellatio ante grauamen non admittitur.*
12. *Appellans nõ debet ſtatim emiſſa appellatione recedere, ſed debet expectare, an iudex admittat, uel non.*
13. *Iudex ſi uiderit quod excipiens malitioſe excipiat, non debet talem exceptionem admittere, nec de appellatione curare.*

CAP. X.

SVper eo. Superſedetur articulo, ĩ quo appellatum eſt etiam ſuper principali cauſa, ſi ſine illo articulo expediri non poteſt. hoc dicit inhærendo literę, ſed infra multum reſtringetur. Duo ſunt dicta ſecũdum, ibi. Si autẽ Prima pars communiter nõ ſummatur propter varietatẽ lecturarum. ſed ſecundum veriorem intellectum poſſumꝰ ſic ſummare. † Non obſtante appellatione ex falſa cauſa interpoſita poteſt iudex ad vlteriora procedere. Caſus literalis. Cauſa commiſſa eſt alicui. reus aliquam exceptionem obiicit in cauſa illa: propter quam exceptionem appellatur. quęritur, utrum iudex ea non obſtante poſſit in principali procedere? Reſdondet papa, quod eidem exceptioni erit merito ſuperſedendum. Et ſi principalis cauſa ſine illa terminari nõ poſſit, ei nihilominus ſuperſedeatur. In fine ponitur alia dubitatio. Ecce li.cõte. opponit reus, ꝙ per falſi ſuggeſtionem literæ ſint impetratæ: quæritur, an hæc exceptio ſit admittenda? Reſpõdet Pa. quod propter hoc non eſt differenda ſententia. Ber. † No. primo iudicem debere ſuperſedere in tota cauſa, licet appellatio interponatur ſuper certo articulo, quod eſt indubitatum, ſi cauſa principalis eſt ita connexa illi articulo, ut ſine eo decidi nõ poſſit. Quid autem ſi nõ eſt ita connexa. inf. ſubiiciam. Gl. 1. quærit, quando habet locum iſte tex. Reſpondet, qđ põt procedere tam ante lit.cont. quam poſt. Exemplum primi quando opponitur aliqua exceptio dilatoria probabilis; ut puta quod reſcriptum eſt ſurreptitium, vel opponitur iudicem eſſe excommunicatũ, vel quid ſimile, & a grauamine illato contingit appellari. Exemplum ſecundi, quando opponitur peremptoria poſt lit.conteſ. ut puta pactum de non petendo. vel conſanguinitatis exceptio contra petentem vxorem, uel quid ſimile. † Sed nunc quæro, quando principalis quęſtio terminari non poteſt ſine articulo appellationis, & quando poteſt? Sol. gl. ii. & iii. ponunt exẽpla primi, ut patet in executionib. iudicialibus, de quibus 3.q.11.ca.prius.§ aliquando. Item in pacto de non petendo ut præſcriptio, & conſimiles ſed gl. non ponit exempla ſecundi, quando ſcilicet poſſit cauſa terminari ſine illo articulo, a quo fuit appellatum, ſed multa exempla poni poſſunt. Primo pone, quod fuit appellatum a condemnatione expenſarum ratione contumaciæ. nam ſine iſta poteſt expediri quęſtio principalis. Item pone exemplum, ſi appellet ĩ exceptione compenſationis, & multis aliis ſimi. † His autem præmiſſis oppo. fortiter contra tex. videtur enim, ꝙ ſiue articulus, in quo fuit appellatum, ſit connexus cauſæ principali, ſiue non, nunquam poſſit iudex procedere ad ulteriora, quia non teneor reſpondere coram iudice, q̃ me grauauit, ſup. e. c. ad hæc. Sol. glo. hic in verſic. terminari, fatetur contrarium. Ad ipſum tex. reſpõdet, quod uacat hic

argum.in contrario sensu.Idem hic Host:en.adducentes il
lud generale dictum nil fore innouandum appellatione
a pendente.[a] inf.eo.c.dilectus.† Et quia iudex appellationis,
5 ex quo recipit appellationem vt emissam ex causa proba-
b bili, potest inhibere[b] iudici a quo ne procedat in princi-
pali.inf.eo.ca.Romana.§.quod si,lib. vi. & melius facit se-
cundum Ioã.An.quia verificata appellatione omnia facta
post illam per iudicem a quo, reuocantur per modum nul
c litatis.inf.eod.c.non solum,libro vi.Idem[c] finaliter tenuit
Inn.hic Do.Anto.post multa sentit nouum intellectum,ut
ante inhibitoriam,seu dilationem,vel iustificationem ap-
pellationis possit iudex a quo, procedere super causa prin
cipali non connexa articulo appellationis, nec reuocabi-
tur sic attentatum iustificata postea appellatione,quasi in
iuste processit:secus,si processisset in causa connexa articu
lo appellationis. hoc enim casu procedit ca. non solum,ꝑ-
6 alle.secundum eum. † Et quanquam hęc lec.videatur pri-
ma fronte demulcere aures,& conuenire superficiei hui9
literæ:tamẽ ueritate inspecta non puto veram,& semper
secutus sum communem opin. prædictam, ut indistincte
d iudex a quo,non possit procedere super illa causa.[d] Primo
adduco c.si a iudice,eo.ti.lib.vi.vbi dicitur,quod si appel-
laui a grauamine mihi illato per iudicem, non teneor am-
plius comparere ad citationem suam in illa causa, nisi me
citet ad audiendam reuocationem grauaminis Vnde pon
dero exceptionem, quæ firmat regulam in non exceptis.
32.q.7.ca.Dominus.& in c.2.de coniu.lepro.Ad idem ille
tex.in fi.vbi dicitur,quod reuocato grauamine,ex tũc po-
test procedere ad ulteriora:ergo non.prius.Secundo prin
cipaliter adduco c.eum qui,de do.& contu.lib.vi.ubi dici
tur,qđ appellatione interposita ab interlocutoria seu gra-
uamine, non tenetur iudex amplius appellantem citare,
quasi sit contumax super tota causa.ergo appellatio opera
tur respectu totius causæ: alias dixisset quod in sequentib.
actib.debet citare appellantem, & pro hoc facit quod ibi
no.ĩ gl. Tertio facit illud c.non solum generaliter loquens.
7 † Quarto induco tex.in l.si quis prouocatione, C.eod.tit.
ubi dicitur,quod appellatio interposita super iniuria illata
puta a tortura, suspendit iurisdictionem in tota causa, &
eam deuoluit ad superiorem.quam lec. sequuntur ibi glo.
Bart.& alii,& sic articulus appellationis erat ibi separat9 a
causa principali, & nihilominus iurisdictio i tota causa de
uoluitur ad superiorem. Et eleganter pro hac opi.facit ca.
solicitudinem.inf.e.vbi dicam: & hanc opi. sequitur Inno.
8 in c.quia propter,& c.cum nobis, de elec.† Secus tamẽ di
cit ibi, vbi duæ causæ separatę essent coram iudice,tũc.n.
etiam si vna sit conuentionis, alia reconuentionis,appel-
latio in vna non deuoluitur in alia,& hoc vltimum voluit
hic Vin.de quo in Spe.in tit.de recon.in fi.§.pe. Et bene
hoc ultimum,quia limitat iura & maxime illam l.si quis ꝓ
uocatione.Vltimo adduco æquitatem maximam.nam du
rum est dicere istum appellanem arctari ad comparendũ,
in eadem causa coram diuersis iudicib.contra c.dispendia
§.reus quoque,de rescr.libr.vi.potest etiam adduci alia rõ
non minus fortis. Continentia causæ diuidi non debet in
c.i.de causa pos.& proprie.l.nulli,C.de iud. Non ergo dẽt
esse vnus iudex unius articuli,& alius iudex totius causę.
Finge,enim appellationem postea iustificatam. Ecce,qđ
causa principalis deuoluetur ad superiorem,ut in c.ut de-
bitus.inf.eo.& sic appareat istum iudicem,a quo,processis
se tempore, quo erat in pendenti, an esset futurus iudex.
Ad illum text. potest responderi primo, ut dicit hic gloss.
quod non valet argu.a cõtrario sensu, tum quia reperitur
contrarium in iure,vt sup.dixi,tum quia resultaret prauus
& absonus intellectus,iuxta no.in c.publicato, de ele.nec
est hoc nouum, & inusitatum in iure, ad hoc c. quanto,de
9 vsur.† Secundo potest responderi,ut procedat appellatore
consentiente,eo autem resistente secus est dicendum. Ter
tio potest intelligi, quando iudex arbitratur appellationẽ
esse iniustam.tunc enim ex æquitate potest supersedere in
articulo appellationis procedere in causa principali.Inno.
ponit alium intellectum,ut procedatur in causa principali
f.coram iudice competenti: sed non placet mihi iste intel-
lectus,quia diuidit continentiam causæ contra l. & ii.ff.de
qui re.apud eũdem iudi.d.c.i.de causa pos.& proprie. Ex
quibus omnibus concludo,quod appellatio ab interlocu-
toria seu grauamine, si est legitima suspendit iurisdictionẽ
iudicis, a quo respectu totius causæ, siue causa principalis
sit connexa articulo appellationis,siue non,secus respectu
10 causę separatę.† Oppo.contra secundam partem c.& vide
tur,quod legitima sit appellatio, si non admittatur excep-
tio falsi.ut sup.de rescrip.c.cæterum,& c.olim,facit de cri.
fal.per totum.Sol.gl. fi.dupliciter.primo quod text. debet
intelligi. cum falsitas nude allegatur, non autem exhibe-
tur probatio:ideo non curandum, arg.in metum,C.quod
met.cau. Secundo potest intelligi in exceptione de falsi
suggestione proposita post lit.cont.Nam cum sit dilatoria
dẽt proponi ante lit.cont. & nõ postea.Et intellige secũdũ
Io.And.& bene,quando opponitur,quod in rescripto fuit
falsum suggestum non autem debet intelligi de exceptio-
ne falsitatis,quia illa potest opponi etiam post sententiam
sup.de excep.cap.cum venerabilis,& in c.in nostra,sup.de
11 proc.& plene dixi in c.licet,sup.de prob.† Extra glo.Doc.
ponunt alios intellectus,& primo secundum Io.An.potest
fieri vis in verbo,Prorupit,idest proculrupit,non f.excipiẽ
do,sed simpliciter dicat appello, ne procedatis, q̃a falsum
est rescriptum.talis enim appellatio est frustratoria,q̃a nõ
grauabatur ex eo solo,quod exceptio sibi competebat:sed
tunc demum,cum per iudicem non esset admissa.inf.eo.c.
dilecto.ubi de hoc,& sup.de testi.c. significarunt, ubi etiã
dixi. Et alia lec.est,quod hæc appellatio nõ valet propter
generalitatem ipsius quæ impedit vim appellationis.mul-
tiplex enim est falsi exceptio, quarum aliqua impedit,ali-
qua non, debuit ergo appellans specificare, argu. ff.de iu-
re fisc.l.in fraudem,de elec. c.ut quis duas libr.vi.& l.præ-
12 tor edixit, ff. de iniur. † Item non debet appellans statim
emissa voce appel.recedere, sed spectare,an iudex admit-
tit appellationem,vel non.Alia lec.est,quę magis Io.And.
placet ut intelligatur,quod appellatio fuit iterposita ex fal-
sa causa. huic enim appellationi non tenetur iudex defer-
re, nec debet curare de appellatione qñ non reuocatur
attentatũ,nisi ꝓbetur ueritas cãæ,ut in c.interposita.ĩ.eo.
13 tit.& hoc no.† Et adde vnum no.dictum Inn.[e] in c.post ele
e ctionẽ,in fi.de concess. ꝓben.ubi dicit, quod quandoque
iudex vehementer præsumit contra excipientem, quod
malitiose excipiatur,non debet talem exceptionẽ admit-
tere,nec de appellatione curare,quia illa non prodest,nisi
probetur veritas causæ,ut supra dixi.

ADDITIONES.

a ¶Appellatione pendente.Adde qualiter intelligatur hoc dictum Fede.consi. ccxxiiii.

b ¶Potest inhibere.Dic tu distinguendũ,vt per Lanfran. de Oriano. in c.quoniam contra.nu.lxvi.& lxvii.& ibi in apost.Cels.in versic. pendente, supra de probatio. Zach.

c ¶Idem.Circa hunc intellectum,vide Alex.in consi.lxxxix.inci.diligenter cõsideratis,in primo vol. Seb.Sap.

d ¶Super illa causa Adde ꝙ Fede.cons.cccci. dicit quod postquam iudex appellationi detulit, omnis iurisdictio translata est in iudicem ad quem,adeo quod de consensu partium non posset amplius de causa cognoscere nisi remitteretur per iudicem ad quem.

e ¶Dictum Inno.Vide Alex.in cons.lxiiii inci.habita super contentis,in 3.vol. Pet.de Anch.in consi.clvii.inci.ex narratis in facto.Alex.in cons.xvii incip. requisitus in causa.in i.vol.cum allegatis per Fe.i.in c.de cetero, sup.de re iudi. Seb.S.p.

SVMMARIVM.

1 *Appellari potest a grauamine etiam illato in minimis causis.2.3. de iure canonico:sed de iure ciuili secus.& nu.5.6.*

4 *Appellari an possit a præstatione alimentorum, vel quãdo iudex iussit rẽ exhiberi.*

5 *Causæ minimę dicuntur, quando sumptus litis maiores, sunt quam ipsa causa.*

6 *Expensa quando excedunt valorem rei super qua sunt fienda, non debẽt fieri,licet aliquis ratione officii sit talem rem obligatus facere.*

CAP. XI.

1 DE appellationibus.† Breue est & ꝓp sui breui
tatem, nõ solet summari, sed per alia verba põt
sic summari. Etiam pro minoribus, seu leuiori-
bus causis appellari potest.h.d.Casus literalis. A minima
causa inter duos coram iudicibus vertente fuit appellatũ:
quæritur vtrum appellatio teneat? Respondet papa,in qua
libet causa maiori vel minori potest quis appellare, si gra-
2 uetur.Ber.† No.quod appellatio non est fundata super qua
titate grauaminis,sed super [illegible] [illegible] sentẽtię,& iniquita
te iudicii,concor.l.i.ff.eod. ideo potest appellari etiam in
minimis

minimis causis, quia iniustitia & iniquitas ita possunt accidere in minimis, sicut etiam in maioribus: & hæc est ratio decidendi vera ad text. quam sentit glo. hic in secunda
2 parte sui.† Et ex hoc & ex tex. no. quod quandoque curatur etiam de minimis, & hoc quando ratio, quæ est in maioribus, militat etiam in minimis, alias secus. Et sic potest responderi ad ca. & si quæstiones, de simo. vbi de minimo non curatur. Item in extraordinariis remediis regulariter
a non curatur de minimis., a ideo non datur in eis in integ. rest. l. scio, ff. de mino. & de re. ec. non alien. ca. penul. secus in ordinariis ut hic, & 14. q. fi. c. vlt. unde dicit Lau. se credere, quod etiam pro gallina potest appellari, quod no. & pro
3 eo facit Institu. de re diuis. §. gallinarum, cum sua glo.† An
b autem, possit appellari. b cum iudex decreuit alimenta præstari, uel quando iussit rem exhiberi, uide in Specu. eod. ti.
4 §. in quibus, sub versicu. 8. quando res.† Gloss. nostra diui-
c ditur i duas partes. In prima q̄rit, quæ dicatur cā minima, c seu leuis, & ponit multiplices expositiones quas no. & inter cæteras not. illam quando sumptus litis iudicialis excedit valorem causę de quo. ii. q. iii. ca. anteriorum. & uide p Barto. in l. mediterraneæ, C. de an. & tri. lib. x. & authen. nisi breuiores, C. de sen. expe. rece. Et sing. dixit Bart. in d. l. mediterraneæ, per illum tex. quem excusari, si nō fecit id, ad quod faciendum maior erat sumptus, quam rei agendę utilitas. Et sic excusatur pręlatus, uel tutor, si non mouit causam, quando maior erat sumptus iudicialis, quam utilitas causæ, & idem dicit in similibus quod no. vide etiā gl. in c. fi. de re iud. lib. vi. vbi dicitur arbitrarium, considerata qualitate personarum, quæ dicatur magna causa: & idem not. in d. auth. nisi breuiores. Hoc tamē valet ad aliū effectū. s. cum quæritur, quæ dicatur magna, vel parua causa. Nam respectu huius c. non est curandum de iure canonico, sed de de iure ciuili: sic quia in modicis causis nō appellatur ad authen. nisi canonizata, 2. q. 6. ca. anteriorum:
5 credo tamen, quod ius canonicum ponit, quod licet. Nam licitum est petere iustitiam de quocunque grauamine, sicut in simili dicitur. ita iudicabis magnum. sicut paruum de iudi. c. nouit. Non autem ponit hæc decr. quid expediat nam non puto expedire viro probatissimo appellare in minimis negotiis, arg. in c. vnico, de syndi. expedit enim pro paruo incommodo a strepitu iudiciorum abstinere, ut ibi. & ob hanc causam Apostolus suadet pati iniuriam & fraudem potius, quam in iudicio cum fratre i. cum Christia-
6 no contendere.† In 2. parte gl. quærit, quare de iure canonico licet appellare etiam pro minima causa? & respondet quod hoc operatur subiectum appellationis, quod consistit in iustitia, &c. ut sup. no. Sed dices tu. si hæc est rō quare etiam de iure ciuili non appellatur pro causa minima? dic quod illud fuit statutum de rigore contra naturam appel. sed secundum canones proceditur mitius, qua ratione inspecta potest a quocunque grauamine appellari, ut optime sentit glossa. in l. i. ff. a quibus appella. non licet in fine. quod not.

ADDITIONES.

a ¶ De minimis. Quando de minimis ratio habeatur, vide Ias. in auth. qui rē. C. de sacrosan. eccl. & in l. secundum. ff qui satisd. cogan. cum infinitis congestis per Corset. in tract. de minimis inserto in tra. de Regia potestate. Se. Sap.
b ¶ Appellar. De hoc vide oper. tex. in l. fi. ff. de ap. reci. & ibi Bar. in princ. & Bal. in l. nemo clericus, C. de summa Trin.
c ¶ Minima. Communiter concludunt Doct. q̄ relinquitur arbitrio iudicis inspecta personarum qualitate secundum glo. Bar. & Doct. in auth. nisi breuiores, C. de sent. ex breui sc. reci. Bar. in l. diuus, ff. de bo. dam. licet Bal. in l. ii. ver. quæro iuxta hæc quæ dicantur causæ minimæ, C. de peda. iudi. expresse voluerit causas breuiores esse illas quæ sunt a centum aureis infra & hoc idem pondera velle Bar. in l. imperium. circa fine in versi. vi. est iurisdictio minima, ff. de iurisd. omn. iud quod multum not. quod est valde vtile. si est verum, ad multa, cum in causis breuioribus non requiritur libellus nec sententia in scriptis. d. auth. nisi breuiores, & in eis semiplena probatio habetur pro plena secundum gl. Bar. & Doc. in l. admonendi. ff. de iure iur. & in specie p[illegible] l. D. Matth. in not. [illegible] & ibi facit quod in simili dicit in [illegible] Albe. de Ro. in l. in bonæfidei, C. de rebus cred. quod si esset quæstio inter duos ciues de cc. florenis diceretur causa magna: sed inter duos reges diceretur modica & parua. & hoc vltimum de regibus vult etiam Bal. in l. sed & si susceperit. ff. de iudi. §. i. circa fi. Sed quod sit arbitrarium iudici inspecta qualitate personarum, vide Bar. in auth. minoris debitor, C. qui da. tu. poss. & dicit Bar. in d. l. admonendi. quod licet causa principalis sit magna, si tamen sit solum quæstio de possessione causa censetur modica & parua, & expresse sequitur D. An. in c. fi. de iureiuran.
¶ Quæ dicatur esse causa magna vel parua absque dubio dicas illam opin. esse veram. vt illud relinquatur arbitrio iudicis per illam glo. in l. illicitas. in §. veritas. ff. de offi. præsi. quæ dixit quod porcellus rustici dicitur oculus rustici, an spectā qualitate ipsius rustici. & vide Ro. & Lanfr. de Oria. qui plene examinant istum passum. in l. si constante, in prin. ff. Sol. mat. Ant. Fran.
¶ Adde quæ dicatur dos magna vel parua. Bal. consi. ccxxvii. ii. li. & dicit I[illegible] de Anch. quod excusatur non faciens inuentarium cum paupertas est in pupillo eius. cons. ccxxiii. & Ro. consil. l. qui d excusatur administrator rei pub. cum non exigit propter impensas maiores exactiones.

S V M M A R I V M.

1 *Appellari potest de iure canonico etiam ante sententiam, sed non de iure ciuili regulariter. 3. vbi ponuntur casus excepti.*
Recusari non potest iudex sine causa rationabili.
Tempus datum ad causam decidendum incipit a die præsentati rescripti.
2 *Appellare potest de iure canonico, quandocunque pars sentit se grauatam.*
3 *A datione tortura potest quis appellare antequam detur.*
4 *Litigator potest in quacunque, parte iudicii petere se remitti ad iudicem ecclesiasticum cum monumentis causa, & hoc ex speciali priuilegio ecclesia*
Priuilegium concessum ecclesia per imperatorem non potest per ipsum amplius reuocari.
5 *Instantia quare de iure canonico non perit*
Appellans temere de iure canonico non punitur, de iure ciuili sic.
6 *Sententia in dubio intelligitur de diffinitiua.*
7 *Rescriptum an det iurisdictionem a tempore data ipsius rescripti uel a tēpore pręsentationis?*
8 *In appella. ab īterlocutoria debet inesse causa & legitima, in appel. a diffinitiua secus.*
9 *Appellatio & recusatio non semper iudicātur a pari, nisi in quibusdā casib. hic expressis*
10 *Appellatione remota siue ex forma iuris oūs siue rescripti, an censeatur remota recusatio?*
Clausula, appellatione remota, an extendatur ad omnem appellationem, uel ad friuolam tantum?
11 *Dies pręsentationis rescripti, an computetur in termino.*
Tunc, illa dictio denotat extremitatem temporis.
12 *Omne tempus currit de momento ad momentum regulariter, ubi aliud a iure non exprimatur. 14. nisi quis impediatur impedimento iuris, 15.*
13 *A, ista dictio quandoque est exclusiua, & quandoque inclusiua.*
15 *Iudex commissarius si reperit se legatum tempore, quo sibi præsentatur rescriptum, ante tempus in rescripto contentum curras a die præsentationis?*
16 *Iudex, cui est commissa causa termināda intra breuiorem terminum termino iuris, an possit abbreuiare dilationes, & in ipsis non seruare ius commune ad hoc, ut in termino sibi præfixo possit causam terminare?*
Terminus datus ad causam expediendam de consensu partium est censēdus peremptorius, nec pars auditur petens terminū ad probādum: nec ab hoc appellabit nisi fuerit in excogitato impedimento, uel consensu utriusque partis. 20. sed quid si de consensu unius partis uide numero. 19.
Iudex non restituit quem ad suas defensiones finito officio ipsius iudicis.
17 *Sententia non est ferenda, quando causa adhuc est dubia, licet tēpus datum ad sententiandum sit iam in fine.*
Terminus datus ad causam expediendam per superiorem, potest cōsensu partium prorogari.
18 *Dilationes sunt minuenda, maxime quando causa est commissa breui tēpore terminanda. 16.*
19 *In summariis etiam causis non sunt danda tam breues dilationes intra quas partes non possint docere ius suum.*
21 *Rescriptum, in quo causa committebatur decidenda intra tantum tēpus impetratū de cōmuni partium cōsensu, an, si pręsentetur malitiose per reum, incipiat currere tempus in praiudicium actoris.*
22 *Iudex, cui fuit mandatum ut intra certum tempus causam instruat, & remittat mandari, pōt causam remittere non instructam, qui ex defectu partium non potuit hoc facere.*

CAP. II.

1 SVper eo † Summatur per alia verba, q̄a propter breuitatē per alios nō solet summari, & sic. Secundum canones appellatur etiam ante sententiam, secundum leges non: nisi in quibusdam casibus hoc primo. Appellatio & recusatio æquiparantur in hoc: quia sicut in appellatione requiritur causa rationabilis: ita & ī recusatione. hoc secundo secundum verum intellectum. Tempus assignatū iudici ad causam decidendam, incipit currere a tēpe prę̄sentationis rescripti. hoc tertio: & tria sunt dicta, quæ patent per SS. Casus literalis. Secundum canones & ante sententiam & post licet appellare. secundum leges non potest appellari ante sententiam, nisi in casibus. Item ubicunque ap-

pellatio

pellatio tollitur, & recusatio non admittitur. Item si causa committitur terminanda intra certum tempus, illud inci- 2 pit currere, quando iudices literas recipiunt. Ber. † No. t. ex tex. duas regulas, vnam de iure cano. aliam de iure ciuili. Prima est, quod quatuor temporibus potest appellari de iure canonico, intellige causa rationabili subsistente. inf. eo. c. ut debitus, uidelicet ante litẽ, contest. post contestationem, tempore sententiæ, & post ipsius promulgationẽ: adde tempus. s. extra iudicium, ut in c. cum sit Romana. s. eo. vel per alia verba colligendo mentem c. Potes sic ponere regulam, quod vbicunque quis sentit se in iudicio ꝑgrauari, potest appellare de iure cano. extra iudicium vero põt cũ grauatur, vel cum suspicatur verisimiliter grauari. inf. eod. c. bonæ. vbi plene de hoc, & in cle. sicut appella- 3 tionem. eo. ti. † Secunda regula est de iure ciuili, quod ante sententiæ tempus non admittitur appellatio, quantumcunque subsit causa grauaminis, nisi in quibusdam casib. Et qui sint isti causus? dic breuiter, quod ubicunque grauamen illatum ante sententiam non potest reparari in sententia diffinitiua postmodum ferenda, semper potest de iure a ciuili appellari, puta si iudex decreuit aliquem torquẽdũ.[a] hoc enim grauamen torturæ non potest tolli in sententia diffinitiua. l. 2. & ibi plenissime de hoc per Barto. ff. de app. re. & l. ante sententiæ tempus, C. quor. app. non rec. Idem dic. ubi post grauamen nõ expectatur diffinitiua. & ideo si quis pronunciauit se non iudicem, ab hac interlocutoria potest appellari etiam de iure ciuili, quia cum non expectatur alia sententia, si non posset ab hac interlocutoria appellari grauamẽ esset irreuocabile. Ad hoc gl. not in authẽ. habita, C. ne fil. pro pa. & Bar. in d. l. 2. facit quod le. & no. ĩ 4 significantib. sup. de of. dele. † Adde tñ ad prædicta casum sin. de quo. in c. quicunque. 11. q. 1. & recitatur in c. nouit, de iud. habet enim ecclesia ibi priuilegium singulare ab imperatore concessum, ut in quacunque, parte litis possit litigans petere se remitti ad iudicium ecclesiasticum cum munimentis causę, & quanquam imperator videatur postmodum illud priuilegium tacite reuocasse: tamen canonistæ 5 dñt illud esse irreuocabile, ut plene no. in d. cap. nouit † Ex omnibus prædictis & ex tex. potest elici ratio, quare de iure ciuili instantia perit triennio, & non de iure canonico, iuxta no. in c. penul. de iud. nam de iure ciuili non admittũtur tot appellationes, sicut de iure can. plerunque enim periret instantia cursu triennii, si a quolibet grauamine posset appellari. Item dic, quod de iure canonico mitius proceditur, quã de iure ciuili. ideo de iure canonico indistinctè appellatur, ita no. dicit gl. in l. i. ff. a qui. ap. nõ licet, in fi. hinc dicitur quod de iure cano. non punitur temere appellans, sed de iure ciuili sic. l. ab executione, in fi. C. quor. ap. non 6 reci. quod an sit verum, dicam in c. ut debitus. inf. eo. † No. ibi: In prolatione sententiæ, iũctis verbis præcedentibus quod appellatione sententiæ intelligitur de diffinitiua, qđ no. probatur hic, uide tex. iuncta gl. i c. cum olim, de testi. Not. in §. In causis quod appellatio, & recusatio a pari iu- b dicantur, & ubi tollitur[b] appellatio censetur sublata recusatio. An hoc sit verum indistinctè, dicam super. gl. penul. 7 † Not. in §. Si autem, quod in tempore ꝑfixo iudici ad causam decidendam non consideratur tempus dati rescripti. illud autem prius consideratur quo ad vim comprehensiuam rescripti. i. ad considerandum quid comprehendat rescriptum, sic intellige c. si eo tempore, de rescri. li. vi. & ca. eam te, eo. tit. sed quo ad tempus præfixum iudici inspicitur tempus pręsentationis, quia durũ esset tempus antea currere, quam iudici sit præsentatum rescriptum, cum per prius non possit iurisdictionem exercere, ut in c. pastoralis. sup. de rescri. Prædicta intellige, quando tempus est diffinitum per numerum dierum, septimanarũ, mensium, vel annorum, ut puta si diceret causam audias, & decidas intra duos menses, vel duos annos, vel decem dies, vel q́d simile. Secus si limitetur ad certum diem, puta intra festum assumptionis, vel vsque ad tale tempus, tunc certum est tẽpus post datam currere, & semper labi secundum Io. And. & placet communiter Doct. & probatur re ipsa. Et ꝑ hoc consuluit Docto. ut de repræsentatione rescripti fiat instrumentum, ut sic appareat, quanto tẽpore durat iurisdictio. Item quod præsentans sit cautus, ne tale rescriptum præsentet, quãdo iudex est impeditus propter absentiam rei, 8 vel aliam iustam causam, ne tempus inutiliter labat. † Op. quod non liceat indistinctè appellare etiam de iure canonico, ut c. vt debitus. inf. c. cuius contrarium innuit litera. Sol. dicit glo. i. & bene, text. intelligendum de apppellatione rite, & iuste interposita. nam si appellatur ab interlocutoria, oportet, quod subsit & exprimatur causa ut in cõtrario, si a diffinitiua, satis est dicere, appello ab hac sententia 9 ad hoc l. ii. ff. eo. ti. & per gl. in c. cum ecclesia. inf. eod. † Op. contra secũdum dictum, & videtur quod appellatio, & recusatio in omnibus æquiparantur, ut patet in d. ca. ad hæc sup. eo. & c. proposuit. inf. eo. Sol. gl. pe. sentit quod ista æquiparantur solum quo ad formalitatẽ, ut sicut in una exigitur expressio causæ legitimæ, ita & in alia, quasi dicat, quod sicut sine causa non licet appellare, ita nec recusare, quo ad alia vero non æquiparantur, & hoc placet Ioan. Andr. & communiter Doct. Videmus tamen secundum Io. An. qđ c ab executore non appellatur, quia tamẽ recusatur,[c] sed an hoc ultimum sit verum, dic ut dicam. inf. eo. in c. nouit. Itẽ non appellatur a iudice, nisi grauet, qui tamen bene recu- d satur,[d] & si non grauet. Præterea appello a iudice, in quem consensi: quem tamen non recuso, ut in ca. insinuante, de of. deleg. iuncto c. causam, de re iudica. Item notorie delinquens, qui non potest appellare, forte potest recusare, ut leg. & no. inf. e. in c. cum speciali. §. 1. sed de hoc dic melius ut dicam. inf. e. in c. proposuit. Item recusatur officialis coram ordinario suo, ad ipsum tamen ab illo non appellatur vt in c. si contra, vnum, in fin. de of. deleg. lib. vi. & vide ibi bonam gl. de hac materia. Aduerte tamen, quia tex. videtur velle, quod ubi tollitur appellatio, uidetur sublata etiã recusatio, & uidetur velle Ioan. Andr. hoc procedere, siue tollatur per ius commune exemplum. sup. c. 3. & c. cum sit, in fi. siue per speciale rescriptum. de rescrip. capi. i. de offic. deleg.

ADDITIONES.

a ¶ Torquendum. Et ideo dixit Ang. in cons. casus talis est, pronunciatum fuit licet non posset appellari a sententia diffinitiua lata in possessorio tamen appellari potest a qualibet interlocutoria in ipso possessorio ante diffinitiuam quia grauamẽ illatum per dictam interlocutoriam non est reparabile. quod ei not. & hoc voluit Inno. secundum eum in c. significauerunt. ver appellare. i. de testi. Et adde quod isto casu quando grauamen non potest reparari in sindicatu vt est in tortura, quod si iudex iniuste aget inferendo grauamẽ nedum est licitum appellare, sed etiam potest de facto & cum armis sibi resistere ita pulchre dicit Cy. in l. 1. in fi. C. vnde vi. ar. d. l. ii. ff. de appella. re. Idem tenet Bald. in repe. illius legis primæ versicul. xii. quæro, an iudici possit resisti & idem Bald. in l. vt vim in vii. q. ff. de iustitia & iur. D. Alexand. in consilio cclxxvi. vbi proprie consuluit in isto casu, quod incipit post redditam primam consilium. vbi addit idem tenere Paulum de Leaza. in commen. rubri. de restit. spol. & vide omnino per ipsum Pan. in c. si quando. i. de offi. deleg. vide quæ scripsi in c. quod ad consultationem. in vlt not. post. Abb. i. in. proximo Aeneas Falconius.

¶ Adde Pau. De Cast. consi. xxii. in primo impressis.

¶ Circa hoc quando grauamen est irreparabile an possit resisti per vim iudici inferenti grauamen dicas quod sic prout videntur tenere Inno. & Ioan. And. in c. cum dilectus. de acc. vbi dicunt quod grauius est grauamen quod infertur iniuste quando non potest reparari, quam illud quod potest reparari, quia tunc non potest resisti, quamuis vtroque casu quando illud infertur a superiore resistentia de facto esset periculosa. Ant. Franci.

¶ Torquendum Vide Gandi. in tract. maleficio sub rub. de quæstio. & tormentis. in iiii col. ver. sed quid de quæstione de facto. & Fran. Brunum in tract. de iudiciis & tortura Ange de Aret. in tra maleficiorum. in verbo fama publica. circa. xiii. ver. aduertis tamen. Seb. Sap.

b ¶ Vbi tollitur. Vide Alexan. in rub ff. de re iudi. vbi Sindet. & Alexan. in consil. l. inci. visis actis causæ. in ii. volu. Mat. in con. xciii inci. not. quod hoc sub vocabulo. And. Sicul. in consi. xxxi. inci. bene etenim in iii vol. & in illa etiã vide per Fely. in rubr. de re iud. versi. scias etiam quod appellatione sententiæ. vbi late, quomodo intelligatur, verbum sententia in statuto. Seba. Sapia.

c ¶ Recusatur. Ista ratio quam etiam assignat Pan. ipse in d. c. a. pe. de iudi. licet sit colorata tamen est fragil. & eam reprobat Lu. Ro. in l. ii. ff. de re iud. quia istum respectum habuissent iura canonica non limitandi aliquam instantiam causæ quia cum de iure, cano. a quocunque grauamine possit appellari &c. vt hic per istum. text. certe, cum iste respectus etiam militet in causa appellationis quod coram iudice appellationis posset appellari a quocunque grauamine si iste respectus esset in consideratione. l. non debuissent ergo iura canonica limitare instantiam causæ appellationis, & tamen est limitata, vt sit vnius anni vel ex causa biennii. c. cum sit supra eo. & tanto plus quia in causa appellationis maius præiudicium vertitur & est no. ad examinationem scholarium. Et propterea ausus fuit ipse Lu. Ro. in contingentia facti consulere contra istam communem opini. quam tenent omnes legistæ & canon. in d. §. pe. quod imo de iure cano. in foro canonico instantia sit limitata ad triennium sicut de iure ciuili l. properandum. in prin. C. de iudi. vt ibi per eos. Tamen a communi sententia non est recedendum. s. iudicando & consulendo sed disputando potest teneri contra sũ prout tenui legendo per multas rationes & fundamenta limitata instantia de iure canonico sicut de iure ciuili.

d ¶ Recusatur. Gl. in c. si quis in quacunque. ii. q. vi. intelligit istum tex. in quantum æquiparat appel. recu. de recusatione simplici, & vaga secus de legitima, & per hoc potest dari. solu. ad ca. pastoralis, & c. alia quæ videntur contraria.

¶ Adde an procedat a pari recusatio & appellatio Ro. cons. ccxx. Alexand. consi. l xxxix. ; libro.

deleg. capit. ſuper quæſtionum, quod ego intelligo procedere reſpectu modi proponendi, ut ſine cauſa non liceat appellare, vel recuſare, ut ſupra dixi. Item credo hūc text. procedere ſecundum antiqua tempora, ſecundum quę licebat appellare indiſtincte, unde omnis appellatio, q̄ non erat manifeſte friuola, deferebat cauſam ad ſuperiorem, ut in c. ad Romanam. ii. quæſt. vi. not. in capi. ut debitus. ſ. eo. Vnde remotio appellationis facta per ius cōmune, vel reſcriptum æquiparabatur reſpectu appellationis friuolæ, ut ſine iuſta cauſa non liceret appellare, quod etiam uoluit gloſſ. in l. i. ff. a qui. ap. non licet in fin. & illo tempore remota, appellatione cenſebatur remota recuſatio, ut hic, ut ſicut ſine cauſa liceret appellare, ita nec recuſare. Hodie tamen non puto hunc tex. procedere; quia remotio appellationis tollit omnem appellationem, quia in iure non reperitur ſpecifice permiſſa, ut l. & not. in c. paſtoralis. in ſ. eod. Vnde durum eſſet dicere, quod per remotionē appellationis non poſſit quis recuſare iudicem ex iuſta cauſa, licet n̄ ſit in iure expreſſa. non enim eſt præſumendum principē uoluiſſe iſtum litigare coram iudice. ſuſpecto, argum. in c. cum iter. ſup. de excep. imo eſt dubium an princeps poſſit tollere hanc exceptionem recuſationis, ut dixi in d. cap. cum inter, & c. ad hæc, de reſcrip. Pręterea & fortius, cum iſta, ſcilicet recuſatio, & appellatio non æquiparantur quo ad omnia, ut patet ex prædictis, ergo remotio vnius non extenditur ad remotionē alterius in materia odioſa, qualis eſt iſta, argum. in ca. ſtatutum, de elect. lib. vi. & facit qđ no. in c. tuæ, de ſponſa. & ſic intelligo iſtum tex. puto tamē ꝗ de iure ciuili reſpectu delegati remotio appellationis in reſcripto extendatur ad recuſationem: quia de iure ciuili non eſt opus exprimere cauſam recuſationis, ut nota. in l. apertiſſimi, & l. cum ſpeciali, C. de iud. in c. ſi contra vnum de of. delega. & ideo ſicut nō licet ſine cauſa appellare, ita nec recuſare, ut hic, quod no. † Quæro circa tertium dictū an dies præſentationis reſcripti computetur in termino? Glo. ſi. dicit quod non, & allegat aliquas concordātias. In contrarium alle. l. continuus actus, ff. de ver. ob. & l. i. §. qui præſens. vbi patet, quod poſt interrogationem ſtipulationis ſeq. debet reſponſio incontinenti, ſ. ante quam ad alios actus diuertatur. Ita videtur in propoſito dicendum, ꝗ incontinenti poſt pręſentationem literarum dēt tp̄s currere & non expectari aliud tempus. Primam opi. ꝗ non cōputetur, tenent Inn. Goſ. Phil. & Hoſt. pro quibus facit cle. ſicut eo. titul. & quod ibi not. in prin. mag. gl. Sed Gui. Naſo tenet contrarium, dicens tempus receptionis computari, ꝗ probat per literam. Ex tunc [a], poſitam in text. nam illa dictio denotat extremitatem temporis, & eſt gl. in c. perſona, ſup. eo. & c. quam ſit, de ele. libr. vi. alias ſequeretur abſurdum ſecundum eum, quod remota iuriſdictione poſſet iudex ea die procedere, quia ſi nō computatur dies īchoādæ iuriſdictionis, ergo nec dies finiendæ. † Et hanc opi. credit Io. An. veriorem, & facit in hoc unam regulam notabilem, quę in hoc quotidie allegatur, quod omne tempus [b] currit regulariter de momento ad momentum, ubi aliud a iure non exprimitur, & hic ſoluit contraria, de q̄b. in gl. & ſimilia. In eis enim ſpecifice cauetur. & hanc opi. ſequuntur communiter moderniores: ſed ut habeatur reſponſio magis ſpecifica ad contraria, & in materia habeas bonam theoricam, diſtingue ſic. † Quod quandoque terminus præfigitur ad certum actum cum litera [c] appoſita numero dierum, vel annorum, vel menſium, & tunc illa dies non computatur in termino, quia hæc litera, a, de natura ſua excludit diem, cui ſpecifice apponitur. Exēplum. ſi dicatur facies hoc intra 20. dies a die p̄ſentationis. uide ad hoc bonam gl. in c. ſtatutum, de præb. lib. vi. & cle. ſicut. de app. Quandoque litera, a, apponitur determinato tempori, vel ſtatuitur tempus ſimpliciter ſine litera, a, vel ſimili, & tunc regulariter currit tempus de momento ad momentum, vt voluit Io. And. exemplum. iura præfigunt terminū 10. dierum ad appellandum a tempore ſententiæ, quo caſu tempus currit immediatæ a tempore, quo ſententia lata fuit, ut legi. & not. in ca. quod ad conſultationem. de re iudi. & in d. cle. ſicut. † Adde etiam ad prædicta gl. no. ff. de diuer. & temp. præſcrip. ſuper rub. quę dicit, quod omnia tempora præſcriptionum regulariter ſunt continua, & cōcurrunt de momento ad momentum, niſi aliud in iure caueatur. † Nunc extra gl. quæro ad declarationem materiæ §. fin. quid ſi iudex fuerit excommunicatus poſt datam reſcripti, & ſic ligatus recipit reſcriptum, vtrum habeat locū finis huius c. ut tempus currat a die pręſentationis literarū Hoſt. tenet quod non, cum nec partes nec iudex poſſint illo tempore procedere. ſup. ti. proxi. c. ad probandum. ergo non debet currere tempus, de reſcrip. c. plerunque. de præſcri. c. vigilanti. ff. ad Tert. l. ii. §. confeſtim, & hoc communiter tenent Doct. ſequentes, ſed in contrarium facit quod ſup. dixi, omne tempus currere de momento, ad momentū ad idem l. ſed ſi per prætorem, ff. ex qui. cauſ. maio. vbi patet, quod impedimentum iudicis non impedit curſum tēporis, licet detur reſtitutio: facit quod dixi ſupra eo. in ca. ex ratione. Sed pro primo dicto communi facit, quia iſtud impedimentum iuris, quod habet impedire curſum temporis, ut in c. q̄a diuerſitatem. de conceſ. præb. & in l. i. C. de anna. excep. & maxime quando impedimentum p̄ceſſit curſum temporis iuxta nn. per Bar. in l. ſenatus, ff. de of. præſi. facit quod dixi in ca. illud de præſcr. † Secundo quæro, pone quod delegatus præfixit terminum breuiorē [d] termino iuris, ſ. triennio, nunquid delegatus teneatur obſeruare ius commune in dilationibus concedendis? Sol. Inn. inſtat, & in effectu cōcludit, quod aut conſenſu vtriuſque partis terminus fuit appoſitus, aut ad petitionem alterius tantum. Primo caſu debet iudex ita abbreuiare dilationes quod poſſit in termino ſibi præfixo cauſam decidere: talis enim terminus eſt peremptorius reputandus, & habetur pro concluſione in cauſa, [e] vnde illo adueniente iudex ad petitionem alterius partis ſententiam dabit. Nec differt ipſam dare, quantumcunque altera pars contradicat, & ad probandum de iure ſuo terminum petat, & quia ſibi denegatur, appellet. quia hoc ipſo, qđ ab initio conſentit in termino, talis eſt peremptorius reputandus, ut ſup. dixi, niſi forte nouum & inexcogitatum impedimentum interueniat, quare p̄bationes ſuas nequiuerit inducere. tūc enim vel iure communi, vel beneficio reſtitutionis in integrum ſubuenit, ſicut fit in termino iuris, ut no. ſup. eo. in c. ratione. Intellige tamen, quod ultra terminum præfixum dilationes non debent dari. nec in dicta cauſa procedet, niſi de conſenſu partium hoc procedat. ut in c. de cauſis, de offic. dele. Et hoc ſentit hic Inn. in gl. & bene loquitur. Intellige ergo prædicta, quod intra terminum ſibi præfixum poſſit reſtitui in integrū ratione impedimēti, & non vltra. † Quid ergo fiet, ſi inſtat finis termini, & cauſa nondum eſt liq̄da propter

ADDITIONES

a ¶ Ex tunc. Et pro iſta parte ego adduco id quod vult Bart. in l. i. ff. ſi quis cau. quod dies termini non computetur in termino q̄ aſsignatio termini, ſimpliciter fieret, ſecus ſi per dictionem, hinc, puta aſsignamus terminum hinc ad x. dies, & quamuis nihil boni ad hoc alleget pro hoc Lud. Ro. ibi citat tex. quem reputat vnicum & ſing. in l. placet, cum gl. in ver. ab hinc, C. de ſacroſan. ecc. & ſequitur Imo poſt Ro. in l. huiuſmodi. ff. de ver. oblig. ſi hoc operentur iſte dictiones hinc, non minus debet poſſe hæc dictio, ex tunc & ab hinc, poſitę in tex.

¶ Adde de hac dictione infra, & a ab, abſque Oldra. conſ. [illegible]

b ¶ Omne tempus. Vide Bald. in conſi. [illegible] incipit propone, in 2. parte, & multa congeſta per Alex. in l. i. ff. ſi quis cautioni. Seb. Sap.

c ¶ Litera, a Vide de quo per Bald. & Pau. de Caſtr. in l. i. ff. ſi quis cau. cum multis concor. traditis ibi per Domin. Alex & ibi per Lud. Ro. quod ſi aſsignatio termini fieret per dictionem ſupra, vel vltra.

d ¶ Breuiorem. Et quia cā eſt cōmiſſa iudici decidenda intra certum tempus breuius termino iuris an poſsit amputare dilationes plus ſolito, & an poſsit pars, ſi ſibi ſit neceſſarium petere ſibi aſsignari tantam dilationem, quæ abſorbeat totum tempus delegationis. vide per Rich. mal. in ſua diſpu. quæ incipit ex forma ſtatuti, plene per Io. And. in [illegible] in addit. inc. Oldra. in ſua diſput. ve. & quia, per [illegible] C. qui accuſ. non poſ. Bart. in l. ſi cum ipſe, ff. de excuſ. tut. per Bald. in l. ſi quando verſic. [illegible] quæritur. C. de teſti. Inno. in cle. i. ver. [illegible] quid [illegible] reſti. in inte. latiſsime & melius quā per alios per Bal. in l. ſi docueris. C. de fal. dus Ant. in c. licet, de proba. qui ponit. quid ſiendum quando incidunt tot dies feriati, quod abſorbent totum tempus delegationis & ad hoc facit c. conſultationibus de offi. deleg. & c. ſi quis incognitus. xii. q. ii. & glo. in ca. puella, xv q. i & facit quod eleganter no. Bald. in l. i. C. de iura. calum. alle. Spe. in tit. de dila. §. i. ver. ſed nunquid currit. Itē ad hoc facit quod de diebus feriatis incidentibus. not. gl. in c. placita ſecularia, xv. q. iiii. & glo. in c. ſi. de iudi. & quæ ibi ſcribunt Dominus An. & Dec. Item adde quod not. Imola poſt Bal. in l. quamdiu. ff. de ac. vel omi. hære. & Inno. in c. de cauſis in glo. i. de officio deleg.

¶ An, & quando dies termini computetur in termino, vide in l. i. ff. ſi quis cautio, & in l. ii. §. ſed ſi maritus, & ibi per Bart. ff. de liber. agno, & pe. Bal. in Leo. in §. fin. C. de app. & adde quod terminus pōteſt per iudicem prorogari, vt in Auth. vt liceat ma. & auia. [illegible] ad hæc, & per Cy. num in l. ſi C. de adulte. & in leg. petendę C. de in integrum reſtitu. & [illegible] ſcire oportet. in §. conſequens. ff. de excuſ. tuto. & de materia vide plene cap. conſuluit, de officio delegati. Anto. Francil.

e ¶ In cauſa Vide Matth. in nota. xvi. incipiē. no. ꝗ quandocunque eſt præfixa. Alex. in l. properandum, §. & ſi quidem, C. de iudi. repetentes in l. admonendi poſt Barto. ibi, verſi. quęro primo, ff. de iureiuran. & Barto. vero in cauſa, [illegible] ſæpe contingit, alias in cauſa. [illegible] Seb. Sap.

propter probabile impedimentū partis, puto ꝙ sniam ferre non potest, quia graue est in re dubia certam ferre sententiam. 11.q.3.graue. oportet ergo ꝙ aut consensu partiū fiat prorogatio ad certum tempus, iuxta c. de causis: aut causā remittat indecisam ad superiorem. de quo vide notata in d.c. de causis. & quod per Bat. in l. properandum. C. de iud.

18 † Secundo casu, quando ad petitionem alterius partis tantum, terminus fuit præfixus: tunc dixit Inno. ꝙ ad petitionem eiusdem nō differtur snia vltra tps statutum: quia sic consensisse vr, sed alteri parti non præiudicat, quin debeat habere moderatas dilationes ad probandum de iure suo: iudex tamen dēt, & cogitur dilationes iuris diminuere. In hoc enim, vr delegans gratiam fecisse impetranti secundū eum. quod no. Pro hoc facit secundum Host. quia si mandatur snia ferri intra sex vel intra octo menses, non possunt dari tot & tantę induciæ quot, & quantæ dari possunt, si cā posset durare saltem vsq; ad tps in iure ciuili scriptū, s. triennium, nam, & tunc dēt iudex dilationes restringere. Hinc

a dicit lex, ꝙ nemo pt inuito iudice, cām protelare,[a] vt in ca. properandum. & alia lex dicit, ꝙ semper dilationum mate

19 ria est amputanda. C. de temp. ap. l. 2. in prin. † Cauendum tñ est iudici, sm Inno. ne sic diminuat, ꝙ omnino ius partis pereat, quia de iure suo nullatenus, infra tam breuem dilationem docere pt. ad hoc uide bonum text. in cle. sæpe. de verb. sign. qui dicit hoc præcauendum ēt in summariis est. Et ēt de mente Inn. ꝙ pars quæ non consensit in terminū, debet habere dilationes vlteriores, quā actor qui cōsensit.

20 † Fatetur tamen, ꝙ dilationes datæ illi reo proderunt etiā actori, ut infra easdem, possit de iure suo docere, vt l. petendæ. C. de temp. in integ. nūquam tñ vltra terminum iudex procedit, nec dabit dilationes, nisi hoc procedat de cōsen-

Iudices prædicti ſuper huiuſmodi appellatione quid fiendum eſſet papam conſuluerunt. qui dominus Pa. reſpondit huiuſmodi appel. non tenere. Si vero ab aliquo iudice ſuper omni grauamine, quod in vna cauſa ſibi poſſet inferri, quamquam generalis appellatio ſit interpoſita, appellationi tamen eius ab eodem iudice eſt deferendum Ber. † Not. ꝙ reſpectu huius grauaminis poteſt quis appellare a iudice nõ reſpectu cuiuslibet grauaminis futuri in eadem cauſa, & ſic videtur hic bonus tex. ſecundum vnum intellectũ pro his, quæ dixi. ſup. eo. 10 c. ſuper eo, ut appellatio reſpectu unius articuli ſuſpendat iuriſdictionem iudicis quo ad totam cauſam appellationis volente. † Opponitur contra tex. de c. 2. ſup. eo. vbi reprobatur appellatio generalis appellatio nõ reſtricta ad certam cauſam, & dic, ꝙ principiũ huius c. concordat cum illa decre. Secunda vero pars limitat illum tex. & principium huius c. Diceres tu, quæ eſt diuerſitatis ratio, quare valet appellatio reſpectu vnius cauſę tantum, licet generaliter proponatur, & non reſpectu cuiuslibet grauaminis futuri? Sol. dico, ꝙ grauamen eſt immediata cauſa appellationis, vt in c. ſuggeſtum, ſup. eo. & inf. eo. c. vt debitus, & 2. q. 6. c. ad Romanam. Et reſpectu cuiuslibet cauſæ intentandæ in futurum non poteſt prætẽdi grauamen de præſenti. ergo nec appellatio poteſt ſic interponi, quia vbi deficit cauſa, ceſſat effectus, ut in c. cum ceſſante. inf. eo. ſed quando reſtringitur ad certam cauſam, tunc grauamen præceſſit, ſeu prætenditur de præſenti in aliquo articulo, & propter continentiam & cõnexitatem ſeu vnitatem cauſæ videtur totam cauſam quodammodo contigiſſe. nam qui aurem hominis tetigit, totum hominem tetigiſſe videtur, de pœ. diſtin. i. c. vulgaris, & l. uulgaris, ff. de fur. merito hęc appellatio admittenda eſt, & ualet reſpectu vnius cauſæ. gl. iſta[a] in fine dicit, ꝙ non, per cap. ut debitus. inf. eo. quia neceſſe eſt ſemper exprimere grauamen. Adverte, quia gl. videtur intellexiſſe tex. iſtum, quando appellatur generaliter reſpectu vnius cauſæ, nulla appellandi cã expreſſa, & ſic ſentit ꝙ expreſſo grauamine admittitur etiã iſta appellatio. Et hoc expreſſius ſentit Ioan. An. in primo intellectu, quem dat ad iſtũ tex. Dicit enim procedere aliquo grauamine illato, & appellatione expreſſa, ſecuta clauſula generali, vt moris eſt. Vel ſecundum eum intelligatur de generali interpoſita in cauſis maioribus in quibus non eſt neceſſe cauſam exprimi. inf. eo. c. vt debitus, in fi. Inno. vero primo tenuit quod gl. hic dicit, ꝙ hoc c. ſit correctum hodie in appellatione iudiciali.[b] In extraiudiciali vero dicit, ꝙ valet appellatio etiam certo grauamine non expreſſo, dummodo aliquid fiat, vel dicatur quare grauamen timeri poſſit, & grauamen poſtea ſubſequatur: aliter dicit non admittendam etiam extraiudicialem appellationem propter multas abſurditates, quæ ſequi poſſunt. † Fatetur tamẽ a futuro grauamine extraiudicium appellari poſſe ſic: Appello, ne graues me ſuper tali facto, vel ne quis moleſtet me ſuper tali poſſeſſione, etiam ſi nulla perſona exprimatur in illa. ſufficit enim quod fiat ex pluribus coniecturis. inf. eo. c. bonę, & factum ſit certum. Ego reſpectu appellationis extraiudicialis remitto ad no. inf. eod. in ca. cordi, lib. 6. in tex. & gl. in d. c. bonæ, vbi plene dicetur, & vide qđ dixi in c. cum ſit Romana. ſup. eod. † Et puto, ꝙ quo ad expreſſionem cauſæ non ſit differentia inter iudicialem appellationem & extraiudicialem per d. c. cordi, & quod ibi no. per gl. in c. conſiderauimus, de elect. licet enim grauamen non ſit ſemper exprimendum in appellatione extraiudiciali, cum poſſit appellari a futuro grauamine, vt in clemen. ſicut. inf. eo. tit. & inf. eo. c. bonæ: cauſa tamen appellandi debet exprimi per iura præallegata. vnde concludo generaliter cum gl. ꝙ appellatio iudicialis vel extraiudicialis prætextu grauaminis interpoſita, non valet, appellandi cauſa non expreſſa. † Et iſte tex. in ſecunda parte poteſt intelligi dupliciter. Primo ſecundum antiqua tempora, ſecũdum quæ non erat neceſſe exprimere cauſam. 2. q. 6. ca. ad Romanam: ſed ſatis erat, ꝙ appellatio non apparebat manifeſte fruſtratoria, ut not. in d. c. vt debitus. Secundo poteſt intelligi ſecundum hodierna tempora, vt exprimatur grauamen illatum in vno articulo, & ſubiiciatur clauſula generalis, videlicet & ab omni grauamine, quod mihi poteſt inferri in hac cauſa, ut ſentit Ioan. An. Sed puto, quod hæc dictio reſpectu cuiuslibet grauaminis in eadem cauſa non ſit neceſſaria, quia ſi non apponatur, appellatio tamen habet effectum iuriſdictionis ſuſpenſiuum reſpectu totius cauſæ, vt in c. ſi a iudice, & c. non ſolum. inf. eo. lib. 6. dixi plene. ſup. eo. in c. ſuper eo, ſicut ſuperflua eſt illa clauſula, qua hodie communiter vtuntur appellantes, dum appellant a certo grauamine, expreſſe ſubiiciunt clauſulam generalem. ſ. & aliis rationibus & cauſis ſuo loco & tempore proponendis. non enim poteſt iuſtificari appellatio ab interlocutoria, niſi ex cauſis in ea expreſſis, ut in cle. i. eo. tit. vnde hæ clauſulæ ſolent apponi ad maiorem expreſſionem: conſulo tamẽ vt practica hic tradita obſeruetur propter opin. de quibus in d. c. ſuper eo. nam D. Ant. ſequitur hic illam opi. Ioan. An. licet aliud ſenſerit in c. c. ſuper eo. † Extra gloſ. quæro de practica libellandi, cum petitur reuocatio attentatorum[c] poſt appel. Innoc. hic dicit non ſufficere dicere, peto reuocari omnia attentata poſt appe. ſed debet dicere poſt & contra appellationem, quoniam non omnia, quæ fiunt poſt appellationem, ſed illa dũtaxat, quę fiunt contra, reuocanda ſunt, ut in c. cum nobis, de elec. & c. auditis, de proc. Hoſt. dicit, ꝙ quicquid dicat Innoc. curſus iudiciorum admittit primum libellum: quia intelligitur illud, & contra & c. D. Ant. concordando dicit, quod in appellatione iudiciali procedit dictum Hoſt. in extraiudiciali vero procedit dictum Innocen. quia in extraiudiciali ſolum reuocantur attentata contra appel. ſecus in iudiciali. Pro hac differentia allego Innocen. in c. quia propter, & c. cum inter, de elec. vbi hoc tenet. Et diuerſitatis ratio eſt. quia appellatio iudicialis reſpectu vnius articuli ſuſpendit iuriſdictionem iudicis in tota cauſa, ideo quicquid iudex facit poſtmodum in illa cauſa in præiudicium appellationis, non valet, vt dixi in d. cap. ſuper eo. Sed extraiudicialis appellatio non ſuſpendit poteſtatem competentem parti: quia nõ tenetur deſiſtere a iure ſuo, niſi forte quatenus directe obuiat appellationi, & uide per eundem Innocen. in c. ad diſſoluendum, de deſp. impu. Et hoc puto procedere, cum quæritur de validitate geſtorum. Puto tamen quod libellus generaliter conceptus indiſtincte procedit, quia libellus recipit interpretationem ſecundum ſubiectam materiam, & ſemper debet interpretari in fauorem libellãtis, etiam impropriando verba, ſi expediat, ad hoc tex. cũ gloſ. no. in c. cõſtitutus, de relig. do. & in l. ſi quis intentione ambigua, ff. de iud. & quod ibi not. Bar. reuocatio tamen non fiet niſi ad limites probationis: facit quod not. in c. cum ad ſedem, de reſtitu. ſpol. † Ex his infertur ad q. nunquid attẽtata[d] poſt app. extraiudicialem ſint ipſo iure nulla? D. Ant. allegando Arch. 2. quæſt. 6. in c. quoties, dicit quod nõ: ſed veniunt retractanda: ſed innouata poſt appellationem iudicialem ſunt irrita. ſi cauſa appel. eſt expreſſa, alias ſunt retractanda. Sed certe hoc dictum non eſt verum, nec Arch. ita loquitur, & contra hoc dictum aperte eſt tex. in c. ad audientiam, & c. dilecti. inf. eod. vbi excõmunicatio lata poſt appel. extraiudicialem eſt nulla, ad idem c. cum parati, ſtatim ſequens iuncta glo. in ver. obtentu appellationis. infra eod. Nec video rationem diuerſitatis, vtrum cauſa appellãdi ſit iure expreſſa, uel non. Illud enim requiritur, quando eſt adiecta clauſula, appellatione remota, ut in ca. paſtoralis. inf. eo. Ideo concludendo materiam dico ſic, ꝙ aut quæritur de innouatione poſt appel. iudicialem, aut poſt extraiud. Primo caſu, ſi appellatio eſt legitima, puta ex grauamine

ADDITIONES.

a ¶ Gl. iſta. Vide Ro. deci. alias inci. item ſi appelletur, in tit. de app. in antiquis, eo. tit. Decium in conſi. ... inci. item ſi appelletur, in nouiſſimis. Alexan. in conſi. lxxx. inci. u ſo, c. ... vi in 1. uol.

b ¶ Iudiciali. An in iudicialibus poſſit appellari a grauamine futuro, uide per Ant. in v. col. de teſti. & in c. bonæ in 11. col. uer. op. ꝙ ualet. inf. eod.
¶ Adde Ang. conſi. xciii. & Pau. de Caſt. conſi. xxiii. in primum impreſſis.
¶ Adde, an in appellatione extraiudiciali ſit exprimenda cauſa, D. de Ro. deciſ. ſuis in antiquis ho. eo. tit.

c ¶ Attentatorum. Qualiter debeat formari libellus ſuper attentatis appellatione pendente, uide per D. Ant. poſt Inno. & Hoſt. in c. dilecti. ii. inf. eo. per Arch. ii. q. vi. c. ei qui ſ. ſunt etiam quorum, & ſ. ſi. ubi dicit quod cautum eſt propter euitandas ... difficultates, quod appellans ſeruet conſilium datum per Hoſt. in d. c. dilecti uidelicet quod dicat peto retractari quicquid poſt & contra app. in meum præiudicium attentatum eſt & vide omnino quod ... ſcripſit D. Ant. in c. cum nobis ol ... & ... colum. de elect. & uide quod ipſe not. in c. per tuas in ... col. uer. ex his decidatur, inf. eo. & quod de hoc no. in c. dilecta, in ... col. de exc.
¶ Attentatorum. Vide Soc. in con. xlv. inc. uiſa appellatione, col. ii. in i. parte. & ibi ponit quomodo differant appellatio iudicialis & extraiudicialis circa reuocationem attentatorum. S. b. ap.

d Attentata. Vide Bal. in conſi. cxiii. in ... i. proponitur. in ... parte. Old. in cõſ. ce. inci. orta materia. Car. in conſ. cl ... ſu. ... col. iii. in fi. & hæc declara & reſtringe, ut per Iaſ. in l. ... col. ii. C. de bo. poſ. ſecun. ... tab. Se. Sa.

mine interposito, omnia sunt nulla postmodum innouata, & reuocabuntur per viam attentati, vide tex. not. cum gl. plenissime in cap. non solum, eod. titu. lib. 6. Secundo casu, quando post appella. extraiudicialem, si appellatio fuit interposita a iudice, non ualet quicquid facit iudex contra appel. ut in d. c. ad audientiam, & d. ca. dilecti. Si uero non fuit appellatum a iudice, sed a parte, & tunc si appellatio fuit interposita ex causa probabili & verisimili, actus postea secutus est nullus, ad hoc c. i. sup. eo. secundum lectur. quam ibi dedi. Nã ibi archiepiscopus procedebat, ut pars in collatione beneficiorum, ad idem inf. eo. c. bonę, & dic latius ut ibi dicetur de effectu istius appel. extraiudicialis, vide etiam per D. Anto. in d. c. dilecti. inf. eo. vbi ex tex. illo colligit, quod attentatum post appellationem extraiudicialem est ipso iure nullum: quinimo appellatur non ut a parte, sed ut a iudice. Et sic dixit limitandum. quod not. in c. considerauimus, de elect. sed distingue causam appellandi, vt sup. dixi.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus repellitur tam a petitione iudiciali, quam extraiudiciali.*

2 *Excommunicationem alterius potest etiam tertius denunciare, & excipere.*

3 *Legatus principis secularis potest esse etiam prelatus, vel episcopus.*

4 *Nuncius vel alius creditur non solum si asserant se aliquem citasse, sed si asserant aliqua, que sunt vicina & proxima ipsi citationi. nu. 12.*

5 *Praesentiam sui facere dicitur ille, qui exhibet praesentiam suam corporalem, non autem per nuncium, vel epistolam.*

6 *Citatio sine termino valet, & citatus debet comparere quam citius poterit.*

Citatus si ex impedimento non comparet in termino, debet comparere, quam citius poterit.

7 *Citatus si est in legatione, vel alia expeditione, an dicatur legitime impeditus, abeo quod debeat potius parere illi, a quo habet legationem, quam citanti.*

Legatus Papae est tanquam Papa.

8 *Clericus siue alicuius prelatus si citetur a duobus superioribus vno ecclesiastico & alio temporali, cui debet potius parere.*

9 *Obligatio iurata quaesita alteri non potest etiam per Papam tolli.*

10 *Papa non est obediendum, quando ex tali obedientia verisimiliter timetur scandalum, vel aliquod malum futurum, vel si precipit contra statutum vniuersalis ecclesię.*

11 *Papa in dubio praesumitur moueri ex iusta causa.*

12 *Cui magis credatur nuncio, vel parti, vel nuncio, vel notario, & quanta fides adhibeatur istis nunciis.*

13 *Confessio facta calore iracundiae non valet, nisi data perseuerantia.*

14 *Excommunicatio fulminata post appellationem etiam extraiudicialem, non valet. 15.*

15 *Appellatio interposita in absentia iudicis an valeat.*

16 *Obedire tenetur subditus superiori, licet ipse ob hoc appellauerit friuole.*

CAP. XI.

CVm parati. Pretextu appellationis nõ debet subditus contemnere ordinarium, ita communiter summatur. sed certe hæc summatio est nimis generalis, & de tuhilo seruit per c. ut debitus. inf. eod. summa ergo sic. Appellatio friuola non excusat inferiorem, quominus teneatur obedire superiori, ut de contemptu puniatur, nisi innocentiam suam aliter purget, & est casus ualde no. in eo, q̃ dixit istum puniẽdum. Diuiditur. nam primo ponit, quod opponebat Cardinalis contra episcopum. Secundo excusationem episcopi, ibi: Cumque. Tertio responsionem ad illam, ibi: Cardinalis. Quarto citationẽ episcopi, ibi: Nos vero. Casus literalis. Episcopus Zamoren. quasdã petitiones per nũcium suum fecit coram domino papa proponi, quas cum paratus esset admittere. I. Diaconus Card. olim in Hispania legatus proposuit contra ipsum, q̃ cum ad synodum suam eum vocasset, ad eius vocationem contẽpsit accedere, p̃p̃ quod ipsum excõicauit, & sic excommunicatus se fecit in ep̃m consecrari. Cumque I. canonicus Sãcti Iacobi pro ipso ep̃o firmiter assereret, q̃ erat tunc in legatione regis, & iõ ad ipsum venire non potuit; Cardinalis allegauit econtra, q̃ nuncius suus inuenit eum in Salamantina ecclesia, & non in legatione regis. Iterum nuncius ep̃i allegauit, q̃ ab ipso Cardinali appellauerat ante sñiam latã. Papa vero his intellectis considerato, q̃ prætextu appellationis non debuit contemnere ad vocationem legati venire, præcepit eidem ep̃o, quatenus vel in persona propria, vel per nuncios idoneos apostolico conspectui se præsentet, suam si poterit innocentiam ostensurus. Ber. 1 † No. primo excommunicatum repellendum nõ solum ab eo quod petit in iudicio, vt in c. intelleximus, de iud. sed etiã ab eo, 2 quod petit extraiudicium, facit c. pia, de exce. lib. 6. † No. secundo, q̃ etiam tertius potest excipere & denunciare excõmunicationem alterius, maxime si fuit excommunicator, 3 licet officium suum sit finitum, vt hic. † No. tertio, q̃ p̃latus etiam episcopus licite acceptat legationem principis sęcularis: & vide bonum tex. iuncta gl. in c. si episcopus. 18. dis. Idem videtur dicendum in delegatione, vt in c. in archie- 4 piscopatu, de rapto. aliquid tetigi in c. 2. de iud. † Not. quarto tex. valde no. q̃ nuncio creditur non solum super nuda citatione. sed etiam super his, quæ sunt vicina & proxima citationi, ut quia reperit citatum in certo loco, ut inf. latius 5 dicam. Idem not. † q̃ quis exhibet præsentiam suam per se vel per nuncium seu per procuratorem, & sic communiter notant hic Doct. allegantes c. episcopus. 18. dist. Ego dico, q̃ secundum propriam significationem vocabuli, ille dicitur se præsentare, qui exhibet præsentiam suam corporalem, hoc patet ex etymologia vocabuli, ad quod vide bon. gl. quam no. in cle. dudum, de sepul. in ver. præsentari: facit quod legi. & no. in ca. ea noscitur, de his, quæ fi. a præla. Et hoc bene notabis pro statutis & aliis dispositionib. requirentibus præsentiam alicuius ad certum actum. & iste tex. potest adduci ad hanc sentẽtiam: quia papa hoc expressit, vt possit se præsentare per nũcios: secus ergo si non expressisset: uide tamen pro primo d. tex. qui melius facit in c. pe. de iu. cal. sed illud procedit p̃p̃ subiectam materiam, & dic 6 vt ibi. † Vltimo nota vnum, ad quod quotidie solet allegari iste tex. & nunquam obliuioni tradas, q̃ citatio sine termi- a no[a] valet & debet comparere citatus, quam citius potest, cum quodam tamen temperamento. non enim tenetur illico currere. Pro hoc l. quod dicimus, & l. ratum, ff. de sol. & uide Innoc. in c. si. qui ma. accus. pos. vbi dicit idem esse in citatione generali, vt valeat sine termino non prędicto, q̃ not. Ad idem facit c. cum dilectus, de dolo & contuma. vbi dicitur, q̃ non valens comparere in termino præfixo debet comparere postmodum, quam citius potest. Ecce ergo, q̃ secunda citatio remanet ibi sine termino, & vide q̃d ibi dixi, & hoc tenent communiter canonistę. vide Spe. in tit. de cita. §. sequitur, versic. quid si non præfixi. vbi tenet quod sup. dixi, licet Cyn. aliter senserit in l. fi. C. de fer. sed tene primum. pro quo vltra prædicta facit c. cupientes. i. re- 7 spon. de elect. lib. 6. † Quęro præsupposito, q̃ iste episcopus fuisset tempore citationis legati in legatione regia, an ex hoc fuisset excusatus? sol. glo. 2. primo arguit q̃ sic. secundo arguit in contrarium. tertio soluendo distinguit, q̃ si mandatum regis præuenit mandatum cuiusq; prælati citra papam, obtemperandum est regi, dummodo ab ipso teneat regalia: secus si a papa vocatur, vel a legato ipsius, qui tenet vicem papæ. No. ex hoc vltimo, legato obediendum tanquam papæ, facit quod leg. & no. in c. fi. 93. distinc. Sed aduerte, quia glo. videtur contra istum tex. nam si legatio regia non excusasset episcopum a comparendo coram legato, frustra fuissent hic allegatũ, q̃ nõ erat in legatione regis. Item

ADDITIO.

a ¶Sine termino. Et idem dicit Bal. in l. sub hac conditione, ff. de cond. & demon. & idem clarius dicit Angel. in l. ut perfectius, C. de anna. exce. dicens ita tenere Spec. in tit. de cita. & de hoc uide etiam per Rom. in l. si ea lege [illegible] causa, ff. de verborum oblig. ubi dicit quod in citatione extraiudiciali nõ requiritur dies. & ad ho. dicit esse gl. fi. in ver. [illegible] in cle. [illegible] de heret. Sed illa gl. iudicio meo non probat hoc, si referatur ad tex. quia loquitur, quando citatio extraiudicialiter est praefixus certus terminus a iure, quo casu hoc fatetur quod ualeret & ita intelligitur illa gl. & etiam probat [illegible] [illegible] propositum dicens quod licet in citatione non apponatur hora, tamen intelligitur quod citatus debeat comparere hora conuenienti, secundum Innoc. in c. cum nonnullis, de [illegible] quem refert & sequitur Bal. in c. [illegible] col. uers. quaero [illegible] de [illegible] qui conuenit & proprie Inno. in d. c. cum nobis loquitur de citatione extraiudiciali. & vide circa praedicta & ad ea quae ponit hic D. Ant. plenissime Ro. in repe. [illegible] ff. de [illegible] vi. col. & copiose & eleganter in l. 1. § nunciatio, ff. de oper. nou. nunc. in nouiter impressis, in v. col. Adde an citatio generalis arctet, Rom. consi. cclxix.

¶Sine termino. Vide Fel. concludentem quod communiter tenetur talem citationem ualere, in c. consuluit, col. [illegible] ver. no. tex. ibi ea hora sup. de offi. de. [illegible] vide And. Sic in consi. [illegible] col. xv. in i. uolu. & in consil. [illegible] col. xii. in [illegible] uolu. Fel. in c. quia [illegible] licente, in 1. col. sup. de [illegible]

Item papa in citatione dicit, ꝙ obtentu appellationis non decuit contemnere legatum: ſecus ergo obtentu legationis. nam ſi legatio non excuſaſſet eum, papa illam cauſam confutaſſet, ſicut fecit in appel. † Not. tamen glo. in alio, in eo, quod ſentit ꝙ clericus non obtinens regalia, id eſt bona feudalia a principe ſeculari, non debet prætextu uocationis principis reſiſtere mandato ſuperioris ſui: quia clericus quantuncunque ſimplex, maxime ſi eſt ſacerdos, nõ ſubiicitur in aliquo iudici ſeculari, ut in c. cum non ab homine, de iud. imo dignitas ſacerdotalis excedit omnem dignitatem ſecularem. 96. diſt. c. duo ſunt. Et quo ad materiã gloſ. dicit Inno. quod ſi archiepiſcopus uocat epiſcopum, vel alium prælatum ad Concilium, vel ad cauſam, & rex ante vel poſt vocauit eundem, licite poteſt prætermittere mandatum archiepiſcopi, & ire ad regem, cui honor eſt deferendus per iura, quæ primo allegat gl. quod intelligit Hoſtien. de tenente regalia. Sed ſi archiepiſcopus præcepit, non obſtante uocatione regia debet coram eo comparere, quia magis eſt obediendum ſpiritui, quam corpori, & vinculum ſpirituale eſt fortius, quam carnale. De papa dicit, ꝙ ſibi ſemper eſt obtemperandum relictis omnib. dummodo non præcipiat aliquid contra Deum. Et tamen dicit Innocen. quod vocatus a diuerſis debet multa reuoluere. debet enim conſiderare, an vocantes ſint pares, & quis primo vocauit. Item quis eſt in maiori neceſſitate, argum. in l. ſi quis in graui. §. ſi cum omnes, ff. ad Sylle. & l. contra pupillum, de re iud. Ego arbitror, ꝙ præmiſſa dicta Innoc. & Hoſtien. non ſunt indiſtincte uera. Quid enim ſi prælatus ratione feudi aſtringitur ad aliquod ſeruitium temporale, & perſonale, & vrgente cauſa vocatur a domino ſeculari, ſuperior autem eccleſiaſticus reuocat pro modica cauſa? non puto, quod quantuncunque iſte hoc intendat, teneatur prætermittere citationem principis. ſatis enim eſt, quod data paritate in reliquis præferatur ſuperior eccleſiaſticus, ſecus, vbi cætera non ſunt paria, ut quia ille ſecularis primo uocauit, & eſt in maiori neceſſitate conſtitutus. vnde uide in ſimili Innocen. in c. cum iam dudum, de præben. vbi tractat de eo, qui vocabatur eodem tẽpore a duobus ſuperioribus [a] eccleſiaſticis. Idem forte poſſet dici in papa, ut ſine cauſa non poſſit impedire, quominus ille prælatus teneatur obedire principi ſeculari, ſecundum iuramentum ſuum occaſione feudi præſtitum. Non enim poteſt papa tollere obligationem iuramentalem quæſitã laico, ad hoc cle. paſtoralis, de re iudic. & dictum Innocen. in c. cum inter P. de renunc. † Et adde ſin. dictum eiuſdem in c. inquiſitioni, de ſenten. excom. vbi dicit non eſſe obediẽdum [b] papæ, ſi ex eius mandato veriſimiliter timetur ſcandalum, uel aliquod malum futurum. Item ſi præcepit contra ſtatutum vniuerſalis eccleſiæ ſine cauſa manifeſta, ut not. idem Innocen. in c. quanto, de conſuc. † Fatendum tamen eſt, quod in dubio debet citatus obedire papæ, quia præſumendum eſt eum moueri cum cauſa iuſta. not. in ca. quæ in eccleſiarum, de conſti. & per legiſtas in l. ii. C. ſi contra ius vel vti. pub. Ponderet ergo citatus omnes circunſtãtias, & ea quæ dixi ſupra poſt Innoc. & ſecundum illa obediat uni, vel alteri. vbi autem prælatus non teneret temporalia a rege, dicit Hoſtien. ſemper obediendum ſuperiori eccleſiaſtico. † Quæro etiam & reuoco in dubium, an nuncio ſit credendum? Sol. gl. a. primo inducit in ar. iſtum tex. ꝙ ſic. Opp. in contrarium de c. prudentiam, de offic. deleg. vbi videtur requiri litera citatoria vltra nuncium. Demũ concludit, ꝙ nuncio publico, & iurato eſt credendum circa citationes, in aliis ſecus, quaſi ſentiat gl. ꝙ ubi non eſſet nuncius publicus, tunc requiritur, ꝙ ſit literatorie deſtinatus, & ſic poteſt intelligi dictum cap. prudentiam. Idem, ꝙ iſta ſentit glo. in c. propoſuiſti. 82. diſtin. & 4. quæſt. 4. c. placuit, §. item in criminali. Hoſtien. dicit ꝙ bonus iudex arbitrabitur, cui magis ſit credendum, an parti, vel nuncio habito reſpectu ad cauſæ quantitatem & perſonarum qualitatem. Quid enim ſi nuncius dixit ſe citaſſe epiſcopum, & epiſcopus iurat ſe nunquam ab illo citatum, credemus ne potius nuncio vili perſonæ, quam epiſcopo cum iuramento? maxime quia poſtmodum tanquam contumax nõ poſſet appellare, & de hoc per Spec. & Ioan. An. in tit. de cita. §. ſequitur, ver. ſed nunquid crederetur. Et ut habeatur materia [c] collecta, tria ſunt videnda. nam quandoque eſt contentio inter partem & nuncium, quandoque inter nuncium & notarium, quia nuncius negat ſe retuliſſe, & notarius ſcripſit. quandoque eſt contentio inter partem & nuncium non ſuper nuda citatione, ſed ſuper verbis prolatis a citato. Primo caſu concludit Ioan. And. poſt multa in loco præalleg. quod ſecundum qualitates perſonarum, & quantitatem præiudicii iudex arbitrabitur. Nam quandoque potius creditur ſimplici aſſertioni partis, quam verbo nũcii, ut puta quia nuncius eſt uilis perſona, & pars eſt in dignitate conſtituta & laudabilis uitæ. quandoque exiget iuramentum contra aſſertionem nuncii: quandoque plenam probationem, quod hæc dicta communiter tenentur, & ſunt multum æqua, & facit a contrario, c. ad audientiam, de præſcri. Secundo caſu principali uide Cy. in l. ſi quis decurio, C. de fal. & Ioan. And. in Specul. titul. de inſtrumen. edi. §. reſtat, verſicul. quid ſi unus. Et communis concluſio eſt hæc, ut inſpecta qualitate notarii & nuncii iudex arbitretur, cui magis ſit credendum. nam ſi notarius eſt ſuſpectus ex antea geſtis, & contra notarium eſt aſſertio nuncii non credetur notario, ſed ceſſante præſumptione, contra notarium, magis credetur ſcripturæ ipſius notarii, quam nuncio, alleg. tex. optim. in cap. quoniam contra falſam, de prob. vbi plus creditur notario ſcribenti actu ſeu ſcripturæ ipſius notarii, quam iudici. In tertio membro dicit Io. And. in Spec. in titu. de cita. §. i. in princip. non eſſe credendum nuncio, ſi dicat citatum dixiſſe ſe non venturum, uel quod citatus intulit ſibi iniuriam, & not. bene hoc ultimum dictum. Mouetur, quia nuncio non creditur niſi circa officium ſuum, quod uerſatur circa citationem, & relationem citationis, nõ ergo eſt ſibi credendum in aliis. Nec poteſt dici, quod fuit annexa citationi, quia citatio ualet & eſt perfecta quantuncunque citatus nihil dixerit. Et ita ſimpliciter tranſit hic Do. Anto. ſed tu uide tex.

ADDITIONES.

a ¶Duobus ſuperioribus. Adde Roma. conſi. xlviii. vbi ponit de confœderato cum rege Angliæ & Franciæ, cui magis parere debeat.

b ¶Obediendum. Quod non ſit papæ obediendum, vbi imminet peccatum, tenet Fel. in c. ſi quando, col. [illegible] de reſcr. Abb. in c. cum teneamur. inf. de præben. & F. ly. in c. accepimus, col. i. de fide inſtrum. Seb. sap.

c ¶Materia. Vide de hac materia Fely. in c. i. colum. vi. verſ. quarta concluſio, ſup. de offic. iud. & in c. propoſuiſti, in ver. i. concluſio, ſup. de prob. & an vilis perſona poſſit eſſe nuncius tradit idem Fely. in ca. prudentiam, col. ſi. in verſ. [illegible] in uerbo literatoriæ, ſup. de off. deleg. uide ad hanc materia Alex. in conſ. ii inci. conſideratis his, in iii. vol.

¶Materia. An credatur nuncio dicenti ſe citaſſe, de hoc per Archid. in c. venerabilibus. [illegible] idem eſt, de ſenten. excom. in vi. & uide omnino de hoc per Ang. in repe. l. ſi vacantia, in i. chur. C. de bo. va. li. x. Et adde quod quando creditur nuncio de citatione, ſtatur eius dicto ſine iuramento, quia cum a principio quilibet qui creatur nuncius, iuret, quod fideliter exercebit ſuũ officium, poſtea eius relationi ſtatur ſine iuramento ſecundum Bal. in l. ii. circa prin. C. de ipoc. Et ſcias, quod ſi nuncius retulit ſe citaſſe extra territorium, quem non citauit, non poteſt puniri niſi in loco reatuum. h. d. & Bal. in l. nullum. in ſi. C. de te. [illegible] & adde, quod in relatione, quam facit ipſe nuncius, non eſt neceſſaria præſentia partium ſecundum ipſum Bal. in l. in minorum, in ii. colum. C. in qui. cau. reſti. in integ. non eſt neceſ. & optime facit quod no. Io. An. in c. veniens, el i. in prin. in iii. colum. de teſta. Item ſcias quod quando iudex commiſit parti poteſtatem citandi alteram partẽ, tunc non ſtatur uerbo citantis hoc dixit etiam ipſe Bal. in l. ſi ut proponis, col. ii. circa fin. C. quomodo & quando iu. Item adde, quod nuncius impeditus non poteſt facere relationem per alium, ſed iudex debet mittere ad eũ aliquem, qui ſuſcipiat relationem, ita ſin. dicit idem Bald. in c. cum dilectis, in ſi. iiii. colum. ſup. de do. & contu. ubi et plene examinat an nuncius poſſit explicare relationem per alium, de quo ultimo etiam uide per Bal. in l. ſi procuratorem. §. ſi quis iam iuuerit, ff. mand. & in c. ſi. in pe. colum. de do. & contu. Item adde quod nuncius non poteſt aliquem capere perſonaliter, niſi ſpecialiter habeat commiſſionem iudicis, de qua conſtet per publicam ſcripturam vel authenticum inſtrumentum ita dicit idem Bal. in l. conſentaneum, in ii. col. C. quomodo & quando iu. uide Bal. in conſi. ſuo inci. Guidotinus quidam, ubi ponit qualiter puniri debeat fieri faciens falſam relationem. Qualiter autem puniatur nuncius publicus, qui retulit falſum, vide Bal. in c. ſi. in ii. colum. de dol. & contu. qui ad hoc alle. Io. in auth. de armis. Et utrum nuncius poſſit facere ſuam relationem die feriato, dicit idẽ Bal. quod non in d. l. minorum in i. colum. in uer. ſed hoc eſt dubitandum, ſed contrarium tenet Iac. But. in l. dies feſtos, C. de fer. Sed Bal. ibi dicit tutius eſſe, quod ipſa relatio fiat die iuridica. Item adde, quod quando iudex in cauſa elegit nuncium, non poteſt amplius ipſum mutare, ita dicit Paul. Caſt. in l. teſtamenta C. de teſta. & dicit quod Bal. ad hoc ſemper conſueuerat alle. [illegible] in l. in fraudem, §. quoties, in uerſ. ea quæ manu commentarieſis, ff. de iur. fiſci. Item adde quod ſtatur relationi nuncii, an potuerit citandi habere copiam, probatus ſecundum Bal. in l. properandum. §. ſi quidem. circa medium, per illum tex. C. de iud. Et ſi nuncius dicat ſe citaſſe unum, & ille neget, cui magis credi debeat, uide omnino per Bald. in l. i. §. ſi quis neget in iii colum. ſi quemad. teſta. aper. Adde, an credatur nuncio iurato, Pau. de Caſt. conſil. cclxxv. in primo impreſſis. Roman. conſil. cccclıııı. & Franc. de Are. conſ. xxxııı.

a tex.sin.cum gl.in c.venerabilibus. a §.secus, de sen.excom. lib.vi.vbi dicitur, quod si in iudicio citatus per iudicem dicit se non compariturum, tunc contumacia sua est notoria: secus ergo, si extra iudicium.b. d. & vide gloss. ibi quæ hoc firmat, & eam sequitur Bar.in l.ex consensu, in fin.ff. eod. vbi plus sentit, s.quod si in actu requiritur trina citatio, & citatus dixit nuncio se nolle comparere, quod debet iterũ ac tertio citari, quasi illa responsio non præiudicet. Sed in contrarium uide Inn.in ca. ad petitionẽ, de accu.vbi dicit oppositum eius, quod tenet Bar. ut non sit necesse hoc casu geminare citationem. Idem reperio etiam sequi Do.de Ro.deci.260. Idem sentit glos.in l.si.ff.de restitu.in integr. Ego hæc dicta sic concordarem, quod si in iudicio dixit quis se nolle cõparere in termino, poterit iudex incontinenti contra eum tanquam contra contumacem procedere, & hoc casu loquitur tex.in d.§. secus, & uide not.dictum Inn. in ca. Cumana, de elect.in additione. Aut extra iudicium dixit nuncio se nolle cõparere, & tunc credo expectandũ lapsum termini: quia assertio nuncii non facit plenã probationem per supradicta, tum quia confessio extra iudicialis non debet præiudicare respectu criminis contumaciæ, ma-

13 xime quia potuit hoc dixisse ex iracundia. † Et confessio

b facta calore iracundiæ b, non tenet, nisi in ea detur perseuerantia, ut est glo.not.in c.ex literis, de diuot. Sed si in termino non comparuit, tunc quia insurgunt duæ præsumptiones contra absentem una quæ nititur ex contumacia sua, vt est tex. no.in c.nullus, de præsum. Alia quę iam orta est ex relatione nuncii, tunc istæ duæ pręsumptiones simul iunctæ operantur, ut ille amplius non citetur, quia satis liquet illum nolle comparere, & citationes geminantur solum, ut appareat de voluntate citati, ut no.Inn.in c.ad petitionem, de accu.& quod dictum nũc faciat in hoc aliqualem fidem, adduco tex.expressum hic contra opi.Io.And. & aliorum, hic enim allegabatur dictum nuncii, quod fuerat iste repertus in ecclesia Salamannna, & non in legatione regis, & tamen hoc non est de necessario comitantibus citationem, sed est actus propinquus citationi. Et per hoc

14 possunt ad concordiam reduci opiniones contrariæ. † Gl. in uer.obtentu.in sui prin.est facilis, postea opponit, videtur enim quod excommunicatio ista non debuit tenere, quia præcessit appellatio, quam cardinalis nõ ignorauit. ad hoc sup.eo.c.si duobus, & inf.de sen.excom.c.per tuas.Sol. gl. quod hic non constabat istum episcopum appellasse saltẽ ex legitima causa, & in dubio magis debuit credi cardinali, & nuncio suo, quam isti episcopo alleganti. Item fuit in culpa, quia saltem debuit ire & allegare priuilegium suũ,

15 seu causam quare comparere non poterat. † Not.plura ex hac glo.primo probat apertissime iuncto tex.quod excommunicatio lata post appellationem extraiudicialem legitimam est ipso iure nulla, & actus gestus a iudice post appellationem extraiudicialem nõ valet. si.enim appellatio hic fuisset ltĩma, non valuisset excommunicatio, ut in glõ.

16 & hanc glo.allegaui.sup.c.proxi.vbi vide. † Secundo colligitur ex gl. quod appellatio interposita in absentia iudicis si est alias legitima, & tenet & valet, & suspendit iurisdictionem iudicis in illa causa. Nam ista appellatio fuerat interposita in absentia legati, ut colligitur ex tex.Sed aduerte, quia tex.uidetur requirere, quod iudex appellationem non ignorat, & facit quod no. Archi.in c. appellatio.inf.e. lib.6.Ego uero non credo requiri scientiam iudicis, sed dicerem, quod parti appellanti non potest imputari, quare hoc deduxit in notitiam iudicis, & tunc talis appellatio nõ tuetur appellantem. Aut non est quid imputetur parti, ut quia citationem recepit longe agens, & timuit excommunicationem verisimiliter futuram, nec poterat intra tẽpus habere copiam iudicis, a quo, vel ad quẽ, & tunc talis ap. facta in præsentia bonorum virorum defendit appellantẽ ut non teneant gesta per iudicem contra eum, ad hoc not. dictum Inn.sup.e.c.dilectus, in uersic.si de appellatione innotuerit &c.cuius dicta distingue per sup. dicta. & uide quod latius in hoc dixi.sup.eo.c.suggestum. Non ob.prædictis. c.si duob. ubi ponderatur ignorantia iudicis, quia non loquitur ibi de iudice a quo, sed de iudice ad quem, cuius iurisdictio non erat adhuc suspensa, sed secus in casu nostro. Vlt.opp.videtur enim quod papa non debuit istum episcopum citare, ut veniret ad curiam, quia cardinalis opposuit de excommunicatione per uiam excep.quæ habuit effectum suum eo ipso. quod Papa noluit admittere illius episcopi petitiones, ut in c.2.de or.cog.Sol.gl. fin.quod cardinalis, non simpliciter excepit: imo denunciauit domino Papæ contumaciam suam & excommunicationem &c. ut in gl. Et no.in hoc glo.ex qua collige, quod plus operatur denũciatio, quam exceptio.nam exceptio solum operatur effectum repulsiuum: denunciatio vero effectum etiã procedenti contra denunciatum vel dic extra gl.quod papa hic inchoauit nouum processum audita contumacia & excõmunicatione illius, pro hoc quod no.Ioan.And.in c.man

17 datum, de rescrip. Vltimo no.ex fi.gl.iuncto text.in eo.† quod dixi in summario, quod contemnens adire superiorem seu obedire prætextu appellationis friuolæ, puniendus est.secus dic, vbi non contempsit obedire, sed appellauit a sñia. licet enim denuncietur appellatio iniusta non per hoc punietur. Sic intellige quæ dixi in c.ad nostram.sup.eo.& sic tempera gl.in l.i.ff.a qui.appe. non licet. vbi dicitur, quod de iure canonico non punitur temere appellãs, de quo vide in ca. ut debitus.inf.e. vbi latius hoc examinabo. Hinc vsque.ad fi.libri non recitabo gl.per quæstiones & oppositiones, vt hactenus feci, tum vt euitem prolixitatem, cum huius secundæ partis volumen sit nimis magnum, tum quia alias satis copiose in scholis hunc titulum legi. vnde illius, reportationibus decreui esse contentus, & si quid deerit, in additionibus supplebo.

ADDITIONES.

a ¶V.nera alib.Et ibi de hoc, s.an credatur nuncio referenti de verbis citati.ri cepit Do.& ad .e circ. prę ista quod si . itatus est contumax iudex non potest puni e e us contumacia iam ante c'ationem nunti de contuma. sic.n.sũ Bar.in l.n finita, §.Iulianus, de dã.infec.& vide Bar.in l.ap d Iulia.ff.ex quibus cau.in pos.ea.& se .uitur ibi Ange dicens quod vidit ita plures practicari. Item an fietur dicto publici nuncii deponentis super f cto alieno, puta si dicat factum homicidium a tali, vide Bar.in l i.§.c. ra carnis in fi.ff.de nss.p & sec.vrb. Item an negatiua probetur per discussionem nunciorum vide per Bar.in l.hoc iure in fi ff.de verb obli vbi vide omnino late D.Alex. Item adde, quod stat .s relationi nuntiorum qui dicunt, quod discussione facta nihil repertum est in bonis debitor s se undum Ange.in auth. hoc si debitor, C.de pig.& Barto. i l.a diuo i 10.§.in venditione, ff.de re iud.sit an iudex debeat cre ere relationi nuntii. vide omnino late Sal.in l absentem, C.de accu.Itẽ adde hic quod pul hre scribit Lap in alle.xiiii.& vide Bal.in l.i in apo.ff.de fer.& omnino quod no. Bar in l.diuus.ii.post med.ff.de cust reo.& vide et Bal.in l.ii.in apo.in eo.tit.de fer. Item an pars teneatur credere. nuncio citanti & dicenti se habere commissionem, nisi ostendat, vide latiss. per Imol.in l.ex consensu, §.cum qui.ff d ap. & per Domin .in d c venerabilibus, §.secus, de sent.excomm. l.vi. & an aliquo casu possit citari si e commissione iudicis, vide omnino per Bal. in l.cum clerici, C.de episco.& cler.& D.Ant. in quodam con l. incip. Iesu Christi & matris eius.vbi dicit quod ex hoc quod non apparet de commissione iudicis.non redditur citatio nulla.adde Bal.in l.eadem ratione, ff.de fer. Item adde quod in curia Romana sufficit quod fiat citatio per cursorem papalem.licet non fiat per nuntium propriũ, vt concludunt Do.de Ro.dec .cccxx in ordi e meo nouis.

¶Adde an credatur nuncio de executione Roma.consil.clxiii.

b ¶Calore iracundiæ Adde Lud.Ro.sing.suo ex.inc. volo commentari.l quicquid, et. ca modum, vbi al.e.g .per istum alleg pro fugu. ad quod p.s eum hic allegatur & dicit in apostil.ad istum in c.a. si clerici.nu.av.in ver. calore iracundiæ.s.de iud. Zach.

S V M M A R I V M.

1 *Appellari potest a promissione iurata, quãdo promittentes ex hoc grauaretur: alias secus.num 3.*

2 *Excommunicatus quando absoluitur, iurare debet de parendo mandatis ecclesiæ, vel iudicis.*

4 *Arripiens iter ad principem.censetur, prosequi appellationem.*

5 *Iuramentum generaliter præstitum debet intelligi ciuiliter, & restringi ad causam honestam & verisimiliter excogitatam.*

6 *Terminus est dandus seu moderandus secundum locorum distantiam & personarum qualitatem.*

CAP. XX.

a

1 AD hæc. a † Qui iurauit stare mandato ecclesię, non auditur appellans cõtra iuramentum, si tamẽ de facto grauatur, appellare poterit. h.d. cum seq. Vel summa compendiosius sic. Si mandatum factum ei, qui iurauit stare iudicio ecclesiæ, excedit limites iuramenti, & licitę promissionis appellare poterit; alias secunda pars, ibi. Id tua. Casus

ADDITIO.

a ¶Ad hæc Vide, quod per istũ tex.dicit gl.sing in c. quod bene.xi.q.iii.quod qui iurat stare iuxta vel parere mandato alicuius, põt appellare, non obstante tali promissione vel obligatione, & sic habe vnum no.vltra Pan hic, ex quo infertur sing quod licet alias etiã ante sniam, possit per pactum renunciare app.vt est tex.in l.si.an fi.C.de temp.ap & in l.i.in, fi.ff.a quib.ap.non licet, tamen istud procedit quando expresse & specifice renuntiat app. secus si simpliciter puta.quia promittit cum iuramẽto stare & parere sniæ iudicis, tũc enim ex hoc non .itelligitur renũtiare appellationi, vt hic tex in d.gl. & per gl.in ca prox.in prin.& tenet Bar.in l.si conuenerit, in fi.ff.de re iud.

¶Adde, an appellationi possit renunciare cũ iuramẽto Ange.consil.clxxvii. & an quis possit absolui ad cautelam absque iuramento per Oldra cõs.xiii.

sus literalis. Aliqui iurant, quod stabunt iudicio ecclesiæ, & postea appellant. quæsitum fuit quid agendū sit de istis Rń. papa, quod iudex debet compellere eos, ut obseruent iuramentum suum vel quod intra 40. dies post appellatio-
1 nem suam iter arripiant ad eam prosequendam. Ber. † No. primo ex tex. quod is, q ab excōmunicatione absoluitur, præstat iuramentum de stando iudicio ecclesiæ. quandoq; iurat obedire mandatis iudicis, ut ca. ex tenore, de sen. excom. In effectu tamen non est differentia inter istas duas
2 formas [a] iurandi, quia in qualibet intelligitur de mandato iusto. Ad hoc c. Quintauallis, & ca. veniens, de iureiuran. Et vide gl. no. quam tene menti in d. c. ex tenore. Et aliq d no. ins. eod. ca. proxi. & intellige, quod dixi per istum text. quandu quis fuit excommunicatus pro dubia offcosa, seu pro dubia contumacia. Nam si manifesta est offensa seu cōtumacia, non debet regulariter excommunicatio relaxari nisi prius præcedat integra satisfactio contumaciæ, vel offensa, ut in c. ex parte, il 1. ins. de verbo. sign. & in c. venerabilibus. §. secus, eod. tit. lib. vi. & latius dicam io capitu. se-
3 quent. † Secundo not. quod appellationi interpositæ contra iuramenmm prius interpositum per appellantem non est deferēdum, & hoc vbi clarum est appellationem obuiare iuramento, secus vbi dubitatur, quia tunc debet admieti appellatio, & sic intellige alternatiuam huius cap. sic & reducitur ad concordiam istud c. cum seq. † Vltimo not. q
4 arripiens iter eundi ad iodicem, ad quem uidetur prosequ appellationem. Item quod iudex, a quo, potest præfigere terminum ad iter arripiendum, vel ad appellationem prosequendam, de quo dic ut latius dixi in c. personas. sup. eo. in glo. i. in fi. & dicit Inn. quod siue quis iurauerit, siue non nuoquam auditur appellans, nisi grauetur, ut in d. c. vt debitus. ins. eo. & sic transeunt communiter Doc. Sed aduerte, quia secundum hoc de nihilo prouideret iste tex. ideo, dico qđ rō dubitandi fuit, quia iuramentum de stādo mandatis ecclesiæ, fuit generaliter præstitum, ideo uidetur ge-
5 neraliter intelligendum. de maio. & obe. ca. solitæ. † Sed rō
b decidendi in contrarium fuit, quia iuramenta [b] generaliter præstita debent intelligi ciuiliter & testringi ad causam honestam, & verisimiliter cogitatam, ut in c. Quiotauallis, & c. ueniens, de iureiur. Ideo si mandatum iudicis excedit fines iuramenti, potest licite appellari, quia iuramētum hoc casu non vrget, ut in dictis iuribus, & declara prout no. in c. seq. In gl. 2. ibi: nō arctatur ad hoc: ītellige qđ nō arctat
6 ad istū terminū in aliis causis, seu ī aliis casib. † Quia iudex debet moderari terminum secundū locorum distantiam, & personarum qualitatem, vt in capitu. cum sit Romana. sup. eod. Sed in isto casu iudex debebat præfigere istum terminum, ex quo Papa hoc voluit moderari io isto. casu Vel etiam dic, quod voluit per hoc papa inferre potestatem iudicialiter moderandi, nisi subesset legitima causa.

ADDITIONES.

a ¶ Duas formas. Tu aduerte, quia potest esse differentia inter has formas, nam si ueiussor datus promittēs parere, & satisfacere mandato iudicis non tenetur iudici successori vel in eo quod esset iudicatum in c. i appe. iod qn esset iurim de parendo mandatis ecclesiæ cum iura um videatur iur. nomine dignitatis vt quod posset esse dubium, an teneatur de iudica. is in ca appellationis fm not. in l. cum apud, ff iud. sol & ibi per Bar. & Ang & facit consideratio Gof. & Ioan. And. in c. i. de his quæ vi met. cau. & ibi per Butr. & alios Doct. & ita refert hic & sequitur i o Phil. Fran. de Peru.
¶ Adde an fideiussor d iudicio sisti teneatur coram alio iudice sistere. Raph. Cuma. consi. xxxii.

b ¶ Iuramen a. Vide Moder. in l. si. qui satisd cog. Bar. in l. sed & si quis, §. quæsitum, vbi Moder. late, ff si quis cau. Ias. in l. si conuenerit, ff. d iurisd. om. iu di. Franc. Cur. in consi. lxxvi. incip. Do Lud & in consi. ii. incip & si sub ... lissime. Seb. Sapia.

SVMMARIVM.

1 *Absolutio ab excommunicatione potest fieri etiam non præstito iuramēto de parendo mandatis ecclesiæ, & non seruata forma.*
2 *A promissione iurata de parendo, &c. non appellatur quando mandatum non excedit debitam formam iuramenti alias secus.*
3 *Absolutus ab excommunicatione reincidens in idem delictum per id qđ fuerat excōicatus, non reincidit ipso facto in excommunicationem regulariter, sed durius cōsequitur secundā absolutionē, quā primā. 4.*
5 *Excommunicatus appellans ab excommunicatione, adeundo iudicem a quo, super absolutione, an censeatur appellationi renunciasse?*
6 *Appellans ab excommunicatione potest absolui a iudice, a quo appellauit, si est ordinarius, si delegatus non, licet renunciet appellationi.*
7 *Iudex a quo non habet suspensam iurisdictionem in his, quæ tendunt in faciliorem exitum appellationis.*
8 *Prosequor, istud uerbum denotat inchoamentum quoddam, non autem actum perfectum.*
9 *Excommunicatus pro manifesta causa non absoluitur nisi prius integre satisfaciat, si possibile est aut præstet cautionem de satisfaciendo.*
10 *Excommunicatus iterum pro eodem delicto, a quo primo fuerat, absolutus, non debet absolui, nisi iterum caueat.*
11 *Præscriptio si est contra aliquem, ne veniat contra iuramentum debet ab eo exigi sufficiens cautio.*
Iuramentum honoris regulariter est interdictū periuro: sed iuramentum, oneris q tendit ad ipsum obligandum, non est sibi interdictum, nisi, dubitetur ne, deieret.

CAP. XXI.

QVæstioni. Summa, ut sup. c. proxi. secūda pars, ibi. Respondemus. Casus literal. Aliquis excommunicatus præstitit iuramētum, quod stabit mandato ecclesiæ: & sic fuit absolutus, & ante quam mandatum fiat ei appellat causa subterfugii, uel mandato recepto, quæritur vtrū deferendum sit appellationi illius respondit papa, qđ non est deferendum appellationi illius, quæ iuramento illius debeat obuiare, sed statim reducendus est in eandem sententiam, donec mandatum susceperit, & adimpluerit pro posse. Ber. Primo no. ibi: Sicut moris est, &c. quod iuramētum, quod præstatur in absolutionem ab excommunicatione de stando mandatis ecclesiæ, potius fuit introductū
1 ex moribus, seu consuetudine, quam de iure. † Vnde facit ad illam quæstionem: nunquid valeat absolutio oon pstito iuramento? videtur quod sic, cum iuramentum præstetur ex quadam consuetudine, & sic non est de substātialibus absolutionis. Host. hic & plenius in ca. cum desideres de sen. exc. tenet contrarium. Nam consuetudo, sic vt lex, seruanda est. 11. dist. c. in his, facit l. de quibus, ff. de legi. cōmuoiter tamen in d. c. cum desideres, tenerut contrarium nam istud iuramentum exigitur ad cautelam. vnde, sicut tenet excommunicatio non seruata forma, ut in c. sacro, de sen. excom. & no. 24. q. 1. in summa, & sic & absolutio debet tenere non seruata forma, argum. de pœn. dist in. i. cap. uerbum: & c. venerabilibus. §. ubi autem, de sen. excom. li.
2 vi. vbi bon. text. † Not. secundo principaliter regulam hic positam, quod ubicunque mandatum non excedit debitā formam iuramenti, noo valet appellatio contra mandatū
3 facta. † Item no. qđ reincidēs [a] in delictum, p quo prius fue
a rat excommunicatus, & postea absolutus, non reincidit ipso facto in excommunicationem, sed est reducendus p iudicem, quod procedit, nisi in quibusdam casibus, in quibus, ex dispositione iuris ipso facto reincidat, & uide text.
4 bonum in c. eos, de sen. excom. libr. vi. † No. ult. quod iterū excommunicatus pro eodem facto durius consequitur ab absolutionem secundam, quam primam, quia est præsum
5 ptio contra eum, quod non satisfecerit prima. † In gl. 1. in fi. quælibet sol. est bona in se, sed potest dici breuius & generalius. quod ubicunque mandat excedit limites iuramenti, semper potest appellari, & sic præcedens c. intellige si non excedit, habet locum iste tex. Ratio diuersitatis est, quia immediata causa appellationis est ipsum grauamen, ut io c. ut debitus. ins. eo. Si cessat grauamen, cessat appellatio, iudex autem ex variis coniecturis seu qualitate factorum habebit decernere, utrum subsit grauamen. Et ex prædictis habes vnum intellectum, quod hic non admittitur appellatio, quia obuiauit iuramento. Secūda lect. potest intelligi ex dictis Innoc. ut intelligatur tex. quando fuit appellatum ab excōicatione, & appellans redit ad iudicem a quo, & fecit se absolui præstito iuramento. demū volebat prosequi appellationem prius interpositam. deciditur tali appellationi oon esse deferendum, quia petēdo absolutionem & præstando iurm iudici a quo, renunciauit appellationi, & hoc puta verum Inn. nisi iste fuisset protestatus, q per hoc non intendebat renunciare apppellationi. Refert tamē alios dicete, q nunq iudex a quo pōt absoluere ab excōicatione, oisi prius renoocietur appellationi tacite, vel expresse. Do. An. ponit tres casus. Primus, qñ vult absoluere per uiam reuocationis, & tunc possit non obstante

ADDITIO.

a ¶ Reincidens. Vide Rot. ita concludentem in decisione septima incip. si pronuncietur, & decisione vltima incip. si excommunicatus, sub titulo de sententia excommunicationis in nouis, & Geminian in capitulo, eos, §. primo versiculo quod si absolutus, de sententia excommunicationis in sexto. Sebastianus Sapia.

obſtante appellatione: ſed iſte caſus de nihilo ꝓuidet, qm̄
ſi reuocat excommunicationem, ratione cuius fuit appel-
latio, ut in c. ſi a iudice. eo. tit. lib. 6. & io c. vt debitus. inf. c.
Secundus caſus. quando vult aſſumere cognitionem ſuꝑ
iuſtitia, vel iniuſtitia, & non poteſt, niſi renuncietur appel
lationi. Reſpondeo ſecundum eum. quod hoc ſpectat ad iu
dicem, ad quem. Hoc dictum mihi non placet indiſtincte:
quoniam iudex, a quo, poteſt dupliciter cognoſcere de iu
ſtitia, vel īiuſtitia appellationis. Primo modo ad effectum
præiudicandi appellationi, ſeu pronunciandi eam iuſtam,
vel iniuſtam, & hoc non poteſt, ut in c. dilectus, de reſcr. Se
cundo modo ad effectum reuocandi grauamen, & iſto mō
poteſt conſentiente appellatore, licet appellator non tene
tur ad hoc comparere, poteſt tamen, ſi vult ſine præiudi-
cio appellationis, q̄a hoc non eſt obuiare appellationi ſuæ
imo proſequitur deſiderium ſuum, ut tollatur grauamen:
allego tex. cum gl. in c. ſi iudice. præalle. vide Innoc. in cap.
paſtoralis, §. præterea, de of. dele. vbi dicit iodicem a quo,
poſſe ad inſtructionem ſuam cognoſcere de cauſa appella
tionis. Tertius caſus, quando quis petit abſolutionē a iudi
ce, a quo, cauſa legitimandi perſonam ſuam duntaxat. Et
hoc caſu poteſt fieri abſolutio ſine præiudicio appellatio-
nis, & hunc caſum puto veriſſimum, etiam ſi non fiat pro-
teſtatio, quia tacite videtur proteſtari, ſi petit abſolutionē
ut non maneat interim in excommunicatione. Ex omnib.
6 prædictis ſic ſparſis poſſumus elicere duos articulos, † Pri-
mus nunquid excommunicatus appellans ab excommu-
nicatione adeundo iudicem, a quo, ſuꝑ abſolutione videa
tur renunciare appellationi. Secundus articulus, nunquid
a in caſu in quo non renunciat, poſſit conſequi abſolutionē[a]
a iudice a quo, & ſatis patet ſolutio ex prædictis, & iunge
ea quæ dixi in c. cum teneamur. ſup. eo. & quæ no. in c. qua
a De dæmone. Vide ad hoc multa congeſta per Deci. in c. nouit, in 1 col. in 1. not. ſupra de iudi. SEB. SAPIA.

b Declaratoria. De hoc eſt text. opt. & ibi gl ordinaria in § fin. in Authen. de ſi ante. do. inſtr. na. quam alleg. Bald. in l. non dubium, ubi etiam de hoc eſt text. no. C. de legi. vnde dicit Io. An in c. fi. de ver. ſig. in 6. in nouel. quod declaratio ſe habe. in plus, quam conſtitutio; quia declaratio ſe habet in plus, quam conſtitutio: quia declaratio reſpicit præterita & futura conſtitutio ſolum futura. adde Bal. in l. leges & conſtitutiones, in 1. & vlt. col. C. de leg. Bar. plene alle multos text. ad hoc in l. omnes populi, ff. de iuſt & iure, 4 q. 1 q. princ.

c Colligitur. Sequitur do. Phi. de Peru. hic remittendo ſe de hoc articulo ad no. per ipſum in c. poſtremo, ſupra eo. Seb. Sapia.

d Sed nunquid. De hac materia vide Fel. in c. de cætero. ſupra de re. iudi & in c. fin ſupra de præſump & in c. quod ad conſultationem, col. 3. ſupra de re iudi. ubi ta git, quando ab executore poſſit appellari.

e Moueor. Et idem tenet Inno. hoc intelligens uerum, quando ſpoliatio interuenit poſt ſententiam: quia ſecus, ſi ante, cum ſit exceptio dilatoria vnde imputatur ſpoliato, ſi eam non oppoſuit ante litem conteſ. & idem etiam tenet hic do. Phi. de Peru.

petentem, ſeu implorantem iudicis officium contra tertiũ obſtat ſpoliationis exceptio. Tertio facit, quod ſicut excõmunicationis exceptio obſtat petenti executionem ſentẽtiæ, vt in c. pia, de exce. lib. 6. ita debet obſtare exceptio ſpoliationis, cum hæc exceptio ſit multum fauorabilis, ut in c. fi. de ord. cog. † Quarto, adduco theoricam Io. de Lig. in cle. i. de re iud. in illa q. an exceptio nullitatis obſtet petenti executionem: & concludit, quod aut in continenti poteſt probari, & differtur executio, ad hoc l. iudicati, C. ſi ex fal. inſtru. Aut non poteſt in continẽti probari, ſed exigit longiorem tractatum ad ſuam liquidationem, quam exigat ſummaria cognitio executionis, & tunc non obſtat, ad hoc quod in ſimili habetur in l. fi. C. de or. cog. ſed hodie eſt prouiſum, ut intra breue tempus. ſ. intra quindecim dies debeat probari ſpoliationis exceptio, ut in c. frequens, de reſtitu. ſpo. lib. 6. ergo fortius debet in caſu noſtro in odium ſpoliationis: & in fauorem ſpoliati admitti hæc exce. ar. cle. i. de cauſa poſ. & propr.

SVMMARIVM.

1 *Terminus datus ad proſequendam appellationem, quæ per iudicem fuit admiſſa vel a parte recepta, obtinet vim peremptorii, adeo, vt etiam in appellatum, vel appellantem abſentem procedatur, ac ſi eſſet peremptorie citatus, & nu. 6. & 9.*

2 *Contumacia procuratoris ante litem conteſtatam nocet domino, quia ipſe debet reficere expenſas: poſt litem uero conteſtatam nocet ipſi.*

Procurator debet citari poſt litem conteſtatam, & non dominus.

3 *Poſitionibus iuris ſcripti non eſt reſpondendum: ſecus iuris non ſcripti, vt eſt conſuetudo.*

4 *Contumax vel in citatione hominis, vel in citatione iuris poteſt ſe excuſare ex aliqua legitima cauſa.*

5 *Lis, iſtud nomen, quando ponitur in aliqua diſpoſitione, poteſt verificari non ſolum in contentione iudiciali, ſed etiam extraiudiciali.*

7 *Citari debet pars etiam, vbi vertitur quæſtio iuris.*

8 *Facilis probatio dicitur illa, quæ fit per inſtrumentum, vel teſtes præſentes, vel confeſſionem partis.*

9 *Appellatus debet citari coram iudice, ad quem, ſi appellatio non fuit admiſſa a iudice, a quo, vel approbata a parte: alias ſecus, & num. 1. & 6. intellige, quod non debet citari quandõ fuit approbata a parte, ſecus ſi ſit admiſſa a iudice, & nu. 12.*

10 *Appellatio ſi eſt deſerta, tam per appellatum, quam per appellantem, iudex ad quem, non poteſt amplius ſe impedire: ſecus, ſi per appellantẽ tantum, appellato volente proſequi.*

Renunciari non poteſt, quan ſententia tranſeat in rem iudicatam.

11 *Appellatus ſi impetrauit literas in termino, & velit appellationem proſequi, poteſt etiam appellans dicere, ego nolo proſequi, niſi appellatus velit renunciare illis literis: & appellationem non proſequi.*

13 *Terminus datus a iudice ad appellationem proſequendam habet vim peremptorii neutro proſequente appellationem, quia ea deſerta poterit iudex procedere etiam ſine citatione.*

14 *Appellatio ſi præceſſit ſententiam etiam excommunicationis, ſi poſtea deſeratur, non confirmat ipſam ſententiam. ſecus, ſi appellatio ſequatur ſententiam.*

15 *Sententia cenſuræ per appellationem non ſuſpenditur, ſed ſententia depoſitionis.*

16 *Appellatio ſuſpendit ſententiam ſuſpenſionis, quando eſt lata in pœnam [illegible] alienius.*

17 *Iud[illegible] ſe [illegible]etur in ſyndicatu de imperitia, etiam ſi pars appellauerit: & d[illegible] [illegible]uerit.*

18 *Terminus hominis ſuccedit loco termini iuris, non autem computatur in termino iuris.*

19 *Iudex appellationis, an pronunciabit ſuper expenſis, & quando.*

20 *Appellatio ſi malitioſe non admittatur, vel approbetur a iudice, vel parte, nihilominus habet uigorem ſuum, tamen oportet quod appellatus citetur.*

21 *Terminus anni datus a iure ad proſequendam appellationem, non eſt peremptorius, licet appellatio approbetur a parte.*

22 *Iudex a quo, præfigendo terminum ad appellationem proſequendam non cenſetur per hoc deferre appellationi.*

23 *Iudex appellationis poteſt condemnare in expenſis factis non ſolum in ſecundo iudicio, ſed in primo. item poteſt reuocare condemnationẽ expenſarum factã a primo iudice, addere, & detrahere ſententia primæ.*

24 *Iudex poteſt ex ſuo officio condemnare partem in expenſis factis non ſolum poſt, ſed etiam ante litem conteſtatam.*

25 *Condemnatio expenſarum etiam reſpectu vnius articuli poteſt reſeruari in fine cauſa, & nu. 26.*

A condemnatione expenſarum non poteſt appellari, quando pars non appellauit ab illa pronunciatione ſuper qua, vel ob quam ſit talis condemnatio expenſarum, niſi iudex excederet modum in taxando.

Condemnatio expenſarum, poſt diffinitiuam non poteſt fieri, niſi per totam illam diem, ſed poſt interlocutoriam poteſt reſeruari uſque ad finem cauſæ.

CAP. XLIIII.

1 SAepe contingit. † Si appellatio recipitur a iudice, vel approbatur a parte, terminus ad eam proſequendam præfixus obtinet vicẽ peremptorii. vt in abſentem procedatur ac ſi peremptorie fuiſſet citatus, nec talis terminus præueniri poterit ab aliqua partium hoc dicit. Diuiditur. Primo ponit conſtitutionis cauſam. Secundo ſtatuit, ibi: Præſenti, in qua ſex facit. Primo ſtatuit, ut appellatione recepta terminus habeat vicẽ peremptorii. Secundo ibi: Quod ſi forſitan: quid ſi interpoſita prouocatio non fuerit recepta. Tertio, ibi: Saluis: ſaluat quæſtiones diſponentes ſuper deſertione appellationis. Quarto ibi: Quicquid, declarat primum dictum huius conſtitutionis. Quintu, ibi. Si quis, punit præuenientẽ terminum. Sexto ibi, Hoc autem. cõſtitutionem determinat. Caſus litet. Aliquis appellant ad ſedem apoſtolicam: ſed propter defectum alterius partis non proſequentis appellationem interpoſitam, nec per ſe, nec per alium, ut forte ex malitia procuratorium mandatũ occultantis, lites quæ de facili poſſunt terminari remaneant indeciſæ. quia ſi ſit quæſtio iuris, illa poſſet citius experiri, cum probationes ibi non ſunt neceſſariæ. & ſi eſſet quæſtio facti, de leui poſſet partibus præſentibus comprobari. vnde licet ſuper hoc olim ſtatutum fuerit in Lateranen. Concilio, vt in quocunque negotio quis appellauerit, & ille qui appellatus fuit, venit, appellante minime comparente, appellans debet appellato condemnari in expenſis; ſed quia propter hoc lites nihilominus prorogabantur, ſtatuit Innocen. 3. ut ſi huiuſmodi appellatio, vel a iudice recepta, uel a parte fuerit approbata, iudex terminum ſtatuat appellanti, ita ut ſi intra terminum appellationem non fuerit proſecutus, eo lapſo peremptorii edicti vires obtineat terminus aſſignatus, vt ex tunc in abſentem perinde procedatur, ac ſi peremptorie uocatus fuiſſet ad iudicium. quod ſi appellatio interpoſita malitioſe, recepta uel approbata non fuerit, nihilominus vigorem ſuum obtineat, cum apparuerit legitime prouocatum, ſaluis conſtitutionibus promulgatis de appellationibus poſt ſententiam. quia tunc illis non proſequentibus appellationes ſuas poſt terminum appellationi proſequendæ præfixum rata manet ſententia, quæ fuit appellatione ſuſpenſa. verumtamen quicquid poſſit proponi contra citationem peremptoriam ab abſente ad ſui defenſionem, & illud idem proponi poſſit aduerſus huiuſmodi appellationem in fine dicit ſi quis præuenerit terminum appellationis, & veritate tacita literas impetrauerit, careat impetratis, & in expenſis parti alteri condemnabitur. Bern. † Not. primò ibi. Ex malitia reſponſalis &c. quia ſi citatur dominus, & ipſe mittit procuratorem, qui non compareat, ſeu occultat mandatũ, condẽnabitur dominus in expẽſis tanquam contumax: ſecus dic, ſi procurator fuiſſet contumax poſt litis conteſtationem, quia tunc ipſe condẽnabitur, vt in l. vnica, ff. ſi quis ius dicen. non obtẽ. §. procurator. & hoc intellige, ſi fuit citatus procurator, qui fuit litẽ conteſtatus; ſecus, ſi fuit citatus dñs, quia tunc nemo erit condẽnandus, quia debuit citari procurator, qui fuerit in iudicio, de quo uide quod no. Bar. in l. i. C. de ſent. & interlocu. om. iud. & ĩ l. mutati. in fi. ff. de pc. & de hac materia [a] dic, vt plenè not. in c. i. vt lit. non cõte. & pmiſſa uoluit Innoc. hic. Secũdo no. quod ſi appellatio recipiat à iudice, vel approbetur a parte, tunc cã appellationis eſt in curia, unde nõ [b] ſufficit tunc mittere procuratorem ad impetrandum [c] literas ſed

ADDITIONES.

a ¶ Materia. Et uide omnino Bal. in auth. hodie in ii. col. C. eo.

b ¶ Vnde non. Quid ſit effectus, quod cã dicatur eſſe in curia, uid. hic D. Ab. in xii. col. uer. effectus autem. & in c. ueniens, in pen. col. de renun.

c ¶ Impetrandum. Et intellige hoc in omni cã appellationis. et ſi cã non ſit beneficialis. nam cæ beneficiales de ſui natura ſunt tractandæ in curia, ut in cle. cum. de ele. & in c. i. eo. tit. de ele. lib. vi. item intellige iſtum tex. de parte appellata ſecundum Inno. hic. quia approbatio partis appellantis nõ ſufficeret, quia dẽt eſſe in facultate appellantis, quod ea deuoluatur ad curiã, & per quæ uerba, ſeu quando dicatur iudex deferre appellationi, uide hic Imo. & ſing. determinationẽ Bald. in rep. l. edita, C. de eden. in pen. char. in prin. ubi dicit, quod ſi iudex dicat admitto, uel defero, ſi & in quantum de iure teneor, & non aliter, quod tunc iudex cenſetur detuliſſe, ſicut de iure erat deferendũ, pro qua determinatione conſuluit & Ang. conſi. [illegible] inci in cã accuſationis, col. iiii. quod no. in aliis [illegible] terminis de [illegible] prædictæ clauſulæ, ſi & inquantũ de iure teneor, uide p Do. in l. ſi qs de lega. ¶ Si iudex admittit nõ admittẽda et adiecta iſta [illegible] & ſi in [illegible], talis admiſſio nihil opat, & hi p nõ fcã, [illegible] Bar. i l. ſi qs, in fi. p [illegible] & ibi lo. ſ Imo, ff. ſ le. [illegible] & uid Bar. i l. ambitioſa, i uer. [illegible] ff. ſ decr. ab or. fac.

&

ſed oportet quod ſit procurator ad totam cauſam appellationis pertractandam. Tertio not. quod non delatio iudicis, vel reprobatio partis non impedit uires appellationis: ſed tunc cauſa non dicitur in curia. & ita intellige verſicu. Quod ſi forſitan, & de hoc infra plenius. † Item not. quod quæſtio iuris[a] non indiget probatione, & per hoc infertur, quod poſitioni iuris[b] non eſt reſpondendum: quia quod non eſt probabile, non eſt punibile, de quo uide gloſſ. in c. fin. de confeſſ. libro ſexto, per gloſſ. & Docto. in l. ſecunda, de iura cal. Hoc tamen intellige, quando ius eſt ſcriptum: ſecus, ſi non eſſet ſcriptum, vel eſſet conſuetudo, de quo dicendum, ut plene no. Bartol. in dicta l. ſecunda, & de materia in Specu. in titu. de poſi. §. poſtremo. verſicul. ſecundo. Item not. verſicul. Saluis, quod licet poſſit procedi contra appellantem non comparentem in termino, nihilominus ſi appellatus non vult proſequi, appellatio eſt deſerta, & declara, ut infra latius dicetur. † Not. in verſic. Quicquid, quod id, quod allegari poteſt ad excuſandum contumaciam reſpectu citationis hominis, allegari poteſt reſpectu citationis iuris. No. in verſic. Si quis, quod terminus præfixus a iudice, a quo, ad appellationem proſequendam impedit etiam appellantem, vt ante lapſum terminum proſequi non poſſit. Vltimo not. quod iſta conſtitutio habet locum tam in appellationibus iudicialibus, quam extraiudicialibus, & expone literam in fin. ibi: In litibus, ideſt in appellationibus interpoſitis extra iudicium, & ibi: Iudicis, ideſt appellationibus interpoſitis in iudicio. Ex quo infertur, † quod uerbum litis uerificatur etiam in contentione extraiudiciali, probatur in ca. forus, infra de verborum ſignificat. Et hæc not. propter ſtatuta facientia mentionem de litigantibus, ſeu de litibus. In gloſ. prima, in fin. idem dicit Innocen. in appellato. & dic quod ideo forte glo. expoſuit, de appella. quia hæc conſtitutio in princip. refert ſe ad ca. reprehenſibilis, ſupra eodem vbi tantum diſponitur de appellante, & non comparente. Sed dic, quod ibi appellãs non comparens puniebatur in expenſis, quia uexauit appellatum in veniendo, ſed appellatus non puniebatur uigore illius conſtitutionis, niſi prius fuiſſet citatus. nam appellatio non erat in curia ante iſtam conſtitutionem. † Hodie autem ſi appellatio recipitur a iudice, uel approbatur a parte, tunc contra appellatum abſentem proceditur. unde effectus huius conſtitutionis habet locum in utroque. hoc apertiſſime uoluit gloſſ. in verſic. abſentem, licet gloſſ. in verſic. qui appellauerit, aliud dixerit in appellato, & minus bene, ut ibi dicetur. † In gloſ. in uerſic. iuris quæſtio, in fin. Ex hac gloſ. iuncto text. nota, quod etiam vbi eſt quæſtio iuris, debet pars citari.[c] & ratio eſt, quia forte abſenti competit aliqua defenſio tendens ad offuſcationem illius iuris, uel forte allegabit conſuetudinem in oppoſitum, vel quid ſimile. Vide in ſimili bonam glo. in cap. primo, de officio delega. libro ſexto, & quod dixi in cap. cum ſit Romana, ſupra eodem & credo tex. procedere etiam in alio iudice inferiore citra papam, quia licet præſumatur omnia habere in ſcrinio pectoris ſui, tamen id quod eſt iuris, non ſubiicitur probationi facti. ſed ideo tex. dicit. Apud nos, &c. quia ſæpe ſuper intellectu alicuius iuris ſunt opin. de quibus inferior poteſt multum dubitare, ut in cap. literas, ſupra de reſtitutio. ſpoliator. & in cap. capellanus. de fer. Sed hæc omnia ceſſant in principe, cum de nouo poſſit legem condere, & antiqua ſunt clariſſima apud eum. † In gloſſ. in verſic. facti quæſtio, in fin. no. gloſſ. iuncto tex. pro ſtatutis diſponentibus ſuper facili probatione habenda. nam facilis eſt probatio, quæ fit per inſtrumenta, uel per teſtes præſentes, vel per confeſſionem partium: & vide quod not. in cap. cum ad ſedem, de reſtitutio. ſpoliator. † In gloſſ. in ver. aliquis appellauerit, ibi ſecus eſt de appellato, &c. Hæc gl. videtur ſentire primo, quod diſpoſitio huius cap. non habet locum in appellato, & quod appellatus debet citari, ut ſentit ibi, prius citato &c. ſed contrarium eſt uerum: quia hæc conſtitutio prouidit tam contra appellantem, quam contra appellatum, ut patet ibi. In abſentem perinde procedatur. Et hoc apertiſſime uoluit gloſſ. in uerſicul. abſentem, & hoc idem probatur in uer. Si quis autem, ubi generaliter diſponit: ſed dictum gloſſ. poteſt procedere, ſi appellatio non eſſet recepta a iudice, nec approbata a parte, tũc enim appellatus non tenetur ire, niſi citetur. In eadem gl. ibi: Et no. quod qui appellat, hæc gloſ. uſque ad fi. ponit tenorem illius cap. primi, eodem titul. libro ſexto. Sed aduerte, quia illud ca. primum ſolum requirit conſenſum appellati, ut cauſa ſit in curia. Sed tex. hic uidetur uelle, ut ſufficiat delatio iudicis. Sed conclude ſic, quod quantum ad deuoluendum articulum appellationis ſufficit delatio iudicis, vel probatio partis per iſtum tex. qui loquitur alternatiue, ſed quo ad hoc, ut appellans teneatur deferre omnia munimẽta cauſæ, ut omiſſo articulo appellationis poſſit procedi in principali, non ſufficit delatio iudicis, ſed requiritur conſenſus appellati. Et an requiratur conſenſus appellantis, ut procedatur omiſſo articulo appellationis: dic ut no. ibi Ioan. And. poſt Innocen. ubi concludit quod non. De hac materia uide Domin. de Rot. dec. 98. alias. 109. ubi in effectu uolunt, quod præmiſi & allega. Innocen. in capit. interpoſita. infra eodem. In glo. in uerſi. Obtineat, in fin. † Sed contra hanc gloſ. & contra tex. fortiter ſic opponitur. Si appellans non fuit proſecutus in termino ergo appellatio fuit deſerta, ſiue ſit appellatum a diffinitiua, ſiue ab interlocutoria, ut in cap. perſonas, & ca. cum ſit Romana ſup. eodem ergo iudex, ad quem, non poteſt amplius ſe impedire, ut in dictis iuribus cuius contrarium innuit iſta litera. Sol. multa poſſent dici. breuiter concludendo dic, quod ſi appellans & appellatus non proſequuntur in termino, habent locum contraria, adeo quod ſi poſt terminum uellent proſequi appellationem, non minus cenſebitur ſententiam tranſiuiſſe in rem iudicatam, quia partes non poſſunt huic tranſitui in rem iudicatam renunciare, uide tex. in cle. ſi appellationem, eodem titul. & ibi gl. 2. Si autem appellans non proſequeretur in termino, appellato proſequente, tunc quo ad appellantem deſerta eſt appellatio, & appellatus habet facultatem approbandi deſertio

Marginal numbers: 3 (Quod ſi forſitan), 4 (declara), 5 (tur, † quod uerbum), 6 (pellatio non erat), 7 (nus bene), 8 (condere), 9 (cap. cum ad ſedem), 10 (tineat, in fin.)

ADDITIONES.

& io l. ille, a quo in §. ſi de teſtamento, in uerſicul. quæro quid operatur, ff. ad Treb. & uide Rom. in conſilio lxi. & not. Doct. in c. conſtitutus de app. & uide Bal. in l. generaliter, in §. ſed & iuramento, in i. colum. de re. credi. ubi dicit, quod iſta clauſula, ſi & inquantum, facit, quod ea quæ fuerunt admiſſa, dicantur eſſe de actis. & habetur in c. præſentium, de teſti. & de huiuſmodi clauſula uide Bal. in l. i. in ult. colum. C. quomodo & quando iu. ubi dicit, quod debet exponi de iure & non de facto.

a ¶ Quæſtio iuris. Vide Bar. & Mod. in l. præſcriptione, C. ſi contra ius uel uti. publ. ubi dicit, quod poſitioni iuris non eſt reſpondendum, quando eſt ius ſcriptum, ſecus ſi eſt ius conſuetudinarium, de quo uide Lanfr. de Oria. in c. quoniam contra falſam, in uer. reſponſiones, in ii. col. ſup. de prob. & D. Franc. Cur. in trac. poſitionum. in ſuo breuiloquio. Seb. Sap.

b ¶ Poſitioni iuris. Et quod non debeat fieri poſitio iuris, tenet gl. in l. non fatetur, ff. de confeſ. imo plus ibi dicit Bar. circa fi. illius l. quod ſi fiat poſitio iuris contra ius, & aduerſarius reſpondeat confitendo illa confeſſio ei nõ præiudicat. Item adde omnino hic, quod fin. dicit Ang. in d. l. non fatetur, in fin. ubi dicit, quod bene poteſt fieri poſitio æquitatis, ſeu iuris æqui. & hoc dicit eſſe de mente l. ii. ff. de in & fa. ign. & eſt no. ad deducendũ in practica in materia ſpeciali uel coram arbitratoribus, cum quibus ſeruat æquitas, ut fiat poſitio æquitatis contra rigorem iuris ſcripti. Et quod non ſit reſpondendum poſitioni iuris, tenet etiam Ang. in l. i. in fi. i. col. C. de confeſ. idem tenet domin. xix. diſt. in ſum. c. rca fi. & ad hoc allega. gl. in c. i. in fin. in q. vi. de quo uide late in l. ornamentorum. ff. de aur. & arg. leg. & Oldra. in conſi. ccxlui. & per D. Phil. de Peru. hic in ii. col. & late hic per D. Ant. in ii. col. cum ſ. q.

¶ Circa iſtam materiam poſitionum uide per Spec. in tit. de teſte, in §. nunc uidendum, in uerſic. ſed pone ago. & ibi per Bald. in addit. & per eundem Spec. in tit. de poſi. in §. iii. in uerſ. hunc quoque ubi dicit quod poſſunt fieri tam ab actore, quam a reo. ſed prius debent fieri ab actore, niſi iudex ex cõſtantia utrique parti terminum ad ponendum, & probandum, quod etiam uoluit Spec. in eo. tit. de poſi. in §. iii. uerſ. hoc quoque, & habetur per Alex. in l. ſi non fuerit, ff. de iureiur. Ant. Franc.

¶ Et adde, quod poſitioni iuris regulariter non eſt reſpondendum ita Bald. in l. ii. §. quod obſeruari, C. de iur. cal. in vii. col. & not. Bar. in l. non fatetur, in fi. i. col. ff. de confeſ. & uide glo. & Bar. in l. i. in ii. col. ad fi. C. de confeſſ. ubi dicit quod ſi tali poſitioni reſponderetur, reſponſio non releuaret ponentem, & uide Oldr. in conſi. ccxliii. & iſtud intellige uerum, quando poſitio eſſet de iure ſcripto ſecus, ſi eſſet de iure non ſcripto, puta de conſuetudine, quia tunc tali poſitioni eſſet reſpondendum, ita Bal. in rub. C. quæ ſit long. conſu. ad fi. & Bar. idem uoluit in d. l. non fatetur, de confeſ. ubi etiam dicit, quod poſitioni iuris municipalis, uel extrauagantis debet reſpondere, & debet probari, ſi negetur, ita Bar. in l. præſcriptione, C. ſi contra ius uel uti publ. in ult. colum. & in l. de quibus, ff. de legib. & quæ dicatur eſſe poſitio iuris, uide Bal. in d. § quod obſeruari, in ult. col. & in addi. Spec. in tit. de poſi. in uerſ. ubi poſitio. & uide Pau. de Caſt. in l. eum quem temere, in §. i. de iudic. & gl. in c. ii. de confeſ. in vi. & Bal. in l. cum uerum, in i. nota. C. de fideicommiſ. vbi dicit, quod poſitioni de præſumptione iuris debet reſponderi, & uide D. de Ro. in deciſio. cviii. in nouis, ubi dicunt, quod ſi fiat poſitio iuris, & illa admittatur, uel ſuper illa recipiantur teſtes, ualet talis teſtium depoſitio, quod eſt no. Vide omnino hic D. Phil. de Peru. in iiii. columna, ubi in caſu iſto tenet contra gl. & Panor.

c ¶ Pars citari. Contrarium ſenſit Bal. in l. poſtquam liti. col. iii. C. de pact. & in c. cũ inter uos ſup. de conſue. & l. imperator, col. i. in fi. uerſ. item poſito ff. de ſtat. homi. Pet. de Anch. in conſilio clxxi. incipi. uiſis, columna ſecunda. Sebaſt. Sap.

deſertionem, vel petendi, ut procedatur in cauſa appellationis. Vt quia uult petere confirmationē, ſeu reformationem ſententię & condemnationem expenſarum, & in hoc caſu proprie loquitur tex. iſte, maxime dum refert ſe ad c. reprehenſibilis, ſup. eo. quod loquitur de appellato proſequente. Et aduerte, quia ſi eſt appellatum ab interlocutoria ſatis dr̄ appellatus proſequi, ſi cōparuit in termino, maxime ſi literas in termino impetrauit, quod voluit Fed. conſilio 130. de hoc dico caſum eſſe hic. Nam hic ſolum paruit appellatus in termino: & nihilominus dicit, ꝙ poſt terminum poteſt procedi contra abſentem. Et idem dico ſi fuit a diffinitiua appellatum, ex quo comparuit in termino hominis, vt hic poterit enim poſtea finire appellatiōnē in termino iuris: non tamen reputo vtile appellato procedere & proſequi appellationem. ſed melius eſt approbare deſertionem, ne exponat ſe periculo contrariæ ſententiæ, quam poſſet reportare in cauſa appellationis: & expenſas poterit conſequi coram iudice a quo, ut dixi in c. reprehenſibilis, prius allegato. 11 † Vide no. dictum Spec. eo. tit. †. nunc videndū, ver. ſed pone. vbi dicit, ꝙ ſi appellatus impetrauit literas in termino, & appellans poſtea comparens velit appellationem proſequi, poteſt appellatus cōtradicere, & renunciare literis ſuis: quia quo ad appellantem appellatio fuit deſerta: ſi tamen vellet abſolutus proſequi, audietur ēt appellans, ar. l. petendæ, C. de temp. in inte. reſt. & eorum, quæ dixi. ſup. eo. tit. in rub. Si autem appellans compareret in termino, & appellatus non, tunc caſus eſt clarus, poterit enim appellans petere, ut procedatur in cauſa appellationis contra appellatum, ac ſi peremptorie fuiſſet citatus, ut hic: ſed difficilius eſt, ſi iudex pronūciat bene appellatum, nunquid poterit procedere in principali ſine alia citatione? de hoc dicam. inſ. ſuper glo. in ver. ac ſi peremptorie. & vide ad materiam D. de Ro. dec. 62. In gl. in ver. Ac ſi peremptorie, ibi: Vt ſi lis non eſt conteſtata &c. Aduerte quia (ut dicit Ioan. An. & bene) quo ad decidendum articulum appellationis non eſt neceſſe conſiderare, an ſit lis conteſt. vel non: quia ſine noua conteſtatione poteſt decidi articulus appel. ſiue ſit appellatum ab interlocutoria, ut in ca. interpoſita. inſ. eo. ſiue a diffinitiua, vt inſ. eo. c. per tuas: ſed cōſideratio gl. habet locum in proceſſu ſuper negotio principali, ut ſi iudex prius pronunciauit bene appellatū poſtmodum cōtra abſentem procederet, prout dicitur in prin. gl. Sed dicit Io. An. & credo ꝙ bene, nouam citationem requiri ad hoc, vt poſſit procedi ſuper prin. niſi in caſu c. i. de ele. lib. 6. & c. cordi, eo. tit. & li. & tota uis quæſtionis dependet ab intellectu illorum uerborum, ibi: Ac ſi peremptorie vocatus, &c. Nam ſi pręfixio termini habet uim peremptorii quo ad articulum appellationis, & cauſam principalē, tunc benediceret gl. Sed certe de mente literæ non eſt niſi citare reſpectu articuli appellationis, cum tantum hic loquatur de articulo appellationis. Hoc videtur etiam probari in d. c. cordi, arguendo per locum a ſpeciali. An aūt in caſu illius c. requiratur citatio ſuper principali. Io. An. ſentit hic ꝙ non: ſed dic. ut plene no. per D. de Ro. dec. 119. & ut no. in d. c. cordi, quod hic omitto, quia eſſet legere illud c. In ead. glo. ibi: Iudex poteſt facere gratiam, &c. No. bene iſtam gl. pro limitatiōe notabili ad c. conſuluit, de offi. deleg. ꝙ iudex poſſit facere gratiam contumaci, & expectare in ſequentem diem, niſi ius ſit acquiſitum parti, puta q̄a per non comparitionem in termino deſerta eſt appellatio, quod bene notabis. In gl. in verbo Saluis in fi. pondera bene hanc gl. nam videtur velle ponere differētiam reſpectu deſertionis inter appellationem interpoſitam a diffinitiua, & ab interlocutoria: ſed non inſtando in verbis dic nullā in hoc eſſe differentiam. Nam, ſi neuter proſequitur appellationem in termino hominis, vbi præfixus eſt, vel in termino iuris, vbi terminus hominis non fuit præfixus, quælibet appellatio ēſt deſerta, ut probatur in c. perſonas, & ca. cum ſit Roma. ſup. eod. ſed altero in termino proſequente non eſt deſerta appellatio etiam poſt terminum, ut ſup. dixi. ſed forte gloſ. ſentit, ꝙ hæc conſtitutio non habet locum in appellatione interpoſita a diffinitiua. D. An. dicit, quod non videt cauſam reſtringendi, cum tex. loquatur indiſtincte, & no. bene hoc dictum D. Ant. 12 † Sed vide Spec. eodem tit. §. qualiter, ver. porro, vbi latius attingit hunc articulū. Et videtur tandem concludere, ꝙ delatio iudicis nihil operatur in app. a diffinitiua, quia non poteſt iudex non differre, per c. non ſolum, eodem tit. lib. 6. ſed ſi appellatio approbatur, a parte, tunc ſentit, ꝙ præfixio termini habet vim peremptorii: & hoc dictum eſt ualde nota. & æquum. Sed difficultas eſt, quare hic papa tantum ſaluauit conſtitutiones loquētes de appellationibus interpoſitis a diffinitiua, cum eadem ſit ratio in appellationibus interpoſitis ab interlocutoria, ut inducatur deſertio ex non proſecutione? Credo ꝙ verſic. Saluis, proprie habuit reſpectum ad proceſſum qui omnino eſt futurus ſuper principali: ſed in appella. a diffinitiua non eſt neceſſe, vt procedatur ad ulteriora, ſi appellatus uult contentari deſertione appellationis. 13 † Nunquid autem iſte terminus habet uicem peremptorii reſpectu iudicis a quo, neutro proſequēte appellationem. Glo. fin. in c. perſonas, ſup. eo. titu. ſentit, ꝙ ſic, & etiam Hoſtien. ſed non puto hoc eſſe de mēte literæ per principium huius ca. vbi ſit prouiſio reſpectu iudicis, ad quem: fateor tamen ꝙ iudex, a quo, poterit procedere appellatione deſerta etiam ſine noua citatione, non per hoc c. ſed per alia iura, vt in c. directę, & quod ibi dixi. ſup. eo. & per id quod legi. & nota. in cap. cum qui. de dolo & contuma. lib. 6. dixi plene in c. cum cauſa, de re iudi. vbi uide. 14 † In gl. in uer. ſententia, ibi: Sed hoc non eſt uerum in ſententia excommunica. &c. dicit Ioan. And. hoc procedere, quando appellatio ſequitur ſententiam. tunc enim bene eſt diuerſitas inter ſententiam excommunicationis, & alias ſententias, q̄a effectus aliarum ſententiarum bene ſuſpenditur per appellationem, ut in l. furti, ff. de his qui nota. infa. hic alle. & hic in tex. noſtro. ſed effectus excommunicationis non ſuſpenditur, vt in c. paſtoralis. inſ. eo. ſed ubi appellatio præceſſit ſententiam, non eſt differētia inter excommunicationem, & alias ſententias: quaſi uelit dicere, ꝙ ſententia, quæ ſequitur appellationem legitimam, non conualeſcit per deſertionem appellationis, vide tex. no. in c. licet, [a] de ſenten. excommu. lib. 6. & quamuis ille tex. loquatur in excommunicatione, idem tamen eſt in alius ſententiis. ut habes in gl. ord. quam ſemper tenebis menti. Probatur ratione. ſi appellatio fuit legitima habuit ſuſpendere iuriſdictionem iudicis, vt in c. ſi a iudice, eo. tit. lib. 6. adeo, ꝙ appellans dicitur facere ſe exemptum quo ad illam cauſam a iuriſdictione iudicis, a quo, ut dicit tex. no. in c. directæ, ſup. eod. ergo ſententia vel alius actus ſequens appellationem legitimā eſt nullus, ad hoc c. non ſolum, eod. tit. lib. 6. ergo per deſertionem appellationis non cōualeſcit, ut regula, non firmatur, de regul. iur. lib. 6. Poteſt ergo deferens appellationem allegare nullitatem actus, ad cuius probationem poterit doceri de pendentia appellationis. Et idem dicendum, ſi appellans renunciet appellationi ſuæ, vt actus geſtus pendente appellatione legitima ſit nullus. Idem uolunt Do. de Rot. deci. 116. & vide Arch. 8. q. 4. in ſumma. vbi autem appellatio ſequitur ſententiam, merito per deſertionem trahitur retro effectus ſententiæ, quia ſententia a prin. fuit valida, & tamen eius effectus fuit ſuſpenſus per appellationē, deſerta ergo appellatione, quia ceſſauit cauſa ſuſpendens, remanet ſententia in priori ſtatu. In ea. glo. ibi: Sed pone, aliquem epiſcopum depoſitum &c. Not. iſtam gloſſ. vſque ad finem: & idem in effectu tenet gloſ. 8. q. 4. in ſumma, & communiter approbatur a Doct. 15 † Ex quibus gloſ. no. primo, ꝙ ſententia depoſitionis ſuſpenditur per appellationē ſequentem. Et aduerte, licet nemo ponderet. nam videretur dicendum contrarium, cum depoſitio ab ordine contineat in ſe ſuſpenſionem quia depoſitio eſt perpetua remotio ab altaris miniſterio, ſuſpenſio ad tempus, ut in ca. at ſi clerici, de iud. ſed ſuſpenſionis ſententia non ſuſpenditur per appellationem ſequentem. ut in c. is cui, de ſenten. excommu. lib. 6. ergo fortios idem dicendum in ſententia depoſitionis. Sed ſaluando iſtas gloſſ. poſſumus ſic dicere, ꝙ ſpeciale eſt in tribus ſententiis cenſuræ, ut non ſuſpendantur per appellationem ſequentem, ut in c. is cui. præallega. facit c. quærenti, de verb. ſign. hoc ideo, quia iſtæ cenſurę ſunt medicinales, & veniūt principaliter ad corrigēdū aliquē, ut in

ADDITIONES.

a ¶ Not. ad ampliationem c. licet, de ſenten. excom. quod non ſolum ſententia cenſuræ, ſed etiā alia iudicialis lata poſt appellationem eſt nulla, ideo non ratificatur licet appellatio ſit deſerta. & idem dicit D. Ant. hic, & in c. cum uenissent, in v. ſolum. de eo qui mit. in poſ. & uide Bal. in c. cum olim, in i. c. l. de dolo & contum. ubi dicit. quod poſt lapſa fatalia appellandi non poteſt quis proſequi nullitatem attentatorum, & a. le Arch. [illegible] quod autem, quem etiam alleg. & hic iſte. Do. de Rot. deci. [illegible] in ordine mea nouiſſimo.

vt in c. 1. de sen. excom. li. 6. vnde ne prætextu friuolæ ap-
pellationis impediretur correctio, fuit inducta illa specia-
litas in eis, sed sententia depõnis non est sententia censu-
ræ, ut patet in d. c. quærenti. nam ibi imponitur in pœnam
maximam, vt in c. tuæ, de pœnis. vnde cum sit res grauissi
mi præiudicii, & cesset ratio præall. debet suspendi per ap
16 pellationem, sicut cæteræ sententiæ. † Ex quo posset atten
tari vnum nouum dictum, ꝙ si suspensio infligitur alicui in
pœnam, quod fieri potest iuxta not. per Inno. in c. i. de ex-
cess. præla. in c. ad hæc quoniam. sup. eo. dixi in c. reprehẽsi-
bilis. sup. eo. quod tunc talis sententia suspensionis suspen-
datur per appellationem sequentem. non enim potest tunc
dici medicina. Vnde simile: qm̃ iura communiter disponũt
ut suspensio ab officio non fiat sine monitione præceden-
te, ut in c. i. de sen. excom. lib. vi. & in præal. c. reprehensibi
lis, & tamen vbi infligitur in pœnam, nõ est necessaria mo
nitio, ut no. Inn. in locis præal. & sic posset litari dictum ca.
is cui. Secundo principaliter no. bonam limitationem ad l.
furti, ff. de his qui no. infa. quod licet appellationem nõ ꝓ-
sequẽs retro efficiatur infamis, si sentẽtia infamabat, actus
tamen gesti medio tempore ratione publici officii non re-
tractantur, facit l. Barbarius Phil. cum materia sua, ff. de of.
27 præto. † Extra [a] gl. quæro, nunquid non prosequens appel-
a lationem [b] possit agere contra iudicem, ꝗ inique, siue ꝑ im
b peritiam condemnauit eum? videtur quod non, quia non
prosequendo renunciauit appellationi, & per consequens
videtur purgasse omne vitium sententiæ, & renunciasse ap
pellationi cum accessoriis, arg. c. solicitudinem. inf. e. con-
trarium tenẽt hic communiter Doc. quia ex quo hẽbat iste
duas vias, vnam per appellationem, aliam agendi cõtra iu
dicem, Inst. de obl. quæ qua. ex delic. nascun. in prin. renũ-
ciando vni, non videtur renunciasse alteri. allegant l. con-
tra maiores, C. de inof. test. uide bo. tex. in simili. i c. ex tua
rum, de autho. & vsu pallii. & l. si domus. ff. de ser. vr. præd.
uide Inn. & Io. An. in c. sacro, de sen. excom. ubi idem vol-
uit, quod si fuit appellatum bis, nõ licuit tertio appellare,
vt no. gl. in c. pastor. §. quia uero sup. de of. deleg. Ista enim
est alia via agendi, ideo non ob. exceptio l. cum quæritur.
ff. de exc. rei iud. Item dicit Barto. in l. 1. de ap. & in l. fi.
ff. de var. & extraor. cog. vbi etiam tractat, quod de arbi-
tratore, consiliario. & similib. & de his ultimis uide quod
dixi in c. quia iudicante, de præscri. & in Spe. de requisi. cõ-
silii. §. i. ver. consiliarii. &c. dicit Ioan. And. hic, si vult agere
ad pœnam. quia iudex non detulit appellationi legitimæ:
iuxta no. in c. de priore, sup. eo. nam poterit agere non ob-
18 stante desertione appellationis. † In gl. in uer. Careat, in fi.
Io. An. & communiter Doc. sequentes reprobant gl. dicẽ-
tes & bene, istum terminum hominis computãdum in ter-
mino anni qui indulgetur a iure. Nam terminis hominis
succedit in loco termini iuris. Hinc est, quod lapso homi-
nis termino deserta est appellatio, nec expectatur lapsus
termini iuris, ut in c. personas. sup. eo. Sed aduerte, quia cõ
tra hanc gl. puto esse casum expressum, in c. cum sit Roma-
na. sup. eo. vbi dicit tex. qđ iudex ex causa potest abbreuia
re terminum iuris, ergo computatur in anno: alias non es-
set abbreuiatio. sed elongatio. Item quia terminus præfigi
tur in odium appellatoris, ut in c. peruenit, sup. eod. Sed si
computaretur in anno, cederet sibi ad commodum, cõtra
19 c. & si necesse. inf. de dote post diuor. rest. † In gl. pe. ibi: Pu
nitor in expensis. vide Fede. consi. 156. ubi dicit quod pœ-
na contumaciæ in hoc casu est duplex. nam procederet cõ
tra absentem, ut in uer. pñti, & etiam condemnabitur ĩ ex
pensis tanquam contumax. Aduerte ex hoc, quod sentit, ꝙ
vbicũque potest procedi contra absentem contumacem,
potest fieri etiam condemnatio expensarum, quod non vi
detur verum indistincte, quia condemnatio expensarum
fit ratione interesse partis, l. sancimus, C. de iu. sed nullum
interesse potest pars pñs prætendere, si procedatur contra
absentem. ergo non debet habere locum condemnatio ex
pensarum, sed poterit fieri condẽnatio expensarum in fin.
causæ, quia uictus uictori, &c. Vide pro hac materia gl. no.
in c. i. de ele. lib. vi. in fin. & ibi per Ioã. An. in nouel. dicam
plene in ca. fi. de dolo. & contum. ideo reuertendo ad text.
nũm dicerem, quod si pñs facit procedi in causa contra ab-
sentem, non habebit locum condemnatio expẽsarum nisi
20 in fin. causæ, si obtinebit ĩ causa appellationis. † Extra gl. q̃
ritur pro declaratione tex. quid intendit litera, in uer. Qđ
si, ubi dicitur, quod si prouocatio malitiose non fit recepta
vel reprobata, nihilominus debet haberet uigorem. Sol. q̃-
dam intelligunt, quod habere uigorem, ante si fuisset rece
pta, uel approbata, ne malitia iudicis uel partis noceat ap
pellanti. Sed hæc opin. communiter non tenetur, commu-
nis intellectus, & etiam verus est, quod si appellatio excipi
tur a iudice, vel approbatur a parte præfixo termini habet
vicem peremptorii, ut in uer. Præsenti. Si uero malitiose
non recipitur a iudice, vel a parte, habebit nihilominus vi
gorem quo ad retractationem attentatorum, quoniam ap
pellatio legitima suspẽdit iurisdictionem iudicis, retracta-
bitur ergo quicquid gesserit post appellationem, si recepe
rit, vel non, ut in c. non solum, eod. ti. lib. vi. Sed non habet
vigorem, ut termini præfixo habeat uicem peremptorii,
vnde nõ tenetur appellatus comparere nisi citetur, ꝓ hoc
21 ca. per tuas. inf. eo. † Secundo quæritur, nunquid si termi-
nus ab homine non fuit præfixus, habeat locum iste text.
in termino iuris, vt sic terminus anni habeat vicem perem
ptorii, quidã qđ non. Host. tenet istũ tex. procedere indi-
stincte cũ idistincte loquatur. Ioã. An. sequitur primã opi.
Mouetur, quia terminus hominis præfigitur ad appellatio
nem inchoandam, merito habet uicem peremptorii, vt ꝓ-
cedatur in causa. terminus iuris. s. anni præfigitur ad appel
lationem prosequendam, & finiendam, vt in cle. sicut, e. ti.
ideo non potest habere vicem peremptorii, quasi sentiat,
quod post lapsum illius termini iuris non est locus prose-
cutioni cum rata maneat sñia. Do. Anto. dicit quod potest
habere locum in termino iuris in casib. in quib. potest pro
cedi post terminum iuris, & obscure loquitur. sed vult di-
cere, quod si altera pars comparuit in termino iuris, quia
tunc potest prosequi post terminum, habebit ille termin⁹
vicem peremptorii, sed non credo hoc procedere, qa iste
text. vult, quod procedat post terminum, ergo sequeretur,
quod appellans vel appellatus posset differre causam usq;
ad ultimum diem anni, quod est falsum. nam si est appellãs
debet prosequi tali tempore, quod possit finire intra annũ
vt in d. cle. sicut, & in d. auth. ei qui, si autem est appellatus
oportet, quod compareat saltem per mensem ante finem
anni, vt in d. authe. ei qui. & 2. q. vi. c. ei qui. §. appellatore
ergo iste tex. non habet locum in termino iuris. Ad idem
adduco tex. hic expressum in uers. Si quis autem. vbi dicit
quod neutra partium potest præuenire istum terminum
ergo loquitur de termino hominis, quia in termino iuris
potest appellans prosequi, quando vult, in c. oblatæ. inf. eo.
22 & in d. authen. ei qui. † An iudex præfigendo terminũ ad
appellationem prosequẽdam videatur appellationi defer
re, ut sic præfixio talis habeat uicẽ peremptorii, prout hic
dicitur, vt sic nõ exigatur alia receptio appellationis: Dic
quod non, vt probatur in c. oblatæ, inf. e. vbi dilatio & ter-
mini præfixio ponũtur vt diuersa. Ad idem bene facit iste
tex. ibi

ADDITIONES.

a ¶ Extra. Vide alle. per Alex in l. illi. §. fi. ff. de dam. infec. & per And. Sic. in c. pa
storalis. § quia verbo. s. de off. de. e. & in cons. xii. in quarto. volu. ni. vbi plu-
ra. Seb. Sapia.

b ¶ Appellationem. Deserens appellationem nihilominus põt agere contra iu
dicem vt puniatur, quia fecit litem suã, vel quia detulit appellationi. Idem
esset si non appellasset, & si sñia transisset in rem iud. quia poterit agere con
tra iudicem [illegible] gl. quam sic ibi intelligunt Doc. in c. pastoralis, §. quia vero.
in fi. gl. mag. de off. dele. & adde ꝙ de ista doctrina Io. And. meminit Petr. de
Anch. in capitulo [illegible] fi. de re iudi. in vi. & idem quod hic, dicit, tenet
Bald. in l. fi. C. de re iud. in ver. quæro si ferunt, & alleg. [illegible] in d. ca. pastoralis.
& idem dicit Inn. in c. sacro. in gl. sua, quæ est [illegible] ver. reuoca. de sent. ex-
cõica. & vide Bar. in disputa. sua inci. a sñia iudicis, qui per imperitiam iudica
uit, & aliud ꝙ ẽt qñ sñia transiuit in rem iudicata ꝙ non põt appellari, [illegible] il
le contra quem est lata poterit petere restitutionem in inte. ex clausula gene
rali si quam mihi &c. aliud fuit dictũ Host. quem sequuntur ibi cõiter Doc.
excepto. D. Ab. in c. significantibus, de pur. vul. & adde quod hoc dicit. & te-
net Ang. in l. iii. § in eum, ff. de dam. infe. & alleg. Inn. in c. sæpe. & idẽ Bart.
in sua dispu. quæ incipit a sñia iudicis qui per imperitiam iudicauit & Bal. i
l. obseruare. §. profici. in xxviii. q. ff. de off. procon. & Bal. in c. [illegible] de [illegible] iura.
fir. & sequitur Ro. prædictas omnes quotas allegando in d. l. [illegible] & in eu [illegible] in
ver. quod licet pars non appellauerit a sñia iudicis, ita dicit Bald. in l. item
si res, in fi. prin. ff. de app. & i l. si in prin. ff. quod quisque iu. & Ang. i l. filius
fa. ff. de iudi. & Imol. in c. fi. de emp. & vend. & Bal. & Auge. in d. l. in prin.
ff. quod quisque iur. Item de qõne hic posita per D. Ant. vide per Bald. in c. fi.
in ver. scias [illegible], tit. quo temp. mil. inuest. [illegible] de quo vide et per Ang. in consi.
suo clxxxvi. quod incipit. nunc videndum. & ad prædicta bene facit quod
no. Bar. post gl. in l. [illegible] ver. quæro an imputetur, ff. quod quisque iu. vbi dicit ꝙ
licet pars non appellauit a sñia, in qua iudex statuit ius iniquum, per hoc nõ
cessat, quin iudex teneatur hoc eodem iure iniquo uti contra se. Item adde,
quod qn dicit dispositio, q̃ omnino debeat stari sñiæ alicuius, siue sit æqua siue
iniqua, tñ si iudex inique per dolum pronuntiat, contra eum põt agi, de dolo
& ad hoc est tex. cum gl. sua in l. [illegible] iudicium. §. plane, ff. si mensor fal. mo. di.
& vice a [illegible] idem Bal. in l. cum duobus, § fi. ff. pro socio.

tex.ibi de utroque ſit mentio principaliter,& ſic ſola præfixio termini nnn operatur dilationem,& hoc tenet gl. ot. in c.cum appellationibus.inf.eo.titu.lib. vi. vbi etiam per Doc.& ar.2.q.7.c.ei qui. §.appellatore,& Do. de Rot.de. 23 96.alias.219.† Tertio hic quæritur, de quibus expenſis pt iudex. ad quem, condemnanonem facere, vide plene hic per Inn.Conclusio ſua eſt hæc,q nedum pôt condẽnare in expenſis factis poſt appellationem, ſed etiam in expenſis factis poſt ſententiam, & etiam ante ſententiam, in cauſa principali,ratio, quia iudex, ad quem, ſuccedit loco iudicis,a quo.ergo ſicut poteſt addere & detrahere primæ ſnĩę ut in c.Raynu.& c.Raynald.de teſta.eo.modo poteſt condemnare in omnibus expenſis,ſi iudex,a quo minus bene prętermiſit.Item,ſi poteſt reuocare condemnationem expenſarum factam per iudicem a quo, ita & ſuplere, vbi ille minus bene prætermiſit.Et no,bene hoc dictum in alio ut officium iudicis,ad quem,non uerſetur ſimpliciter in ꝓnunciando male vel bene appellatum. ſed poteſt diſtinguere & reformare ſententiam in aliquibus addendo vel 24 minuendo,uide quod dixi ſuper rubrica.† Vltimo.quærit a Inno.vtrum iudex [a]ex officio ſuo poſſit condemnare,etiã in expenſis factis ante.lit.cõt.cõcludit quod ſic.vnde, quẽadmodum poteſt ex officio ſuo mulctare partem ante lit. conte.l.vna, ff. ſiquis ius dicen. non obten. eodem modo poteſt ex officio condemnare in expenſis factis ante lit.cõte. licet non fuerint petitæ per partem. & notabis ſemper b hoc dictum.nam gl [b]tenuit contrarium in ca.fin.de do.& contu.dicendo q expenſę factę ante.lit.conte.veniunt iu- c re [c]actionis, & non officio iudicis, quia ea quæ fiunt ante li.cont.non pertinent ad officium iudicis. ideo cõcludit, quod ſi nominatim petantur in libello, non poteſt iudex condemnationem facere per l. ædiles.§.item ſciendum,ff. d de ædi.edi.Sed tenet primum dictum Innoc.[d]quia ea, quę fiunt poſt li.conte. per maxime pertinent ad officium iudicis. Ita intellige §.item ſciendum.non tamen ſequitur, q n & ea quæ ante fiunt,pertineant ad officium iudicis.nã(ut ſup.dixi)ex officio ſuo mulctat contumacẽ, & mulcta indicitur ex mero officio iudicis,ut no.Bart.l.2.ff. ſi quis in ius uoc.non ierit.& multa alia explicãt ex officio ante lit. con 25 teſtat. † Vltimo quæritur, pone quod iudex ꝓnũciauerit ſuper aliqua exceptione, & non condemnauit partem in expenſis,nunquid poſſit poſtmodũ vſque ad finem condẽ e nare in illis expenſis?Inno.[e]dicit notabiliter, quod ſic, q a ſemper duret officium iudicis etiam per totum diem latæ ſnĩę diffinitiuę,ut in c.cum appellation ib.eo.ti.lib.imo plꝰ f dicit Innoc.quod ſi pars non appellauit[f] a pronunciatione ſuper exceptione, non poterit poſt decendium appellare ab illa condemnatione expenſarum, quia condẽnatio iſta eſt executio illius pronunciationis. vnde non appellando videtur acquieuiſſe illi interlocutoriæ, niſi iudex excederet modum in taxatione, uel niſi pars poſſet probare, qđ probabiliter illam exceptionem propoſuit,argum.l. q ſoli 26 dum.§.etiam,ff.de leg.2.& in c.i.in fi.de ele.li,vi.† No. ſemper hoc dictum.ex quo habes unam bonam limitationem ad l.terminato, C.de fut.c.& li.expen.& ad Auth. de iudi. §.oportet,&ad not.in c.1.vt lit. non conte.per Do. Ant.in fi.ut poſt ſñiam diffinitiuam non poſſit iudex condemnare in expenſis,niſi per illam diem,ſecus in interlocutoria, tunc enim poteſt vſque ad finem cauſæ. Ratio diuerſitatis eſt,quia per diffinitiuam expirat officium iudicis, merito non poteſt poſtmodum habere rõnẽ de acceſſoriis,ſed per interlocutoriam non expirat officiũ ſuum iõ,&c.vide ſimile in c.quęrenti,de of.deleg.

ADDITIONES.

a ¶Vtrum iudex. Vide Abb & Pe.de Anc.in c.fin. in litibus, Z.de dolo & contu. Bald. poſt Bart.in l fi.C.qñ prouoc non eſt nece. Seb Sap.

b Nam gl Cum qua tenet Do.Ant ib, & Bar.in l 4.§ hoc aũt iudicium, in verſio, ff.de damn.inf.S, e.an ti de off.iu.§.deſerunt,in ve. poſt litem,cũ ver.ſeq. & late defendit D.Alex Imo in l. properand um,§ ſin autẽ alterutra C.de iud.

c ¶Veniunt iure.Quo iure petantur expenſæ,vide hic D.Ant.ver.ſi & in c.ea par te.in fi.v t no q o cã de releſ.& vide Innan c calumnia,in fi.de pet.vbi dicit,q expenſæ, etiam actione in factum,ex quo iure petuntur expenſæ cõtra calumniosum accuſatorem,vide per Sal.in l.qui crimen.ver.nunc aliqua. C.qui accu. Et q expenſæ non poſſint peti iure actionis, videtur firmare D. Ant.in ca.vnico, e, de pen.

¶Quo iure petuntur expenſæ & qua actione.Dicas,quod qñque petuntur cõdictione ex l.cum quem temere.ff.de iud.vel condictione ex l.non ignorat. C.de fru.& li.ex pen. qñque actione in factum deſcendente ex edicto pretoris, de bon.Autho.iud.poſ.vel de eo qui mit.in poſ.cã rei ſer.qñque ẽt ex officio iudicis,de quo vide Spe.in ti.de dolo m §.ſi.in ver.verum & in titu.de off.iudi.in §.7.circa finem.

¶Et ad le,q qñ per ſtatutum victus victori condemnaretur in expenſis,poſſet etiam peti condictione ex ſtatuto,vt per Bar.in l.non ſolum,ff.de rei ven. Antonius Franc.

d ¶Inn.Idem tenet Sal.in l properandum,§.ſin autem alterutra.C.de iud qui dicit eſſe tex valde peregrinum in Auth.de executo.prin. vbi dat legis modũ iudici prouidendi circa expenſas quæ ante lit cõte proceſſerunt,ſi ſtatim aduerte q in illo tex.non põt fieri fundamentum,quia ille tex. ibi ſuper non declarat,q iudex procedat ſi expenſæ petitæ non ſint.Illam opi.tenet ẽt Cy. in l. ſancimus,in §.q.& ibidem Bar.per illũ tex.C de iudi & late Imo.in l.ſi in pe. co.ff.de re iudi.Io.An.& Imo.in c.audita, de j rocu. nunq quid aũt iudex qui põt ex officio condemnare in expenſis non petitis,ſi non condemnet, teneatur parti,dic q non,ita tenẽt Cy & Bar.in d l.properandum,§.ſin autem alterutra,C.de iu.quia dato q poſsit tñ non tenetur impartiri officiũ ſi non petatur,per reg.l.4 § hoc aũt,ff.de dam.inſec. & ideo cautela eſt, q petat in ſententia ſibi per eos ta itam.& cum eis tenent Ang.& magis cõ ter aliis,Io. An.in addi Spe.in tit.de expen.§ ſi aũt,ſuper ver 1.& Dy.& Bart.in d § hoc aũt iudicium,& gl.ſi n c.h.de reſc. & tenendo hãc partem adde illud quod dicit Bal.in d §.ſin aũt alterutra, q ſufficeret petitio implicita,vel generalis, puta peto ſñiam pro me ferri,q a tunc videtur petiſſe quod ferat ſñiam tã ſuper principali quam ſuper acceſſoriis, & ſic ſuper expenſis argu. l ſi C. de an ca .ep.quod dictum ſequitur. & reputat tenendum menti Paul. de Caſt.& ibi ſequitur ſimpliciter,D Alex.de Imo.

e ¶Inn Expenſis refert & ſimpl citer ſequitur Pau.de Ca. in l.ſancimus.C.de iu.

¶Inn.Vide Bar.referentem Imo. in l. terminato C.de fruc.& lit expen.refert Lat in l.properandum,§ ſin autem alterutra,ver. a quarto.C.de iudic.vbi limita ve per eum. Seb Sapia.

f ¶Appellauit. Si lata fuit interlocutoria a qua non fuit appellatum tpe debito,ſi poſtea lapſis x.diebus feratur ſnĩa ſuper expenſis illius interlocutoriæ non poterit appellare,niſi moderatio excedatur. Et adde q illud dictum Inn.alleg.& ſequitur Ro.in ſua ſing. & dicit q qui neſciret illud dictum in curia Romana reputaretur groſſus,& pro hoc optime facit quod no Do. Ant.in c.quintauallis,de iureiu.& in c.paſtoralis,ſ.eodem.

SVMMARIVM.

2 *Appellatione deſerta ex negligentia partis iudex aliquo caſu poteſt ex ſuo officio inquirere de meritis,propter quæ fuerat appellatũ, & hoc quando iudicis officium exuberat,ſecus ſi concerneret merum commodum priuatum.3.*

2 *Accuſator ſi ceſſauerit ab accuſatione,poteſt iudex ex ſuo officio inquirere.*

4 *Facultas quæ conſideratur in uno caſu,præſumitur in alio ſimili,niſi probetur contrarium.*

5 *Argumentum a ſimili procedit, licet non in omnibus detur ſimilitudo.*

¶ Et adde etiam q saluus conductus non dẽt seruari, delinquẽtib. in loco salui cõductu, vt est gl. in Auth. de man. prin. in i gl. in §. neque, & vide Bar. in l. ill. eiiras, in § ne potentiores, in fi. ff. de off. præsi. & idem voluit Bal. in c. i. item sacramenta, in vi. col. de pa. iur. fir. vbi dicit, quod si concedens saluum conductum etiam iurasset illud obseruare non tenetur illi delinquenti de nouo seruare, & ita alias vidi seruatum in ista ciuitate Paduæ in quodam bannito, cui fuerat factus saluus conductus, & cum venisset ad istam ciuitatem de nouo deliquit expẽdendo falsas monetas, & non seruato sibi saluo cõductu fuit suspensus.

c ¶ Nunquid citatus Vide de hac quæs. Car. in cle. i. in prin. q. xxxii. de foro cõp. Bal. in l. ii. ver ii quæritur, C. de epi. aud. Rotam sub ti de resti. spo. dec. iiii in ... ci nota, quod, vbi dicit, in antiquis Pau. de Cast. in consi. xxv. incip. super primo, sm antiquam impressionem, Alexan post Imo. in l. de ætate, ff. ad Treb.

est contra ea, quæ sup. dixi secundum eum. nam iudex pôt hoc casu probabiliter ignorare grauamen, ergo non iustificatur appellatio, nisi proponatur exceptio, si tute proponi potest. Octauam opi. posuit D. Card. ut si factum est dubiũ debeat excipi ante appellationem, secus, si grauamen est manifestum, ut in d. §. Pisana. Et adde ad materiam no. per Pau. de Leaz. in cle. quia contingit, de re. do. Hæc sunt, quę satis ordinarie collegi ex variis dictis Doctorum. Sed per hoc nõ habemus aliquam firmam theoricam. quare puto pro opinionum concordantia sic posse distingui. Aut grauamen procedit ex mero facto iudicis, ita ꝙ ipse scit, vel scire debet grauamen intulisse, & tunc immediate potest appellari[a] absque alia exceptione, vel petitione reuocationis grauaminis, pro hoc tex. ĩ c. i. de dil. & ibi per Cal. facit c. si a iudice. inf. eo. tit. lib. vi. probatur ratione. immediata causa appellationis est grauamen. in c. ut debitus. inf. eod. ergo satis est grauamen præcessisse. Aut non præcessit grauamen ex mero facto iudicis, ita ꝙ probabiliter ignorare potest grauamen inflictum, & tunc si tute potest coram eo excipi, & grauamen probari, tenet̃ pars hoc facere ante appellationem, quia iudex non tenetur sibi credere in præiudicium alterius partis, vel iurisdictionis suæ, ut in capit. ex parte Adæ, præall. exemplum, si producit falsum instrumentum, vel criminosos testes. nam iudex hoc probabiliter ignorat, nec tenetur credere excipienti, nisi probet exceptionem. d. c. ex parte Adæ. l. Lucius, ff. de his, qui no. infa. Aut non potest secure proponere hanc exceptionem, seu probationem facere, & tunc potest immediate appellare. excusatur enim propter iustum timorem a propositione exceptionis & ipsius probatione, arg. c. si. eo. de hoc puto tex. hic. Nam hic dicitur, ꝙ uocatus ad locum non tutũ, potest libere appellare. non enim habet libertatem appellandi, si teneretur ire ad locum non tutum ad excipiendũ, & probãdum ipsum grauamen, pro hoc qđ no. in uer. Libere in c. licet episcopus, de præb. lib. vi. in nouel. & in ca. de multa, de præb. & sic intelligerem tex. in c. venerabilibus. §. & hoc ipsum. cũ se. de sen. exc. li. vi. nã ibi excusatur ille, q non ꝓbauit locũ nõ tutum coram iudice, a quo. q a secure accedere non pôt, ut dicit tex. & sic bene ponderando illum textum, eleganter probat vtrunque[b] membrum meæ distinctionis, ut si secure potest probare grauamen, quod probabiliter iudex ignorat, debet coram eo probare ante appellationem, secus, vbi tute probare non potest propter periculum imminens in mora trahenda. † Vnum tamen p̃ cæteris tenebis menti, ꝙ vbicunque notorium[c] est locum non esse tutum, nedum potest incontinenti appellare, sed etiã potest pars citata appellationem omittere, & de citatione nihil curare, quia, ex quo citatio est notorię iniusta non arctat citatum, ut eleganter probatur in d. §. Pisana, iuncta glo. Et adde pulchrum dictum Inn.[d] in c. 2. de dilat. vbi dicit, ꝙ quoties citatio continet in se notoriam iniustitiam. puta ut ueniat ad respondendum seruo, vel alias, est notorie iniusta, licet iniustitia non sit descripta in citatione, talis citatio non arctat citatum pro hoc dicto allego bonum tex. in c. bonæ. il 2. de electio. maxima iuncta glo. hu. ibi, & hoc casu notorietas excusat etiam ab onere proponendi, quia ex quo non tenetur uenire, ergo nec proponere, secus, vbi pars esset pręsens in iudicio, & grauatur notorie in processu, quia tunc non excusatur. quominus proponat grauamen saltem in appellatione, & sic intellige notata in cle. appellanti, eo. ti.

ADDITIONES.

a ¶ Potest appellari. Et ita Io. An. hic & in hoc omnes concordant imo videtur quod t c processus sit nullus ipso iure ex quo iudex non ignorauit impedimentum, vt c. si duob. § eo. & l. quæsitum, & ibi Bar. ff. de re iud.

b ¶ Vtrunque. Et sequitur Imo in l. de ætate, §. ad Trebel. distinguendo, an causa sit leuis, vel grauis ita, quod debeat mittere procuratorem, vel non, & in hoc residet Ang. in sua dispu. inci. Bonon. [illegible] ciuitatis bannitus, in iur. dubio & ibi latius per eum, & per D. Phil. de [illegible] hic.

c ¶ Notorium. Nunquid autem citatus ad locum non tutum teneatur mittere procuratorem, late tradit D. Fel. in c. accedens, versi. tertia conclusio, vt lite non contest. & ad hanc materiam vide etiam per Fel. in cap. consuluit, ti. de off. deleg. Seb. Sapia.

d ¶ Inn. Et sequitur ibi D. Ant. & Imol. hic & ex hoc & ex text. no. per Io. An. & alios Doc. in d. c. ii. habes notabilem differentiam inter [illegible] ratione loci, & ratione iudicis, quia quantumcunque iudex sit notorie suspectus, tamen notorium non se excusat ab onere proponendi, sed tenetur comparere, & allegare de suspicione iudicis notorie [illegible] cod. Pau. de Leaz. [illegible] cle., [illegible] & in c. quia contingit, de re i. do. licet gl. & Arc. velint contrarium [illegible] quoties, [illegible] possit recedere appellans & male, & ratio differentiæ [illegible], quia eo ipso, quod quis citatur ad locum non tutum grauatur. secus si citatur coram iudice notorie suspecto, quia posset facere iustitiam, hinc est quod filius posset esse iudex in causa patris, nisi recusetur, vt no. in c. postremo, [illegible] & ita etiam tenet hic Imo. in fi. quod no. ex his collige aliam differentiam, quia litigando scienter coram iudice suspecto, [illegible] quis renuntiare exceptioni suspicionis vt in c. insinuante, de off. dele. non sic in comparendo, & litigando in loco non tuto, vt hic, & dictum est supra.

S V M M A R I V M.

1 *Appellare licitum est parti, asserenti procuratorem aduersarii non habere mandatum, si talis sua exceptio non admittitur.*
2 *Procurator potest constitui per literas priuatas, authentico sigillo constituentis sigillatas.*
3 *Sigillum alicuius dicitur authenticum saltem in pertinentibus ad factum illius cuius est.*
4 *Plurib. sigillis potest quis uti ad diuersos actus.*
Sigillare quis potest cum alieno sigillo etiam in rebus ecclesiasticis.
5 *Appellans ex pluribus causis copulatiue deductis non grauatur onere probandi omnes, nisi veniat, vt qualitas, ad alias.*
6 *Causa, ob quam appellatur, debet esse iusta, & quod vera probetur*
7 *Citare non potest iudex quem per nuncium priuatum sine literis, dando sibi aliquod signum suum.*
8 *Capitulum potest agere cõtra prælatum absque eo, quod sibi detur actor.*
Capitulum æquiparatur minori, quoad restitutionem in integrum.
Restitutio in integrum datur prælato & capitulo si in contrahendo fuerint decepti.

C A P. XLVIII.

1 Significauit. † Licet appellatus, re⁹ nõ audit excipiens procuratorem actoris non habere sufficiens mandatũ, vel se prius conuentum per alias literas, de quibus non fit mentio in secundis. h. d. quo ad titulum. Prima pars ponit querelam appellantis. Secunda dat iudices ibi, quo circa. Casus lis: c. D. functo magistro hospitalis Eboracensis fratres ipsios hospitalibus elegerunt. B. presbyterũ in rectorem siue magistrũ ipsius hospitalis, ille ad quem cõfirmatio pertinebat dictum B. electum præfecit ibidẽ, postmodum vero decanos & capitulum. Eboracen. dixerũt ꝙ ad ipsos, hospitalis ordinatio pertinebat, impetrauerunt literas super hoc ad quosdam iudices, & citauerunt tam archiepiscopum, quam dictum magistrum in quorum præsentia comparuit procurator capituli, cum literis procurationis sigillatis sigillo capituli, in quo continebatur sigillũ capituli, ad citationes tantum cum capitulum aliud sigillũ habere noscatur magister hospitalis excipiẽdo proposuit, ꝙ occasione illarum literarum procurator taliter constitutus non debebat ad causam admitti & insuper adiunxit ꝙ authoritatem quarundam literarum ad alios obtentarum prius conuentos fuerat super eodẽ negotio, de quib. posteribus literis mentio non fiebat, quare coram eis non debebat nec poterat per alias literas cõueniri iudices huiusmodi exceptiones admittere noluerunt, quare ad sedem apostolicam appellauit. vnde mandat Papa si constiterit propter prædictas exceptiones, vel alteram earum fuisse ad se appellatum quicquid factum fuerit post appellationẽ hui⁹modi debeat irritum reuocari & postmodum iudices ĩ cã
2 procedant. † Not. quem posse constitui procuratorem per literas priuatas cõstituentis dummodo habeat sigillum cõstituentis authenticum, & pro hoc vide bo. text. in clem. t. de procu. & ꝙ hoc intelligatur de literis priuatis probatur ex eo, quia si literæ fuissent, per se fidem de syndicatu, licet sigillum non esset authenticum, vel esset fractum, seu deperditum, vt notabiliter dicit Inn. in c. inter dilectos. de fi.
3 instrumento. † Secundo not. ꝙ sigillum capituli dicitur authenticum saltem in pertinentibus ad factum capituli.[a] de qđ no. Inn. in c. i. & ii. de fide instru. & aliqđ notat̃ ĩ c. post
4 cessionem. de probationib. † Tertio no. quem, posse habere plura sigilla destinata ad diuersos actus & ꝙ sigillum destinatum ad certum vsum, seu actum non fractum non facit fidem in alio actu. vt hic notabiliter probatur. quia vtẽdũ est qualibet re ad usum seu actum destinatum, ut in cle. quia contingit de reli. domi. & in c. ad nostram, & in c. suggestum. sup. eo. hoc puto procedere nisi dicatur, ꝙ sigillum solum non habetur præmanibus, ideo fuit sigillatum alio sigil-

ADDITIO.

a ¶ Ad factum capituli. De hac materia vide late per Deciam in capitu. post cessionem, de proba. per Fel. in capitu. ii. de fid. instru. in c. a quibus super hu. eo. titu. Seb. Sapia.

a sigillo.* Nã tunc putarẽ hoc sigillũ facere fidẽ, ad aliũ actũ sicut põt sigillari cũ alieno sigillo, ut ĩ l.si un*. C. de tes.facit, c.cũ inter.-si.de re iudi.ubi, ex cã, q̃s subscribit se in instrũo, p aliũ. Et hoc ultimũ dñt Doc.ẽt pcedere in reb. ecclesiasticis, ut ex cã possint ẽt sigillari cũ alieno sigillo, sicut fit de iure ciuili ad q̃ no.facit in ar.d.c.cũ inter. Itẽ no. q̃ cõstitutus ad pcurãdũ facta uniuersitatis, põt appellari actor: qñq; appellaẽ syndicus, qñq; œconomus. unde gl.in uer.syndicũ. in l.i.ff.qđ cuiusq;. No. ẽt gl. 2.q.7.si q̃s erga. appellaẽ qñq; pcurator, qa non est uis in noĩe, ut in ca. peritio. ubi casus

5 de procur. † Vltimo no. q̃ appellans ex plurib. causis copulatiue deductis non grauaẽ onere pbandi oẽs cãs, sed sufficit probare alterã per se sufficientẽ, nisi vna veniat vt qualitas ad reliquã. qđ declara vt dixi in c.licet. de pba. & per

6 Bar. in l.diuus.ff. de re iud. † Sed opp. ꝯ tex. in fi. vr̃ q̃ nõ sufficiat pbare appellatũ fuisse ex cã iusta, nisi pbeẽ ipsius cãe veritas, ut in c.interposita. inf. eo. Sol. ẽm Inn. supplẽdũ est ad lr̃am ibi fuisse appellatũ, & ẽt subsit veritas cãrũ allegatarũ: & qualiter debeat pbari veritas diceẽ in d.c. interpo

7 sita. † In gl.i.in fi.no. singlr finẽ gl. ex quo infereẽ q̃ iudex põt citare quẽ p nunciũ priuatũ sine lr̃is dãdo sibi aliqđ signũ suũ, vt sic viso signo adhibeaẽ fides nuncio: quẽadmodum hic mittebaẽ sigillũ capituli cũ nuncio priuato, vt crederet ipsum esse missum p capim. & hoc ẽm intellm vltimũ hui* gl. Ex hoc intellũ infert D. An. ad id qđ fit quotidie. nã mit

b tiẽ nuncius* cũ aliquo signo mittentis, puta annulo vel cultello ad aliqđ recipiendũ de domo vel amico, ut sic viso signo, fides adhibeaẽ nũcio in referẽdo. satis. n. excusatur is q̃ vigore illius signi aliqđ tradit nuncio, hoc tñ limitaẽ nisi psona q̃ portat signũ verisilr potuerit illud subtrahere: ar. eorũ q̃ no. in l.vna. C. de la.li.tol. in c.ecclĩa. el 2. sup. vt lite pen. Itẽ limitat qñ mittẽs erat solitus talia signa mittere, nihil allegando. Sed ad primũ dictũ bene facit tex. in l.si quis vxori. in §. itẽ apud Labeonẽ. ff. de fur. & expssius ibi Bar. dicens q̃ si bidellus tradidit librũ, portãti signũ scholaris, cui verisilr debuit credere, excusat: licet nũcius infideliter egerit. sed limitarẽ hoc in his q̃ sunt leuis pĩudicii. nã ĩ grauib. non crederẽ illũ excusãdũ. ar. in c.lr̃as. de psum. & eorum q̃ no. In. in c.qa verisilr. eo. tit. Et hoc idẽ dr̃ sentire Bar. in d. §. itẽ apud Labeonẽ. dr̃. n. bidellũ excusari, si verisilr debuit illi credere. Ad idẽ vide qđ in fili in deferente lr̃as credentiæ, uoluit Bar. in l.Lucius. ff. de fideius. qđ dixi in c.fraternitati. de cle. nõ resi. Itẽ credo sufficere q̃ hæc sit cõsuetudo in loco licet non pbeẽ mittentẽ cõsueuisse signa mittere, & q̃ in his dẽt attẽdi cõsuetudo loci oĩm nõ vnius tñ, ex quo non constat de ꝯria consuetudine istius: ar. in l.qđ si nolit. §. qa assidua. ff. de ædil. edi. & eorũ q̃ no. Bal. in l.nemo. ff. de duo. reis. & hæc no. Prędicta limita qñ quis tradit rẽ ipsius cuius noĩe fuit petita, secus aũt si tradẽs erat oblĩgatus in gñe, nã tũc si recipiens infideliter egerit cũ nõ esset missus a creditore non liberaẽ ipse debitor tradens: sed dẽt agere ꝯ illũ, q̃ infideliter egit, ut est tex. not. in d. §. itẽ apud Labeonẽ. q̃ tuncunq; defecerit signũ, ot hic. & est rõ qñ res

8 perit dño, ut l.argentũ. ff. cõmo. † In gl. 2. in fi. de hac materia vtrum p̃latus possit agere vel conueniri sine authoritate capituli vel eꝯ, dic ut plene no. in c.edoceri. de rescri. sed

c non placet mihi dictũ gl.*, q̃ capl̃o volẽti agere ꝯ p̃latum, dẽt necessario dari actor authoritate iudicis, qa hoc nullibi pbaẽ, & rr̃, q̃libet vniuersitas põt cõstituere actorem seu syndicũ. l.i.ff.qđ cuiusq; vni. nec ualet arg. gl. q̃ capl̃m æquipareẽ minori. nã licet ęquipareẽ ut subueniaẽ ꝯ læsionẽ nõ tñ quo ad hoc, qđ possit libere sup iurib. ꝯ p̃latũ esse in iudicio. p hoc sĩte tex. & c.cũ ecclesia vulterana. sup. de elec. tolle instantiã ꝯ arg. gl. oam p̃latus & capl̃m ꝯhendo pñt petere restõnẽ sicut minor. ut in c.l. & 2. de in integ. resti. li. 6. & tñ nemo negat quin p̃latus & capl̃m possint agere, sine actore dando a iudice. Et hanc ꝯriam opinionẽ tenuit Ioã. gl. 6. q. 3. in c.si. licet referat Alanum cuius opi. fuit istam gl. tenuisse ꝯrium. sed Io. sequitur ibi Arch. & Compo. & multi alii io c.edoceri. de rescriptis. vbi plenius dixi, licet glos. ibi, & quidã alii teneant qđ gl. hic. Sed pro opinio. q̃ tenui facit tex. in c.dilectorum. de test. cog. & ca.cũ olim. de cau. poss. & pprie. & c.cũ super Abbatia. in prin. de offi. dele. & d.c.cũ ecclesia uulterana. & c.dilecti. inf. eo. in quib. patet capim litigasse ꝯ propriũ p̃latum & nõ legiẽ fuisse datũ curatorem capitulo. In gl. pe. in fine. De materia dic ut plene no. per gl. & Doct. in c. 2. de rescriptis. & aliquid dixi in capitulo licet. de probat. In gl. fi. in fi. hoc dictum gl. procedit respũ primę exceptionis: qa si pbaẽ prima exceptio dũtaxat cã abdicaẽ a primis iudicib. & ꝯsolidaẽ ĩ istis secũdis: vt in c.ut debitus. inf. eo. sed si secunda exceptio fuisset probata, uidelicet q̃ cã erat mota corã priorib. iudicib. tũc iustificata appione dẽnt isti tertii iudices remittere ad cãm ad priores, ad hoc q̃ no. sup. de exceptio. in c.significauerunt.

ADDITIONES.

a ¶ Sigillo. An liceat sigillare alieno sigillo, uide tex. in §. põt insti. de testa. & p Bar in l si procuratorẽ in uer. is põt appro. ff. de procu. & p Pe. de Peru, in tra. socie in xi par. & uide Bal. in l. si [illegible] C. de iure delibe. vbi concludũt oẽs posse alieno sigillo sigillare, ex qua sigillatione induc[illegible] approbatio actus & p̃dicta uera intellige, prout ẽt hic di[illegible] alias no. ad qđ ẽt uide Bal. in l.i. C. pro socio. qđ et procedit in reb. ecclesiasticis. arg. tex. in c. cum inter, de re iud. & p̃dicta intellige uera si sigillans non hẽat proprium sigillum, ut plene per Spe. in tit. de instru. edi [illegible] §. restat. in uer. illud. & in tit. de proba. in §. uidendum. in uer. & no[illegible] per Inn in c. ii. de fi instr. & in d. uer. & no. dicit etiam Spe. idem quod hic dicitur. & quod uoluit Bar. in l. ai testium. hi[illegible] alle. q̃ dẽt fieri expressa mentio de sigillante qđ sigillat alieno sigillo. de quo ẽt per Io An. in c. ii de fi. instr. Seb. Sap.

b ¶ Mittitur nuntius. Vide Bal. in l. si is cui uer. quæro nunquid. C. de fur. Ang. in l. si ff de eo per quem fa[illegible] erit. Seb. Sap.

c ¶ Gl. Dicit hic d. Bar. de Bellen. q̃ hoc dictum gl. procedit de iu. ciuil. de iure aũt canonico, dicit quod quilibet de per se constituit procuratorẽ. ad hoc albe. ẽt gl quam alle[illegible] hic iste. v. q iii. in c. [illegible] in gl. magna, circa med um dicit, ẽt quod practicam huius gl commendat D. Ant. in c. ed[illegible] uer. de rescrip. tamen dicit Do. Ant. fin[illegible] ea recte fie[illegible] posse si [illegible] agant nomine proprio siue ecclesiæ, quia tunc solum capitulum con[illegible] h[illegible] re administrationem.

SVMMARIVM.

1 *Actor si nõ declarat rẽ petitã in libello licite ab hoc grauamine appell.*

CAP. XLIX.

1 Significantibus. † Licite appellat reus si nõ auditur petens declarari rem petitam in libello. Secũda pars ibi. quocirca. Hoc c. est de verbo ad verbũ in tit. de libel. obla. Nec obst. arg. de superfluitate. quia ponitur hic ad alium effectum, q̃ ibi. ponitur. n. ibi ad ostendum q̃ res petẽda dẽt taliter in libello declarari, ut omnis ambiguitas cesset, hic uero replicatur ad ostendendum q̃ si iudex nõ facit libellum declarari licite ab eo appellatur. No. ex hoc modum bonum ad excusandum Doctorem de

a superfluitate, ut si idẽ replicatur ad varios effectus. & lege* istud. c. prout legiẽ in d.c. significantib. de libelli oblatione.

ADDITIO.

a ¶ Lege Et hic per d. Philip. de Peru.
¶ Et lege. Quib. mo. excusa. superfluitas, tradit Fel. in c. solitæ. sup. de maio. & obe. & in proę. Gregoria. d. Fran Cur. in consi lxxviii inci dña Francisca.

SVMMARIVM.

1 *Iudex a quo non potest statuere terminum ad finiendam appellationem, & si statuerit intelligetur de prosequenda. & nu. 2 4.*
3 *Terminus nõ currit propter impedimentũ proueniens ex facto principis.*
5 *Notorium inducitur etiam per inspectionem actorum.*
6 *Iudex potest procedere parte absente quando certum est parti non competere aliud ius, nisi illud quod iudex habet in manibus.*

CAP. L.

1 Ex insinuatione. † Iudex a quo nõ põt statuere terminum ad finiẽdum appellationẽ, q̃ si fecerit,

a intelligitur statuisse ad se psãtandum*. hoc dicit ẽm intellectũ gl. qui cõiter tenetur, uel summa. Si iudex a quo pręfigit terminum ad prosequendum appellationẽ, ad redeũdum a prosecutione non ualet terminus, respectu redeundi, sed bene ualet respectu prosecutionis, adeo q̃ a neutra partiũ p̃ueniri põt. Ponit primo q̃relam appellantis. Scđo dat iudicẽ, ibi, q̃ a. Casus liter. Inter priorẽ & canonicos sanctæ Barbaræ ex una parte, & V. camerarium de tangar ex altera sup quodã manerio corã ordinario, qõ uertebatur. dictus V. ad sedem apost. appellauit. iudex, qui cãm eius uidebatur fouere, pro eo q̃ quidã clericus commensalis suus, dicti camerarii fuerat aduocatus. talẽ terminũ sibi statuit, ut usq; ad festũ purificationis B.M. Virginis, utraque pars ab appellationis psecutione eẽt reuersa. interim vero dictus camerarius p̃ueniens nuncium prioris, nec expectans vsque ad legitimum terminum impetrauit lr̃as, & recessit, prior hoc intelligens significauit hoc dño papæ. super hoc scribit papa dicens, q̃ ille iudex non potuit ei legẽ imponere, s. vt tenereẽ cãm intra p̃dictũ tp̃s expedire, imo absq; damno moræ intacta pmaneat, quousq, cãio faciat expediri,

ADDITIO.

a ¶ Psãtandũ. Adde qđ ubicunq; l[illegible] a uel statutum pcep[illegible] aliqu[illegible] actũ successiuẽ fieri inf. certum terminum intelligiẽ terminus datus ad inchoandũ, non ad finiendum. ita determinat Host. per illum tex. in c. pp. el [illegible] in prin. xvii. dist.

expedire: quia fraus, & dolus alicui patrocinari non dẽt,
mandat papa, quatenus, ſi eſt ita, partib. cõuocatis audiat
2 cãm. B. † No. 1. ꝙ iudex a quo, pt præfigere terminũ appellã
ti ad ꝓſequendam appellationem, licet ipſe appellans nul-
lum terminum ſibi præfixerit: non tñ præfigit terminũ ad
finiendam appellationem: quia eſſet imponere legem ſu-
periori. Nunquid aũt hoc poſſit facere iudex ad quẽ, dicã
3 in c. oblatæ. inf. eo. † Secundo not. ꝙ impedimentũ ſurgens
ex facto principis impedit curſum termini p̃fixi ad appella
tionem finiendam, vnde nõ datur ſecundus annus: ſed im-
peditur curſus tpis: probatur, ibi: Intacta permaneat &c.
& ibi: Abſque damno moræ, Quid de alio iudice, dixi ple
ne in c. ex ratione. ſup. eo. per quę decido aliqua tacta hic
4 per Doct. † No. ſm communem intellectum, ꝙ terminus p̃
fixus ad appellationem finiendam hr̃ pro termino præfixo
ad appellationem proſequendam. & eſt rõ, quia terminus
p̃fixus ad finiendam appellationem includit in ſe terminũ
ad proſequendum, ut in cle. i. eod. tit. Vnde ſi non ualet re-
ſpectu finis, valet reſpectu ꝓſecutionis, ar. opt. in c. vnico,
de deſpon. imp. lib. 6. vbi dr̃, ꝙ ſi inhabiles ętate ad ꝯhendũ
matrimonium exprimunt verba apta ad cõtrahendũ ma-
trimonium, iuris interpretatione ſunt ſponſalia de futuro,
ex quo ſunt habiles ad ꝯhendum ipſa ſpõſalia: & iſta eſt ue
ra rõ decidendi ſm lect. gl. in gl. i. in fi. primam opin. tenuit
gl. 3. q. 5. in c. accuſatores. Inno. hic tenet opĩ. gl. ut non ſit
a ſufficiens cauſa ad recuſandum [a] iudicem: & hoc placet, &
vr̃ probari in illo c. i. de offi. iudi. Non obſt. iſte tex. qñ hic
iudex fuit recuſatus. Item hic de facto fauebat nimiũ alteri
parti, & hoc reſpectu poſſet recuſari: ſecus, ubi iudex in ce-
dit per rectam uiam, non. n. eſt uериſimile, ꝙ uelit moueri p
commenſalem ſuum, ex quo nullum intereſſe p̃tendit, niſi
quia eſt aduocatus. In gl. pe. in fi. Ex iſta gl. habes duos in-
tellectus ad tex. Primus, ut intelligatur lr̃a in termino p̃fi-
xo a lege, ſ. anno. Sed iſte intellectus non placet gl. q̃a non
tenetur, nec dẽt quis expectare finem termini anni, q̃a per
lapſum illius termini appellatio eſt deſerta. Vnde gl. tran-
ſeundo ad ſecundam lectu. dicit, ꝙ dẽt intelligi de termino
p̃fixo a iudice ad appellationem ꝓſequendam, quẽ termi-
num neutra pars præuenire pt, ut in c. ſæpe, in fi. ſup. eo. &
c. oblatæ. inf. eo. & licet alia fuerit iudicis intentio, tñ p illã
regulam, ſi non ualet ꝙ ago &c. valet p̃fixio termini reſpe-
ctu ꝓſecutionis huius, cuius reſpectu poterat valere, & nõ
reſpectu finiendi, quia eſſet imponere legem ſuperiori, ad
quem appellatur, quod fieri non pt, ut hic in tex. Sed Inn.
ſequendo primum intellectum dicit, ꝙ terminus præfixus
a iudice habetur, ac ſi non fuiſſet p̃fixus, quia non poterat
terminum ad finiendum ſtatuere, & ſic partes fuerunt reli-
ctæ in termino iuris: & dr̃ hic camerarius p̃ueniſſe nunciũ
aduerſæ partis, nec expectaſſe ad terminum legitimũ, quẽ
debuit differre vſque ad vltimum menſem anni, quod q̃a
non fecit, lrę annullantur. Io. And. dicit hoc dictum proce
dere, ſi iſte camerarius fuiſſet appellatus: ſed ipſe erat ap-
pellans, & ſic poterat intra terminum iuris proſequi quan
documque, & hæc eſt bona impugnatio. Nã appellanti p̃fi-
gitur terminus anni a lege ad ꝓſequendum & finiendũ, ut
in cle. ſicut, eo. tit. Ideo pt proſequi quandocunque. nõ ſic
eſt in appellato, qui cum ipſe non impugnet ſnĩam ſuã, nõ
pt proſequi quandocunque intra terminum iuris, ſed dun
taxat in ultimo menſe anni appellatore non proſequente.
2. q. 6. c. ei qui appellat. §. appellatore ceſſante, & auth. ei q.
C. de temp. ap. Vel dic, ꝙ ex alio hec lec. Innoc. non proce
dit, quia ẽt appellatus pt proſequi qñcunque intra termi-
num iuris, dummodo in ꝓſecutionis actu faciat citari ap-
pellantem, ſecus autem, ſi uellet procedere ſine citatione,
ſed ſolum ut perquiratur ſi appellans eſt in curia, ut uoluit
Bar. in auth. ei qui appellat, de temp. ap. per l. fi. §. illud, eo.
tit. ergo potuiſſet iſte camerarius ẽt ſi fuiſſet appellatus, im
petrare intra terminum iuris quandocunque, dummõ po
ſtea in proceſſu faceret citari aduerſarium. Vr̃ ẽt probari
in c. bonæ. inf. de confir. vti. vel inu. nam ibi lr̃æ impetratæ
per appellatum pręueniendo appellantem dñr ſurreptitię,
quia non fecerunt mentionem de appellatione, & uide q̃d
dicam ibi, ergo oportet neceſſario ĩtelligere lr̃am iſtam de
termino hominis, qui præueniri non poteſt ẽt ab appellan
te. & corrobora hunc intellectum, prout ſup. dixi in not. &
eſt ſatis uerus in ſe. Sed do alium intellectum inhęrendo ſe
cundo ſummario, ꝙ terminus hic fuit præfixus ad proſe-
quendam appellationem. ſ. reſpectu impetrationis lr̃arum
& ad redeundum a proſecutione, ſed non valuit terminus,
quatenus arctabat ad redeundum, quia eſt imponere legẽ
ſuperiori, ut det literas intra terminum præfixum a iudice
a quo, vel cãm finiat. ſed valuit reſpectu proſecutionis fi-
niendæ. nam ubi utile eſt ſeparabile ab inutili, utile non vi
tiatur p p inutile, ut in regula, vtilis, de reg. iur. lib. 6. Remã
ſit ergo hic terminus reſpectu proſecutionis, & ideo nõ po
tuit appellans impetrare lr̃as hunc terminum præuenien-
do, & hoc uoluit litera, dum dicit. A proſecutione appella
tionis &c. Patet ẽt ex alio, quia ſi præfixiſſet terminum ad
finiendum in curia, non impetraſſent partes lr̃as extra cu-
riam, cum tamen quęlibet earum hoc fecerit. Hic intelle-
ctus eſt clarus, & nullum patitur ſcrupulum, & ſic habes di
ctum nouum, quia licet iudex, a quo poſſit præfigere termi
num ad proſequendum, non tamen ad redeundum cũ lite
ris impetratis, quia eſſet imponere legem ſuperiori. Sed di
ces extra gl. ex quo iudex iſte uidebatur fauere camerario,
quare appellauit ab eo? Item quare iudex ſibi p̃fixerit ter-
minum ita arctum? Sol. dicit. Hoſt. hoc fuiſſe fraudulenter
confectum, ut haberet iſte materiam impetrãdi literas ad
iudices remotiores, ut ſic pars aduerſa tædio affecta com-
pelleretur cedere. Item iudex minabatur, ꝙ niſi utraq; pars
eſſet reuerſa in termino, ſe non auditurum amplius ipſas
partes, & hoc faciebat, ut iſte camerarius, qui erat reus, re-
maneret in poſſeſſione ſua. poſſent præſumi & aliæ cauſæ.
in quib. non eſt ſtandum. In gl. fi. in fi. Sed contra hoc oppo
nitur, vr̃ ꝙ iudices priores habeãt cognoſcere de ſurreptio
ne primarum lr̃arum, ut in c. ſuper literis. de reſcr. Sol. dicit
5 Inno. hoc ꝓceſſiſſe ex gratia. † Vel ſm eum notorium erat
ex inſpectione actorum, quia iſte camerarius præuenerat
terminũ, & ſic ꝙ literę non valebant, ideo potuit papa ab-
ſente ipſa parte dare ſecundas literas. No. hoc dictũ, ꝙ non
b ſolum ſententia, ſed etiam acta [b] iudicii inducunt notoriũ,
quod limita, ut dixi in c. cum olim. inf. de verb. ſig. vbi bo.
6 tex. pro hoc dicto Inn. † Item no. ꝙ ubi totum ius partium
eſt redactum in ſcripti, poteſt iudex procedere ẽt abſente
parte tanquam ſuper notorio, quod ſemper no. quod ideo
procedit, quia certum eſt hoc caſu abſenti aliud ius nõ cõ-
petere, pro hoc bo. tex. in l. a. ff. de admin. rerum ad ciui. ꝑ-
tinen. qui ſic debet intelligi. & bo. tex. in c. cum olim, de re
iudica. & quod ibi dixi, iſte tamẽ intellectus non congruit
huic literæ, quæ mandat ſub conditione, ſi ita eſt &c. Nam
ſi fuiſſet notorium, dixiſſet, quia liquide conſtat &c. prout
facit in d. c. cũ olim, & pleniſſime de materia c. quotuplex
ſit terminus, qui poteſt præfigi a iudice, plene dixi in c. ꝑ-
ſonas. ſup. eo, ubi uide.

ADDITIONES.

a ¶ De hoc uide Imo. & plene per Doc. in c. poſtremo. ſup. eo.

b ¶ Et Bal. in d. auth. ad hæc, C. de uſu. col. iiii. ubi pro hoc dicto alle ẽt tex. in l. qua ſnia, C. de pœn. no. ẽt ex hoc dicto Inno hic ꝙ in tantum ex actis iudi cii reſultat notorium iuris, ꝙ iudex põt ex his quæ ſibi conſtant ex actis, ex ſuo offõ ſupplere ad utilitatem partis, & ita ẽt dixit Inno. in c. p ſ tuas, in fi. ſup. de teſti. ſequitur Inno. h c alle. Ang. in l. ſi unus, §. pactus ne pete- ret, ff. de pac. cir. fi. & facit gl. in c. bonæ ſup. de poſtu prel. & in c. euiden- tia inf. de accu. Et ſcias quod quantum ad de iſionem cauſæ nunquam ex actis & probationib. reſultat notorium iuris, nec dicitur liquere de cã, niſi quando eſſet in ipſa cã concluſum, ut eſt gl. fin. in uer. liquere, ubi ipſemet Ab. Pan. & Imo. ita tenent. in c. ſignificauerunt, ſup. de teſtib.

¶ Dicas circa hoc concluſionem eſſe ueram, quod non dicitur liquere de cã, niſi poſtquam eſt in cã concluſum, per gl. in c. ſignificauerunt. de teſti. & uide Alex. de Imo. plene de hoc loquentẽ, ultra hoc alle. in l. a. ff. de no ope. nun in apo. Et adde, quod ubi agitur de liquidatione inſtrumentorum, il- la debet fieri parte citata, ut per Bal. in l. iii. C. de execu. rei iu. & per Bar. in l. iii. in iii. q. prin. C. de pig & adde etiã, quod liquidatio cauſe, uel alicu ius actus poteſt fieri per coniunctionem duorum inſtrum. notorum, ut in l. fin. & ibi per Bal C. de fal. cau. adie. leg. Ant. Franc.

¶ Acta. Vide Fely. in c. cum olim. ſup. de re iudic. & in c. accedens. i. col. iiii. ver. & in quantum dicuntur, ſup. ut li. non conte. & in c. afferte, colum. iii. ver, ſecundus caſus, ſup de præſum & multa allegata per An. Sicu. in conſ. xxxviii. inc præclare ſcripſit in ii. uol. Ro. in conſi cclxvii. incip. ſpecialis. Sebaſt. Sapia.

S V M M A R I V M.

1 *Appellans extraiudicialiter, ne moleſtetur in poſſeſſione ſua, ſi poſtea fuerit ſpoliatus, reſtituitur in ſtatum, in quo erat tempore appellatio- nis emiſſæ.*

2 *Patronus alicuius eccleſia ipſa vacante poteſt percipere omnes fru- ctus, & ipſos vel ſucceſſori reſeruare, vel in vtilitatem eccleſiæ con- uertere.*

3 *Abbas poteſt acquirere poſſeſſionem per monachum.*

4 *Appellare poteſt quis pluries ſuper eodem articulo, vel grauamine. 23.*

5 *Appellatio extraiudicialis ex probabilibus cauſis facta adeo deuoluit cauſam ad ſuperiorem, ut omnia poſtea contra eam attentata reuo- centur. 22.*

6 Remedium

6 Remedium attentati non solum datur contra spoliantem, sed etiam contra illum qui successerit spolianti. 18.
7 Differentia inter appellationem extraiudicialem, & iudicialem.
8 Appellatio non continet in se appellationem extraiudicialem in odiosis.
9 Apostoli qui sint tam dimissorii, refutatorii, quam reuerentiales.
10 Excommunicatus an appellabit extraiudicialiter.
11 Custodia ecclesiæ vacantis ad quem spectat de iure communi.
12 Capitulum succedit sede vacante.
13 Sede vacante si collatio pertinet ad prælatum, potest capitulum ecclesiã alicui commendare, donec ei prouideatur de rectore.
15 Possessio an probetur per solutionem pensionis, vel census.
16 Officium iudicis datur contra quemlibet possessorẽ ex naturali æquitate.
17 Interdictum, vnde vi, & via attentati, differunt in multis, vt hic.
In interdicto, vnde vi, seruatur ordo iudiciarius etiam contra contumacem, secus si agitur via attentati.
19 Interdicto, unde vi, debent probari spoliatio & possessio.
Quando agitur uia attentati, satis est quod probetur possessio tempore appellationis.
20 Agenti interdicto, vnde vi, obstat exceptio alterius spoliationis.
Contra remedium attentati non obstat exceptio spoliationis: quia talis reuocatio fit ex mero iudicis officio.
21 Quando agitur interdicto, vnde vi, in beneficialibus, oportet colorare & iustificare possessionem.
Quando agitur remedio attentati etiam in beneficialibus non oportet iustificare possessionem.
22 Appellãs, ne quis molestetur in possessione sua, si postea fuerit spoliatus ab ea, an & quando reuocet attentata post ipsam appellationem.

CAP. LI.

a BOnæ memoriæ. [a] Potest intelligi plurib. modis ut inf. patebit: sed inhærẽdo verbis literę, vt mos geratur cuiq; lecturæ, summaĩ generalius sic.

1 † Qui extra iudicium appellat ex verisimilibus & probabilibus causis, ne in possessione molestetur, si pustea spoliaĩ, restituitur ante omnia in statum, in quo erat tempore appellationis emissæ. h.d. Prima pars ponit allegatiooes appellantis. Secunda, ibi: Procurator appellati. In tertia pronunciat. ibi: Præmissis. Casus liter. Mortuo O. de camera rectore ecclesiæ de Fan. abbas S. Augustini Cantuarien. primo per quosdam monachos, postmodum per seipsum possessionem eiusdem ecclesiæ, quam ad se ptinere asserebat, ingressus ad papam pluries vocem app. emisit, ne quis eũ super possessione ipsius ecclesiæ molestaret: & cũ postmodum prædictam ecclesiam pacifice possedisset, quidam laici ipsum abbatem, & monachos per violentiam de possessione eiecerunt. quam ecclesiam Archidiaconus Cantuarien. cępit postmodum possidere. vnde abbas & monachi dictam possessionem petierunt sibi restitui cum fructibus inde perceptis, lite cootest. inter monachos & Arch. testes fuerunt hinc inde producti. demum causa delata est ad papam, coram quo prædicta ex parte abbatis fuerunt proposita. Procurator Arch. proposuit ex aduerso, quod defuncta persona illius ecclesiæ Arch. tantum datur eius custodia. immo Arch. qui pro tempore fuerunt tam de iure cõmuni, quam de consuerudine generali tam in illa ecclesia, quam in aliis eiusdem dioecesis illo iure semper vsi fuerũt: & ille O. nomine ipsius Arch. eandem ecclesiam possidẽt, qui ei procurationem unam, & quinque solidos annis singulis exhibebat. His & aliis diligenter auditis d. papa prædictos abbatem & monachos in eum statum reducendos decernit, io quo erant tempore appellationis factę ex verisimilibus & probabilib. causis, saluo iure proprietatis vtique parti cum fructibus medii temporis assiguandis eisdẽ.

2 B. Primo no. ex isto tex. secundum unum intellectum, † q. patronus ecclesiasticus alicuius ecclesiæ debet habere custodiam ipsius ecclesiæ vacantis, percipiendo oẽs fructus reseruandos successori seu conuertendos in utilitatẽ ecclesię. ad hoc alle. istum tex. Iun. in c. vnico. inf. vt eccl. benefi. sine diminu. conse. & sentiunt Doct. hic, & inf. latius dicã.

3 † Secundo not. abbatem posse possessionem aliquam acquirere per monachos, quemadmodũ dominus acquirit pos-

4 sessionem per seruum l. i. ff. de acq. pos. † Tertio no. ibi: Pluries vocem appellationis emisit, &c. q. super eodem arti-

b culo potest quis geminare pluries appellationem: [b] nunq.d autem aliquid operatur secunda vel tertia: dic ut inf. dicã.

5 † Vlterius no. q. licet appellatio extra iudicium sit quędam prouocatio ad causam, vt in c. cum sit Romana, sup. eo. tamen si interponatur ex verisimilibus & probabilib. causis, adeo deuoluit negotium ad superiorem, vt omnia postmodum attentata contra eam reuocentur per viam attentati, nec admittuntur exceptiones concernentes defectum pro-

6 prietatis, ut inf. latius dicam. † No. q. uia attentati [c] non so-

c lum competit contra primum attentantem, sed etiam contra tertium, qui successit in re attentata. Nam Arch. hic nõ spoliauit, & tamen conuenitur prætextu appellationis, de

7 quo inf. latius dicam. † Vltimo oot. q. appellatio extraiudicialis iustificatur ex verisimilibus & probabilibus causis, licet secus sit in appellatione iudiciali. Vnde scire debes, q.

d multæ differentiæ [d] notantur hic inter appellationem extraiudicialem, & iudicialem, per quas aperitur multũ nam

e appellationis extraiudicialis. Prima differentia [e] est, quam præmisi. Nam in iudicio causa appellandi debet esse uera, vt in c. ut debitus, & c. interposita. inf. eo. sed extra iudiciũ satis est, q. causa sit verisimilis & probabilis, ut putà uerisimiliter timui grauari ĩ possessione alicuius rei, licet adhuc non sim grauatus; nihilominus extra iudicium possum appellare, ut hic, & in cle. sicut, eod. tit. Hanc credo rationem diuersitatis, quia iniuria fit iudici, si receditur ab eo in iudicio sine uera causa, ut in c. ut debitus, præalle. sed extra iodicium nulli fit iniuria: imo interponitur ad defensionẽ iuris pprii, satis ergo est eum habere verisimilem causam

8 appellandi. † Secunda differentia est in nomine. [f] nam ap-

f pellatio proprie dicitur in iudicio: prouocatio dicitur extra iudicium, ut in c. cum sit Romaoa, sup. eod. & hæc bene no. ut in dispositionibus odiosis non comprehendatur appellatio extraiudicialis sub nomine appellationis. Tertia differentia, oblatio probationis exceptionis obiectæ iustificat appellationem iudicialem, licet non probetur veritas exceptionis, ut est tex. no. in c. interposita. inf. eo. non autẽ iustificat appellationem extraiudicialem. quia oon est ibi iudex, qui recipiat probationes tuas, unde pt dicere pars: Ego uolo pbationes tuas recipere, sed uolo uti iure meo. Idem no. Innoc. & alii Docto. in c. cum inter canonicos, & c. quapropter, de elect. & in c. ad dissoluendum, de despon. impu. quod procedit, eriam si interponatur a iudice procedente in iuribus suis tanquam pars, ut no. in iurib. pręalle. Quarta differentia est in traditione apostolorum. nam in iudicio omnino apostoli sunt tradendi: sed extra iudicium non sic traduntur indistincte, quia sæpe nõ est, qui illos tra-

9 dat, de quo dic, ut per gl. no. in c. i. eo. tit. lib. 6. † Quinta differentia est io qualitate ipsorum apostolorum. nam io iudicio dicuntur apostoli dimistorii, seu refutatorii, uel reuerẽtiales, & dicuntur apostoli literę, in quib. iudex a quo, narrat, quare detulit, uel quare oon detulit appellationi, & si detulit, dicuotur apostoli dimissorii, quia cum illis literis mittit partem ad superiorem, si non detulit dicuntur refutatorii. quandoque defert pp reuerentiam superioris, & tunc appellantur reuerentiales. Si autem dantur extra iudicium, puta a iudice, a quo appellatur, vel a parte, tunc dicuntur simpliciter extraiudiciales, uel conuentionales, seu testimoniales. Sexta differentia, quia extra iudiciũ admittitur appellatio generalis, & incerta respectu personarum, seu grauaminis, ut hic, sed in iudicio debet esse certa & specialis, ut in c. ut debitus, inf. eo. & dic, ut dixi in c. consuluit sup. eod. Septima differentia est sm aliquos, q. iter arreptũ ad superiorem haberur pro appellatione extra iudicium, non sic in iudicio, secũdum aliquos. Dic ut plene dicetur, inf.

ADDITIO.

a ¶ Et si huius decre. not. quod sicut in possessorio recuperandę ueniunt fructus medio tempore percepti c. grauis sup de restitu spol. ita ueniunt fructus, quando innouata & attentata reuocantur, ut hic in si. ibi, assignandos & sic secundum Bal. hic portandos ad domum spoliati expensis ipsius spoliantis & innouantis, quod not.

b ¶ Pluries appellationem. Adde, quæ appellatio sit illo casu sequenda an prima, uel ultima, uide q. in terminis per Lanfr. de ori. in c. quoniam contra. §. interlo & app. nu. xlii. ubi quæritur, quæ appellatio sit sequen. Sa. supe. de proba. Zach.

c ¶ Via attentati. De remedio attentati in quibus prouideat, late tangit Old. in consi. cxcix incip. pro fundamento. in prin. & Car in consi. x. incip. in thomate præmisso, & Ro. in tit de resti. spo. deci. i. incip. item fuit dubitatum. Seb. Sap.

d ¶ Not. differentias inter appellationem iudicialem & extraiudicialem, & de his per Pet. de Anch. in c. concertationi, de ap. n. 11. Item unde D. Anto post Innocen. & Doct. in c. cum sit Romana, in ii. colum. uersic. quando appellationes sup. eo. tit. ubi dicunt, quod appellationes iudiciales & extraiudiciales fere omnibus conueniunt.

e ¶ Prima differentia. De hac prima differentia uide Fel. in c. i. sup. eo. ubi plura. S ball Sapia.

f ¶ In nomine Vide Card. in clem. sicut, in princ. de appel. Lap. alleg. xxxix. incip. ut ualeat.

10 inf.ca.proxi.†Octaua differentia, ꝙ excommunicatus appellat in iudicio.ca. cum inter.ſup.de excep.ſed non extra iudicium: quia eſſet impugnare aduerſarium, quod non licet excommunicato.d.cap.cum inter.Hoſtien.hoc impugnat: quoniam (vt hic patet) interponitur quandoque ad defenſionẽ, ne moleſtetur in poſſeſſione ſua, & in hoc fuit Innoc.ſibi contrarius, vtrum excommunicatus poſſit appellare extra iudicium. Tu concorda, ut no.Ioan.Andr.in c.pia,de excep.lib.6.in nouella.Nona differentia.nam appellatio extra iudicium interponitur ratione cauſæ de futuro:quia tunc timet grauari: ſed in iudicio ratione pręteritæ cauſæ,vt in c.ut debitus.inf.eod. Decima differentia, quia in appellatione iudiciali terminus anni currit a tempore interpoſitionis ipſius: ſed extra iudicium currit a die illati grauaminis, vt in cle.ſicut,eo.tit. Vndecima differentia reſpectu ſuſpenſionis. nam appellatio iudicialis ſuſpendit iuriſdictionem iudicis,a quo, in totum quo ad illã cauſam,ut plene diximus in c.ſuper eo, ſupra eodem ſed extra iudicium non ſuſpendit factum de præterito,nec etiam id quod eſt omnino conſecutiuum ad ius explicitum de pręterito,ut in cap.conſtitutus,ſupra eodem & hoc no. Duo-
a decima differentia reſpectu reuocationis attentatorum.[a] nam in iudicio reuocantur omnia attentata,ut in c.non ſolum,eodem titu.lib.6.ſed extra iudicium non reuocantur, niſi ea quæ geſta ſunt contra appellationem,ut in cap.cum nobis,& quod ibi not.ſup.de elect. Tertiadecima differentia reſpectu temporis præfixi.ad appellandum. Nam in iudicio appellandum eſt intra decendium, ut capit.quod ad conſultationem, de re iud. ſed extra iudicium etiam poſt decendium appellari poteſt:hoc tamen eſt falſum per cap. concertationi,eodem tit.lib.6.dic ut ibi. licet enim audiatur poſt decendium per uiam querelæ,ut in d.c.concertationi: quia facta extraiudicialia non tranſeunt in rem iudicatam,non tamen auditur per viam appellationis, ut ibi. Poteſt addi 14.differentia,quam ponit glo.in cap.non ſolum,prælleg.videlicet ut attentata poſt appellationem iudicialem reuocentur indiſtincte per viam attentati, ideſt, nullitatis. Sed attentata poſt appellationem extraiudicialem pendent ex futuro euentu: ad hoc c.conſiderauimus, & c.cum inter canonicos,de ele.ita loquitur illa gloſſ. Sed forte vult dicere, quod in appellatione extraiudiciali eſt neceſſe probari prius veritatem cauſæ, ante quam reuocetur attentatum.& iſte eſt pulcher paſſus.latius enim expediam ipſum cum glo.fi. Conueniunt autem appellatio iudicialis & extraiudicialis generaliter in duobus.nam quęlibet debet fieri in ſcriptis,prout le.& not.in c.i.eodem tit. lib.6.ſecundo, ut quemadmodum innouata contra appellationem iudicialem reuocantur, ita innouata contra appellationem extraiudicialem,ut hic, & hoc no.in gloſſ.hic in fi.Ex iſta gl.potes colligere duas rationes,quare iſte abbas intrauit poſſeſſionem iſtius eccleſiæ uacantis. Sed iſtæ ſolutiones glo.diuinant.ſed pręſuppoſito, ꝙ ſint veræ, debuit abbas eas exprimere in appellatione: alias non diceretur appellatio eius veriſimilis. Extra glo.potes intelligere iſtum text.plenius intelligendo, ꝙ iſte abbas dicebat ſe eſſe patronum iſtius eccleſiæ, & ſic ꝙ ad eum pertinebat cuſtodia eccleſię vacantis,quod an ſit verum,dicam in ſe-
11 quenti glo.†In glo.2.No.hanc glo.concludit enim ꝙ cuſtodia eccleſiæ vacantis non ſpectat de iure communi ad Archid.ſed ad quemlibet epiſcopum in diœceſi ſua. Vnde intelligo gloſ. quod ſpectat ad Archid.non tanquam ad Metropolitanum,ſed tanquam ad diœceſanum, ſcilicet reſpectu diœceſis ſuæ. Et ut habeas plene hãc materiam in vno loco expeditam diſtinguo vltra alios ſic. Aut quæritur de cuſtodia eccleſiæ cathedralis: aut eccleſiæ inferioris. Primo caſu,ſi habet eccleſia œconomum generalem, ipſe habebit cuſtodiam.12.q.2.c.illud,no.in ca.cum uos, de offic. ord.ſi non habet ęconomum,tunc capitulum ipſius eccleſiæ habebit.12.q.2.c.non licet alicui.ſi non habet canonicos de facto,uel ſint negligentes, ſuccedit archiepiſcopus, vt in c.ſi.de ſupp.neg.præl.lib.6. Secundo caſu, cum quęritur de eccleſia inferiori,dic ꝙ aut eſt collegiata,aut nõ.Primo caſu,collegium ſuccedit in adminiſtratione,ut not.Io. de Lig.poſt alios in cle.ne in agro,de ſta.reg.& Innocen.in d.c.uno, ut eccle.benefi.ſine diminu.confe.Sed in contrarium videtur tex.in c.ea quæ,inf.de ſta.reg.ubi dicitur, ꝙ remoto abbate dandus eſt monaſterio adminiſtrator idoneus,& dicunt ibi Doct. ꝙ deputabitur per epiſcopum, & idem Ioan.And.in c.2.de teſta.lib.6. Sed in contrarium pro prima opin.adduco bon.tex. in d.cle.ne in agro.§. abbate. Sed reduci poſſunt ad concordiam, prout dico in d. ca. ea quæ, ꝙ aut prælatus eccleſiæ collegiatæ eſt remotus propter malam adminiſtrationẽ,capitulo tacente, & tunc non ſuccedit capitulum, quia eſt mala præſumptio contra eos: & ita proprie loquitur tex.in d.c.ea quę,ad quod uide glo.no.in l.quoniam, la 2.C.de app. quę per illum tex.arguit,ꝙ ſubditi debẽt reſiſtere prælato male agenti, facit 2. q.7.ca.Paulus. Aut vacat alio modo, & tunc procedit alia
12 opin.†Notabis duo ex prędictis. Primo,ꝙ ſicut capitulum eccleſiæ cathedralis ſuccedit prælato ſuo uacante ſede, ita & capitulum eccleſię inferioris, vt in d.§.abbate,cum ſim. Et uide in hoc,quod not.Innoc.in c.cum dilectus,de conſue.Secundo notabis illum caſum exceptum.Si vero eccleſia non eſt collegiata, ſed habet ſolum patronum rectorẽ, & tunc ſi habet patronum eccleſiaſticum,ipſe habebit cuſtodiam,arg.hic ſecundum præmiſſum intellectum, & tenet Innocen.ubi ſup.bene facit c.cum & plantare.infra de priui.Nam patronus eccleſiaſticus petit rationem adminiſtrationis de temporalibus ut ibi: fortius ergo ipſe cuſtodi te habet tempore vacanonis Si uero non habet patronum ſaltem eccleſiaſticum,tunc glo.hic dicit,ꝙ ſpectat ad diœceſanum,idem ſentit Innocen.in d.c.uno. & reſpondet ad c.ſi in plebibus.63.diſt.hic allegatum pro contrario, & loquitur de iure ſpeciali,licet aliud ſentiat hic. Tu dic melius vt habes glo.ſing. quam communiter ſequuntur ibi Doct. ꝙ is habet cuſtodiam eccleſiæ uacantis, qui habet inſtitutionem illius eccleſiæ: ita no.gl.in c.cum uos,de offic.ord. & eſt ſatis rationabile, ut ex quo habet conferre titulum, habebat cuſtodire eccleſiam uacantem. notabis hæc per-
13 petuo.†Vacante vero ſede,ubi collatio pertinet ad prælatum, poterit capitulum illam eccleſiam commendare alicui,donec fuerit ſibi prouiſum de rectore, ita ſing.nu.in c.
14 vno,ne ſede vac.lib.6.in nouella.† Notabis ſemper hoc dictum,ex quo habes, ꝙ licet capitulum non ſuccedat in col-
b latione beneficiorum[b] ſpectantium ad prælatum,ut in d.c. unico:poteſt tamen illas eccleſias commendare, & ęconomum ponere,donec per ſuperiorem fuerit prouiſum, & ꝑ
15 hoc habes pleniſſime hunc articulum expeditum.†In glo. in uerbo.Nomine Archidiaconi in fi.Sed contra tex.præſuppoſita opin.gl.pro uera opponitur.Nam ſi iſte archidiaconus poſſidebat, non poterat iſte abbas prætendere ſe expoliatum:quia vim vi repellere licet in c.olim, il 1.de reſti. ſpol.nec videtur tunc, ꝙ appellatio abbatis fuerit probabilis.Solu.intellige,ꝙ iſta appellatio non fuit probata.nam ſi conſtitiſſet, ꝙ Arch. tunc poſſideret,non habuiſſet locum deciſio huius c.per ſupradicta.Sic poteſt ſolui aliud cõtrarium in eo,ꝙ Arch.allegabat hic conſuetudinem, eã enim non probabat, & præſuppoſito ꝙ probaſſet,illa concernit proprietatem,& non poſſeſſionem, unde ſatis erat,ꝙ Abbas incumbebat poſſeſſioni tempore appellationis emiſſę, de quo plenius dicetur ſuper gl.ſi.in gl.ſuper uer. Vnã procurationem.in fi.ſed gl.non reſpõdet ad ca.cum ueniſſent, ſup.de teſti.ſpo. ubi probatur, ꝙ ſi percipio penſionem ex aliqua re, videor illam poſſidere. Item no.in l.quamuis.§. 1.ff.de acquit.poſſ.alleg.in glo. Dic de hoc,ut plenem dixi in d.ca.cum veniſſent. Ille tex. intelligitur, quando præcedente titulo legitimo ad transferendum dominium ſoluitur penſio de conſenſu ſuperioris.tunc enim interuenit quędam ficta traditio: ſecus, ubi ſimpliciter probatur ſolutio penſionis,ſeu cenſus. Quia cum multis ex cauſis poſſit ſolui penſio,ſeu cenſus, talis ſolutio indeterminata non probat poſſeſſionem rei,nec ſubiectionem. Pro hoc c.accepimus,de priu.cap.quanto,de cenſi. Nam probatio dubia & generalis non concludit quid determinatum,ut in capi.in præſentia,de probat.quod eſt contra Bald.in l.ſolent,ff.de offi.

ADDITIONES.

a ¶Attentatorum. Circa hanc differentiam uide D. Barto.Socin.in conſil.xlv. columna ſecunda,uerſic.circa hanc.& colum.v. uerſic.octaua dubitatio. Sebaſt.Sap.

b ¶In collatione beneficiorum. Adde iſtum in capitulo uos, numero ſecundo,& quod ibi poſui in apoſt ad ip um in uerſiculo conferendæ, ſup.de offic ord.& in c.verum,nu.12.in uer.pertinentia ad epiſcopum ſup.de fo. competen. Zachar.
¶Beneficiorum. Vide Gemi.in capitulo primo, in xv.quæſtione de maior.& obedien.libro ſexto, & Feder.in tractat. permutat.benefi.q.xxxviii. Sebaſt.Sapia.

offi.procon. vbi dicit, quod si vna ecclesia soluerit censum pro magno tempore, prçsumitur illi subiecta. hoc enim nõ procedit, ut prædixi. & uide quod dixi in cap. fin. de causa posses. & propr. In gloss. in uersic. In eum statum, in fi. pondera bene glos. quæ sentit duos intellectus ad istum text. Primus, quod hic fuit actum contra Archidiaconum interdicto vnde vi. eo q surte spoliari mandauerat, vel spoliationem illorum laicorum ratam habuerat. Secundus intellectus, q agebatur officio iudicis virtute appellationis: & ideo potuit agi contra tertium, scilicet Archidiaconum: licet non spoliauerit vel spoliationem ratam habuerit. Sed contra vtrũque intellectum opponitur fortiter sic. nam primus intellectus diuinat: nec fuit probatum quod Archidiac. mandasset spoliari &c. Item non congruit isti literæ in qua papa fundat se super appellatione emissa ex ꝓbabili & verisimili causa. Contra secundum intellectum facit, q appellatio fuit interposita ne quis molestaret eum in possessione: sed iste Archidiaconus non molestauit eum in possessione: sed per laicos facta fuit spoliatio: ergo virtute appellationis non poterat agi contra istum tertium. Sol. Innocen. hic dicit quod sicut omnia quæ dolo uel male, fiunt a partibus lite pendente debent officio iudicis reuocari in statum pristinum. sup. ut lite penden. per totum. & vide bon. gloss. de modo reuocandi in cle. ii. eodem titu. ita dicit ipse innouata appellatione pendente pertinent ad officium iudicis, ut reducantur in statum præstinum. ff. nihil inno. appel. interpo. per totum. inf. eodem dilectus. Ad idẽ. l. ædiles. §. idem sciendum. ff. de ædil. edi. & in quadam alia gloss. rectius soluit contrarium quod non solum facit contra appellationem ille qui spoliat: sed etiam ille qui tenet rem spoliatam contra uoluntatem appellantis. quod not.

16 † Hunc intellectum, videtur etiam sentire Host. hic dicens quod officio iudicis potest agi contra quemlibet possessorem ex naturali æquitate: ut 2. quçstione prima, in primis. Hinc est quod si res mea peruenit ad te quoquo modo possum agere iudicis officio ut illam rem mihi restituas, ut in l. si me & Titium. ff. si certum petat. maxime hoc procedit de æquitate canonica, secundum eum, argum. c. dilecti. de iudic. Ad materiam uide not. per Ioan. mo. in c. cupientes. de elect. lib. 6. vide bon. glos. in c. non solum. de appel. eod. titu. Et conclude breuiter & clare hanc materiam. Aut enĩ præcessit appellatio generalis, respectu personarũ, ut hic: & tunc potest agi contra quemlibet possessorem, quia quisque tenendo rem inuasam, in præiudicium appellantis, dicitur committere contra appellationem, ut hic no. probatur. Aut appellatio fuit generalis, sed specialis respectu, scilicet certæ personæ, & tũc, si tertius aliquid innouat cum parte appellata, agitur etiam contra tertium per viam attentati, argum. in c. cum M. Ferrarien. in fin. de constitu. & in l. chirographis, & quod ibi not. ff. de admin. tut. Aut tertius innouat per se, & non cum parte appellata, & tunc debet agi contra istum, & non per uiam attentati, sed ordine iudiciario, fatendum est tamen, quod poterit agi officio iudicis, prout dicit Hostien. sed non per uiam attentati. Ita salua & concorda dictum Hostien. hic, & gl. in c. non solũ, eo. titu. lib. 6. quæ videtur velle contrarium. & magna est differentia utrum agatur per viam attentati, an debeat agi ordine iudiciario. Primo casu non seruatur ordo iuris, unde non est necesse libellum offerre, uel litem contestari, seu alium iudiciarium ordinem seruare, sed sicut de facto processit innouatio, ita de facto iudex faceret reuocationem, ut no. glo. in d. cle. 2. secus ubi debet procedere ordine iudiciario. Vnde contra tertium, qui nihil egit cum parte appellata, non potest agi per uiam attentati, sed sicut contra quemlibet spoliatorem, contra quem agitur secundum iuris ordinem, ut in c. consultationibus, de offic. delega. quia ex quo non fuit contra eum appellatum, non potest dici, quod aliquid attentauerit lite uel appellatione pendente.

17 Et ex his habes uerum intellectum c. † Alius autem intellectus, quod ageretur interdicto, Vnde vi. non procedit quo ad tex. nostrum, fatendum tamen est, quod Abbas potuisset experiri ĩterdicto, Vnde vi. ex quo fuerat spoliatus, præsupposito quod Archidiacon. spoliasset &c. sed non est multum vtile. multę enim sunt differentiæ, an agatur uia attentati, an per interdictum, Vnde vi. Nam si agitur interdicto, Vnde vi. oportet seruare ordinem iudiciarium etiam contra contumacem, ut in c. accedens. il i. vt lit. non contesta. & in cap. consultationibus, præalleg. secus si agi-

18 tur uia attentati, ut in d. cle. 2. not. † Alia differentia, quod per interdictum, Vnde vi. non potest agi contra tertium, vt in c. cum ad sedem, de restituti. spoliator. sed virtute appellationis agitur contra tertium, distinguendo tamen, ut

19 prædixi. † Tertia differentia. In interdicto debeo probare spoliationem & possessionem, ut in d. capit. consultationibus: sed per uiam attentati satis est probare possessionem tempore appellationis, & quod nũc possessio est penes se,

20 vt hic. † Quarta differentia est, quia agenti interdicto obstat exceptio alterius spoliationis, vt in cap. fin. & ca. 2. de ord. cogni. Sed contra remedium attentati non obst. exceptio spoliationis, quia illa reuocatio fit ex mero iudicis officio, vt not. gloss. in cle. 2. præalleg. not. etiam Innocen. in

21 cap. 2. de ord. cog. † Quinta differentia est. Nam in interdicto secundum communem opinion. oportet iustificare & colorare possessionem in beneficialibus, ut no. de cau. pos. & propri. & dixi plene in literis, de restitutio. spoliatorum vbi tamen teneo contrarium. Communis opi. habet quod prçdixi: sed in reuocatione via attentati non oportet colorare possessionem, ita solenniter dicunt domi. de Rot. decisio. 14. alias. 19. Ratio, quia plus fuit excessum hic, quoniam attentans in præiudicium litis, seu appellationis læsit iudicem, partem, & ius. Item quia fit reuocatio ex mero iudicis officio. Ex his attentatis concurrentib. istis duabus viis tutius est intentare remedium appellationis, quã agere interdicto, prout fecit iste Abbas, ideo vtilius est, cũ quis timet spoliari, appellationem emittere, ut sic habeat

22 postea istud facile remedium attentati. † In gloss. fin. ibi: Licet non sit uera, vel necessaria. Not. bene gloss. & intellige, vt supra dixi: quoniam dixi hoc procedere in appellatione extraiudiciali. & dicunt quidam, quod licet sufficiat, q a principio fuerit uerisimilis; tamen postea, quando agitur ad reuocationem attentatorum, debet probari quod sit uera, ad hoc c. cum inter canonicos, in fin. de elec. vide quod no. domi. de Ro. dec. 364. & Ioan. Mon. in cap. cupientes, præalleg. & tenet D. Anton. hic, contra hoc tamen multum facit iste tex. quia iste Abbas non probauit illam causam tunc uerisimilem esse veram. Debes enim scire, quod duo sunt intellectus ad istud verbum propositum in text. Verisimilibus, & probabilibus causis. Innocen. ponit causam uerisimilem, quæ a iure approbatur: quia sic est de iure. Exemplum dico me esse patronum ecclesiasticum, & sic ad me spectare custodiam ecclesiæ, &c. probabilem causam dicit illam, quæ est in se iusta, ut puta Appello, ne quis molestet me in possessione mea. Hostien. autẽ videtur intelligere illam causam esse verisimilem, quæ verisimiliter & certis indiciis timebatur, puta Archidiacon. fuit minatus Abbati de spoliando eum. hæc enim est verisimilis causa appellandi, probabilem causam appellat rationabilem, Vnde nunc ad propositum, cum papa hic solum se fundat super causa uerisimili, & non super vera etiam respectu reuocationis attentatorum, non videtur illud dictum verũ, quod debeat probari ueritas causç. Sed in contrarium facit dicto cap. cum inter. Item sequeretur, quod si appello, ne vendas rem meam, quod non ualeat venditio contra appellationem, contra l. si fundum, C. de rei uend. & multa in hoc possunt dici. Sed colligendo dicta Innocen. cuius dicta etiam uidetur sequi domi. Anton. dicendum est, q quandoque quis appellat ex uerisimili causa tantum: quãdoque ex uerisimili & probabili, quandoque ex probabili causa tantum. Si appellatio interponitur extra iudicium ex verisimili causa tantum, idest quæ a iure approbatur, & tunc talis appellatio non habet impedire possessionem alterius. Vnde si Archidiacon. hic fuisset in possessione, non valuisset appellatio Abbatis ingredientis possessionem de facto, dicendo, quod esset patronus, argum. in d. l. Si fundum. si uero appellatur ex uerisimili & probabili causa, tunc ante omnia debet fieri reuocatio attentatorum, nec admittuntur exceptiones super defectu proprietatis, antequam fiat restitutio, ut hic notabiliter probatur, a & puto quod sufficiat probare causam * probabilem esse

ADDITIO.

a ¶ Probare causam. Vide Fely late in capitulo primo, columna prima, uersi. dum dicit [illegible] gnanter, supra eodem ut i dicit, quod in appellatione iudiciali sola oblatio probationis causæ iustificat appellationem, sed in extraiudiciali oportet quod sit causa uera, & ibi nunquid sufficiat probare causam probabilem ad reuocandum attentata. Seb. Sapia.

eſſe veram, ſcilicet ꝙ erat in poſſeſſione tempore appellationis, licet non probet illam cauſam veriſimiliter eſſe veram, unde ille abbas non probauit hic ſe eſſe patronum. Et ad c. cum inter canonicos. & ſimilia poteſt reſponderi. ꝙ ibi non probatur, ſeu non conſtabat, ꝙ illa cauſa allegata eſſet uera: ſed hic erat uera, quia erat io poſſeſſione. Tertio caſu, quando fuit appellatum ex probabili cauſa tantum. Exemplum: appello, ne quis me moleſtet in poſſeſſione, io qua ſum, &c. Nullam enim cām veriſimilem, i. a iure approbatā allego, ſed rationabilē cām tm̄. Hoc caſu, ſi ius commune fundat intentionem innouantis, non fit reuocatio, niſi prius iuſtificetur poſſeſſio ex titulo, ſecundum Innoc. quod not. & pro hoc facit, quia idem uidemus in interdicto. Vnde vi ex quo ios commune eſt contra appellātem & fundat intentionem appellati, vt eſt tex. in c. ad decimas, de reſtitut. ſpoliator. lib. 6. Item dicunt Do. de Rot. deci. præalleg. ſi ius commune eſt contra appellantem, licet non fundet intentionem appellati, quia non debet via partibus aperiri, vt fiat reſtitutio contra ius commune. Lapus in d. c. ad decimas, tenet contrarium. dicit enim quod in hac via attentati nō debemus habere reſpectum, an ius commune ſit contra appellantem, quia reuocatio debet fieri ex puro iudicis officio, ut ſupra dixi. Et eſt bonum motiuum: & bona limitatio ad d. c. ad decimas. Et hoc dictum Lapi placet Do. Anton. ſi iudex ex officio vult reſtituere: quaſi ſecus ſit ad petitionem partis appellantis. Sed multum mihi placet dictum Lapi indiſtincte, ut ex quo non ſolum pars eſt læſa, ſed reuerentia iudicis ad quem fuit appellatum ante omnia fiat ſibi reſtitutio, ex quo ootorie non cooſtat de deſectu iuris appellantis. Nam poſſibile eſt, ꝙ habeat aliquam cauſam iuſtam poſſidendi contra ius commune, ad hoc c. licet epiſcopus, de præl. lib. 6. & quod dixi in c. in literis, præalleg. Et not. quia in hoc vltimo membro ſufficit probare cauſam probabilem ad effectum renocandi attentata: non eſt ergo neceſſe probare, ꝙ illa cauſa ſit a iure approbata, licet eam expreſſerit. quod facit ad prędicta. Et ex his habes in ſumma, qualiter ſit procedendum ad reuocationem eorum, quæ attentantur poſt appellationem extraiudicialem.

23 † Vltimo opp. contra tex. in eo, ꝙ iſte plures vocem appellationis emiſit,[a] videtur enim ꝙ ſecunda fuerit ſuperflua, cum per primam ſit conſultum appellanti, arg. in l. qui bis, ff. de verborum oblig. Sol. Hoſtien. & Goffr. videntur intelligere, ꝙ unica fuit appellatio, ſed iterario fit in verbo ad maiorem exaggerationem, ſicut in ſimili habetur. 3 t. q. 2. c. Lotharius. Abbas uero uidetur intelligere tex. in geminata appellatione, & dicit, ꝙ ſecunda poteſt eſſe utilis propter tempus appellationis proſequendæ, quod licet lapſum eſſet reſpectu priroæ, poſſet durare reſpectu ſecundæ, vel ſi non fuit debito modo facta prima, poterit ſe iuuare ex ſecunda legitimo modo interpoſita, & videtur hoc placere Ioan. Andr. qui per h. d. ꝙ geminatio appellationis non inducit receſſum a prima, ut no. inf. eo. c. dilecto. Tu concordando dic, ꝙ aut quis geminat verbū, appello, pluries eodem tempore & procedat primum dictum, aut diuerſo tempore in caſu appellandi, uel eodem tempore, tamen ſolenniter repetiit appellationem: & tūc procedit ſecundum dictum. Et ad materiam uide, quod leg. & not. in cle. vna, de dolo & contuma. & infra dicto c. dilecto, ubi omnino uide.

ADDITIO.

a ¶ Emiſit. De horum veritate, uide Roman. in conſil. xli. incipien. in præſenti conſultatione. late per Alex. in l. ſi procurator. §. ſi dominus, ff. de oper. no. nun. vbi Moder.

SVMMARIVM.

1 *Arripere iter ad principem habet vim appellationis, ſi ſeruantur ea, quæ ſeruari debent in appellatione. 5. 6.*

2 *Actus geſtus a iudice poſt appellationem extraiudicialem, eſt ipſo iure nullus.*

Excommunicatio lata poſt appellationem iudicialem, vel extraiudicialem eſt ipſo iure nulla.

3 *Capitulum litigando cum ſuo prælato non tenetur conſtituere actorem, ſeu ſyndicum.*

4 *Ad ſubſtantiam appellationis non eſt neceſſe exprimere verbum, appello, ſed ſufficit æquipollens.*

Plus eſt aliquid explicare facto, quam verbo.

7 *Appellatio extraiudicialis non poteſt fieri niſi ad illum ſuperiorem, qui poteſt adiri per viam querelæ.*

CAP. LII.

1 Dilecti filij. † Si contra ſuperiorem ſuum quis itioerat ad papam, habetur pro appellante, ita ꝙ excōicatio poſtea in eum lata, non tenet. Vel aliter & ſic. Itineris arreptio hēt uim appellationis, ſi ſeruantur ea, quæ ſeruari debent in appellatione. h. d. ſm vnum iotrinſecum intellectum c. Prima pars ponit querelam. Secunda dat iudices, ibi. Cum autem. Caſus liter. Inter Archiepiſcopum Cantuarien. & monachos Cantuarien. eccleſiæ ſuper capella de Lamede controuerſia uertebatur. Monachi pro cā illa miſerunt ad ſed. apoſt. duos monachos I. & H. quos duos dictus Archieps poſt iter arreptū excōieauit. illi conqueſti fuerunt domino papę. cum autem plus ſit ad ſed. apo. facto appellare, quam uerbo, & illi ad ſed. apoſt. ꝑ cām illā veoientes iotelligantur prouocaſſe ad eam, mādat papa quibuſdam, quatenus, ſi eſt ita, dictos I. & H. denuncient excōmunicationis vinculo non teneri. B.

2 † No. primo ex iſto tex. caſum apertum, quem tenelis meoti, ꝙ actus geſtus a iudice poſt appellationem extraiudicialem ab eo interpoſitam, ipſo iure eſt nullus. Ex quo no. ꝙ ſicut non tenet excommunicatio lata poſt appellationem iudicialē, ita neq; poſt appellationem extraiudicialem, ut hic, timens ergo iniuſte excōicari a ſuperiore hēt promptum remedium ex hoc capitulo, vt appellet ēt extra iudicium, & ſuſpendit iuriſdictionem iudicis: & vide quod dixi in c. conſuluit, ſup. eo.

3 † Secundo not. hic bonum arg. pro his, quæ dixi contra gl. in c. ſignificauit, ſup. eod. quod capitulum agens contra ep̄m pro iurib. capituli, non tenetur petere actorē: ſeu ſyndicum: ſed poteſt a ſe actorem, ſeu ſyndicum conſtituere, & cum prælato litigare. Nam iſte prior & monachi conſtituunt capitulū illius eccleſiæ Cantuarien. cathedralis, quę eſt monachorum, & Archieps eſt ibi loco epi & abbatis, de quo plene dixi in c. cām, de iudic.

4 † Tertio no. ꝙ plus eſt aliquid explicare facto, quam uerbo, & ꝙ ad ſubſtantiam appellationis nō eſt neceſſe exprimere uerbum, appello,[a] ſed ſatis eſt dicere, vel facere aliquid æquipollens huic verbo, appello, quod no. facit ꝙ dixi. ſup. eo. in c. ad audientiā. Hic vnica eſt gl. ꝗ no. quia tria facit gl. primo allegat iura, quæ probant, ꝙ plus ſit aliquid facere, ꝗ uerbo explicare & ſic allegat concordantia ad tex. noſtrum uſque ad verſ. Sed non eſt ita. Abinde vſque ad finem format duas quæſtiones, licet eas immiſceat. Prima quæſtio noo ſeruando otdinem glo. ſit iſta. Nunquid indiſtincte arreptio itineris ad ſuperiorem, habeat uim appellationis. Secunda, nunquid diſpoſitio huius c. habeat locum, ſi iter arripitur ad alium ſuperiorem citra papam.

5 † Quo ad primam quæſtionem. glo. allegat multa contraria, quæ perfecte non ſoluit. Doc. etiam inſtant, & credo eos habuiſſe booum intellectū, ſed non clare explicant. Conclude breuiter ꝙ arreptio itineris ad ſuperiorem habet uim appellationis, ſi ſeruātur ea quæ ſeruari debent in appellatione, & ideo ſicut appellans extra iudicium, vel in iudicio ante ſententiam tenetur exprimere cauſam in ſcriptis, & petere apoſtolos: ita & iſte, qui vult arripere iter, debet omnia hæc ſeruare, ut puta dicet ſuperiori, Domine epiſcope vos grauaſtis me in tali articulo, & in tali nolo litigare amplius coram vobis, ſed volo ire ad papam, & peto apoſtolos. tunc enim licet non exprimat uerbum, appello, itinerādo ad papam habetur pro appellante, quia nō refert quid ex ęquipollentib. fiat, ut in cap. licet ex quadam, ſupra de teſtibus l. fideicommiſſa. §. ſi cui, ff. de lega. 3. Idem dic, quando appellatur a diffinitiua, vel extra iudicium, ut ſeruet ea, quæ iura in talibus mandant obſeruari, ſicut dixi in ſubmiſſione protectionis, ut in cap. ad audientiam. ſupra eodem, alias autem non habebitur pro appellante. & credo quod capit. plane. procedebat olim ſecundum antiqua iura, ſecundum quæ non erat neceſſe exprimere cauſam appellandi, ſed ſufficiebat dicere tantummodo, appello: ita ſufficiebat dicere iudici, quod volebat iter arripere ad ſuperiorem. Si autem talia non

ADDITIO.

a ¶ Appello. Vide Abb. in conſi. cccxiii incip. illud de iure quæritur, columna pen. ubi dicit, quod facta ſunt fortiora ad declarandum uoluntatem, quam uerba, quæ ſæpe proferuntur contra mentem proferentis, refert Do. Iaſ. in l. de quibus, col. viii. in iiii. not. ff. de legi. & in l. reprehendenda, C. de inſti. & ſubſti. ſub condi. factis. Seb. Sap.

¶ Verbum, appello. Adde, quod nota. in apoſt. ad iſtum in c. ad audientiā, nu. 1. in apoſt. ver. uerbum, appello, ſup. eo. col. 4.

non seruat, poterit alio remedio defendi, s. per titu. de cle. peregri. vt dixi in c. meminimus. sup. eo. Sed contra hunc intellectum & tex. oppo. Isti nuncii non appellauerunt verbo, aut facto, cum causa esset inter archiepiscopum & capitulum, ergo debuit tenere sentẽtia contra illos lata, cum in eis cessat ratio literæ. Sol. credo ꝙ gl. metu huius contrarii hic incidenter dixit, ꝙ isti nuncii erant de monachis illius ecclesiæ, & sic erant de appellationibus. Si autem uis tenere, ꝙ non erant de monachis, dic ꝙ ex quo iuerunt ꝓ appellantibus, erant sub protectione papæ, vt in c. i. de cle. peregri. Et ad hunc effectum alle. Innoc. illud c. inf. eod. ut debitus, dicens ꝙ non solum uenientes personaliter ad papam sunt sub protectione papæ, sed etiam nuncii veniẽtes pro aliis gaudent hac immunitate. Et hũc intellectum no. sing. vt excommunicatio etiam sit nulla contra itinerantes ex iusta causa ad papam lata: & tunc dic, ꝙ appellatio monachorum ponderatur hic ad referendum, ꝙ ex iusta causa

6 isti accesserunt ad papam. † Et ex his infero ad solutionẽ secundæ quæstionis, in qua Host. & Doct. sequentes vidẽtur velle, si aditur superior, qui poterat adiri per viam querelæ, tunc itineris arreptio ad eum habet uim appellationis: secus si non poterat adiri per viam querelæ, ut est archiepiscopus respectu subditorum sui suffraganei supra de offic. ord. ca. pastoralis. Hoc dictum intelligo uerum in appellatione extraiudiciali: quia illa est quædam prouocatio ad causam, ut in c. cum sit Romana. sup. eod. merito oportet, ꝙ sit talis iudex, qui possit adiri per viam querelæ: non puto hoc dictum procedere, quando iter arripitur a iudice procedente iudicialiter, quia cum tunc arreptio itineris sit idẽ, quod appellatio, ut dixi, habebit deuoluere cau-

7 sam ad superiorem, sicut appel. vocalis iudicialis. † Ex prędictis oot. unum semper, ꝙ extra iudicium non possum appellare, nisi ad illum superiorem, quem possum adire per viam querelæ citra communem appellationem. quoniam (ut dixi) illa appellatio extraiudicialis est quædam querimonia, & prouocatio ad causam.

SVMMARIVM.

1 *Clausula, appel. remota, tollit omnem appellationem, quæ a iure expresse non indulgetur. 3*

2 *Clausula quantumcunque odiosa posita in rescripto debet aliquid operari.*

Statuta quantumcunque odiosa sunt interpretanda, vt aliquid operentur vltra ius commune.

4 *Clausula, appel. remota, potest apponi a Papa, vel Imperatore, & aliquando a iudice inferiore, & ab omnibus, qui de iure vel de facto non recognoscunt superiorem. 5.*

6 *Statutum tollens appellationem a sententia, de qua sententia intelligatur.*

7 *Legatus de latere non potest tollere appellationem.*

8 *Clausula, appel. remota etiam hodie operatur effectus multos.*

9 *Clausula, appel. remota. operatur hunc effectum, quod per appellationem interpositam non suspenditur iurisdictio iudicis, a quo 11. nisi forte iudex, ad quem, inhibuerit. 6.*

Excommunicatio tenet lata post appellationem, quando causa est commissa appellatione remota.

10 *Iudex a quo non deferens appellationi, licet alias puniatur, tamen quando causa est commissa appel. remota, non punietur. 13.*

11 *Attentata post appellationem, quando causa erat commissa appel. remota non sunt nulla licet possint reuocari per uiam querelæ. 15.*

12 *Appellatio si sit sublata uel per statutum, vel ex conuentione partium, vel quocunque modo citra tamen rescriptum, an operetur, quod etiam tollatur ita, quod non possint attentata reuocari per uiam querelæ.*

13 *In his, quæ relinquuntur conscientiæ alicuius, non potest appellari: tamẽ iniuste grauatus poterit recurrere ad principem.*

14 *Appellatio quæ dicatur illa, quæ dicitur expresse a iure approbata.*

Clausula, app. remota non tollit, quin notorie grauatus possit appellare.

16 *Causa quando committitur ap. remota poterit quilibet superior adiri per uiam querelæ, qui tenetur ex debito iustitiæ grauamen reuocare, alias ab eo appellabitur. 17.*

17 *Dispensationem cogitur iudex concedere, si subest causa legitima concedendi.*

CAP. LIII.

a 1 Pastoralis. [a] † Per clausulam, appellatione remota, inhibetur ois appellatio, quæ a iure non indulgetur expresse. Hoc intendit usque ad §. Verum. Primo ponitur consultatio. Secundo responsio, ibi: Respondemus. Casus literalis. Papa mandat alicui, ut procedat in causa, remota appellatione, querebatur vtrum appellatio frustratoria tantum intelligatur inhibita? Papa cõsiderans quod per appellationem frustratoriam negocium impediri non debeat etiam si fuit inhibita, respon. ꝙ quęlibet prouocatio intelligitur remoueri, quæ expresse non indulgetur a iure: sed si appellans fuit grauatus iniuste, grauamen per superiorem poterit ẽmendari. Bern. No. primo, ꝙ etiam secundum antiqua tempora appel. patenter frustratoria nõ impediebat negotii diffinitionem, de quo infra latius dice-

2 tur, ut in c. ut debitus, infra eodem. † Secundo no. ꝙ clausu-

b la odiosa [b] in rescripto apposita, ita debet intelligi, ut aliq̃d operetur, licet generaliter intelligendo possit reduci ad terminos iuris communis. sed, ut uerba aliquid operentur. non debent ita late intelligi, ut nil operentur. Hæc enim clausula appellatione remota, in se est odiosa, & posset intelligi de appellatione frustratoria: sed quia secundũ hunc intellectum hæc clausula nihil operaretur, debet etiam intelligi de appellatione alias probabili, & hæc not. semper. Nam facit, ꝙ si statutum municipale late intelligendo nihil operaretur, non debet assumi ille latus intellectus, sed ita intelligi non uiolando uerba, ut aliquid operetur ultra terminos iuris communis: facit quod no. Bar. in l. 4. §. prętor ait, ff. de dam. infe. & quod dixi in c. causam, de dolo & contum. Et adde ad prædicta unam solemnem limitationem, quod ubi dispositio esset prorsus inutilis, intelligendo verba vt iacent, debent verba impropriari, ut dispositio teneat, etiam si sit odiosa & pœnalis, ut singulariter probat text. in capitul. si sententiam, in fin. de senten. excommunic. lib. sexto, facit. l. si stipulatus fuero per te, ff. de verborum obliga. ubi extenditur stipulatio, ne effectu careat. Ad idem uide bon. tex. in l. stipulatio ista. §. sed si seruus, & l. possidere, eod. titu. & Bald. in ca. i. de c. qui cu. uen.

3 colum. 10. & Arch. 14. q. 1. c. i. † Tertio no. ꝙ remotio appellationis non tollit prorsus facultatem appellandi. vnde poterit superior illam appellationem recipere & grauamen emẽdare, ꝓ hoc intellectu facit tex. ibi. Sed si appellãs, &c. Alii dicunt, ꝙ grauamẽ reuocabitur per uiam querelę: sed primus intellectus magis congruit literę, ut inf. latius subii-

4 ciam. † Sed antequam attingamus materiam c. i. quęritur, quis possit in rescripto appellationem tollere? Doctor. hic communiter dicunt, ꝙ solus papa, quia inferior non potest tollere ius alterius, ad hoc c. super quæstionum, de off. delega. Intellige hæc dicta Doctor. quo ad ea, quę spectant ad iurisdictionem ecclesiasticam. nam in temporalib. imperator potest appellationem tollere, in l. i. ff. a quibus app. non lic. & uide ad prędicta vnam mirabilem limitationẽ, quam ponit glo. in l. fin. C. de senten. & inter. omn. iudic. ꝙ solus princeps possit remouere appellationem a diffinitiua. sed respectu interlocutorię hoc poterit facere iudex inferior committendo alteri causam. mouetur illa gloss. per tex. illius l. quam glo. sequitur Bar. & ibi facit de ea magnũ festum. sed ipse Bar. in l. i. pręalleg. gl. illam restringit ad appellationem frustratoriam, concludens ꝙ inferior non potest appellationem legitimam etiam ab interlocutoria tollere: quia hoc esset tollere ius superioris, ad quem appellatur, quod non potest inferior facere, pru hoc bo. tex. in ca. veniens, de iureiurã. Adde aliam rationem. nam cum ipse iudex cognoscẽdo per se non posset non deferre appellationi legitimę: ut dixi in cap. de priore, supra eodem ergo nec alii causam committendo remouere eam. Sed quia secundum

ADDITIONES.

a ¶Limita singul. istum text. ut per Domin. Anton. post Innocen. in capitulo pastoralis. §. ... de offic. delegat. & uide omnino, quod not. Doctor. post Lauran. in capit. Romana. §. si autem, in fin. de appellatio. libro sexto. & uide plura quæ de ista clausula, appellatio. remota scribit Bal. in l. tertia, C. de appel. & iste sup. in rub. & quod plene scribit Do. Anto. in c. ut debitus infra eodem.

b ¶Odiosa. Vide Bald. rubric. supra de rescri. columna secunda, & ad hanc regulam, quod uerba debent aliquid operari, uide ... in l. fin. in tertia no. ff. si certum petat. & quomodo procedat uide Alexand. in consilio trigesimo tertio incipien. uiso themate, in primo uolumine & Felyn. in capitulo sulitæ, columna tertia, supra de maio. & obedien. & Aret. in l. si quis cum aliter, in ultima columna, in princip. ff. de uerborum obligatio. & Ias. in l. authenta, columna secunda, ff. de iu... & iure, & pul. hic per Roman. Ferrarien. in l. prætor, colum. vi. ff. de offic. eius cui man. est iurisdict. Sebastianus Sapia.

ſecundum hunc intellectum nihil operaretur diſpoſitio illius l.ſi. quæ tamen edita videtur cum magna ſolennitate. Dicerem, q videatur remota omnis appellatio, cui ille cauſam committens poterat non deferre: ut puta in caſu dubii, vel quando a iure inhibetur aliqua appellatio: ſed allegatur aliqua cauſa obfuſcans illam diſpoſitionem iuris. Itẽ vbi remouetur appellatio, & tamen per ſe eſt probabilis, licet iudex non teneatur deferre, poteſt tamen, ſi vult, vt hic ſin. Abb. quem ſequuntur Doct. quod no. perpetuo. in his ergo, & ſimilibus caſibus tam ratione interlocutoriæ, quã ratione diffinitiuæ poterit iſta remotio appellationis facta per inferiorem aliquid operari, & ſic poteſt intelligi illa l.ſi generaliter, prout loquitur, & credo attigiſſe veritatem.

5 † Item limita prædicta, q inferior a principe non poteſt appellationem tollere, niſi ſit talis, qui de facto non recognoſcat ſuperiorem, ut Rex Franciæ, & alii plerique & quędã ciuitates Italiæ. Nam vtuntur iuribus principis reſtituendo famæ, in legitimando, & ſimilibus. Hoc uoluit Bar. & bene in d.l.i. facit quod no. Innoc. in c. cum te, de re iudi. & in c. cum P. tabellio, de fid. inſtrum. Nam vtrobique vult, q iſti inferiores ab imperatore non recognoſcentes eum

6 in ſuperiorem utũtur iuribus principis. † Item adde aliam limitationem, q vbicunq; per ſtatutum remouetur appellatio a ſententia alicuius officialis, puta poteſtatis, intelligitur ſolum remota appellatio a diffinitiua, non autem ab interlocutoria, quia appellatione ſentẽtiæ intelligitur de diffinitiua, ut no. gloſ. in c. cum olim, de teſti. facit tex. in c. venientes, prælleg. ſed ſtatutum debet intelligi ſtricto modo, in c. in noſtra, de iniur. l. 3. ff. de neg. geſt. ergo debet intelligi in ſtrictiori ſignificatu ſuo, & optime probatur in ſimili in ca. cum dilectus, de conſuetud. facit l. 2. C. de noxa. acti. ſecus autem, vbi ſimpliciter caueretur ſtatuto ut a poteſtate non poſſit appellari. nam tunc intelligitur de qualibet ſententia, ſeu præcepto, arg. in l.i. C. de offic. præfe. prętoꝛ. ita conſuluit Bal. & poto hoc idem procedere in quacũque diſpoſitione remoueatur appellatio: quoniam, quatenus remouet appellationem, eſt: odioſa, & per conſequens

7 reſtringenda, ut in ca. i. & 2. de fil. presby. lib. 6. † Nunquid autem legatus de latere poſſit tollere appellationem, dic q

a non,[a] nec etiam aliam clauſulam opponere contra diſpoſi-

b tionem iuris communis, maxime in detrimẽtum partis,[b] vide gl. no. in c. ſi. de hęre. lib. 6. vide tamen quod dixi in c.

c fin. de tranſact. nec valeret ſtatutum [c] Inferioris a papa, ut a ſententia etiam interlocutoria non poſſit appellari, iuxta no. per Io. And. in c. ſi. eo. ti. lib. 6. Putarem tamen, quod committendo alteri poſſit remouere appellationem, prout ſup. dixi de iure ciuili reſpectu inferioris a principe. In glo. i. in ſi. Super hoc principio ſunt duæ glo. duntaxat. Sed expediendo gl. & Doct. formo quinque quæſtiones. Prima quæſtio, nunquid clauſula, appellatione remota, hodie aliquid operetur. Secunda quæſtio, prę ſuppoſito, q̃ operetur reſpectu appellationis a iure non receptæ, quæritur, quæ appellatio a iure expreſſe indulgetur? vt ſic ſcias, quando poſſit appellari, non obſt. illa clauſula. Tertia quæſtio. bio dicitur, q licet ſit remota appell. tamen grauamen illatum poterit per ſuperiorem emendari. qualiter emendabitur vtrum per uiam querelæ, an per uiam appellationis? Quarta, vtrum hoc, quod ſupra dixi, procedat in quolibet ſuperiore citra papam, ut poſſit emendare grauamen non obſ. remotione appellationis? Quinta quęſtio eſt, quia tex. in ſi. dicit. Quod grauamen poterit emendari per ſuperiorẽ, nunquid ſuperior ad hoc teneatur, an vero ſit in libera di-

8 ſpoſitione ſua? † Quo ad primam quęſtio. gl. hic & ſequens in d. c. vt debitus, & communiter, vbi attingit hunc articulum, ſentit quod hodie nihil operatur remotio appellationis, per c. vt debitus. inf. eod. vbi omnis appellatio a iure recipitur, ſi appelletur ex cauſa probabili. Hanc opin. multi ſeruant, & vide ad materiam Spec. eodem tit. §. in quibus verſic. ego dico. Sed Hoſtien. Io. And. & communiter Moder. ſequentes tenent contrarium, & melius. Et inter cætera vide tres rationes optimas. Prima: ca. vt debitus. loquitur indiſtincte. non eſt ergo veriſimile, q ex toto corrigeret hunc tex. Secunda ratio melior. illud c. non loquitur in iudice procedente cum clauſula, appellatione remota, ſed generaliter: iſtud vero c. ſpecialiter diſponit quando remouetur appellatio, vnde potius illud ca. eſt limitandum per iſtud, quam econtra, quia generi per ſpeciem derogatur, & non econtra, vt in reg. generi, de reg. iur. lib. 6. Tertia cõſideratio colligitur ex c. inquiſitioni. inf. eo. nam illud cap. emanauit poſt c. vt debitus, & decidit caſum dubium, quãdo remota eſt appellatio in reſcripto, q non feciſſet, nec emanaſſet, ſi per illud c. vt debitus. hæc clauſula eſſet fruſtratoria. Concludendum ergo eſt, q hoc c. procedit etiam hodie in terminis ſuis, & multi effectus huius clauſulæ no. in d. c. vt debitus. Tres vero effectus notabiles poſſunt hic

9 colligi ex dictis Doct. † Primus[d], q vbi proceditur appella-

d remota, non tenetur iudex, a quo appellatur, appellationi deferre, vnde talis appellatio nõ ſuſpendit iuriſdictionem iudicis, a quo appellatur. poteſt ergo ante quam appellatio recipiatur a ſuperiore, ſuam ſententiam mandare executioni, vt colligitur in c. paſtoralis, in §. præterea, de offic. deleg. Et per iſtum tex. tollitur opin. Bar. in l. i. prælle. vbi dicit, q quando in reſcripto ſimpliciter remouetur appellatio, intelligitur de fruſtratoria: ſecus, ſi remoueretur a diffinitiua. Nam in d. §. præterea, dicta clauſula operatur effectum ſuum etiam reſpectu appellationis a diffinitiua, quãtuncunque ſit probabilis, niſi ſuperior ex certa ſcientia illam appellationem recipiat, vt ibi habetur: & ideo prędicta procedunt, vt no. dicit hic Abb. quem ſequuntur Doc. q iudex datus cum clauſula, appellatione remota, poteſt excommunicare probabiliter appellantem ab eo, ex quo illa appellatio expreſſe a iure non approbatur: quia nõ habuit ſuſpẽdere iuriſdictionem iudicis, ut hic, & ex hoc notabis vnum caſum ualde ſpecialem, in quo tenet excom-

10 municatio lata poſt appellationem probabilem. † Secũdus effectus huius clauſulæ eſt, quia iudex non deferens huic appellationi quantuncunque probabili, non punietur, ex quo a iure non indulgetur expreſſe, quia hoc fecit authoritate iuris, ergo non peccauit. 23. quæſtione quarta, c. qui

11 peccat, & l. Gracchus, C. de adul. † Tertius effectus reſpectu reuocationis attentatorum poſt appellationem: nam taliter attenta non reuocabuntur per uiam attentati, idem nullitatis, quoniam, ex quo non erat ſuſpenſa iuriſdictio iudicis per talem appellationem, tenuerunt geſta, licet per ſuperiorem poſſint reuocari potius per uiam quærelæ, quam per uiam nullitatis. Sed dubium eſt circa deuolutionem negotii, nunquid deuoluatur negotium ad ſuperiorem per appellationem? de quo infra dicam in tertio dubio

ADDITIONES.

a ¶ Et idem dicit in c. i. de reſcr. & Sa. in l. ſi. C. de iuriſ. om. iudi. ubi etiam idẽ dicit de Card. & ad hæc facit tex. in l. a. ff. a qui ap. non li. [illegible] D. An[illegible] hic in v. c. [illegible]lum. & iſtud idem dic. Bal. in l. [illegible] nunquid, C. de appel. niſi in priuilegio papę hoc expreſſe contineretur. imo plus dicit, quod etiam ſi in priuilegio ſuo contineretur, quod a ſuis ſententiis non poſſit appellari, non poterit aliis committere cauſam app. quia in priuilegio uidetur electa induſtria perſonę. Facit quod ponit [illegible] in repe. c. de ſæpe, de verbor. ſign. in [illegible] euidentiali, ubi dicit, quod licet legatus de latere non [illegible] at cum clauſula [illegible] ſim. liciter & de plano tamen ſecus eſt quando ſpecialiter fuerit ſibi conceſſum, & dic[illegible], quod eſt noua ſua limitatio. Aene. de [illegible]al.

b ¶ In detrimentum partis. Vide late per Fed. de S[illegible] in conſil. [illegible] incip. quod permutatio. & per Rom. in conſil. [illegible] incip. uiſo puncto. Pau. de Caſt. in conſil. ccxxv. inci. ſuper i. dub. circa ſi. Et quod legatus non poſſit aliquid facere contra ius commune, tenet Iaſ. in l. omnes popul[illegible], col. [illegible] repet. [illegible] no. tamen [illegible], ff. de iuſt. & iur. Seb. Sap.

c ¶ Et utrum per ſtatutum poſſit [illegible] appellatio, uide hic per Do. Ant. in [illegible] co[illegible] & per Bal. in l. ſi. C. de ſenten. & inter. omn. iud. circa ſi. & in l. ſi. appellationem. C. eod. per Bar. in l. ex hoc iure, & in l. omnes popu[illegible] ff. de iuſt. & iur. & uide per Do. Anto. & [illegible] in c. uenientes, & ibi no. Ba[illegible] in [illegible] colum. de iureiur. & per Alber. in par. ſtat. q. [illegible] & Bald. in l. pen. ff. de aqua plu. ar. & in l. cum [illegible] conſuetudine, ff. de legi. & in repe. [illegible] autem ciuile. Iuſti. de iure na. gen. & [illegible] in viii. col. & adde hic Bal. in l. [illegible] in [illegible] col. [illegible] contra ius uel [illegible] nunc uenio ad exempla ubi dicit, quod licet ſtatutum non poſſit tollere appellationem, poteſt tamen modificare. & quod non ualeat ſtatutum ut non poſſit appellari, [illegible] per Bal. in l. cum ant. [illegible] illud, C. de temp. app. & utrum de iure cano. valeat ſtatutum ut non poſſit appellari ab interlocutoria, plene diſputat Io. An. in c. ſin. de app. lib. vi. & de ſtatuto ponente quod non poſſit appellari ab interlocutoria, uide plene per Pet. de Anc. in repe. c. canonum ſtatuta de conſti. in iii. prin. quæſito [illegible] quæſitu, & [illegible] in ſua mar. ad Inno. in [illegible] legatus in iii. q. ubi etiam ponit an ualeat ſtatutum legati, q ab interlocutoria poſſit appellari in uoce, de quo per Bal. in [illegible] C. comi. v[illegible] repet.

¶ Verum appellatio poſſit tolli per ſtatutum ultra hic alle. uide Bar. in [illegible] ff. de aqua plu. ar. & Alex. de Imo. in l. omne [illegible] hic alleg. in v. c. [illegible]lum. & in l. ambitioſ[illegible] in x. col. ff. de decre. ab ord. fa. & uide Ang. in l. fin. [illegible] illud, circa ſi. C. de tem. ap. & Bal. in l. [illegible] col. in ſi. C. quę ſit l[illegible] conſue. & an poſſit tolli per conſuetudinem, uide Ioan. And. in addi. Sp[illegible] de app. in [illegible] nunc tractemus in addi. quæ incip. Martinus de Fano & uide Roma. in rub. de arb. in xxvii. col. & Bal. in l. neceſſarium ff. de orig. iu. ubi dicit ualere ſtatutum concedens arbitrium, appellatione, uel reductione remota. Ant. Franc.

d ¶ Primus. Vide per D. Vitalem de Gabinis in trac. clauſularum. col. xv. verſic. clauſula, appellatione remota. Seb. Sap.

12 dubio. † Et aduerte, quia Domin. Anton. videtur limitare istum text. & omnia prædicta, quando appellatio est remota in rescripto. Si autem remouetur appellatio priui-
a legio personæ, vel statuto, vbi statuentes[a] potuerunt face-
b re, vel ex conuentione[b] partium, vel ex contumacia non competentis, vel quia deserta est appellatio, tunc, secundũ
c eum, remota est appellatio quo ad omnem effectum,[c] quia si sentiat, ꝙ tunc grauamen non reuocabitur per superiorem, sed omnis appellatio interdicitur, alleg. iura generalia. Sed respectu statuti, vel respectu personæ priuilegiatæ non video rationem differentiæ. Sicut enim auditur appellans saltem per viam querelæ, vt remoueatur iniustum grauamen, non apparet ratio quare non sit idem, cum statutum prohibet appellationem. Nam intentio remouentis appellationem non est alia, nisi vt iustitia consequatur effectum, ut in c. secundo requiris, sup. eo. & quando princeps priuilegiat personam, vt ab ea nõ possit appellari, hoc facit qa præsumit de virtutib. illius personæ priuilegiatæ, vt non sit aliter processura, quam secũdum ꝙ iura permittunt vt dicit tex. no. in l. i. C. de sen. præfe. pto. si ergo illa persona priuilegiata aliter, procedit, quam debeat, nulla ratio
13 suadet, ꝙ superior non debeat grauamen reuocare. † Pro hoc vide gl. no. in cle. i. de iure pa. in versi. oneramus, quæ dicit, ꝙ in his, quæ relinquuntur conscientię iudicis, nõ pt appellari, vt etiam no. in c. statutum. §. assessorem, de rescr. lib. 6. tamen iniuste grauatus poterit appellare ad superiorem, non autem ꝙ iudex, a quo teneatur deferre, sed quo ad hoc, ut superior possit examinare appellationem, & reuocare grauamen, quod no. perpetuo, & ita debet iste tex.
14 intelligi, vt inf. dicam in tertio dubio. † Ad secundam quæstionem, quæ appellatio dicitur expresse a iure approbata? Solu. glo. intelligit, quando ius expresse ĩdulget appellationem eo casu, quo remota est appellatio & nimis restringit istum tex. Sed Hos. (cum quo transeunt communiter Docto.) dicit ꝙ omnis appel. expresse a iure approbata videtur permissa, licet iura non loquantur, quando appellatio est remota. Exemplum in ca. significauit, &c. Rodulphus, de resc. cum si. & hoc dictum satis placet, quia ex quo iura permittunt appellare grauamen videtur notorium, & per cõsequens nihil debet operari remotio appellationis, ar. c. 2. requiris, sup. eod. & pro hoc vide gloss. no. iuncto text. quem semper tenebis menti, in c. ex cõquæstione, de rest. spo. quæ dicit ꝙ grauatus notorie potest appellare, licet in
15 rescripto remota sit appellatio. † In tertia quæstione, vtrũ grauamen in casu huius c. reuocetur per superiorem per viam querelæ, an per viam appellationis, hic sunt opinio. magis communis videtur, ꝙ per viam appellationis, & pro hoc tex. hic, dum dicit. Sed si appellans fuerit grauatus, & sic clare pręsupponit, ꝙ per viam appellationis audietur. Sed dices tu, quid operabitur ergo clausula, si propter grauamen potest appellari? Respondeo, ꝙ hęc appellatio nõ operabitur respectu iudicis, a quo, sed respectu iudicis ad quẽ vt sic deuoluat negocium ad eum, & ita sentit illa gl. no. in d. cle. vnica, & intellige de grauamine, propter quod fuit appellatum. nam alia attentata postmodum iuridice non reuocabuntur per viam attentati, vt dixi, sed per viam querelæ, cum iudicis iurisdictio non esset suspensa. Et not. hũc intellectum, quia idem dicerem quãdo statutum remouet,
16 appellationem, vt prædixi. † Ad quartam quæstionem, nũ quid habeat locum in quolibet superiore citra papã? Sunt opinio. sed Io. And. videtur velle, vt idem, sit quando inferior procedebat appellatione remota virtute iuris cõmunis. Exemplum, in causa hęresis quilibet ordinarius procedit, app. remota, vt in c. inquisitionis, de hær. libr. vi. Condemnatus de hæresi prætendens sententiam iniustam poterit appellare ab epo condemnante ad archiepm, vt archieps examinet negocium, vtrum iniuste fuerit condemnatus de hæresi, hæc tamen appellatio non suspendit iurisdictionem iudici a quo, nisi a tempore a quo superior receperit appellationem, & miserit inhibitoriam iudici a quo. pro hoc uide bonum tex. cum gl. in c. Romana. §. si autem, eo. ti. li. vi. superior autem habebit examinare, vtrum iste appellauerit in causa a iure concesso, vel ne, & an fuerit
17 grauatus, &c. & hoc semper notandum. † Ad vltimum dubium, vtrum superior teneatur grauamen reuocare, an sit in sua facultate tantum. Quidam, quod tenetur, quia alias non est bonus iudex, nisi faciat iustitiam, vt in c. forus. inf. de verb. sig. & sic supplet tex. & exponit, ibi. Poterit, id est debebit. Alii cõtra: cõiter tenetur, qđ supior ad hoc tenetur, & si admittit pt ab eo appellari, ꝙ mihi satis placet. Nã video, qđ etiã in dispositione fiẽda cogitur iudex per superiorẽ si subest causa legitima dispensandi, ut not. in c. constitueretur, & ca. domino sancto. 50. disti. fortius in casu nostro, vbi agitur de iustitia ministranda. Nam (vt dixi) intentio appellationis clausulam principaliter, vt iustitia consequatur effectum, sed si iniuste grauatur, cessat ratio, & mẽs apponentis clausulam, & maxime, quia defensio est de iure naturali, vt in cle. pastoralis, de re iu. & pro hoc habes expeditum istud principium.

ADDITIONES.

a ¶Vbi statuentes. Vide de isto casu per Deciũ in consil. 2li. & quæ scribit Pau. de Cast. in l. si. C. de edic. diui. Adria. tol. & in l. si quis, C. de precibus impe. offe. Seb. Sapia.

b ¶Conuentione. Qn ex conuentione partium est apposita clausula app. re. ex nulla cã poterit appellari, licet alias qn iudex esset datus de consensu, partium absque dicta clausula possint partes appellare. l. ex consensu, ff. eod. & hoc fuit no. dictum Bar. in l. ii. ad fi. C. eo. quod tene menti, & de hoc arti. vide per eundem Bal. in c. vt debitus, inf. e. limitantem nisi iudex esset in dolo vel lata culpa, quia tunc poterit appellari non ob. ꝙ clausula ap. re. fuerit de conse su partium apposita alias secus, Io. de Imol. tñ impugnat hoc dictum, D. Ant. Panor. & Bald. in l. i. §. interdum, ff. a quibus ap. non li.

c ¶Effectum. Facit quod vult An. in Leo. C. eo. dicens ꝙ qn statutum prohibet ap. vel recursum, intelligitur sublatus omnis modus, & omnis regressus contra sententiam.

SVMMARIVM.

1 Excommunicatus licet appellauerit, nihilominus potest denunciari, & beneficii redditib. spoliari. 6. inf n. 17.
2 Appellatio legitima eximit appellantem quoad illam causam a iurisdictione iudicis, a quo.
Appellatio non suspendit iurisdictionem iudicis, a quo, circa futura, quæ dependent a præteritis.
Lex noua vel statutum quando concernat futura, & quando non.
3 Excommunicatus etiam non denunciatus est vitandus ab illis qui sciũt ipsum excommunicatum.
4 Constitutio antiqui iuris declaratoria extenditur ad præterita.
5 Denunciatio excommunicationis necessario non probat denunciatum esse excommunicatum.
7 Excommunicatio quare non suspenditur per appellationem.
8 Supplicatio habet eundem effectum, quem habet appellatio.
9 Appellatio suspendit sententiam, licet trahat secum executionem.
10 A sententia vltimi supplicii an appelletur, & ad quem effectum?
11 Appellatio legitima suspendit etiam sententiam interlocutoriam.
Sententia suspensionis beneficii dependet ex futuro euentu, & sapit naturam interlocutoriæ.
12 Peccatum est causa, ꝙ quis separetur a gratia Dei.
Ad peccatum vel periculum animę vitandum tutior via eligenda est, licet videatur durior.
13 Appellatione pendente non præsumitur pro sententia, licet sit sententia excommunicationis.
14 Excommunicatio lata post appellationem an sit in suspensio in euentum appellationis.
Appellatio friuola non suspendit iurisdictionem iudicis.
Quicquid est certum natura, est certum lege.
15 Gesta per excommunicatum in medio tẽpore, quo appellauit, & sic dũ est in suspensio, an valeant.
Non est differentia inter publicum excommunicatum, & occultum, nisi in his, quæ geruntur ratione publici officii.
Collatio beneficii facta excommunicato, qui putabatur absolutus, non valeat.
16 Excommunicato non debet prouideri de necessitatib. nec ei fieri eleemosina nisi fame periret.
Clericus depositus emendatus non recuperat primum statum, sibi tamen prouidetur de aliquib. temporib. per ecclesiam, ne mendicet.
18 Excommunicatis interdicitur potestas administrandi etiã in temporalib.
19 Excommunicati non æquiparantur in omnibus nec deportatis, nec relegatis, sed est potius quædam species ad per se.
Excommunicatus in uno loco, censetur excommunicatus in omnibus locis.
20 Constitutio pœnalis non concernens exercitium personæ, vel bona, non extenditur extra territorium.
21 Suspensus a beneficio ĩ uno loco, an possit extra illud territorium obtinere beneficium?
22 Excommunicatus priuatus fructib. sui beneficii nõ recuperabit illos, si fuerit absolutus, sed conuertentur in vtilitatem ecclesiæ.
23 Denunciare aliquem fore excommunicatum an quilibet iudex possit.

2
1 §. Verum quia.[a] † Licet excõmunicatus ab excõmunicatione appellet, nihilominus

ADDITIO.

a ¶Verum quia. Vide quod per istum textum, determinat Rom. in consi. 482. inci. in casu præmisso, in secundo dubio. Seb. Sapia.

minus denũciari potest, ac beneficii redditibus spoliari. primo consultatio. secundo responsio, ibi: Nos itaque. Casus literalis. Aliqs appellauit a iudice suo super aliquo certo articulo, & sic ad tempus exemptus est a iudice suo per app. quantum ad causam illam. super hoc ponitur talis qõ. Iudex excommunicauit aliquem, ille appellauit a sententia tanquam iniusta, & in eo casu appellauit, in quo valuisset appel. si ante excommunicationem facta fuisset. quæritur, utrum iudex possit ipsum denũciare excommunicatũ non ob. illa opp. Et vr̃, ꝙ non possit, eo ꝙ per appel. iterpositam videatur excommunicatoris iurisdictio dormitasse, & sic exemptus est ab eo quantum ad causam illam. Item quæritur, vtrũ excommunicato possint ad tempus subtrahi. ecclesiastica beneficia. ¶ Ad primam quæstionem respõdet papa ꝙ excommunicatio trahit secum suam executionem, & excommunicatus amplius non ligat̃ per denunciationem, & ideo potest iudex ipsum excommunicatum denunciare, ut ab aliis euitetur. Ad secundum respondet, ꝙ prouẽtus ecclesiastici illi merito subtrahũtur, cui ꝯmunio ecclesiæ denegatur. Ber. † No. primo ex isto tex. vnum effectum app. ltime, eximit enim appellantem quo ad illã causam a potestate iudicis, a quo, ad hoc. c. si a iudice. & c. non solum, e. ti. li. vi. & iste est effectus iurisdõnis suspensionis. Iste tamen effectus non vsquequaque procedit, cum appellatur ab excommunicationis sententia, non enim operatur plenam suspensionem licet enim suspendat iurisdictionem iudicis respectu actus animo futuri, non tamen suspẽdit ipam sñiam, nec actum futurum omnino accessorium ad ipsam sñiã. Et ex hoc & ex tex. no. vnũ solemne dictũ, ꝙ vbicunque appellatio nõ suspendit actum iam gestum de præterito, similiter non suspendit actum gerendum, si ille est actus omnino accessorius & consecutorius ad actum gestum non suspensum per appel. Ratio, quia ratione connexitatis attribuit potius præteritis, quam futuris. Ex hoc infertur ad aliud notabile dictum & quotidianum: ꝙ licet lex noua non concernat præterita, sed futura dumtaxat, ut in c. fi. de const. non tamẽ concernit illa futura, quæ habẽt omnimodam dependentiam a præteritis, pro hoc vide tex. iuncta glo. in cle. vt hi. qui, de æta. & qua. in cle. i. de testa. secus autem, ubi actus futurus nõ est ita accessorius ad actum de præterito, licet habeat cum eo aliquam conformitatem, & iste est verus intellectus c. cum tu. inf. de vsur.

† Vlterius not. ꝙ excommunicatus debet denunciari ĩ publico, ut ab aliis euitetur. An ãt debeo euitare excommunicatum non denunciatum: dd̃m ꝙ sic, ex quo non est occultus excommunicatus. probo primo per ar. huius tex. nã excommunicatio trahit secum executionem, nec per denunciationem amplius ligatur, cum ergo iam iniecit plenum vinculum citra denunciationem, non debeo expectare denunciationem, quia illa fit propter ignorantes, vide bo. tex. cum gl. in c. cum non ab homine. infra de sent. excom. & ꝙ ibi dixi. † No. ꝙ ille, qui denunciat[a], vel declarat non dicitur aliquid de nouo disponere ad hoc l. hr̃des palam, ff. de testa. ex quo infertur, ꝙ constitutio antiqui iuris declaratoria extenditur ad præterita, vt not. in d. cum tu, & plene in d. c. fi. † Vlterius no. & tene menti bo. ar. ex isto tex. ꝙ denunciatio excõmunicationis necessario non probat denunciatum esse excommunicatum, quia ꝑ denunciationem quis non eligatur, & denunciatio potest esse iniusta. vide bo. tex. cum gl. in c. licet, de sent. excom. libr. vi. † Vltimo no. & tene menti, quia non est alibi ita expressus tex. ꝙ excommunicato debent subtrahi redditus sui beneficii, etiam si dicatur excommunicatio iniusta, debet enim spectari euentus causæ. ex quo enim interim denegatur sibi cõio ecclesiæ, deneganda est omnis commoditas, proueniens ab ecclesia. de hoc inf. latius cum glo. fi. † In gloss. in uer. Executionem. no. bene hanc gloss. vsque ad fi. ad quã quotidie fit remissio, cum quæritur, quare appellatio non suspendit excommunicationem. Ex hac gloss. colliguntur quatuor rationes. Prima fuit Petri Hyspani glossatoris antiqui asserentis, ꝙ cum ista excõmunicatio sit sententia sũmi pontificis, quia Deus in ueritate ligat, & nõ homo. 11. q. 3. ca. nemo, quemadmodum non appellatur a sententia principis maxime ad effectum suspendendi eam ita nec ab excommunicatione. † Hanc rationem impugnat Host. qa & si non appellatur, tamen supplicatur, & supplicatio, hẽt eundem effectum[b] juxta no. in c. tum ex literis, & c. suscitata, & c. ex literis, de rest. in integ. facit l. vna, C. de sen. pręfe. præto. iuncta Auth. quæ supplicatio, C. de pc. imper. off. Adde & aliã rationem meliorem ad impugnandum. nã rõ Petri Hyspani non concludit excommunicationem iniustam, quia ibi Deus non ligat, ut in c. cum æterni, de re iu. li. vi. & in c. a nobis. inf. eod. ti. & tñ iste loquitur, quando excõmunicatio dr̃ minus rationabiliter promulgata. Secũda ratio, seu solutio fuit Lau. etiam antiqui gl. vt homo crescat per meritum parendo sñiæ censuræ etiam iniquæ, & vt magis timeatur disciplina ecclesiastica hæc rõ vera est, sed non probatur iure. Tertia fuit sol. Ioan. & hoc procedit ex constitutione ecclesiæ, non ex natura excommunicationis & emanauit constitutio, vt magis timeatur censura ecclesiastica. Ista sol. incidit cum præcedenti. nam idem vult in effectu, quod pręcedens, & eadem impugnatione repellitur, & tamen tenendo eam cessat omne contrarium. nam in multis casib. appellatio est a iure interdicta. Quarta sol. est Ber. dicẽtis nullam differentiam esse in effectu inter excommunicationem, & alias sententias. Nam sentẽtia qualiscunque sit, non suspenditur per app. sed tantum ipsius effectus & executio, quę est de futuro, sed excommunicatio incontinenti habet vires suas, & nullam aliam executionem expectat, merito non suspenditur. † Sed certe hęc sol. non est bona. nam sñia lata super furto trahit secum incõtinenti & immediate executionem respectu ifamiæ, ita ꝙ nulla alia executio expectatur respectu infamiæ, & tamen suspenditur per app. sequẽtem, ut probatur in l. furti, ff. de his qui no. inf. Idem videtur in qualibet sententia absolutoria, quæ nullã executionem expectat. Item contra gl. facit tex. apertissimus in l. 2. ff. de pœnis. vbi dicitur ꝙ appellans nõdum videtur condemnatus, videtur ergo, ꝙ appellatio nedum extinguat seu suspendat ipsum pronunciatũ, sed etiam executionem ipsius. Extra gl. dantur & aliæ sol. Quinta est, quia sñia excommunicationis est medicina fertur enim non vt homo damnetur, sed vt corrigatur, vt in c. i. de sen. excom. libr. vi. Sed in medicinalib. attendẽda est voluntas medici, non autem infirmi, vt in ca. & qui emendat. 45. dist. Debemus ergo attendere ad voluntatem iudicis, non ad voluntatem appellantis. Hanc rationem impugnat Host. n õ enim procedit, cum medicus est impeditus, vt in c. ad aures, de æta. & qualit. facit l. illicitas. §. sicut, ff. de of. præsi. vnde hæc ratio non procedit in sentẽtia iusta. Sexta fuit opi. Host. ꝙ aliæ ligant sensibilia, seu insensibilia, irrationabilia, sed excommunicatio ligat animam, ut ĩ c. si quis presbyterorum, de reb. ecc. non ali. vnde sicut aĩa interius latius videt & contemplatur longe absentia, ita facilius ipsa aĩa. apprehenditur per sñiam, sed hæc ratio non concludit, quare non suspendatur per app. vnde concludere videtur, ꝙ cito debet comprehendere, & habere effectum suum. Ponit Host. & septimam so. Excommunicatio ligat animam & fertur pro peccato mortali. 11. q. 3. c. null⁹ appellatio vero non potest suspendere effectum indultum per peccatum istius, q. d. ꝙ ex quo iste iam separatus est a gratia Dei, non potest app. sua ipsum restituere. alias esset defensio iniquitatis. Hæc ratio nõ est bona. Nos loquimur in app. iniusta, & quando prætenditur iniusta causa excõmunicandi. quo casu iste negat se excommunicatum seu separatum a gratia Dei, & tantum prætendit vinculũ hoĩs quia debet posse suspendere. nam appellatio fuit introducta propter imperitiam & iniustitiam iudicis coercendam vt in l. 1. in fin. ff. eo. & facit ca. suggestum. sup. eo. cum ergo iste appellans prætendat imperitiam, vel iniustitiam iudicis excommunicantis, ergo debet suspendere illam sentẽtiam, & vinculum hominis. Octauam sol. ponit hic D. An. ꝙ ratio specialitatibus in excommunicatione est, quia dependet a potestate clauium, & in eam tollendo requiritur certa forma, vt in c. a nobis, de sen. excom. Cum ergo appellans non habebat hanc clauium potestatem, non ualet suspendere eam per app. suam, sed aliæ sñiæ transcurrunt per actus priuatos, & concernunt ista alia quæ non dependent

ADDITIONES.

a ¶ Ille qui denunciat. Ad declarationem & exornationẽ huius reg. Vid. Fel. in c. super qõnum, in prin. de off. dele. & in c. licet causa, de proba. & Moder. in l. & quia, ff. de iuri. om. iud. & late Anto. Sicu. in consi. xviii. incip. clementissimi, in 1 vol. Seb. Sapia

b ¶ Habet eundem effectum. Adde sicut in tit. de appel. §. iiii. & v. quod in distinctione non est verum, vt [illegible] gl. & D[illegible] in c. ex literis in gl. in ver. supplicanti, & maxime per Ian. de rest. in auth. quæ supplicatio & ibi etiam Bal. C. de pc. imper. offi. & in c. anteriorum, ii. q. vi. Zacharias.

dent a potestate clauium. Hæc so. fuit mihi visa quandoq; vera sed postmodum consideraui, q̃ ĩ veritate non habet bonam & sufficientem rationem specialitatis, quod ꝓbo apertissime. nam infamia quæ imprimitur ex sñia lata sup furto, nõ potest aboleri a potestate priuari, sed solus princeps eam abolere potest l. 1. §. de qua. ff. de postu. no. in ca. cum l. & A. sup. de re iur. & tamen priuata persona appellando ab ista sñia condemnatoria suspẽdit infamiam iam ad esse productam, ut in d. l. furti. hoc ideo, quia non est ipse appellãs, qui hoc facit, sed princeps qui dedit robur appellationi. Ita in casu nostro, quemadmodum papa potest in totum, & ad tempus tollere excommunicationem, ita poterat dare robur appellationi, pro hoc vide text. iuncta gl. in cle. vna, de immu. ecc. & ibi fine qualibet ap. papa tollit excommunicationem, ad idem cle. si summus. de sent. excom.

10 † Nona sol. colligitur ex gl. in l. fi. C. si a non comp. iud. quẽ dicit, q̃ quemadmodum a sñia vltimi supplicii potest appellari, ut in l. qui vltimo, ff. de poe. ita & a sñia excõmunicationis. Sed illud dictum est contra tex. istum, & ca. is cui, de sen. excom. libr. vi. nisi forte gl. illa intellexerit, q̃ possit appellari ad effectum suspendendi, nam quo ad primum effectum appellari potest, ut hẽs hic text. & uide bo. gl. circa hoc in c. ad reprimendã, de of. ord. sed tũc non est bona comparatio, quam facit de sñia ultimi supplicii, quia illa suspenditur. Decima solu. ponitur per dominum meũ Car. dicentem, q̃ excommunicatio potius trahitur ad naturam interlocutoriæ quam diffinitiuæ, ut not. Doc. in ca. per tuas, de sen. excom. & c. venerabilibus, eo. tit. li. vi. Sed interlocutoria non suspenditur per appellationem sequẽtem. sed pendet ex futuro euentu, vt in d. cap. non solum.

11 † Hæc sol. cum reuerentia, nõ procedit, [a] quia si appellatio est legitima immediate suspenditur, licet quo ad nos depẽdet ex futuro euentu, ut in c. si a iudice, e. ti. lib. vi. Hinc dicit gl. in c. is cui. de sen. excom. libr. vi. sententia suspensionis a beneficio, suspenditur per appellationem sequentem, & tamen illa interlocutoria est, uel trahitur ad naturã interlocutoriæ. Vndecimam etiam sol. possumus colligere ex dictis Barto. in d. l. qui ultimo, dicentis, q̃ ex natura excommunicationis hoc procedit, quia est medicinalis, sed aliter non declarat, & est hoc contra secundam & tertiam sol. nam illæ solutiones volunt, q̃ sic constitutione ecclesiæ, non ex natura excommunicationis. Cogitaui posse dari duodecimam rationem satis persuasiuam, & minores patitur calumnias, ut dicatur hoc procedere ex natura ipsius excommunicationis. Item in qualibet sentẽtia censuræ, ut in d. c. is cui. Ratio, nam excommunicatio iusta non potest quoquo per appellationem suspendi, quia illa infligitur propter peccatum, quod ligat animam indissolubiliter, nisi subsequatur competẽs satisfactio. nam peccatum non dimittitur, nisi fiat correctio, ut in regula, peccati venia, & in regula peccatum, de reg. iu. li. vi. & in ca. cum tu, de vsur.

12 † Nam cum per peccatum sit separatus a gratia Dei, 11. quęst. 3. c. audi denique. non potest iste per actum positiuũ seu a iure positiuo inductum restituere se gratiæ Dei, nisi aliter se corrigat & emendet, & in dubio debem^9 pręsumere excommunicationem iustam, quia vbi vertitur periculum animæ, tutior via est amplectenda, licet uideatur durior, ut in c. iuuenis, de sponsa. no. gl. in cap. vnico de scrutinio in ord. fac. Tutius est ergo excommunicationem tenere iustam esse, & nõ suspendi, q̃a nullum pĩculum est hoc casu, cum possit sibi prouidere petendo absolutionem, & præstando cautionem de parendo iuri, vt in c. per tuas, de sent. excom. in alio esset periculum, quia posset se immiscere iniuste & damnabiliter sacramentis ecclesiæ, & communioni hominum prætendendo eam iniustã, vbi in veritate esset iusta.

13 † Et licet fortiter posset opponi ꝯ hanc meam solutionem de notabili dicto Inno. in c. bonæ, de ele. & in c. cũ super de of. dele. vbi singulariter dicit, q̃ si quis appellat intra decendium a sententia excommunicationis, non præsumitur pro excommunicatione, sicut nec pro aliis sñiis, sed statim pro ea incumbit onus probandi eius iustitiam, ergo non debet pręsumi iusta, si intra decendium appellatur, quod videtur contra rationem meam. Ad hoc respondeo, q̃ in hoc casu, vt onus probandi incũbat aduersario, nullum periculum imminet excommunicato, ex quo gerit se interim pro excommunicato. lõ trahitur ad naturam aliarum sententiarum, sed in articulo nostro periculum immineret, quia posset prætendere sñiam iniustam, ubi alias esset iusta, & sic damnabiliter se immisceret sacramentis ecclesiæ pro hoc facit dictum ca. p tuas vbi dicitur, q̃ ante omnia, ne videatur contemnere censuram ecclesiasticam, debet petere absolutionem. Cogitaui nunc posse dari & aliam solutionem, seu rationem. Appellatio ueritate inspecta non extinguit sententiam, sed eam suspendit, in c. venientes, de iureiur. & c. pastoralis, §. præterea, de of. dele. adeo ut eam nõ suspendat quo ad omnes effectus excommunicationis, ut dixi in c. fi. sup. de eo qui mit. in possess. causa rei seruan. sed effectus excommunicationis non est separabilis ab ipsa sñia. non enim potest dari ipsa excommunicatio, quin dentur effectus ipsius, sicut ergo appellatio non suspendit seu extinguit ipsum primũ actum, seu ipsam sñiam, ita nec suspẽdere potest effectum ipsius, cum non sit separabilis a primo actu, & prædicta nota. In gl. in uer. Secum trahat in fi. hæc gl. duo tangit. Primo nunquid excommunicatio lata post appellationem sit in suspensio in euentum post appellationis. Secundo, nunq̃d gesta ꝑ istum excommunicatum medio tempore teneãt.

14 † Quo ad primum conclude post Host. aliqua addendo, q̃a gl. formaliter nõ soluit, q̃ aut notorium est appellationem non tenere. tunc certissimum est excommunicationem in continenti ligare, quia appellatio friuola non suspendit iurisdictionem iudicis, ut in c. cum appellationibus, & in c. non solum, eo. tit li. vi. Aut certum appellationem esse validam, & tunc certum est excommunicationem non ligare, vt in c. dilecti. sup. e. Aut dubitatur, & tunc quo ad nos dependet a futuro euentu, quia si constabit appellationem fuisse legitimam, etiam constabit excommunicationẽ nõ tenere, sed veritate inspecta excommunicatio semper & statim tenuit, vel fuit nulla, quia certum est naturę, vtrum appellatio sit legitima, vel non, ideo, quia quod certum est naturę, est certum legi, vt in l. si pater, ff. de solu. & sic nunquam excommunicatio, vt eius effectus stabit in suspẽso, licet nos possimus dubitare de validitate ante exitum appellationis, & vide ad prædicta bo. tex. in capitu. licet, de sen. excommun. lib. vi.

15 † Ad secundum dubium, nunquid valeãt gesta ĩ medio tempore conclude per tria membra. Quædam geri potest per excommunicatũ ratione publici officii, & illa tenent, quo putabatur non excommunicatus vigore appellationis præcedentis, licet veritas se haberet in contrarium, ut in c. ad probandum, de re iu. & ar. in l. Barbarius Philippus, ff. de offic. pręto. Quædam geri pñt cum excommunicato, seu per eum non ratione publici officii, sed concernunt vtilitatem ipsius, vel alterius, & si tunc est talis actus, qui in se est interdictus excommunicato non valebit, licet putaretur non excommunicatus. ad hoc c. cum dilectus, de consue. vbi Inn. ponit vnũ dictum semper menti tenendum, q̃ non est dña ĩter publicum excommunicatum & occultum, nisi in his, quę geruntur rõne publici officii. Idem Io. An. in c. i. de resc. lib. vi. Ex quo infero contra gl. hic, q̃ collatio beneficii facta excommunicato, quia putabatur absolutus non valet, & uide [b] in terminis nostris glo. in c. solet, de sen. excommu. li. vi. quam limita secundum prædicta. Quædam sunt quæ concernunt pœnam contemptus, vt est irregularitas, & ista non afficiunt excommunicatum, quia non cõtempsit & per consequens non est puniendus pœna contemptus, in capitu. ad apostolicæ. inf. de cler. excom. mi. facit ca. ut animarum, de consti. lib. vi. & per hoc habes gl. clare expeditam.

16 † In gl. fi. ibi, Publica egestate debent laborare [c]. Adde hic fi. gl. in versi. Ego credo. vbi glo. soluendo istam quæstionem concludit non esse prouidendum excommunicato in aliquo, nisi fame periret & not. bene gl. quam videtur sequi Ioan. An. reddendo rationem diuersitatis inter excommunicatum, & depositum, quia excommunicatus potest sibi prouidere. s. petendo absolutionem, sed depositus non habet ita remedium, quia cum depositus fuerit propter crimen, quantumcunque sit emendatus, non recuperat primũ statum: merito sibi dispensatiue prouidet ecclesia de aliquibus.

ADDITIONES.

a ¶ Non procedit. No. Bar. in l. si minoris, ver. sed ista oppositio, ff de admi. tu. Idem in l. eos, §. nec temere, & ibi Bal. in col. 2. C. de app. Zach.

b ¶ Vide. Adde hic Imol. & D. Phil. de Peru.

c ¶ Laborare. Vide quo hoc procedat Car. de. larantem in cle. & hi qui. §. i. in xi. q. de æta. & quali. & ad hoc, quod Abb. hic dicit de eo qui est in necessitate faciunt no. per Alex. in l. quamuis, ff. solu. mat. Seb. Sapia.

bus temporalibus ne cogatur mendicare in opptobrium. cleri. vide bo.tex.cum gl.in c.ſtudeat.79.diſt.& pro cócluſione gl. vide in ca.quia ſępe,de ele.lib.vi.& in c.epiſcop⁹. 7.q.i.& i.q.ii.c.quam pio. & ſatis placet hæc opi.gl. Et per rationem ſupradictam puto limitandam glo.not.quę dicit prouidendum ſuſpenſo a beneficio, ne cogatur mendicare, ut no.in ca.cum Vintonienſis,de ele.intelligo enim gl. quando ſuſpenſio eſt facta propter crimen , ſed ſi propter contumaciam,non puto ſibi in aliquo ſubueniendũ , cum poſſit ſibi prouidere ſatisfaciendo. nam ſæpe homines de cibo ſecuri iuſtitiam negligunt.5.q. 5.cap.non omnis. Ex his poteſt inferri ad deciſionem quęſtionis. Nunquid ex- 2 communicato ſit fienda eleemoſina.ᵃ nam ſi ſame periret, tunc ſubueniendum eſt ſibi,per illud, quod habetur hic in fi.gl.& 11.quæſt.3.ca. quoniam multos ſecus, vbi non eſt 17 tanta neceſſitas.† In gl.ibi: Niſi in ſententia hoc exprimatᷣ. b No.bene gl.quę ſentit,ꝙ excommunicato ᵇ non ſubtrahũtur redditus bñficii,niſi hoc ſit exp̃ſſum in ſñia,ſicut dicimus in relegato,poteſt tamẽ iudex hoc exprimere,ſi vult. & cum hac opin.tranſeunt Doc. uſque ad tempus Io. An. incluſiue.ſ.in iſto c.nam nihil ſcribunt,ſed prætereunt, ita ꝙ licet gl.non impugnent,eam tamen non confirmant, vnde alibi aliud ſentiunt,ut inſ.dicam. Do.Ant.tenet hic contra gl. videlicet,ꝙ licet in ſñia iudex nõ expreſſerit,nihilominus ſubtrahẽdi ſunt excommunicato redditus beneficii,quia priuatur communione eccleſiæ.Item ſi hic fuiſſet lata ſñia reſpectu ſubtractionis fructuum, illa fuiſſet ſuſpẽſa per appellationem ſequentem, cuius contrarium innuitur hic nullam tamẽ authoritatem adducit, ſed ego allego plurimas,vide tex.iuncta.gl.32.diſt.ca.pręter,& Inn.in ca. qualiter & quando,il.2.de accuſ.ptope finem.& Specu.in tit.de ſuſpen.& inter.in fi.vbi recitat idem tenuiſſe. Vinc.ĩ c.quoties,de ſimo.& Hoſt.in ſum.de ſen.excommu. §. q̃d eius effectus.in uer.item ꝙ nullum . Et miror de iſta opin. gl.cum ipſamet ſentiat contrarium,in prin.dum dicit, Q̃ qui extra eccleſiam eſt , nihil poteſt poſſidere nomine eccleſiæ.hæc ratio militat etiam ſi in ſentẽtia nihil fuerit dictum.hoc etiam apertiſſime probatur hic non improprian do literam . Nam ſolum hic fuit appellatum a ſñia excommunicationis,& dicitur,ꝙ ex quo non ſuſpenditur per appellationem, non debet ſuſpendi actus omnino acceſſori⁹ ad ipſam excommunicationem , ut eſt diminutio & ſubtractio redditũum,ſi enim ſubtractio redditũum nõ ſequeretur neceſſario ex ſententia excõmunicationis, ſed oporteret exprimere in ſñia, tunc per appellatiooem ſequentẽ ſuſpenderetᷣ,quia tunc tot eſſent ſñiæ , quot ſunt articuli.l. etiam ff.de mino. Quamquam ergo appellatio non ſuſpendat excommunicationem propter naturam ſuam,ſuſpendet tamen ſententiam reſpectu ſubtractionis fructuum,vt habes bo.in c.is qui, de ſent.excomm.lib.6.Sed quia ſubtractio fructuum omnino ſequitur excommunicationẽ , 18 ideo non ſuſpenditur per appellationem, vt hic. † Ad unũ tamen aduerte quia ſentit hic D.Ant. ꝙ adminiſtratio tẽporalium non ſubtrahitur excommunicato , licet nullam commoditatem debeat habere,& conſequi, ſed nihil allegat . hoc mihi non placet , quia cum excommunicatio interdicatur communio , interdicitur ſibi poteſtas adminiſtrandi etiam temporaliter, pro hoc vide text.in c.ueritatis,in fi.de dolo & contu.Item excommunicatus eſt ſuſpẽſus ab officio,& p̃ conſequens a beneficio. ſed ſuſpenſus a beneficio non dẽt ſe ingerere adminiſtrationi ipſius, ut in c.i.de elec.lib.6.ergo &c. quare puto, ꝙ beneficio excommunicati deputabitur æconomus p̃ ſuperiorem, aut uicarius temporalis iuxta ea,quę habentur in ſimili in c.perueniit.ſup.e.ti.& in c.cum ex eo,de ele.li.vi.& ĩ c.fi.inſ.de ſta. reg.Et in quantum gl. dicit , ꝙ excommunicatus æquiparatur relegato.no.eam,& alibi dicit gl.iuris ciuilis,Inſt.de c cap.di.§.media,ꝙ æquparatᷣ deportato ᶜ.Sed ſimilitudo procedat in aliquib. non tamen in omnib. Nam proprie non æquiparatur relegato nec deportato,quia poteſt quis relegari i reſpectu certi loci,vt ff.de inter.& releg.l.relegatorũ. Sed excommunicatus reſpectu vnius eccleſiæ,eſt neceſſario excommunicatus quo ad omnes eccleſias,vt in c.curę 11.q.3. Item relegato non denegatur communio hominũ nec ſacramentorum,ſecus in excommunicato, quia non æquiparatur proprie deportatus perdit ciuilem libertatem,& omnia quę ſunt iuris ciuilis,vt l.quidam.ff.de pœnis.ſed excommunicatus iſta non perdit omnino, imo poteſt donare ſecundum cõmunẽ opi.& teſtari de bonis ſuis, vt no.p̃ gl.& Io.An.in c.decernimus,de ſen.excommu.li. vi. & vide quod no.in c. veritatis, præal. & vide plene per Ang.de Peru.in quadam ſua diſputa.quæ incipit,duo adinuicẽ litigantes. io princi.vbi concludit, ꝙ excommunicati ſunt ſpẽs hominum damnatorum per ſe,ita ꝙ proprie non ęquiparantur relegatis,nec deportatis,ſed in his quibus habet conformitatem cum relegatis , cenſebitur iure relegatorum,in his vero, in quibus habet conſormitatem cum deportatis,cenſebitur iure deportatorum,& vide plene ibi de materia per Ang.& per Bal.in l.ii.C. de hære.inſti.& vtrobique plene de iſtis bannis,& eorum effectu ali- 19 q̃d p̃ Bar.in l.amiſſione,ff.de cap. di.† In ea gl.ibi, Sed pri⁹ dictũ p̃ualet. ſ. ꝙ ſiue ſit ſuſpenſus ab officio ex cã irrogante infamiam,ſiue non ſemper erit ſuſpenſus quo ad omnes alios etiam extra territorium.hanc opi.ſequitur Ioã.And. reddens rationem diuerſitatis inter hunc caſum & l.ex ea ff.de poſtu.allegatam in glo. pro contrario,quia ſuſpenſio ab officio contingit propter ordinem , vnde , ex quo ordo eſt ſuſpenſus, non poteſt alicubi miniſtrare diuina, ſed in l.ex ea.fit interdictum,vt non poſſit quis poſtulare,nec tale interdictum concernit cauſam concernentem alienum territorium.nam ex peritia procedit poſtulatio , quæ non interdicitur in alieno territorio . & eſt ille tex.valde notabilis ad multa alia,& diſpoſitio pœnalis concernens exercitium perſonæ vel bona,nõ extendit vires ſuas extra ter- 20 ritorium iuſdicentis.† No.gl.quatenus dicit eſſe in ſuſpenſo a beneficio, vt poſſit alibi obtinere beneficium .In hoc tamen articulo D.Ant. diſtinguit, ꝙ aut hæc ſuſpenſio.ſ.a beneficio.fit ab homine,autem a iure.Primo caſu,ſi iudex intendebat inhabilitare iſtum ad oĩa beneficia, ſententia porrigit effectum ſuum etiam extra territorium iudicis,licet executio debeat fieri per iudicem territorii , per ea , q̃ habentur in c.poſtulaſti.ſup.de foro cõpe.Si uero ſimpliciter intendebat ſuſpẽdere a beneficiis , quę habebat in ſuo territorio,tunc procedit gl.d.l.ex ea,& in c.ii. fi.de conſti. li.vi.Secundo caſu,cum ſuſpenſio fertur a iure,aut fit ex cã concernente certam eccleſiam,& tunc ſuſpenſio operatur ſolum reſpectu beneficiorum illius eccleſię . hoc probatur in capitu. cum in cunctis.in fi.de elect. iuncto c.ſi compromiſſarius,eo.tit.li.vi. Aut fit ſimpliciter ex cauſa generali, & tunc habet locum reſpectu omnium beneficiorum . & hoc ſatis placet,& probatur per rationes dicti c.ſi compromiſſarius.In ea gl.ibi: An iuſte, vel iniuſte, fuit excommunicatus.No.ſolutionem gl.quia ſatis vera eſt,& idem glo. in c.clericus victum.91.diſt.vide quod not.glo.in cle.vt hi 21 qui.de ætat.& qualit. † Quid autem fiet de illis redditibus ſi iuſte fuit excommunicatus? dic ꝙ debent cõuerti in vtilitatem eccleſiæ , oon autem dabuntur huic excommunicato.licet ſit abſolutus,ut no.in iuribus præalle.facit in ſi- 22 mili c.pręſenti,de ord.libr.vi.† Extra gl.quæto,an quilibet iudex poſſit denũciare iſtũ excommunicatum , appellatione non obſtante? Sol.Inn. hic cõcludit,ꝙ ordinarius iſtius excommunicati poteſt etiam ſi nõ fuit ipſe , qui ſñiam tulit,ar.11.q.3.c.curæ,& in c.1.de treu.& pac. ſecus dicit in delegato,ſi appellatio ab eo interpoſita eſt a ſuperiore recepta,ar.in c.paſtoralis.§.pręterea,de offi.del. No.hoc dictum ſed hunc ultimum articulum expedias latius & clarius ſic. Aut ante denunciationem fuit appellatum ab iſto delegato,cui appellationi ipſe detulit , & non poterit eum denunciare,tum quia non remanſit iudex per dilationem vt in

ADDITIONES.

a ¶Suſpenſo.De ſuſpenſo vide gl & Docto.in c Apoſtolicæ,ẽ.de except.

b ¶Excõicato.Vtru excõicatus ſit ipſo iure priuatus redditib. beneficiorũ , vel beneficii,vide per D.Ant ver.4.p. ꝙ non ſubtrahantur redditus &c. & adde quod no. Bal.§.finitur,in h.inſtit.de vſufru.vbi dicit ꝙ per excõicationem finitur vſusfructus,& vide quæ ſuper hoc late ſcribit D.Car.in rep.c.perpendimus,vltra me.ver.nunquid excõicatus ſit priuatus,de ſenten.excom & q̃d elegantiſſime,& ſatis ſuccinctę tradit Do.in c.præterea.xxxii.di.

¶Adde.Quod excõicatus ipſo facto remouetur a canonia,vt no.voluit Inn. in c.nuper,de ſen.excom. & adde et ꝙ excõicatus non põt impetrare bñficium eccleſiaſticum,vt in c.poſtulaſti,de cle.excom.mi. & hic p̃ Do. Car in cle.i.in §.3.de rel.do.& per D.de Ro.in deci.cxlii.inc.no.ꝙ admittitur,in antiquis quod dicunt eſſe verum in excõicato a lege non ab hoīe,& vide etiã dec.clxxiii vbi dat quod excõicatus non poteſt optare per no.in c referente de preb.quæ ſint permiſſa excõicato,vel prohibita,vide quæ habẽtur,& no. in c.inteſ.eximus,de iud. Ant.Frao.

c ¶Deportato.Vide Bal.in c.i.in i.commento,ẽ.de iud.vbi reputat. glo. in d. §.media,eſſe ſingularem,de qua vide Alex.in l.Gallus,§. & quid ſi tantum, ver.in glo.in ver.& in his,ff.de lib.& poſthumus. Seb Sapia.

vt in c.cum appellationibus,eo.tit.li.vi. tum quia ſua non intereſt,ut iſte uitetur,cum non ſit iudex ſuus. Aut non detulit appellationi, & tunc aut fuit appellatio recepta a ſupiore,& non pr denunciare, qa per hanc receptionem reuocatur prorſus iuriſdictio ab eo.vt in d. §. præterea. Aut nondum fuit recepta,& credo ꝙ poſſit, qa ſua intereſt iſtū euitari,ut citius reſipiſcat, & ſibi obediat,& ut mulcta ſua habeat effectum,ar.c.ad aures,ſup.eo.vbi delegatus præfigit terminum appellanti ab eo ad appellationē proſequēdam.vt citius reaſſumat iuriſdictionem. Sed reſpectu ordinarii quæritur quid ſi ante denunciationem iudex,ad quē præcepit ut illum denunciet? dicit Inn.ꝙ ſibi eſt obtemperandum, nec audietur pars contraria appellans, quia ſua non intereſt cum ante exitum appellationis non teneatur illi ſatisfacere. Niſi dicas, quod fuit excommunicatus pro manifeſta offenſa. Nam tunc ſua intereſt appellare,quia in manifeſta offenſa appellatio non tenuit. ſup.eo. c. conſuluit,& c.ad hoc,& c.cum ſit Romana.& quia pēdente quæſtione iuriſdictionis, ſcilicet quia dicitur appellationē nō tenere non poteſt iudex ad quem, ſe intromittere de principali,quod placet,& vide inſ.e.c.Romana,lib.vi.

SVMMARIVM.

1 *Iudex a quo fuit appellatum, poteſt contumacem excommunicare, non obſtante eius friuola appellatione.*
2 *Poſt appellationem reuocantur illa tantum,quæ fuerunt innouata ī præiudicium appellantis.*
3 *Archiepiſcopus ſe poteſt impedire in factis notoriis inter ſubditos ſuffraganei.*
4 *Appellationi renunciatur ſi appellans poſtea comparuerit corā iudice,a quo,vel coram alio iudice,ad quem non fuit appellatum,q eſt ſuperior iudice,a quo niſi proteſtetur qd non intendit appellationi renunciare, ſed quid ſi non fecerit hanc proteſtationem? vide nu.9.*
5 *Proteſtatio an & quando tollatur per contrarium actum.8.*
6 *Archiepiſcopus non cognoſcit inter ſubditos ſuffraganei, niſi per viam appellationis.*
7 *Iudex non poteſt cognoſcere,an ſua ſit iuriſdictio,quādo propter hoc poſſet iudicari ſuſpectus.*
10 *Appellationi, an & quando cēſeatur quis renunciare ex eo quia poſt illatum grauamen pars grauata aliquid fecit coram iudice producendo teſtes & ſimilia.*

CAP. LIIII.

SOlicitudinem. Si excommunicatus ab epiſcopo poſt quàm appellauit ad papam,hanc cauſam defert ſimpliciter ad metropolitanum,appellationi renunciat,& archiepiſcopus cauſam audiet,ſed ſi ꝓteſtaretur contrarium,archiepiſcopus non cognoſcet, qđ ſi fecerit non poteſt non epiſcopus appellare, niſi notoriū ſit excommunicationem non tenere. Vel ſumma ſic: Si appellans ad ſuperiorem comparet coram iudice inferiori ſuper concernentibus ipſam appellationem, ipſi appellationi renunciare videtur ſi autem proteſtetur,ꝙ per hoc non intendit renunciare appellationi, tanquam contraria allegans non eſt audiendus,niſi notorium ſit actum illum eſſe iniuſtum,ſuper cuius emendatione adiuit inferiorē. & eſt bonus caſus. Communis diuiſio, ſecunda, ibi: Nos igitur Caſus literal. Duo litigabant coram epiſcopo ſuo alter eorum appellauit ad ſedem apo.epiſcopus appellātem reputans contumacem excommunicauit eundem, ipſe coram metropolitano ſuo petit ſibi iuſtitiam fieri de epiſcopo, q. poſt appellationem legitimam excommunicauit eūdem, & petiit ſe reſtitui in priſtinum ſtatum,in quo fuerat tempore appellationis,denunciare videlicet abſolutum, proteſtans ꝙ appellationi non renunciabat, ſed proſequi uolebat eādem. Primo loquitur, vtrum metropolitanus cognoſcere valeat de huiuſmodi quæſtione,& ſi archiepiſcopus illum appellaſſe legitime inuenerit. Iterum quæritur, utrū ipſum denūciare valeat abſolutum. Tertio quæſitum fuit vtrum ſi epiſcopus appellauerit ab archiepiſcopo, ne illum abſoluat,appellationi ſit huiuſmodi deferendum. Ad hoc reſpondet papa,ꝙ ſicut metropolitanus non valet omnino cognoſcere de appellatione facta ad papam, ita non poteſt cognoſcere de his,quæ poſt appellationem fuerunt innouata,dummodo non poſſit cognoſci de illis niſi de appellatione pariter cognoſcatur. vel de his,quæ cauſam appellationis contingunt, & tunc, ſi metropolitanus vellet de his, quæ cauſam ipſam contingunt cognoſcere epiſcopus poſſet appellare, & ſic ſoluitur tertia quæſtio, quia ad officium illius,qui de appellatione cognoſcit,pertinet corrigere quę poſt appellationem fuerūt innouata. Soluit poſtmodum ſecundum articulum. Si uero notorium eſſet, ꝙ mandatum epiſcopi fuit iniuſtum,cuj non tenebatur ſubditus obedire & ita ꝑ conſequentiā appareat illum iniuſte appellaſſe,poteſt archiepiſcopus authoritate metropolitani declararet ſubditum irrationabiliter fuiſſe excōicatū. Vltimo veram dat ſolutionem ad primam quæſtionem dicens. Cum autē excommunicatus, qui appellauerit iuxta præſcriptam formam,coram archiepiſcopo contra epiſcopum deponit quæſtionem metropolitanus poteſt cognoſcere de hmōi quæſtione, cum ipſe per hoc tacite renunciare appellationi videatur,ſed ſi verbo vel facto proteſtatur ſe velle proſequi appellationem,tanquam aduerſa petens, & ſibi contrarius,non eſt audiendus. Bern.

1 † No.i.iudicem,a quo appellatur reſpectu grauaminis,poſſe excommunicare appellantem tanquam contumacem,ſi prætendit appellationem fuiſſe friuolam ratio,quia appellatio friuola non tuetur appellantem, ut in c. cum appellationib. eo.ti.li.vi. ergo poteſt reputari contumax & validitas excommunicationis quo ad nos pendet ex futuro euentu,ꝓ hoc quod dixi in d.c.præcedenti,uide tex.in ſimili in ca. 2. de dolo & contu.li.vi. Ex illo tex. etiam & ex noſtro collige duas practicas procedendi contra appellantem ab interlocutoria fruſtratorie. nam poteſt iudex illum contumacem mulctare,vt hic. Item poteſt ad vlteriora procedere ſi cauſæ ſtatus patitur,vt in d.c. Secundo principaliter no.ꝙ quemadmodum poteſt quis denunciari excommunicatus (a) ut euitetur. ſup.c.proxi. ita poteſt denunciari abſolutus[a] & nō ligatus,vt nō euitetur. & hoc eſt bonū remedium, quādo quis īiuſte reputetur excommunicatus vel criminoſus, vt denuncietur per iudicem modo prædicto. Tertio not. (b) vnam bonam regulam hic,ꝙ inferior a iudice,[b] ad quem eſt appellatum, non pōt cognoſcere nec de appellatione, nec de innouatis poſt appellationem,ſi contingunt articulum appellationis etiam ad petitionem appellantis,niſi velit renunciare appellationi ſuæ, vel niſi attentatum notorie ſit iniuſtum,ar.c.cum teneamur,ſup. eo. & ſic poteſt (a) intelligi verſi. iſte. † Si vero. Not. ibi: Corrigere quæ contra ipſam &c.ꝙ non omnia innouata poſt appellationem ſunt reuocanda per iudicem,ad quem,ſed duntaxat ea,quæ cō-

3 cernunt præiudicium,ipſius appellantis. † Not. in uerſi. Si vero notorium. ꝙ in facto notorio archiepiſcopus poteſt ſe impedire inter ſubditos ſui ſuffraganei. uide bonū text.

4 in c.Romana §. notoria.de cenſi.lib. vi. † Vltimo no. vnam regulam ſatis bonam & notandam,ꝙ ſicut renunciatur ap- (c) pellationi[c] per comparitionem coram iudice, a quo,vt ī c. gratiam, de of. dele. ita per comparitionem coram alio iudice, ad quem non fuit appellatum,qui eſt ſuperior iudice a quo,niſi contrarium proteſtetur. Vltimo no. vnā bonam limitationem ad aliud vulgatum, proteſtatio tollitur per contrarium factum: Id enim procedit, quando contrariū factum explicatur ita, ꝙ non eſt qui a principio repellat ꝓteſtantem,ſi autem vult aliquid attentare contrarium proteſtationi,debet ſuperior illum non admittere tanquam ſi- (d) bi contrarium. Et no.ex hoc,& ex tex. ꝙ allegans[d] contra-

5 ria non eſt audiendus. l. vbi repugnantia,ff.de reg.iu. † Sed contra prædicta & contra tex.opp. videtur etiam, ꝙ ſi iſte appellans renunciaret appellationi,non per hoc poſſet archiepiſcopus cognoſcere, cum hic eſſet contentio iter ſubditos ſuffraganei, īter quos citra remedium appellationis non poteſt archiepiſcopus regulariter aliquid diffinire, ut ī c.paſtoralis.de of.or. Nec ob. ſi dicatur, ꝙ hic ſolum petebatur, vt pronunciaret excommunicationem non tenere

6 quia etiam hoc non poteſt facere, ex quo fuit lata ab epiſcopo,altero agente,ut probatur. in ca. venerabilibus, poſt prin. de ſen.excom.lib.vi. So. contrariū eſt difficile,ſed pōt dici, ꝙ deferendo hanc cauſam ſimpliciter ad archiepiſcopum

ADDITIONES

a Abſolutus. Vide quæ ſcribit Alex.in l.ſi finita,§.elegiter,ff.de dam.infec.Ro. in conſi.ccc xii.incipi.pro habenda iuſtitia. Seb Sap.

b ¶A iudice. Circa hoc no. vide hic Do.Philip.de Peru.et in iii. no.

c ¶Appellationi. Hanc regulam, quod appellans adeundo iudicem a quo cenſetur renunciare appellationi,limita ſex.no.modis,quos vide hic late per D. Philip de Peru.

¶Appellationi. Vide late per Fel.in c.cum M Ferrarien ver.ſ.ias tamen vnū C.de conſt.& Mod.in l.non ſolum.§ morte,ff.de ope.noui nun. Seb. Sap.

d ¶Allegans contraria non eſt audiendus. Concordat. l. j. C.de fur. & ib. per Docto.

pum videtur renunciare appellationi īteriectæ ad papam, & eam deſerre ad epiſcopum, ita ꝙ archiepiſcopus cognoſceret per viam appellationis, & non per uiam querelæ, & ſic res ualeat meliori mndo quo valere poterit. arg. ſup. eo. ca. ex inſinuatione, & not. hoc dictum. In glo. 1. Et pro intellectu gl. oppo. nam videtur iſta litera diuerſa, & ſibi cõtraria. nam cum fuiſſet quęſitum, vtrū archiepiſcopus poſſet denunciare iſtū appellantem non ligatum, papa vario modo reſpondet. Primo dicit, ꝙ metropolitanus non pōt cognoſcere de appellatione interpoſita ad papam. Secundo dicit, ꝙ epiſcopus excommunicator poteſt appellare. Tertio in verſ. Si vero: dicit ꝙ metropolitanus poteſt denūciare illum non ligatum, & aliud videtur dicere in ver. Cū autem: Sol. metu huius contrarii gloſſator intellexit, ꝙ hic fuerunt tres quæſtiones. Prima quæſtio vtrum archiepiſcopus poſſit cognoſcere de appellatione interpoſita ad papam? Secunda quæſtio, vtrum archiepiſcopus poſſit ſaltē denunciare appellantem non ligatum? hoc voluit gl. ī ver. Notorium. Tertia quæſtio, vtrum epiſcopus excommunicator poſſit appellare, ſi metropolitanus de appellatione īterpoſita ad papam vult cognoſcere, & hoc voluit gl. ī ver. In quo. Vltimo in verſic. Cum autem: papa reduxit omnia in vnum, & dicit quid iuris, & hoc voluit gloſſ. in verſicu. Cum autem ita ꝙ iſtæ quatuor gl. ſunt ſimul expediendæ. Do. An. dicit ꝙ duę fuerunt quęſtiones. Ego puto ꝙ tantū vna fuit conſultatio, vt clare colligitur ex princip. c. videlicet, vtrum archiepiſcopus poſſit denunciare iſtum excommunicatum poſt appellationem non eſſe ligatum. Sed ad euidentiam ſolutionis papa præmittit omnia, quæ ſunt in tex. & ſic plana eſt litera. In gloſſ. 2. ī fi. hoc contrarium nō uenit contra præcedentia ſed contra tex. nam quemadmodum appellatione non obſtante potuit in c. præcedenti ꝓnunciare ſuperior illum ligatum, ita debet hoc facere hic appellatione non obſtāte maxime cum ageretur hic de re magis fauorabili, ſ. vt denunciaretur hic non ligatus. Glo. non ſoluit, ſed vera ſol. eſt, ꝙ hic non poterat archiepiſcopus decernere de validitate vel inualiditate vinculi, niſi pariter cognouiſſet de iuſtitia appellationis īterpoſitæ ad papam. Vnde, cum non poſſet principale, nec acceſſorium in c. præcedenti ex ſimplici denunciatione non cognoſcebat de inſtitia appellationis cauſæ, ſed tantū faciebat actū cõſecutiuum ad excommunicationem iam latam nihil de

6 nouo attentando. † In glo. in verbo, Epiſcopus poſſet, ibi: Quaſi appellatio eſt aliqua &c. glo. non ſoluit formaliter ꝯtrarium. Io. An. melius ſoluit dicens, ꝙ licet excipiat cauſę cognitionem ſpectare ad ſuperiorem, ad quem fuit appellatum, non tamen fatetur per hoc appellationem legitimā eſſe. Item & ſecundo epiſcopus erat hic reus, merito auditur contraria allegans, vt no. in regula, nullus pluribus, de

7 reg. iur. li. vi. Prima ſol. plus placet. † Et in fin. glo. hæc glo. iudicio meo non reddit ſufficiētem rationem diuerſitatis. nam eidem eſt, cum excipitur coram iudice ſtante veritate exceptionis, puta dico, quod non contraxi in territorio. nam veritate præſuppoſita, tu non es iudex meus, tamen in dubio potes de hoc cognoſcere. Ioann. Andreæ dicit, quod ſit iudex a quo, cognoſceret, nullum eſſet officiū iudicis ad quem, & hoc quaſi in effectu uoluit Dom. Ant.

a dicens iudicem poſſe cognoſcere, an ſua ſit iuriſdictio[a], niſi ius transferat iuriſdictionem cognoſcendi in alium, ſicut facit in cauſā appellationis. Sed iſtæ ſolutiones non ſatisfaciunt quæſito, ſed repetunt ipſum. quare de hoc cum quęrimus, quare ius transtulit illam poteſtatem cognoſcendi in alium, & ſic non fecit in aliis caſibus, in quibus dubitatur de iuriſdictione. Ego puto hanc eſſe veram ſolutionē, ſ. quia in cā appellationis agitur de iniquitate iudicis coercenda, vel imperitia emendanda. vt in c. interpoſita, inf. e. & in l. prima. ff. de appel. vnde ſuſpectus eſſet iudex in cognoſcendo, quia nunquam iudicaret ſe iniquum, vel imperitum, merito tāquam ſuſpectus repellitur a poteſtate cognoſcendi, facit 3. quæſtio. 5. ca. ꝙ ſuſpecti, & gl. no. in cap. ſtatutum, in princ. de reſc. lib. vi. quæ ſingulariter dicit, ꝙ ſi iudex aſſumit defenſionem & diſputationem cum parte ſuper iuriſdictione ſua, reddit ſe ſuſpectum, ar. in l. qui omnia, ff. de proc. & ſic non poterit cognoſcere, an ſua iuriſdictio ſit: Intelligo glo. illam, quando iudex audit cauſam inter partes, quia tunc debet dimittere diſputationem partibus & debet iudicare, an ſua ſit iuriſdictio. No. bene hanc practicam. Sed ſi iudex procederet per īquiſitionem, tunc poſſet dubitari, vtrum poſſet cognoſcere, an ſua ſit iuriſdictio, cum tunc ſit loco partis & iudicis. & credo, ꝙ poſſit, ex quo non agitur de aliquo eius commodo, neque poteſt dici ſuſpect⁹, ſi defendat iuriſdictionem ſuam, cum ad hoc teneatur, ex quo tenet locum partis, licet aliud teneat Do. An. ſub dubio tamen forte, in ca. ſuper literis, de reſcri. ſed quod dixi verius puto. Et ad prædicta contra illam opinionem, quam videtur Do. Anto. iudicio meo videtur tex. iūcta glo. quam ſemper tenebis menti in c. cum perſonæ, de priu. li. vi. vbi epiſcopus procedebat ex officio ſuo, & parte negante aſſerebat ſe iudicem, & nihilominus cognoſcit an ſua ſit iuriſdictio, vt ibi gl. hoc apertiſſime tenet ſequendo Intellectum ſuum, & de intellectu illius c. dixi. in cap. ad audientiam, ſup. eo. In gl. in verbo. Declarare. ibi: Sed non credo. Aduerte, quia hæc gl. videtur contra text. nam ſi in

b caſu notorii,[b] Archiepiſcopus poteſt pronunciare ſubditū irrationabiliter fuiſſe excommunicatum, & per cõſequēs pronunciat ſnīam epiſcopi iniuſtam fuiſſe, & appellationem fuiſſe legitimam. Et ideo dicit Hoſt. & bene, ꝙ dictū, gl. procedit, vbi factum non eſſet notorium, ſed dara notorietate poteſt fieri hæc denunciatio. non enim per hoc ꝑiudicatur appellationi, quia non pronunciauit vt cognitor ſed extra iudicium tāquam ſimplex denūciator, & ſic nō obſt. contrariū gl. In gl. fi. ibi: Infra de reg. ſed gl. nō ſoluit nec hoc contrarium, nec ſequentia, ſed tu vide bo. glo. in regula, nullus pluribus, de re. iu. lib. vi. & in c. diſciplina 45. diſt. vbi no. an & quando quis poſſit proponere cõtra

8 ria. † In ead. gl. ibi: Facta eſt litis conteſtatio &c. hoc idem argumentum gl. faciunt Vin. Hoſt. & Phil. ſed (vt dicit Ioā. An. & bene) potius litera probat contrarium. Nam, ſi hic non interceſſiſſet proteſtatio, fuiſſet renunciatum appellationi, ſed proteſtatio eam ſaluabat, & ſic valuit hic prote-

c ſtatio contraria facto. Sed tu. dic,[c] vt dixi ſup. in notabilib. ꝙ vbi factum contra proteſtationem explicatur, tunc tollitur proteſtatio per contrarium factum, ſecus ſi factum cõtrarium a principio non admittitur, quia tunc ex ſolo attentatu non tollitur proteſtatio, & ſuperior ab initio non debet repellere uolentem agere contrarium proteſtationi ſuæ, ut hic eſt caſus no. in h. licet alii aliter intelligant & minus bene. De materia proteſtationis, uide plene per Doc. in c. cum M. Ferrar. de conſt. & per Ioan. Mo. cuius dicta refert Io. An. in regula, in generali, de reg. iur. lib. vi. in Merc. & aliquid in c. Cumana, de elec. per Bart. in l. non ſolum. §. morte, ff. de no. ope. nun. & de quæſtione gloſ. an ſit

d facta litis conteſtatio, dic vt plene[d] dixi in c. vnico, de lit.

9 conteſt. & in c. cum M. de conſt. † Extra glo. quæritur, vtrū per comparitionem coram Archiepiſcopo ceſſante proteſtatione renunciet iſte appellationi etiam reſpectu aduerſarii? Inn. hic ꝙ non, ſed tantū reſpectu iudicis, ex quo principaliter non deducebat cauſam appellationis coram iſto Archiepiſcopo, pro hoc facit ſecundum Hoſti. quia cum perſonę ſint diuerſæ, renunciatio quo ad vnam perſonam non operatur quo ad aliam, arg. in l. ſi vnus. §. ante omnia, ff. de pac. & l. cum quęritur, cum duabus. ll. ſeq. ff. de excep. rei iu. Sed ipſe Hoſti. tenet contrarium, ut propter cõnexitatem videatur renunciaſſe appellationi etiā quo ad aduerſarium. D. An. nitit̄ ſaluare dictū Innoc. q̄a articulus attentati eſt ſeparabilis a cā principali. Sed ego puto dictū Hoſt. eſſe verius. Moueor, q̄a vnica fuit hic appellatio, & potius concernebat partē, q̄ iudicem, ex quo litigatū erat īter partes. Nec vī iudex appellare, ſed pars aduerſa, idō iudex neceſſario non citatur in cā appellationis, vt eſt tex. in ca. ve-

ADDITIONES.

a ¶ An ſua ſit iuriſdictio. Adde non minus abunde quam eleganter Ant. Corſe. ſing. ſuo, in ver. cxlix. in ver iuriſdictio, & ibi an, & qñ cognoſcat iudex, an ſua ſit iuriſdictio. Zacharias

b ¶ Notorii. Et tunc dicitur mandatum epiſcopi continere notoriam iniuſtitiā quando non poſſet impleri abſque pctō, vel periculo perſonæ, aut quando mandaret aliquid, quod notorie non pertinet ad eius officium, de quo in c. ad aures, ī. de tem. or. & ibi no. quibus mandatis ſit obediendum, & quibus non.

c ¶ Tu dic. Et idem tenet Do. Ant. & Imo. hic, ſed Do. Philip. de Peruſ. hic d cit hunc tex. probare contrarium ſm intellectum Ioan. And. veriorem, ſ. quod proteſtatio hæc non reiiciatur, niſi iudex repellat, vnde ſi non repellit, proteſtatio iuuat proteſtantem, licet ſit contraria facto, & quod hic text. procedit in iudicialibus, hoc ſingulariter probatur quod valet proteſtatio contraria facto & iuuat proteſtantem quouſque reiiciatur, alle. pro hac parte not. per Io. And. in c. fi. e. tit. lib vi. multa alia vt hic per eum.

d ¶ Plene. Et adde quæ addit hic D. Phil. de Peru.

ca.venerabilibus,post prin.de sent.excomm.lib.vi.vnde cum tex.hic in fine dicat, q videtur appellationi renunciare, debet intelligi de appellatione etiam respectu partis. Item si articulus attẽtati esset hic separabilis ab appellatione, contra partem non proposuisset iste contraria, sed fuisset hic auditus. ut sic protestatio operetur respectu partis: petitio vero, quam faciebat, respectu iudicis, ad hoc text. no. in c. venerabilibus. §. sed si excommunicatus, post pri. de sen.excom.lib.vi.sed hoc est falsum,ut patet in ti.literę. Item hoc expresse colligitur in ver. Nos igitur vbi dicit text. q sicut inferior non potest cognoscere de appellatione interposita ad papam, ita nec de innouatis post appellatio-
10 nem. †Vlterius aduerte ad vnum singulare dictum, quod
a ponit Inno. dicens, q si post inflictum grauamen[a] pars grauata aliquid agat coram iudice, puta producendo testes, potest nihilominus intra decendium a tempore illati grauaminis appellare, quia ius dat grauato decendium, vt intra illud tempus deliberare valeat, vtrum sibi expediat appellare, ideo ea quæ agit medio tempore etiam cum iudice, non præiudicabunt appellationi interponendæ: sed tu vide gl. Io. An. id c. si. eo. ti. lib. vi. Do. de Ro. dec. 2. all. 288. Conclude sic, q aut pars grauata sponte actum facit corã iudice, & videtur renunciare facultati appellandi, arg. eorum, quæ habentur in c. insinuante, de of. dele. maxime qñ id, qđ facit, est executiuum grauaminis pręcedentis, vt in l. ad solutionem, C. de re iudi. & in c. q ad consultationem eod. ti. Aut sponte non egit, sed iudex præfixit sibi terminum ad certum quid faciendum tunc, licet illud faciat, nõ per hoc renunciat facultati appellandi ratione grauaminis præteriti, quia ex quo non appellauit, tenetur interim parere iudici, non tamen debet facere actum executiuũ grauaminis præteriti, ut in d. c. quod ad consultationem. Pro vtroque membro distinctionis facit c. ab arbitris, de o. &. de le. libr. vi. vbi subuenitur ei, qui necessitate ductus aliquid facit. Et vide adhunc articulũ quod plene dixi in c. qđ ad consultationem, sup. ti. prox.

ADDITIO.

a ¶Inflictum grauamen. Quando tempus decem dierum, qui dantur ad appellandum, non currat, tangit late Fel. in c. quod ad consultationem, ver. postremo circa cursum, s. de re iudicata. Seb. Sapia.

SVMMARIVM.

1 *Per appellationem legitime interpositam tota causa deuoluitur ad iudicem ad quem.*
2 *Clericus potest, donec satisfecerit de delicto, teneri in uinculis per suum superiorem, & si opus est, potest torqueri.*
3 *Prelatus inferior citra episcopum potest habere iurisdictionem in clericos, etiam proprio episcopo excluso.*
4 *Subditus ab alio iniuste detentus, potest a domino repeti.*
Creditor non potest repetere debitorem suum ab alio detentum.
5 *Dominus an possit agere pro iniuria, furto vel turbatione illatis subditis, vel colonis? vide remissiue.*
6 *Appellare non potest vnus pro alio in ciuilibus regulariter, nisi eius intersit.*
7 *Appellans & appellatus si habent iudices diuersos superiores, ad quem appellabitur. num. 9. tam in appellatione extraiudiciali, quam iudiciali.*
6 † Quæro, an a iudice ſuſpecto ordinario, vel delegato poſſit recedi per appel. Sol. dicit Inn. ſe credere ꝙ non, cum habeat ſuſpicio remedium. ſ. recuſationis. Item quia licet ſit ſuſpectus, non tamen ſequitur ꝙ grauat, ergo non poteſt appellari, cum grauamen ſit immediata cauſa appellationis, ſup. eod. c. vt debitus, & ego hoc habeo pro indubitato per c. propoſuit, & c. ad hæc, ſup. eo. Nec ob. iſte tex. in eo, ꝙ innuit, commonitum habere utrunque remedium, quia hoc non intelligitur ex eadem cauſa, ſed ex diuerſis, ſ. ut recuſet propter ſuſpicionem, & appellet propter grauamen, & eodem modo debet intelligi tex. in ca. quoties epiſcopi a. q. vi. licet gloſ. aliter ibi ſentiat. Si tamen iudex non vult admittere legitimam recuſationem, poteſt ab eo appellari, ut in c. ſuper quæſtionum, in fin. de off. deleg. 7 † In glo. in verbo. Iuſte ſuſpicionis, ibi, Quia nõ eſt iure expreſſa. No. gloſ. ex qua collige iudicem poſſe recuſari ex cauſa in iure non expreſſa. Nam cauſæ iuſtæ ſuſpicionis non ſunt omnes in iure expreſſę, quia non poſſunt de facili omnes exprimi, ar. in l. non poſſunt, ff. de legi. ſed arbitet, ſeu iudex arbitrabitur eam iuſtam vel iniuſtam ſecundum alias cãs in iure expreſſas, vt puta ſi cauſa nunc propoſita eſt efficacior, vel ſimilis cauſæ in iure expreſſæ. Nam de ſimilibus ad ſimilia procedendum eſt, vt in d. l. non poſſunt, & in ca. cum dilecta. inf. tit. prox. Nec obſt. ſi dicatur ſolum principem habere poteſtatem iura interpretandi, ut in ca. inter, de ſenten. excommu. & in l. fi. C. de legi. quia illud procedit ſecundum. Inno. & bene in generali interpretatione, ꝗ facit i s quo ad omnes, ſecus in ſpeciali. Nam iudex quo ad cauſam coram eo vertẽte poteſt iura interpretari, non tamen ſua interpretatio facit ius quo ad alias cauſas, quod no. idem not. D. An. in ca. cum veniſſent, de iudi. in princ. Et per hoc poteſt allegari tex. in l. unica, C. de profeſſ. qui in vrbe Con. li. xii. vbi datur Doctoribus poteſtas iura interpretandi, vt in Auth. iuſiurandum quod præſta. ab his. Vbi iudex iurat ſecundum æquitatem iudicare ſecũdũ ꝙ ſibi uiſum fuerit inſtum, de quo per Inno. in c. i. de conſt. & per gl. 3. q. 6. c. iudices, quæ dicit iudicem poſſe iudicare ſe u. da m opin. ſuam, & non ſecundum voluntatem, uide de hac interpretatione in c. i. in gl. de poſt. præl. 8 † Poſſet ẽt dici, ꝙ vbi dubitatio eſt maxima de facili non decidibilis per identitatem rõnis, ꝙ tunc ſoli principi, quo ad illã cauſam interpretatio reſeruetur. ad hoc dictum cap. inter & quod legitur & no. in c. cum veniſſent, ſup. de iudi. 9 † Et ſi iudex pronunciat cauſam non iuſtam, vbi eſt iuſta, tenet ſententia ſecundum Inn. vnde opus eſt appellatione, quia eſt contra ius litigatoris, & non contra ius ſcriptum, ex quo illa cauſa non eſt ſpecifice in iure expreſſa, licet ſit iuſta ex identitate rationis. 10 † Et not. bene hoc dictum Inno. ex quo habes bonam limitationem ad iura dicẽtia ſñiam latam contra ius expreſſum eſſe nullam. ut in capit. i. cum ibi no. de re iud. procedunt enim iura illa quando ius illud eſt clarum & expreſſum, ſecus, ſi ſententia poſſet dici lata[a] contra ius idẽtitate rationis, quia tunc dicitur, poti[9] lata contra ius litigatoris. Et pone Exemplum, quando cã ſuſpicionis poteſt eſſe dubia, ut qui allegat iudicem eſſe cõpatrem alterius partis, vel partium. Nam poſſet dubitari, ar. c. poſtremo. ſup. eod. ſed in his arbitrabitur iudex ſecundum morem regionis. Nam in quibuſdã locis hæc cognatio ſpiritualis cauſat maximam amicitiam, in aliquib. non tantam, facit quod in ſimili dixi in coniunctis cognatione carnali in d. cap. poſtremo, & hoc voluit Io. And. hic. idem dicendum in ſimilib. Et 12. legitimas cauſas recuſandi iudicem uide per Io. An. in c. legitima. e. ti. li. vi. in nouel. uide[b] gl. in c. cauſam & c. cum ſuper, de offi. dele. In gl. in ver. Cum iudex, ibi: In ordinario, videtur gl. hic, & inf. i verbo Recuſatorum: velle hãc conſtitutionem reſtringere ad ordinarium, ſed certe non apparet cauſa reſtringi, nec ualet iſta conſideratio gl. cum iudex delegatus poſſit vigore commiſſionis ſibi factæ, ex officio procedere. vt in ca. ſi. de off. dele. & tunc ſi recuſatur tanquam ſuſpectus, poterit cũ recuſatore arbitros eligere, ut hic dr. In glo. in verbo. Aduocent tertium. ibi: Prætor cogere debet &c. Not. bene ex iſta gl. ſequenti, ꝙ diſpoſitum in arbitris uoluntariis ꝓcedit ĩ arbitris iuris reſpectu compulſionis fiendę per ordinarium loci, vt concordent in vnam ſententiam, vel tertiũ aduocent. Ex quo infertur, ꝙ ſi ex forma ſtatuti cõſanguinei compelluntur compromittere, & ipſi compromiſerũt in duos, qui non concordant, poterunt compelli per Poteſtatem loci ad concordandum, vel ad uocandum tertium. bene facit hoc c. vbi eis iniungitur ſub virtute obedientiæ vt hoc faciant. In gl. in verbo. Terminum ibi, Quæ corrigit decr. illã, ſuſpicionis. hæc gl. ſemper errauit ĩ hoc articulo. Ideo ab omnibus reprehenditur communiter. Nam ca. ſuſpicionis, non corrigitur per c. legitima, ſed limitat, quia loquitur in alio caſu, videlicet in termino præfigendo recuſatori ad recuſationem probandam, hunc terminum hñt pręfigere arbitri, vt in d. c. ſuſpicionis. Sed c. legitima, loquitur de termino. præfigendo arbitris ad cauſam ſuſpicionis decidendam, & hunc terminum pręfiget iudex recuſatus, vt hic. In gl. in uer. De recuſatoris ibi, Quod non poteſt facere delegatus dic ꝙ imo delegatus poteſt cõmittere cãm de conſenſu recuſatoris ante ſententiam latam ſuper recuſatione, vt probatur in c. iudex, præal. & ſic iſte text. poteſt procedere etiam in delegato, vt ſup. dixi. 11 † Et in fi. gl. hæc glo.

ADDITIONES.

a ¶ Dici lata Vide Fel. in c. i. col. 1. ſ. de re iudi. vbi tangit an ſententia lata contra rationem legis ſit nulla, vbi tenet ꝙ ſit nulla. nunquid autem valeat contra ſimile legis. vide Bald tenentem, quod ſic, in l. u. C. quando prouoca nõ eſt neceſſe. & Abb. in d. c. i. ver. quid autem ſi eſt lata contra ſimile. Seb Sap.

b ¶ Vide. Vide etiam gl. no in c. cum ſuper abba ia de offic deleg. quæ dicit ꝙ eſt iuſta cauſa recuſandi iudicem, ſi in alia cauſa mecum litigat & idem D. An. in c. accedens, & in c. cauſam de off. deleg. vide etiam glo. pl. nam in ca. poſtremo. ſ. eo. & glo in c. accedens. el n. & ibi cano. vt ſit non conſ. & multas cauſas enumerat Spe. in titu. de off. deleg. in § ſupereſt. & vide per totum illum, ſ. cum aliis concor. aſſe per D. Alex. l. quia poterat ff. ad Treb. & in locis prealleg. magis communiter concluditur ꝙ illæ ſunt iuſtæ cauſæ quę reperiuntur a iure poſitæ, & hoc habet expeditum tractatum, aliæ relinquuntur arbitrio iudicis, an ſint iuſtæ cauſæ vt hic per glo. & per iſtum tex. & no. d. c. poſtremo in prin. ſ. eo. Et aduerte ad aliquas cauſas quæ non ponuntur in communibus locis, prout eſt illa quam ponit Bal in loco peregrino in l. fi. C. de hære. inſtit. in xvi. q. vbi ſingulariter inquit, quod ſi cauſa eſt ſubtilis in iure, & iudex committat doctori groſſo, eſt iuſta cauſa propter quam poteſt recuſari vt ſuſpectus aliam ponit etiam ipſe Bal. in l. i. p r illum tex ff. de his qui ſunt ſui: videlicet ſi aliquis eſt nimium euerus Aliam poſuit etiam ipſe Bal nec habeo alium concor. in d. c. de cauſis, de off. de'e. in viii. col. Si factiones ſeu partialitates vigeant in ciuitate, vel loco, & cauſa committatur vni, qui ſit de vna parte, & pars ſit de alia, eſt iuſta cauſa recuſandi. An autẽ Doc. cenſeatur ſuſpectus in cauſa ſui ſcholaris, propter hoc ſolum quod eſt audiat, determinat ſingulariter idem Bal. quod non, in auth. habita, C ne filius pro patre. imo de iure communi Doctor eſt iudex ordinarius ſuorum Scholarium: vt eſt tex. in d. auth. habita. idem tenet ipſe Abb Pan. in c. cum R. canonicus, ſupra de offi. delegati, & ibi vide Imo. & D. And. Barba. & nunc quid compaternitas ſit iuſta cauſa ſuſpicionis. vide omnino multum no. per D. Ant. in c. paſtoralis, ſ. eodem. Item adde quod quando eſt homo ingratus, & immemor beneficiorum, eſt iuſta cauſa recuſandi, vt probat hoc tex. not. ĩ § ſan. uimus in aut. de exhibẽ. reis. Canon. in d. c. poſtremo, ſup. eodem, quod eſt no pro notabili, & ſingulari effectu obligationis antidoralis, & ad materiam legis ex hoc iure, ff. de iuſt. & iure.

gl. cócludit, vt í optione iudicis recusati sit cām remittere ad sup iorē, sed si vult alteri delegare, debet hr̄e consensū recusatoris, & etiam actoris secundum gl. Ioā. An. videtur seq. hunc vltimum intellectum, & intelligit, vt illa clausula referatur ad commissionem fiendam, non autem ad personam, cui fienda est commissio. quasi velit dicere, ꝙ consensus recusatoris nō est necessarius respectu personæ, cui fiēda est commissio, sed sufficit, ꝙ consentiat commissioni fiendæ, & forte hoc dixit, vt restringat illam absurditatem quæ sequeretur secundum opi. gl. Aduerte, in delegato hodie clarum est quid tenendum per c. iudex, præal. sed tota vis est in ordinario, & videtur uelle hic D. Ant. ꝙ ante ꝓnunciationem possit committere causam etiam inuito recusare, sed post pronunciationem non quia pronunciatio inficit iurisdictionem iudicis. Sed certe iste intellectus nō potest adaptari ad istum tex. qui loquitur, cum probata est suspicionis recusatio, & requirit consensum recusationis ī commissione fienda, & clarissime in delegato. Hæc opi. D. An. non sic procedit, vt in c. iudex, præal. Ego hunc articulum plenissime examino ī c. si quis contra clericum, de fo. compe. dic, vt ibi plene dixi. vbi pono intellectum, ꝙ ista clausula, De recusatoris consensu, quatenus refertur ad ordinarium, stat potius consultiue, vt euitetur infinitas recusandi cās, quam necessitatiue, quoniam nullibi probatur quin ordinarius suspectus non possit committere causam alteri non suspecto etiam inuitis partibus, imo potius probatur contra, vt in l. prætor, ff. de iuris. om. iudi. videtur casus ad literam, in c. si quis contra clericum, nunc præal. nā secundum subiectā materiam verba quæ ex sui natura sūt præceptiua, exponuntur consultiue, vt est tex. in materia nostra iuncta gl. in ca. super quæstionum. §. cum autem, de of. dele. & prosequere plenissime hunc intellectum. ut dico in d. c. si quis contra clericum. Sed, si vis tenere communē intellectum Doc. in d. clausula stet hic necessitatiue, & ꝙ limitet omnia iura de hac materia loquentia, dicerem ꝙ ꝓposita recusatione non possit etiam ordinarius committere alteri causam sine consensu recusatoris, quoniā, ex quo iudex est parti suspectus respectu cognoscendi, potest prætendi suspectus respectu etiam delegandi, quia posset delegare alicui magis suspecto, qui tamen non posset probari suspectus, vt experientia sępe docet, ideo ius istud requisiuit cōsensum recusantis, nec intelligo, ꝙ iudex necessitetē ad committendū ad libitum recusatoris, sed vt non possit committere sine consensu recusatoris, sicut dicitur in delegato in d. c. iudex. nec exigo consensum alterius partis, prout exigit gl. quia non video, ꝙ in delegatione sit necessarius consensus partis, cum quilibet ordinarius habeat a iure facultatem causam delegandi, vt in l. vnica, C. qui ꝓ sua iurisdictione, & in c. litigantes, de of. ordi. li. vi. sed consensus recusatoris exigitur propter suspicionem, de qua supra dixi. Hinc est, ꝙ tex. in d. c. iudex, facit mentionem dūtaxat de solo recusatoris consensu, & secundum hoc pōt hæc clausula referri ad personam, cui fiēda est commissio, Nec sequitur aliqua absurditas, cum iudex ad hoc teneatur, vt sup. dixi, & hæc est opi. æqua. quia valde periculosū est coram suspecto iudice litigare. 3. q. 5. c. ꝙ suspecti, & ex tali causa iudex recusatur, vt leg. & no. in c. cum l. de of. dele.

12 † Extra gl. quæro de notabili quæst. nunquid processus[a] initus per iudicem recusatum citra aliquam appellationē teneat? Inno. hic multum instat. tandem concludit, ꝙ non meminit se legisse, quominus processus non teneat, nisi fuerit appellatum, ad hoc ca. super quæstionū, in fi. de offi. del. Ex quo sentit, ꝙ volens infringere processum iudicis suspecti, debet ab eo appellare, si non admittit exceptionē iustæ recusationis, Host. dicit, ꝙ meminit se audiuisse contrarium ab eodem Inn. sed forte audiuit voce viua. nam in lectura sua non reperitur nisi ꝑ identitatē rationis, vt colligitur ea dictis suis in c. cęterum, de rescr. do. Ant. videtur hic simpliciter transire cum dicto Inn. vt processus teneat. Ego alias hunc art. disputaui, & īcipit disputatio, Duo clericali ordine &c. & ibi collige varias opi. sparsas ī diuersis locis. nam quidam tenuerūt cum Inn. & D. An. & D. Car. hic, & Do. Ang. de Peru. in l. quia poterat. ff. ad Treb. Sed cōtrariam opi. ꝙ processus non teneat, tenet gl. 2. q. 6. c. quoties, & in c. quia suspectis, & Bar.[b] in d. l. quia poterat, per l. vnicam. C. si quis ꝑ po. Pet. de Ancha. in d. c. iudex, de of. del e. & Host. hic, & in d. c. legitima. Tertia principalis fuit opin. Lapi. in d. c. iudex qui dicit validitatem processus pendere ex futuro euentu, & si pronunciabitur in recusatione contra recusatorem, apparebit processum valuisse, si pronunciabitur contra iudicem processus erit nullus, sicut in simili dicimus in attentatis per iudicem, a quo, post appellationem ab interlocutoria, vt in ca. non solum, lib. vi. de app. Quarta fuit opi. quorundam modernorum distinguentiū inter ius canonicum[c] & ciuile, vt secundum ius canonicū procedat opi. Inno. & sequacium, sed secundum ius ciuile procedat opi. glo. & Barto. & aliorum. ratio diuersitatis, quia secundum iūs canonicum non sufficit proponere recusationem, sed oportet ꝙ probetur, ideo ante probationem saltem debet validitas processus ex futuro euentu pēdere secundum illam op. Lap. sed quia de iure ciuili sufficit proponere, vt in d. l. apertissimi. inficitur adeo iurisdictio, vt nullo modo processus debeat tenere, vt in d. l. apertissimi, & l. cum speciali, C. de iudi. multa argumenta pñt allegari pro & contra, quæ videre poteris in disputatione q̄ cā breuitatis omitto. sed in decisione tenui hanc opi. videlicet vt distinguamus, vtrum recusator nō comparuerit amplius coram iudice recusato, licet citatus fuerit principalis, an vero comparuerit, & fuerit præsens in processu, vt primo membro processus sit nullus, secundo uero teneat

13 mero iure secundum etiam ius ciuile. † Ratio primi membri est, quia ex sola propositione recusationis inficitur adeo iudicis iurisdictio, vt etiam committere non possit sine consensu recusatoris, nec procedere in principali, nisi prius discutiatur articulus recusationis, vt probat hic, & in d. c. iudex, & c. legitima, & c. suspicionis, & sup. eo. c.

14 secundo requiris. † Nec obst. citatio, quia illa tanquam temeraria non habet arctare citatum, quoniam vbicunque iudici notum est absenti exceptionem competere, sua citatio non tenet nec videtur absens frustratorie abesse, vt probatur in l. non videtur, ff. de iudi. vide Inn. in ca. 2. de dila. facit. c. si duobus, sup. eo. ti. Item talis processus est attentatus contra iuris ordinem, cum prius debuisset pronunciare super recusatione, ergo non tenet, vt in l. prolatam, C. de sen. Sed in secundo membro processus tenet, quia videtur pars patiendo iudicem procedere ad ulteriora. renunciare exceptioni recusationis. vt in c. simili probatur in ca. ex parte. inf. e. & per Bar. in l. a procedente, C. de dila. plenius

15 prosequere, vt dico in dicta disputatione. † Quæro,[d] quid habet facere volens iudicem recusare? dic secundum Inn. sufficere, vt coram eo proponat ꝓbabilē suspicionis cām non

ADDITIONES

a ¶ Nunquid processus. Vide Gem. in c. iudex, de off. deleg. in vi. Ale. in l. quia poterat, ff. ad Treb. præcti. Pan. in forma declin. iuris, in ver. iudicem suspectum. Alex in consi. xcix. inci diligenter consideratis, in 1. vol. Seb. Sap.

b ¶ Bar. Et pro ista opi & sic pro Bar videtur mihi casus sm intelle. gl. i. in c. cū super, de off. deleg. Sed contra Bar. tenet Inno. in c. insinuante, de off. dele. sequendo Inn. hic, sed vide Bar. & Bal. in l. i. C. si qua præ po. & Imo. late l. quidam consulebant, ff. de re iudi & per Spec. in tit. de recu. iudi. §. quod autem in fi. vbi tenet cum Innoc. hic, & cum opi. Bar. quod non teneat processus, videtur tenere Pet. de Anch. post Ioan. And & Hos. in c. legitima, de app. in vi. vbi dicit, quod appellatio & recusatio fra[illegible] &c. & sicut non debet aliqd inouari pēdēte ap. sic nec pēdēte recusatione, & sicut ñ tenet excōicatio lata post appellationē, sic nō tenet lata post recusationē, ꝓ qua opin. facit ēt quod no. Do. Ant. in rubr. huius titu. vbi dicit quod appellatio. & recusatio æquiparantur quo ad iurisdictionem in superiorem transferendam & ab inferiori auferendam, sed processus factus post appellationem est nullus ergo &c. Item adde glos. in c. qm contra falsam, in ver. recusationes, i. de ꝓba. quam dicit ibi d. Ant. esse not. pro dicto In. hic, & cām & ad hoc ibi no. Do Abb. Pa. & vide de hoc, D. Ant in c. accedens, el 2. in pe. notabili. & in e. c. iii. vt lite non contest. vbi dicit illum tex. esse argumento, & valet processus iudicis factus post recusationem si non appellatur, & alleg. Inno. hic adde Old. cons. cxlviii. & vide ad istam q. optimum text. in l. non distinguemus, §. cum quidam, ff. de arb. & An. in cons. cxvii. & vide quę late scribit D. Ant. in c. pastoralis, in prin. in v. col. ver. per hoc infertur quarto, de rescript. Et pro parte quod processus sit nullus, vide ēt textum in d. l. i. ff. si qua. præ. po. & ibi Bal d. hunc passum plene & eleganter examinantem, & quod processus sit nullus tenet Bal. in c. olim, de exce. & facit tex ī c. super qōnum, §. fi. de off. dele. quam opin. tenet hic D. Car. Ange. & Imo. in l. quia poterat, ff. ad Trebel. & Ange. in l. apertissimi. C. de iudi. de qua q. vide omnino Bal hic & in c. suspicionis, versi nunquid op. de offi deleg.

¶ De hoc an processus factus a iudice recusato post appellationem ab eo interpositam valeat, vide per Ale. plene in l. quia poterat, ff. ad Treb. vbi alleg. multas concor. & ibi etiam plenissime scripsi. Ant. Franc.

c ¶ Canonicum. Ita tenet Imol. in l. quidam, ff. de re iu. & Ro. in l. quia poterat ff. ad Trebel. & in quodam consi. suo inc. circa primum consultationis art. c. ver. quo ad fin, & istam dicit fuisse dictā D Mar. de Ma. in c. insinuante, de off dele sed quod processus si nullus, indistincte firmat Bal. per illum text. in aut. offeratur, C. de lit. contesta. de quo vide etiam per Doc. in c. quoties, ii. quęstio. vi.

d ¶ Quæro. Nunquid iudicem teneatur iurare de calumnia tradit Fel. in c. ii. ve. item per istum tex. dicit Bal. l. de probat. Seb. Sapia.

poterit recipere illam appellationem,& examinare, vtrum fuerit legitima causa appellandi. Sed aduerte, quia iste tex. non loquitur in ciuili sed in criminali. nec puto, quod in hoc sit diuersitas inter ius canonicum & ciuile. Vnde dicerem sic, quod vbi concurrunt tria, de quibus in d.l.2. canonizata. 2. quæst.6.c.ei qui.§.sunt etiam quorum, scilicet quod fuerit pro-
a pria voce confessus,& sic non per procuratorem,[a] nec formidine tormentorum. Item quod fuerit testibus conuictus,& argumentis superatus, ex toto excluditur appellatio, ita, vt etiam iudex, ad quem, non debeat eam admittere: quia videtur interposita causa subterfugii: & sic potest intelligi text. in d.l.2. dum requirit omnia illa tria. Si vero fuit tantum confessus, & tunc si nullam causam exprimit in appellatione confessionis factæ obfuscatiuam, credo quod neutro iure iudex a quo, tenetur appellationi deferre: tum quia confessio aliter non excusata inducit notorium, vt sup. dixi,& in notoriis non admittitur appellatio: tum quia generaliter ex dispositione vtriusque iuris non auditur quis cõtra id, quod dilucide confessus est, vt in l. generaliter, C. de non nume. pecu.& in c. per tuas, de proba. & istæ rationes militant tam in causa ciuili, quam criminali,& tam de iure canonico, quam ciuili, tex. videtur expressus in d.§. si autẽ. † Et si diceres, quod in appellatione a diffinitiua non est necesse causam exprimere, vt no. in d.c. quod ad consultationẽ, supra de re iud.& sup. eo. c. cum in ecclesia: dico illud procedere, quando appellatio non est contra ius. Nam tunc non admittitur, nisi exprimatur causa rationabilis, vt not. Innocen. in c. pastoralis.§. præterea, sup. de offic. delega.& in Specul. in tit. de exec. senten.§. nunc dicendum, versi. sed nunquid iudex. tamen iudex, ad quem, poterit appellationem recipere & examinare, vtrum habuerit legitimã causam appellãdi, & impedire executionem a tempore a quo incœperit cognoscere vtrum appellatio sit admittenda: vt videtur velle tex. in d.§. si autem. Si autem appellans allegat probabilem causam excusando confessionem propriã, etiam iudex a quo, debet appellationi deferre, argumen. in c. cum dilecti, prælleg. facit optime l. fin. C. de erro. aduo. quæ sic potest intelligi. & secundum hoc intelligerem,& reducerem ad concordiam vtrunq; ius,& satis fuit de mẽ-
7 te glo. in d.§. si autem. † Sed quæro, an hæres[b] poterit appel-
b lare, si fuit actum contra eum ex confessione defuncti? Dic quod non, nisi prætendat iustam causam grauaminis, de quo vide notabilem quæstionem, quam ponit Ioan. And. post Nic. de Matar. in titul. de appella.§. in quibus, versicul. sed nunquid, de eo qui veniens ad mortem confessus fuit ordinario se habuisse mille per rapinam,& promisit restituere illa bis, quibus debebantur ad mandatum ordinarii. Demum eo defuncto comparuit quidam petens centum occasione rapinæ per defunctum factæ, ordinarius autem receptis indiciis, & argumentis & delato iuramento petitori declarauit centum sibi deberi,& mandauit heredi vt solueret: hæres vero appellauit, quia sine libello & lit. contestat.& plena probatione processit. Concludit soluendo, quod non est admittenda appellatio, quia non requirebatur ordo iuris, ex quo constabat de certa quantitate per confessionem defuncti, vnde solum exigitur declaratio creditoris & quantitatis. Et not. quod in hoc non exigitur plena probatio, facit quod legi.& no. in capitul. cum in diœcesi, de vsu.& uide per Feder. de Sen. consil. 101.& hoc not. be-
8 ne. † In glo. in verb. Coram superiore, in fi. no. bene glos. & quasi pro hac gloss. induco tex. apertum, si bene ponderetur, in capit. venerabilibus, post princip. de senten. excommunica. libro sexto. Et de hac materia plene per Innocen. hic,& in capitul. de cætero, de transac.& in capitul. in nostra, de procur.& per glos. in sacro, de senten. excommuni. & per Hostien. hic, qui in effectu vult idem, quod glo. hic, nisi agatur ad pœnam iudici imponendam. tunc enim semper vocandus est iudex, siue processerit ad instantiam, siue ex officio, cum agatur de suo præiudicio: & in præiudiciũ absentis nihil est innouandum. de caus. pos.& propr. capitulo primo, & in capitul. inter quatuor, de ma.& obed. 3. quæstione nona, capitul. caueant,& cap. omnia,& expressius in dicto cap. venerabilibus, in versicul. Sed si excommunicatus. Item vbi processit ad instantiam, nec agitur ad puniendum iudicem, potest iudex assistere in processu, licet necessario non si vocandus, quia quædam præsumptio oritur contra eum ex retractatione suæ sententiæ, facit l. si suspecta, ff. de inoffi. testam.& l. a sententia, ff. de appella.& quod legit.& no. in dicto c. venerabilibus, per tex. in d.l. a sententia.& per ea quę dixi in cap. casum super. de re iudi. dico quod hoc casu poterit etiam iudex appellare a retractatione sententiæ,& quod iudex possit hoc casu assistere, tenet etiam hic Domi. Anton. Et adde ad prædicta unum
c dictum Feder. consil. 154. vbi tenet processum[c] esse nullũ, si iudex, qui processit ex officio, non fuit citatus per iudicem ad quem, allegat Innocen. in cap. pen. de re iud. quod satis placet, quia est loco aduersarii. Ad hoc tex. supra in princip. cap. vbi in recusationis actu eligit arbitros cum re-
9 cusatore, si non habet alium aduersarium. † In gloss. in verbo. Defecerit in fi. de hac materia, an præsumatur pro sententia iudicis, dic vt plene no. in c. quoniam, alleg. in gloss. & in c. in præsentia, de renunc. Ad istum tex. dic quod loquitur de appellante ab interlocutoria, qui probare debet causam esse legitimam & veram, vt in c. interpositam. inf. eo. cap. ut debitus, sup. eo.& si deficit in hoc probando, debet remitti ad iudicem a quo, vt hic, & in iuribus prælle. In gloss. penult. ibi: Et illam infra de senten. excommunic. cap. sacro. pondera bene glo. uult enim quod dispositio. capitul. sacro, non sit necessario seruanda in religiosis contra suas obseruantias speciales,& uidetur glo. intelligere tex. in §. Cęterum. vt loquatur de ista constitutione capitu. sacro. Et forte glo. ideo facit mentionem de cap. sacro, quia tex. in princip. cap. hic dum recitat ius antiquum, tacite facit mentionem de illo cap. sacro, hoc bene notabis. Et credo dictum procedere, vbi regula seu institutio religiosorũ daret certum modum, seu ordinem in excommunicando religiosum, vt satis sit seruare illum ordinem regulæ, seu cõstitutiones ipsorum religiosorum, quod multum bene notabis. Innocen. vero ponit alium intellectum ad finem huius literæ, ut intelligatur de his duabus constitutionib. hic contentis. Nam in effectu duæ constitutiones hic continẽtur. vna versatur circa modum recusandi iudicem, alia circa modum appellationem interponendi. Secunda incipit in hoc.§. Porro, & iste intellectus magis videtur literę consentaneus, per illa verba. Has duas constitutiones,&c. debet enim fieri relatio ad proxima.

ADDITIONES

a Per procuratorem Sentit D. A[illegible] hic, quod inquisitus in causa criminali possit confiteri delictum per procuratorem, quod non procedit indistincte, quia in causis capitalibus requiritur confessio propria ipsius inquisiti, tex. est in l.ii. C. quorum app. non re. quem ad hoc ibi not. Bal. apud fin.& ibi Do. An[illegible]. Barb. Aeneas de Fal.

b ¶A confessione defuncti heres appellare non potest. de hoc, per Bald. in l.i. C. ne ex dels. de un. in vi colum. uer. interdum & adde hic illud quod dicitur, quod confessio defuncti præiudicat hæredi, habet locum in confessione uera, non ficta, ut dicit Bar. in l. eius qui delatorem, ff. de iure fis.& eandem. quidem hic per D. An. in col. ii & in terminis per eundem in rep. c. uestra. in pen. char. de coha. cle.& mu.

c ¶Processum. Vide Roman. in consi. cccxliiii. incip. ex pro[illegible] thémate, in ii. dubio, Bald in l. sancimus, in xii. quæstione in fin. C. de iudi.& in cap. i. co. umna quarta, ver. de iudice, de mil. uasal. qui contumax est, in usi. feudo. Sebast. Sapia.

SVMMARIVM.

1 *Litis contestatio non requirit solemnem interrogationem, aut responsionem: imo potest contestari per responsionem aduocati, si reus ipsam approbat.*

2 *Confessio aduocati præiudicat clientulo, nisi illam reuocet.*

Confessio aduocati potest reuocari per clientem etiam non probato errore, sed confessio propria vel procuratoris non potest reuocari, nisi probato errore.

3 *Confessio erronea, quæ præiudicat non solum circa merita causæ, sed circa processum, potest reuocari; pono exemplum. inf. nu. 6.*

4 *Delegatus principis potest alteri subdelegare uices suas, qui non poterit in alium subdelegare, ad uitandam infinitatem.*

Delegatus inferioris an possit subdelegare.

5 *Appellare licitum est a grauamine, licet iudex non intenderet grauare.*

7 *Confessio aduocati potest reuocari intra tres dies per clientem suum & quando.*

8 *Confessionem erroneam tam propriam quã aduocati an & quando quis possit reuocare, docto vel non docto de errore, vel vsque ad quod tempus.*

8 *Litis contestatio non inducitur per obiectionem solam exceptionum peremptoriarum.*

10 *Iudex an possit delegare causam post litem contestatam.*

Procurator potest substituere alium procuratorem post litem contestatã.

Receptio testium an sit articulus iurisdictionalis, an uero nudum ministerium.

1 Excommunicatio quomodo intelligitur, quod non transit in tertiam personam.

Participans cum excommunicato, incurrit in minorem tantum, per quã solum priuatur a perceptione sacramentorum.

Participans cum illo, qui participauit cum excommunicato, nullam incurrit excommunicationem.

12 Delegatus inferioris a principe ad vniuersitatem causarum, potest delegare.

13 Delegatorum ad vniuersitatem causarum, potest vnus sine alio causam inchoare, & finire.

14 Causa expressa in appellatione a grauamine, illa tantum debet probari, & non alia.

15 Appellans a certo grauamine subiiciendo & ab omni alio grauamine, vel appellans ab omnibus grauaminibus & c. nõ obtinebit, quia debet specialiter exprimere.

16 Ex pluribus causis copulatiue expressis in appellatione, sufficit unam probare.

CAP. LXII.

Cum causam. Si iudex confessionem aduocati eadem die reuocatam, pro litis contestatione velit habere, vel processum a subdelegato subdelegati factũ ratificat, licite appellatur. In prima ponitur narratio appellantis. In secunda iudicis datio, ibi: Mandamus. Casus literalis. Inter abbatem & conuentum de valle Sancti Ioan. ex parte vna, & priorem, & conuentum de nouo loco ex altera super quadam ecclesia de Holiseth quæstio vertebatur, quę commissa fuit iudicibus delegatis. iudices vices suas quibusdam iudicibus commiserunt. sed cum coram istis subdelegatis petiit procurator prioris & canonicorum inducias ad proponendas exceptiones dilatorias, aduocatus ipsius ductus errore interrogatus respondit, quod ecclesia de nouo loco ecclesiam, de qua quęstio erat, 40. annis possederat pacifice & amplius, sed procurator confessionem aduocati reuocauit eadem die, cum ipsius confessio suæ petitioni contraria videbatur, ne per illam confessionem aliquod sibi possit pręiudicium generari, eo quod exceptiones dilatoriæ ante lit. contest. sunt proponendæ. iudices delegati credentes per hanc confessionem lit. contesta. fuisse, testes quosdam partis alterius receperunt, quibus receptis examinationem quorundam testium commiserunt aliis, qui receperunt quosdam testes monachorum. iudices delegati talem receptionem approbarunt, cum de iure non valeret. propter quę grauamina procurator canonicorum ad sedem apostolicã appellauit, causa fuit delegata in partibus & datus auditor, coram quo procurator canonicorum prædicta omnia proposuit petens processum prædictorum iudicum irritum nunciari. pars altera instanter petebat processum prædictorum iudicium approbari, & causam ipsam, quæ multo tempore durauerat, terminari. Papa his & aliis intellectis, quia sibi non constitit de prædictis, mandat quibusdam iudicibus quatenus, si dicti prior & canonici legitime probauerint, quod per procuratorem ipsorum aduocati responsio eadem die extitit reuocata, & per consequens apparet, quod li. contc. non fuit, uel si constiterit, q iudices delegati approbauerint testes receptos a subdelegatis subdelegatorum suorum, cum delegatus ab alio, quam a principe causam alii delegare nõ possit; quod quicquid factum est post appellationem prædictam, decernant irritum & inanc, dummodo hæc in appellationis causa fuerint expressa. Ber. † No. primo argumen. ex isto tex. q ad li. contest. non requiritur solennis interrogatio iudicis, aut actoris, sed sufficit sola responsio ad libellum, etiam si facta sit per aduocatum reo approbante, facit ad ea quę dixi in c. vnico, de lit. contest. contra communem opin. legistatum. Nam aduocatus hic proprie respondit ad libellũ. Nam iudex non interrogasset aduocatum animo lit. contest. & vide plenius quod dixi in cap. vnico prædicto. † Secundo no. q confessio aduocati [a] pręiudicat clientulo, nisi illam tanquam erroneam reuocet. Et no. q in reuocatione huius confessionis aduocati non est necesse probare aliter errorem: [b] secus in reuocatione confessionis propriæ, vel procuratoris, quia tunc est necesse probare errorem, vt in c. fi. sup. de confes. l. error, C. de iur. & fac. igno. & est ratio, quia aduocatus non habet mandatum ad confitendũ, ideo sufficit nuda reuocatio partis, & hoc tenuit Hostien. hic, & satis probatur per istum tex. quod semper not. † Not. vlterius, q confessio potest prætextu erroris [c] reuocari non solum, quando pręiudicat ad merita causæ, sed etiam quando obest processui, vt quia non potest obstante confessione exceptiones dilatorias amplius proponere. † Item no. q solus delegatus principis potest alteri causam delegare. Delegatus autem inferioris a principe non potest vices suas alteri delegare, quia posset esse processus infinitus, & quisque recusaret onus iudicandi. Nunquid autem delegatus inferioris possit subdelegare, si hoc sibi fuit indultum in cõmissione. [d] vide glo. no. in c. is cui, de offic. delega. lib. 6. vbi per Ioan. And & limita hunc tex. per illam glo. † Item not. ibi: Credentes, &c. q a grauamine a iudice inflicto appellari potest, licet iudex aggrauare non intenderet, & intellige, quando iudex errabat in iure: & probat iste tex. opin. de qua in c. ex parte, & c. ad hæc. sup. eo. q grauamen re ipsa, licet ex mente non processerit, prębet iustam appellandi causam, & in hoc tenę menti istum tex. plenius dixi in d. c. ex parte. † Opp. contra tex. videtur enim, q reuocatio confessionis fuerit ecclesiæ nociua, cum per confessionem dicebatur, ecclesiam præscripsisse spatio quadragin. anno. Sol. dicunt, quod confessio non reuocabatur hic prætextu taliter confessati, sed quatenus præiudicabat ad processũ. Nam data illius ualiditate excludebatur prior a facultate proponendi dilatorias. Vnde hæc confessio fuit erronea: vel quia aduocatus errauit in iure putando dilatorias posse proponi etiam post litem contestatam, vel in facto errauit, credens forte priori non competere exceptiones dilatorias. vnde prætextu huius erroris & præiudicii prædicti, prior hanc confessionem aduocati reuocauit, quoniã erat contraria intentioni & petitioni suæ. contraria enim sunt, litem contestari, & terminum ad dilatorias proponendas petere. † In glo. in uerbo. Eodem dic. ibi: In casu isto uidetur. No. glo. istam usque ad finem, quæ licet non reddat rationem specialitatis, tamen recte loquitur, & ex ea habes optimam limitationem ad l. fin. C. de errore aduo. ut confessio aduocati possit reuocari usque ad triduum, sicut ibi dicitur, quando scilicet confessio pręiudicat ad merita causæ, sed ubi confessio aduocati præiudicat ad processum, vt quia inducit contestationem litis, & sic præcludit uiam dilatoriis proponendis, oportet quod pars reuocet illã confessionem ante quam faciat aliquid, quod soleat fieri post litem contestatam, vnde, si eadem die certificatus de confessione aduocati pducit testes, uel aliquid aliud, quod solitum est fieri post litem contestatã, videtur ipso facto confessionem aduocati approbasse, cum plus sit facto aliquid approbare, quam uerbo, vt in ca. dilecti. supra eodem. † Et generaliter comprehendendo omnia iuta posita in glo. recitando mentem Doctorum distingue sic, quod aut quis vult reuocare confessionem propriam prętextu erroris, & oportet quod probet errorem, & licitum est reuocare vsque ad sententiam, & sic loquitur cap. fi. & l. error, alleg. in glo. Hoc intellige, quando uult reuocare ex interuallo. si n. incontinenti, non est necesse probare errorem, [e] ad hoc c. præterea, de test. cog. & glo. no. in capit. fi. de confes. & 32. quæstione prima, c. apud. & per D. de Ro. decisio. 57. & uide quod plene dixi in dicto capitu. fina. de confes. & dic ut ibi. Aut vult reuocare confessionem aduocati, & sic pręiudicat ad processum, dic, ut statim dixi. Si uero præiudicat ad merita causę, debet eam reuocare intra triduum, [f] ut in

ADDITIONES.

a ¶ Et de hoc uide quam plurima per Bal. in ca. fi. de confess. & Bar hic, & Do. Pau. de Peru. in iii. oo.

b ¶ Errorem. Vide Ias. in d. l. error, uer. iiii. limita, & And Siculum in consi. vi. colum. x in i. uol.

c ¶ Prætextu erroris. Adde Lanfran. de Oria. in capitulo quoniam contra numero xvii. uersicul. capto gloss. in uer. confessiones. & in §. confessiones, in princip. & utrobique in apostil. Cel. & Bened. Va. supra de probatio. Zacharias.

d ¶ In commissione. Adde quod no. in apost ad istum in c. super quæstionum, nume. ix. in apost in uersi. subdelegare. vbi enu nero alios, qui quamuis ab inferiore principe delegentur, subdelegare tamen possunt. sup de off. dele. & pro primo membro, scilicet quod tales subdelegati subdelegare non possint, uide quod noto etiam in apost. ad eum in c. si uero, nu. xvi. in uer. potestatem subdelegandi, eo. tit. Zach.

e ¶ Probare errorem. Vide Rom. in l. si uero. § de uiro, ff. solu. mat. Bal. in l. edi. char. ultima, uer. sæpe accadit, C. de eden. & in l. i. colum. pen. C. de furtis. Sebast. Sapia.

f ¶ Intra triduum. Adde Bald. in addi. ad Specul. in titul. de confess. columna tertia, versicul. confessio aduocati, & Paulum de Castr. consilio trigesimoprimo, per l. prima, C. de errore aduo. Quod ea uerum, si sit factum nomine sui clientuli, ut no. aste incipien. olim. infra de censib. Zach.

in dicta l. tertia, post triduum vero non potest, nisi velit docere de errore. Nam sicut docendo de errore potest reuocare confessionem propriam, vsque ad sententiam, fortius hoc poterit in confessione aduocati: & sic potest intelligi glo. 35. quæst. 9. c. loci. §. his ita, quæ vult confessionem aduocati posse reuocari usque ad sententiam, intelligunt Doctores de errore, alias vsq; ad triduum. Forte rō diuersitatis est, quia confessio aduocati, cum in hoc non habeat mandatum, non debet præiudicare clientulo, nisi illam approbet, & iura præsupponunt clientulum approbare, si eā scit, & non renocat intra triduum. Si autem clientulus expresse approbaret cōfessinnem aduocati, idem dicendum est in ea, quod in confessione propria, quia omnia nostra facimus &c. vt in capitul. si apostolicæ, de præb. libro sexto, vide per Specul. in titul. de confessis. §. postremo, versi-
9 cul. idem si fit per aduocatum. † In glos. in versicu. Lit. contest. in fi. de hoc dic, ut plene leg. & no. in capitul. secundo, de lit. contesta. libro sexto, & ad istum tex. ut cesset omnis obiectio, potest suppleri, quod aduocatus dixerat petita per aduersam partem fieri non debere, quia prior possederat illam ecclesiam per quadraginta annos &c. alias autem per obiectum exceptionis peremptoriæ[a] aliter respondendo ad libellum, non inducitur litis contestatio, vt in dicto capitulo secundo, † In gloss. in verbo. Delegatus, ibi: Non distinguendo ante litem contestatam, vel post &c. imo plus dico, quod tex. iste apertissime damnat illam opinionem. Nam receptio testium fit post litem contestatam, ut in capitulo quoniam, supra ut lite non contesta. & sic subdelegatio fuit hic facta post contestationem litis, & nihilominus papa mandat ex hoc solo capite processum denunciari irritum. Nam loquitur hic papa alternatiue, ad cuius ueritatem sufficit alteram partem esse ueram, ut in capitulo inter cæteras, de rescrip. Nec obst. ratio glo. de procuratore substituente post litem contesta. quia (ut dicunt Doctor.) fortius operatur litis contesta. in procuratore, q̃ in iudice. Quia procurator contestando, videtur quasi contrahere. l. tertia, ff. de peculio. ideo efficitur dominus instātiæ: sed cum iudice non contrahitur. Habet enim se iudex in contestatione ut patiens, procurator autem ut agens. Ad capitul. cum Bertholdus, respondet hic Ioan. Andr. & originaliter est dictum Innocen. in capitulo illo, quod articulum non iurisdictionalē potest delegatus inferioris subdelegare, puta, si approbauit testem producendum, & examinauit capitula, super quibus debet interrogari, tunc hāc receptionem alteri cōmittere potest. ita loquitur iste text. quod bene notabis. Idem sentit gloss. penultim. in authen. ut desun. seu fune. Articulum uero iurisdictionalem nō potest subdelegare, ut est receptio testium, non approbatis prius ipsius testibus, seu capitulis non examinatis, pro hoc quod legi. & no. in cle. vnica, de offi. deleg. & ex his habes, an & quando articulus receptionis testium dicatur iurisdictionalis, vel nudum ministerium, & hunc articulū ple-
11 nius examinaui in dicto capitulo cum Bertholdus † In eadem glo. ibi. Quę non transit in tertiam personam &c. Pro intellectu horum uerborum Ioan. And. remittit ad capitu. penultimū, decimanona distinctio. vbi gloss. dicit excommunicationem non transire in tertiam personam, quia cōmunicans excommunicato non incidit in excommunicationem eandem, sed tantum in minorem, iuxta no. in capitulo si celebrat, de clem. excommunica. min. nisi communicauerit excommunicato in crimine, pro quo fuit excommunicatus, ut in capitulo si concubinę, de senten. excommunica. & sic appellatur tertia persona quælibet persona ab excommunicato. Ego darem alium intellectū, qui clare colligitur ex capitulo quoniam multos. vndecima quæstione tertia, quod ideo dicitur excommunicatio non trāsire in tertiam personam, quia communicans ei, qui communicat excommunicato, in nullam excommunicationem incidit, quia ille non est priuatus communione hominum, sed participatione sacramentorum tantum, vt in dicto capitul. si celebrat. Vnde recte appellatur tertia persona respectu secundæ, quæ communicauit excommunica-
12 to, & not. gloss. istam sic dupliciter intellectam. † Et in fin. no. gloss. perpetuo, ex qua habes singularem limitationem ad iura dicentia delegatum inferioris a principe non posse subdelegare. non enim procedunt illa iura in delegato ad vniuersitatem causarum. Et pone exemplum in officiali foraneo episcopi, qui constituitur in certa parte diœcesis. Nam ille habet iurisdictionem delegatam, non ordinariam, vt not. gloss. in cle. & si principalis, de rescrip. & in capitul. Romana, infra eodem titulo, libro sexto. Et habet iste vniuersitatem causarum delegatam, quia delegantur sibi omnes causæ, quæ possent oriri in illo loco. Quidam tamen tenuerunt oppositum, argumen. in l. & quia, ff. de iurisdictio. omn. iudic. vbi dicitur, quod habens iurisdictionem non iure proprio, subdelegare non potest. Sed dictum huius gloss. communiter approbatur, & est satis æquum.
13 † Et vide Bartol. in l. Pomponius, ff. de re iudic. vbi ponit aliam singularem limitationem in istis delegatis ad vniuersitatem causarum, vt si sint plures, possit vnus absente alio causam inchoare & finire, sicut dicimus in pluribus ordinariis, l. vnica, ff. de offic. procon. Dic ut plene leg. & no. in capitul. prudentiam, de offic. delega. vbi dixi diffuse, & ibi
14 remitto. † In gloss. [b] fin. ibi: Super hoc, ita indistincte not. gloss. vsque ad fi. quæ quotidie allegatur. & in quantum dicit, quod appellans a grauamine, nō potest aliam causam, quam expressam prosequi, est hodie text. magis clarus in
15 cle. appellanti, eodem titul. † Circa istum tex. & istam glos. formatur notabilis quæstio. Quid si appellans dixit, seu expressit certum grauamen subiiciendo clausulam generalem, videlicet & ab omni alio grauamine, quod colligi potest ex actis? Vel quid si nullam causam expressit, sed generaliter dixit, Appello ab omnibus grauaminibus mihi illatis, quæ ex actis colligi possunt: nunquid valeat talis appellatio, ut possit appellationem iustificare etiam ex causa expresse non deducta? Quidam quod sic in dicta cle. appellanti, facit in argumentum, capitul. qui ad agendum, de procur. libro sexto, domi. de Rot. decisione octaua, plene prosequuntur, & finaliter tenent oppositum, vt non liceat sic vacari cum iactura aduersari. Hæc opinio. plus placet mihi, facit dicta clem. appellanti, in verbo, Nominatim. & l. prætor edixit, de iniur. & dic ut plene nota. in loco præal leg. Et dicit hic Ioan. Andr. quod ex pluribus causis in appellatione expressis curia non exprimit hodie nisi vnam, quod dicit Ioan. Andr. rationabile, quando causæ se non compatiuntur: alias secus, ut hic, & supra eodem capitulo significauit, cum sim. de quo uide in Specul. de appellatione, ff. de officio. in princip. penultima columna, & versicul. si autem. Et dicit hic Boati. quod expresso uno solo grauamine ex his, propter quæ appellaui, non potero iustificare appellationem meam etiam ex aliis, propter quæ appellaui: dicit tamen, quod super quolibet grauamine curia bene daret rescriptum singulare, ad eosdem tamen indices. Sint ergo appellantes prouidi, vt nullam falsam causam exprimant, vel quam probare non possunt, ne forte illa sola
16 exprimatur in rescripto commissionis. † Nam ad hæc vitia comprimenda emanauit prædicta consuetudo, seu stylus curiæ. De iure non procedit, quod hic dicitur, quinimo pluribus causis expressis copulatiue in appellatione sufficit probare vnam, vt in cap. exhibita, de iud. & in c. cum iamdudum, de præben.

ADDITIONES.

a ¶ Et ita dicit glo. in dicto capitulo secundo, Bald. vero hic aliter dicit, quod per obiectum exceptionis perem, toriæ non inducitur lit. contest. in dicto capitulo secundo, est uerum, nisi ultra processerit, puta si offerret se probaturum, vel testes producturum, quia tunc induceretur lit. contesta. ita dicit tex. hic, qui secundum ipsum alibi non repe itur.

b ¶ Ista glo. est menti tenenda quia est melior, quæ sit in iure, quod in appellatione diffinitiua non est necessario inserenda causa grauaminis in a, pellatione, sed in appellatione ab interlocutoria sic, & est tunc necesse quod iustificetur ex causis in appellatione insertis, ut in ca. ut debitus, sup. eo. secundum D. Phi. de Pe u. & adde hic, quæ addidi, in d. c. ut debitus, in prin. quæ etiam bene hic c. derent.

SVMMARIVM.

1 *Appellans debet exprimere coram iudice, ad quem, quod propter tale grauamen appellauit.*
2 *Appellari a futuro grauamine non potest.*
3 *Executor ad beneficia, si non admittit exceptiones legitimas, licite ab eo appellatur, siue assumpserit partes iudicis, siue non.*
4 *Appellatio non potest iustificari ex confessione appellati.*
5 *Surreptio uitiat rescriptum ad beneficia, vel literas ipso iure.*
6 *Appellans a sententia nulla non obtinebit probando simpliciter nullitatem, nisi iustificet appellationem, probando eam legitime interpositā: poterit tamen prosequi nullitatem coram iudice suo.*
7 *Appellans an possit insimul prosequi nullitatem sententiæ, & eius iniustitiam.*

8 A ſententia nulla poteſt appellari.
Arbitramentum ſi petatur corrigi, vel reduci ad arbitrium boni uiri, poterit ille bonus vir pronunciare ipſum nullum, ſi reperiet nullum, licet hoc non ſit petitum.
9 Succumbens in appellatione, an poſſit poſtea agere de nullitate.
10 Ea quæ incidenter veniunt, ſi plene non expediuntur, non obſtant, cũ poſtea agitur principaliter.
11 Si exceptiones non admittuntur tacite, vel expreſſe, poteſt appellari.
Exceptiones cenſentur reprobatæ, ſi iudex proceſſerit ad ulteriora.
12 Appellans ſecunda, uel tertia uice, an cenſeatur a priori appellatione recedere.
Dicens pluries, Appello, an cenſeatur ſemel, uel pluries appellare.
13 Appellanti uiua voce, ſaluo beneficio appellandi in ſcriptis, an currat tẽpus a die appellationis viua voce, vel in ſcriptis.

CAP. LXIII.

1 Dilecto. † Non ſufficit appellanti docere, ꝙ exceptionem legitimam & veram oppoſuit, & appellauit, niſi doceat propter exceptionem oon admiſſam appellaſſe, & eſt caſus notabilis & quotidianus. Prima pas ponit factum coram auditore narratum. Secunda committit cauſam, & præmittit quare, ibi: Quoniam. Caſus literalis. D. presbyter obtinuit literas a domino papa ſuper receptione ſua in Salamantina eccleſia ad quoſdam eaecutores, coram quibus fuit ex parte capituli Salamantini propoſitum, quod cum in Salamantina eccleſia certus eſſet canonicorum numerus iuramẽto firmatus, de quo in literis directis ad cos mentio non fiebat, non debebant per eas procedere contra capitulum Salamantinum: & ne ſecos facerent, ad ſedem apoſtolicam appellauit. Sed executores huius appellatione contempta, tulerunt excommunicationis ſententiam io epiſcopum & Salamãtinum capitulum. Vnde tam procurator capituli, quam dictus ſacerdos ad ſedem apoſtolicam acceſſeruot, coram auditore conceſſo prædicta omnia ea parte capituli allegata fuerunt. Vnde petebat procurator capituli prædictam ſententiam irritam ouncia ri, & compeſci presbyterum a moleſtatione. Sacerdos coram aoditore confeſſus fuit, quod in eccleſia Salamantina certus erat canonicorum numetus inſtitutus, ſed quia, licet per confeſſionem presbyteri conſtiterit Salamantinã eccleſiam certum canonicorum numerum habuiſſe iuramento firmatum, & huiuſmodi exceptionem coram eaecutoribus fuiſſe propoſitam, & quod appellatum extitit ab eiſdem, tamen quia non conſtitit papæ, quod propter huiuſmodi exceptionem non admiſſam, vel aliam legitimam fuerit appellatum, mandat papa quibuſdam iudicibus, quatenus, ſi conſtiterit exceptionem pręfatam de certo canonicorum numero iuramento firmato, vel alias eaceptiones legitimas fuiſſe propoſitas coram executoribus prædictis, nec admiſſas, & ideo partem capituli appellaſſe, proceſſum ipſotum executorum denuncient irritum, & inanem. Bet. No. 1. ibi: Contra ipſos producere &c. quod in beneficialibus poteſt exceptio peremptoria opponi ad ꝓceſſum, quando eſt talis exceptio, quæ pariter concernit gratiam & literas gratioſas. Et eſt ratio, quia, quatenus cõcernit literas, poteſt dici dilatoria, quia negat iuriſdictionem tributam per illas literas, & per conſequens poteſt de hoc opponi ante litem conteſtatam, ſicut dicitur in qualibet declinatoria, de quo dic, ut plene not. in capitulo conſtitutus, de reſcrip. † Not. ſecundo, quod io iudicio[a] noo poteſt appellari a grauamine futuro etiam ſub conditione: vt ſi me grauaueris, appello: debet enim prius eapectari grauamen, & poſtmodum appellari, ut hic clarius per Inoocen. & in capitul. ſignificauerunt, ſupra de teſti. † Not. tertio, quod ſi executor deputatus ad beneficia non admittit exceptionem legitimã, licite ab eo appellatur, ſiue executor aſſumpſerit partes iudicis, ſiue non, optime ad hoc facit iſte tex. & capitulũ accepimus, de ætat. & qualitat. & de materia dic, ut plene no. in capitulo fioa. de præſump. & in cle. vnica, de offic. delegat. † Item not. ibi: Per confeſſionem presbyteri &c. quod veritas cauſæ appellationis poteſt probari per confeſſionem appellati duntaxat. Oppo. contra fio. capituli. videtur enim quod ſi etiam non probetur appellatum fuiſſe ob exceptionem repulſam, quod nihilominus proceſſus executoris debeat denunciari irritus, quoniam, ex quo iſte presbyter fatebatur literas ſuas fuiſſe ſurreptitias, proceſſus executorum fuit nullus. † Quia literę ſurreptitiæ ad beneficia ſunt ipſo iure nullæ, ut communiter tenetur in capitul. ad audientiam, il ſecundo de reſcrip. probatur in capitulo primo & ſecundo, de fil. presbyter. libro ſexto ergo, cum in his beneficialibus exuberet multum officium iudicis, debebat papa pronunciare proceſſum irritum, etiam ſi appellatio formaliter non fuiſſet interpoſita, vt io capitulo cum dilecti, de elect. Hoſtien. ponit tres ſolutiones. Prima, quod hic vacat argumentum a cootrario ſenſu. Secunda, quod procurator capituli ſe obligauit ad probandum formalitatem appellationis. Vnde mos ei gerendus fuit, ideſt ſatisfaciendum fuit deſiderio ſuo, l. circa. ff. de probatin. & in capitulo primo, de reſtitutione ſpoliatorum. Tertia ſolutio, quod hoc proceſſit ex prouiſione papæ, argum. in capitulo cum pridem, de pact. Iſtę ſolutiones diuinant, & prima inepte negat argumentum a contrario ſenſu. † Ideo Ioan. Andr. ponit bonam ſolutionem dicens, quod ex quo appellationem proſequebatur, debuit eam iuſtificare probando ipſius formalitatem. Ideo non obtinebit in cauſa appellationis probando nullitatem. quod ſemper notabis, facit capitulũ eahibita, & quod ibi dixi, ſupra de iudic. Habes enim ſemper notare, quod appellans a ſententia nulla non obtinet in cauſa appellationis probando nullitatem ſententiæ, niſi iuſtificet appellationem probãdo eam legitime fuiſſe interpoſitam. Fatendum eſt tamen (ut infra dicam latius) quod ſuccumbens in cauſa appellationis ex defectu ipſius appellationis poterit poſtea coram iudice ſuo proſequi nullitatem, text. eſt cum gloſſ. in capitulo licet, de ſententia excommunicationis, libro ſeato, & diat in capitulo ſæpe. ſupra eodem. & confirmat Ioan. And. in addi. Specul. in titu. de ſenten. pro la. §. iuxta, verſicul. ſed nunquid libellus. & ibi etiam dicit, quod de nullitate debet agi coram iudice competenti, & non coram iudice appellationis. Et idem videtur ſentire dominus Antonius hic, & Pau. de Leaa. in clem. ſi appellationem, eodem titulo. Sed Ioan. de Lig. ibi prope finem, in ultima columna, vbi latius tractat hanc materiam, videtur aliter ſentire, & expreſſius Bartol. in l. ſi expreſſim, ff. eodem. vbi firmat, quod ſi agitur, ut iudex iterum pronuociet propter nullitatem ſententiæ, debet agere coram primo iudice, argumen. l. quartę, C. de accuſationibus, quia cauſa nullitatis tunc venit incidenter. Aut uolo principaliter inſtare ſuper nullitate, ut quia peto eam pronunciari nullam, & tunc poſſum agere coram primo iudice, & coram ſuperiore per l. abſentem, C. de accuſatio. & quemadmodum cauſa appellationis deuoluit totam cauſam, ut poſſit ſuperior ſententiam reformare, ut in capit. Raynutius, de teſta. ita & cauſa nullitatis ſecundum eum, quod dicit bene notandum, & allegat Inoocen. in capitul. cum contingat, de offic. delegat. & hoc ſatis mihi placet. Nam hæc cauſa nullitatis eſt ſpecies cuiuſdam prouocationis, argumen. in l. non diſtinguemus. §. cum quidam, ff. de arbi. nec iniuria fit primo iudici, ea quo cauſa fuit iam agitata coram eo. † Et hęc faciunt ad quęſtionem quotidianam, nunquid poſſit appellans,[b] ſimul proſequi nullitatem ſententiæ, & eius ioiuſtitiam, vel proſequi tantum ſuper appellatione nullitatem ſententiæ, vel proceſſus? Innoc. qui ſemper ad hanc materiam allegatur per canoniſtas & legiſtas, ponit duas opinio. Quidam dixerunt, quod ſuper appellatione nunquam poſſit appellans proſequi nullitatem: quoniam, ea quo innititur appellationi debet probare ſententiam iniuſtam, noo autem nullam, quaſi appellatio non operetur reſpectu ſententiæ nullæ, quia oon reperit quid ſuſpendat. Alii contra, & hæc opinio ſibi plus placet. & non inſtando in verbis Inoocen. & Doctor. hic, quæ poteris videre, maaime ad materiam vide Bartol. in l. ſi eapreſſim, ff. eodem vbi pleniſſime proſequitur hanc materiam, & in l. prima, C. quando prouoc. noo eſt neceſſ. Con-

ADDITIONES.

a ¶ In iudicio. Quando a futuro grauamine appellari poſſit, tangit Fely. in capitulo ſignificauerunt, in tertia columna, ſupra de teſta. verſicu. ſed contra iſta Peruſi. in c. ut debetus, in ii. char. verſ. ii. quæritur. ſupr. eod. De hoc pulchre per Lap. alleg. xcviii.

b ¶ Appellans. Vide in hac materia ſingulare dictum Sal. in l. unica, C. ſi de momen. poſſeſ. fue. appel. ubi dicit, quod in omnibus cauſis, in quibus non poteſt appellari, ſed dici de nullitate de per ſe, ſi quis ſimul iungens dicat, Dico ſententiam nullam, & ſi qua eſt, appello, nihil facit quod dictum reputat mirabile. D. Iaſ. in l. prima, columna quarta, in princ. uerſic. iſtæ duæ regulæ, ff. de iuſti. & iur. tamen illud dictum reprobat ibi, ut per eum. Sebaſt. Sapia.

Concludendo communem sententiam Doctor.& veram, distingue sic,quod aut fuit appellatum ante sententiam,& non sufficit probare nullitatem actus per causam in appellatione non expressam,quia appellans ante sententiam habet iustificare appellationem suam ex causa duntaxat expressa, vt in cle. appellanti, eodem titulo,dixi supra, capitulo proxi. Aut fuit appellatum post sententiam simpliciter non faciendo mentionem de nullitate sententiæ,& tūc probans nullitatem ex quacunq; causa etiam non expressa,debet obtinere,dummodo formaliter appellauerit; secus si appellatio deficit in forma, quia tunc non obtineret pronunciationem super nullitate,ut est hic tex.apertus secundum lectur. Ioan. Andr. de qua supra. ratio prædictorum est,quia appellatio habet plures effectus.nam suspendit iurisdictionem iudicis, & pronunciatum, vt in capitulo venientes de iureiuran.l.prima,ff.ad Turpil.Item deuoluit causam ad superiorem, vt in capitul. a iudice, eodem titul.libro sexto,vnde licet possit appellari a sententia nulla prætextu priorum duorum effectuum. quia quod non est,suspendi non potest,ut in capitulo ad dissoluendum,de despon. Impube. operatur tamen respectu ultimi effectus, scilicet deuolutionis [a] causæ ad superiorem.† Ideo cum recte appelletur a sententia nulla, si iudex [b] reperit eam nullam,potest super nullitate pronunciare.& quod possit a tali sententia appellari,facit iste tex.& l.si expressim, præalleg.& l.quædam,ff.famil. ercisun.& in l.Carmelia Pia.ff. de iure patron.& vide ad hoc notabile dictum Archidiac. in capitulo a iudicibus.secunda quæstione sexta,vbi dicit, quod si petiit corrigi arbitramentum, & reduci ad arbitrium boni uiri,si iudex reperit nullum,puta quia latum a seruo,vel excommunicato, potest pronunciare illud nullum, quod not. & sequitur hic Domi. Anton. recitando. Quandoque appellans vult prosequi utranq; uiam simul, vt quia dicit, Dico sententiam nullam, & si qua est, ab eo appello, tunc dubitatur, utrum possit hanc appellationem prosequi propter incertitudinem & contrarietatem.communiter tenetur tamen per canonistas,& legistas quod talis appellatio [c] interponi possit,ut not. Hostien.hic,& communiter sequentes, & gloss. & Bartol. in locis præallegat. Non enim istæ viæ sunt contrariæ respectu vltimi effectus appellationis.quia respectu nullitatis & respectu iniustitię potest causa ad superiorem deduci. Vnde licet respectu primi effectus,seu secundi possint concurrere,quia, si sententia non est nulla, suspenditur per appellationem, si est nulla,non potest suspendi: respectu tamen effectus deuolutionis possunt, debet tamen appellans alternatiue proponere & prosequi,vt supra dixi,& est vtile, sic appellare saltē, vt vitentur opiniones, quæ versantur, vtrum a sententia nulla possit simpliciter appellari.& si constiterit de nullitate,iudex pronunciabit super ea duntaxat,& non super appellatione,quia appellatio fuit interposita conditionaliter scilicet si sententia esset aliqua, poterit tamen iudex,si voluerit pronunciare appellationem frustra interpositā fuisse. Si vero iudex reperit eam aliquam, sed iniquam, pronunciabit sicut in causa appellationis simpliciter interpositam fuisse. Si vero index reperit eam aliquam, sed iniquam, pronunciabit sicut in causa appellationis simpliciter interpositæ. 9 † Sed circa prædicta dubitatur, nunquid succumbens [d] in appellatione possit postmodum agere de nullitate sententiæ, seu processus? In hoc gloss.& Doctor. sunt contrarii, & not.maxime in dicta l.si expressim, & dicta l.prima. Sed distingue post Bartol. in vtroque loco, quia aut nullitas fuit deducta principaliter in causa appellationis, puta quia fuit appellatum modo prædicto, vel appellans in causa appellationis simpliciter interpositæ prosecutus nullitatem principaliter: & non poterit amplius de nullitate agere, ex quo in causa appellationis succubuit, argumen. in l.secunda,C.si ex fal. instrumen.& eorum, quæ not.gloss. in capitul. licet, de proba. Aut non fuit deducta nullitas in causa appellationis modo prædicto, & tunc licet fuerit pronūciatum,male appellatum, poterit succumbens postmodum coram iudice competente agere de nullitate: & est bon.tex.in clem.i. de re iudi. Nec obst.si dicatur,quod nullitas [e] venit incidenter in causa appellationis, 10 vt supra dixi in princip.† Quia (vt dicit Bartol.& bene) ea quæ incidenter veniunt, & plene non expediuntur, non obstant,cum post agitur principaliter,pro hoc capitul.veniens,supra de testi.il secundo, & quod not.in capitul.fin. & capitul.secundo, de ordin.cog. hoc intellige, nisi fuisset pronunciatum male appellatum,& bene iudicatum. nam tunc opus esset ab ista sententia appellare,vt not.Ioan.de Lign.in dicta cle.si appellationem, in vltima columna,facit quod not.Innocen.in capitul.super literis, de rescript.
11 † Oppo.videtur enim quod licet iudex non repellat exceptionem,ex quo tamen est legitima,& eam non admittit, appellari potest vt infra eodem,capit.ex parte.Solu.considera tres casus.Primus,quando iudex expresse repellit exceptionem legitimam, & tunc indubie appellari potest,vt hic,

ADDITIONES.

a ¶De hoc pe Lapum allega. cvu. & vi e tres effectus appellationis a sententia, quos ponit Domi. de Rot.decisione cccxlvii. in ordine meo nouis mo.

b ¶Verum iudex appellationis, qui reperit sententiam nullam possit eam retractare ex capite nullitatis,vide per Imo.in clem.prima,de re iudic.in secunda columna, versicul.quæro tertio.& vide per Domin.Anton.& istum in capitul.exhibita,de iudic. & per Petr. de Ancharan in capitulo primo, in penultima columna versicul circa iam appellationem,eodem titulo, libro sexto, & per Angel.qui tenet quod sic in l eos, in princip & in l.nominationes, C. eodem quid autem econtra,an iudex aditus super nullitate possit pronunciare,super iniustitia vide Domi.Anton.post Innocen. in capitulo cum contingat: & quod ibi no.de offic.delegat.Item adde hic casum,in quo perpetuo dici potest de nullitate sententiæ per secundam confirmationem secundum Domi. de Rot. in antiquis decisione cxliii. Item adde, quod iudex appellationis cognoscit de nullitate secundum Domin. de Rot.in antiquis decisione cav.& vide Bald.in capitulo primo,in secunda columna de re iudi. Item an expressa una causa sufficiat probare aliā, per Domi.Anton.in dicto capitulo cum contingat in ultima columna,de offic delegat.Item an ordo & sollemnitas iudicialis obseruari debeat in causa nullitatis uide late per illum in capitul.inter cæteras,de re iudic. Adde etiam,quod iudex aditus super nullitate, potest pronunciare super restitu. in integrum, casus est nouus, quem ad hoc legendo singu.in uoce ponderabat.Domi.Franc.de Aret in capitul.cum Bertoldus. supra de re iud quid econtra. Vide Bartol in l Carmelia Pia, de iure patronat. Item an in causa nullitatis procedi possit si non contest. vide per Oldrad.in consilio xu. & per Domi. Anton.in capitulo pastoralis,de appell.Item an iudex ordinarius, qui tulit sententiam nullam, si uult iterum iudicare, debeat prius pronunciare super nullitate prioris sententiæ, vide per Bartol in l.cum quærebatur ff.de re iudic & in l.si ut proponis C. quomodo & quando iudex & l. fin C.de senten.quæ sine cer.quan profe Item an excommunicatus prosequatur nullitatem, uide per Do. Anton.in capitu.significauerunt,in penultima columna,de excep. Item adde,quod sententia,quæ est nulla,potest declarari nulla parte absente hoc est dictum Domi.Abb.antiqui in capit.causam,de rescrip.quem refert & commendat ibi Domi.Anton.in versic not. hic Abb. Item adde, quod licet sit remota appellatio, non potest dici de nullitate ita not Domi.Anto.& Docto in capitul inter cæteras,circa princip.de re iudic.pro quibus est casus in capit.licet, in fin.de senten. excommunic.lib.vi.

¶Adde hic,quod licet appellare a sententia nulla. Et ad materiā nullitatis, quam hic examinat Domi Anton,uide late per Bartol.in l.si expressim ff. eodem.ubi multa dicit in hac materia,& in l.prima,in princ.ultima columna,C.quando prouoc. non est necess.per Domi.Anton.in dicto c.exhibita. supra de iud.

¶Circa hoc,an nullitas sententiæ possit proponi simul cum appellatione, & econtra & possint simul in eodem libello accumulari, uide Bal.in l.edita, in ii.a. columna,C. de eden. & uide omnino Cardi. in cle.i. in decima quæstione de re iudic.& eodem modo nunquid nullitas,& in integrum restitutio possit accumulari uide Bald.in loco præalleg. & Domi de Rot in decisione cui. incipien.licet.in not. & an nullitas tacite ueniat in appellatione,uide Bald.in addi.Specul.in titu.de appellat in uer sic dies & in ver, statutum dicit quod sententia & habetur per Bartol.in l.fin.ff. de iure patron.& in l.quædam,ff famil. ercisun.& per eundem Bartol. l.prima, C. quando prouo.non est necesse.ubi dicit hoc esse uerum incidenter & ideo potest iudex appellationis pro parte confirmare sententiam, & pro parte declarare illam nullam, ut plene declarat Bartol in dicta l.quædam, & uide Alexand.in l.prima,ff de ser u i di x,quod nullitas sententię proposita in libello,in quo petitur sententiam reformari, potest prosequi per iudicem,de quo etiam per Alex.in l. expressim,ff. de appellatio.

c ¶An procedat talis appellatio Dico sententiam nullam,& si qua est appello,& quod procedat,ut sit utilis cautela tenet Archidiacon. in capitul.futuris,in fin secunda quæstione prim ,& ita dicit tenere Bartol.l rix.in sua quæst. ene incipien. quæro, si appellarit a sententia,de qua u de omnino pulchre per Lap.alleg cvui A tamen circa hoc datur cautela, quam tradit Domi.Anto.post Ioan.Andr.in capitul. primo,& ibi no.de iud.Et quod ualet appellatio,de qua hic tenet etiam Bartol in l prima, libel um.ff eodem circa medium,& Imo.post Domi Anton. in cle.i.in tertia columna, de excep.vbi dicit etiam econuerso fin.quod procedit talis appellatio Dico sententiam nullam iniustam & si aliquo casu appareret iusta ex causa, dicit eam nullam ex peruer ordinis iudiciarii, ibi ponit quā plures alias similes quæstiones ad materiam,quas omnino uide,& de quæstio.posita etiam hic per Anto.uide in terminis per Bald.in capitu.causam, in ultima colum.de rescrip.

d ¶Succumbens. Vide Raph Comen.in consi.xliiii.inci ab arbitrali sententia, columna ii. Se .Sapia.

e ¶Nullitas. Nunquid nullitas ueniat incidenter,uide Ias in dicta l prima,in princ.columna quarta,ff.de uulg. & pup.&substit. & Al xan. in consi.ii.incip.consideratis his,colum.penul.lo ni uol.& Raph.Cum.in consi.xxxvi.incipien. proponitur. Sebast.Sapia.

hic,& supra de testi.c.ex parte Ad ę,cum si. Secundus casus, cum expresse non repellit, sed tacite procedendo ad vlteriora, & tunc idem, quia tacite repellit,ut in dicto capitulo ex parte, & no.Bartol. in l.a procedente, C. de dila. & Ioann. Andr. hic, & infra eodem, capitulo ex parte. Tertius casus,quando nec expresse repellit, nec tacite procedendo ad vlteriora,& tunc si illico appellatur,non valet appellatio, cum iudex adhuc non grauauerit, vt hic, præsertim cum proponit exceptionem, & appellat,si fuerit cōtra factum. Nam videtur tunc a futuro grauamine appellatum, quod non licet in iudicio, vt in capitul.vt debitus. supra eodem. Sed si iudex malitiose supersedet causa uexandi excipientem, tunc remedium est, vt excipiens tertio requirat humiliter iudicem, vt exceptionem recipiat: quod si non fecerit,poterit appellare, quia satis tunc grauatur,vt in capitulo primo, de sup.negl. præla. Et hoc expresse tenet Ioan.And. hic,& Hostien. supra eodem in ca. interposita. † Vltimo Innocen. hic quærit,an appellans in iudicio,vel extra iudicium secunda vice,vel tertia[a] videatur recedere ab appellatione, & priorem sententiam confirmare? & concludit finaliter, quod non,quia semper instat,ut per appellationem defendatur. Sed an ualeat secunda appellatio, vide quod scripsi in capitul. bonæ.supra eodem in addi. & conclude sic, quod aut appellauit secundo a nouo grauamine,& valet vtraque appellatio,casus est in cle.vni.de dolo & contum.& dic ut ibi no.in gloss. Aut appellauit pluries ab eodem grauamine, & tunc si pluries ab eodem instanti expressit uerbum,appello,vnica est appellatio pluries uociferata.sic potest intelligi. supra eodem c. bonæ.& 3 t.quæstione secunda,capitul.Lotharius. Aut ex interuallo, & tunc aut appellauit simpliciter,aut sub conditione.Primo casu sunt opinion.Nam Bartol.in l.cum procurator, ff. de oper.nou.nunciat.tenet, quod secunda appellatio nihil operatur, quia per primam fuit iam suspensa sententia,& iudicis iurisdictio.contrarium sentit Io. And. post Abb.in dicto capitul.bonę,& Gas.in capitul.directæ, supra eodem.sed Domi.Anton.si bene firmat pedes. Sed satis mihi placet dictum Bartol.si prima appellatio tenuit, quia per primam fuit causa deuoluta ad superiorem. Hinc est,quod immediate currit tempus prosequendi & finiendi appellationem,ut in cle. sicut.infra eodem titulo, & suspensa fuit iudicis iurisdictio,ut in capitul.si a iudice,& capitul.non solum,eodem titulo,libro sexto,vnde nō video, super quo interesse fundetur ista secunda appellatio,argu. in l.qui bis,ff.de verborum obligatio. Nec obst.si dicatur, quod dixit Abbas esse utile,quod computetur tempus a secunda appellat.quia non uideo quomodo appellans possit hoc facere non geminato grauamine. Nam si uult renunciare primæ appellationi transibit sententia in rem iudica. Si autem non renunciat,secunda nihil potest operari,quia non est ad quid referatur,argumen.in capit. ad dissoluendum,de despon.impub. & l.decem.ff. de verborum oblig. Prædicta intellige,nisi uelit ad alium appellare, nam tunc secunda appellatio potest operari effectum causæ translatiuum.ad hoc allega.tex. cum gloss.& Bartol.in l.si quis libellos,[b] C.eodem.† Secūdo casu, cum fuit appellatum sub conditione, puta, Appello uiua voce,saluo iure appellandi in scriptis,& tunc Bartol.in dicto capitul.cum procurator.dicit, quod ista uerba habere possunt duplicē sensum. Primo,quod vult ita ualere,nisi appellauerit in scriptis, & tunc si appellat in scriptis, vnica est appellatio ista,q̃ nunc interponitur in scriptis, quia prima fuit interposita sub cōditione secundæ. Secundo potest intelligi,idest saluo iure redigendi istam in scriptis,& tunc fingitur prima appellatio nunc in scriptis redacta. & videtur iste ultimus intellectus magis placere Bart. Domi.Anton.sentit,quod in dubio, quid iste intenderit, debemus habere respectum ad scripturam: nam si repetit in secunda scriptura diem primę,censetur prima appellatio nunc redacta in scriptis. Si habet diem secundum tempus nouæ scripturæ, oritur noua appellatio. & videtur bona consideratio, vt in hoc dubio recurramus ad coniecturas, argumen. in l.Nesennius, ff.de neg.gest.

ADDITIONES

a ¶Secunda uice,vel tertia.Adde.Lanfran.de Ori.in ca quoniam contra.§.interlocutoriæ & appellatione,nume.alu. ersic. quæritur, quæ appellatio, ibi,quæ sit sequenda, an prima, an uero ultima, supra de probatio. Zacharias.

¶Vel tertia Vide Alexand.in l.si procurator,§. si dominus ff.de oper.nou. nuncia.& uide cautelam ad impediendum,ne quis appellat,nisi semel per D.Bartho.Vero in cau.cxciii.incipien. ubi quis potest. Sebastianus Sa ta.

b ¶Et ibi uide plene per Ang. & quod non uideatur recessum a prima per secundam appellationem,dicit D. Barth. de Bel. sibi uideri esse casum in cle. 1.in secundo respon.de re iudic.& quod hic tenet Archid. in cap.biduum, ver. si aduersarius.ii.q.

S V M M A R I V M.

1 *Primo nominatus præsumitur magis dilectus.*
Milites cœlestis militiæ sunt digniores militibus seculi.
2 *Appellatio si est deuoluta in curiam,est ibi prosequenda, nec sufficit appellanti, vel appellato mittere procuratorem, vt petat dari iudices partibus.5.*
Appellatio dicitur deuoluta in curiam,quando est acceptata a parte & approbata a iudice.5.uide latius inf.nu.6.
3 *Monasterium condemnatur in expensis ex contumacia abbatis, & capituli.*
Delictum prælati nocet ecclesiæ quo ad condemnationem expensarum,secus delictum tutoris.
Monachus prosequendo causam propriam & contumax non condemnatur in expensis,quia nihil habet,sed considera quomodo monachus potest prosequi causam propriam.
4 *Appellans potest prosequi appellationem appellatore non prosequente, quia condemnabitur in expensis ipsi appellato.*
5 *Appellatio an & quando sit tractanda in curia.*
7 *Præfixio termini ad appellationem prosequendam operatur effectus, de quibus hic.*
8 *Contumax non condemnatur in expensis ex contumacia,quando fuit processum contra eum absentem.*
9 *Causa appellationis si in curia dubitatur,an ibi sit decidenda,uel non procurator partis missus ad impetrandum literas, ut decidatur in partibus,censetur habere mandatum ad defendendum,quod est in partibus decidenda.*

CAP. LXV.

a NIcolao. [a] Appellans, qui terminum appellationi præfigit,si mittit procuratorem ad impetrandum & contradicendum tātum,& appellatio fuit receptā a iudice, vel approbata a parte,aduersario legitime prosequenti condemnatur in expensis.h.d. secundum communem intellectum licet glos.aliud senserit. Diuiditur. Primo ponit dationem auditoris.& petitionem appellati. Secundo iudices, ibi: Mandamus.Casus literalis.Abbas & conuentus monasterii San.Mariæ litigabant cum Nicolao milite super quibusdam quæstionibus monachi appellauerunt ad sedem apostolicam & appellationi suę terminum pręfixerunt. propter quod tam miles, quam procurator monachorum ad curiam accesserunt.datus fuit eis auditor, in cuius præsentia proposuit idem miles,quod cum procurator monachorum non nisi ad impetrandum & contradicendum fuerit constitutus, sufficientem ad causam tractandam non miserant,eo ipsam personaliter prosequente.vnde petebat eos sibi condemnari in expensis tanquam contumaces. Vnde mandat papa quibusdam,quatenus si constiterit abbatem & monachos appellationi suę terminum pręfixisse, quia sufficientem procuratorem ad prosequendam causam eundem non miserint, ipso milite eam personaliter prosequente monachos cōdemnent ad restituendas expēsas a tpe app.factas militi memorato.Ber.† No.primo militem pręferendum in honorib.monachor. hoc vr colligi in ordine

ADDITIO.

a ¶Vide hic Bald qui no.ex hoc tex. quod procurator debet habere sufficiem mandatum ad causam,alias dominus, qui mittit procur. cum minus sufficiente mandato,eo ipso censetur contumax,& ita ad hoc allegatur iste tex. paria enim sunt non comparere, vel comparere per procuratorem minus sufficientem.Et ideo dixit not.Bal.in l.fin. C. de edi.act.in quart. columna quod si statutum diceret,quod non ualeat processus nisi producto instrumento mandati procurationis,intelligitur de mandato sufficienti.

¶An procurator debeat esse sufficiens ad hoc,ut dominus excusetur a contumacia,dicas. quod non dicitur quis procurator ante præsentationē mandati capitul.his qui, de procur. libro sexto, & est ordinaria gloss. in cle.1. eodem titul.de procur.in §.primo, in uersic. sed quid, il secundo,&adde q̃ appellatione procuratoris uenit procurator legitimus, & legit me constitutus l.ædiles.§. procuratoris,ff. de ædil.edic. & uide Bald. in l.fin.C.de ædi.edi.in quinta columna,& glos.& Bald.in l.1. C etiam per procur.causa agi po.& ideo si quis mittit procuratorem non legitimum,non euitat contumaciam, quia paria sunt aliquid non facere uel minus legitime facere, l. quoties ff.. iu. iurid.cog. Ant.Fran,

ordine literę. nam hic miles in prolatione verborum præmittitur monacho oalet enim hoc argom. ex ordine literę a vt habes gloss.[a] satis not. in capitulo quorundam, de elect. libro sexto, in verbo, prædicatorum, quæ dicit, quod vbicunque b fit mentio de fratribus prædicatoribus[b], & minoribus semper ex ordine literæ præmittuntur prædicatores, quia eorum ordo fuit antiquior. vide tex. 17. distinct. capi. penultim. & sequen. & forte hoc processit eo tempore, quo monachi non erant clerici. 16. quæstione prima, c. generaliter. nam puto sacerdotem præferendum militi in c honoribus[c], quia est miles cœlestis patriæ & Dei. 11. quæstione prima, capitul. Christianus. 23. quæstiune octaua, capitul. reprehensibile. ille vero est miles seculi: spiritualia autem sunt digniora temporalibus, ut in capit. solitę, de maio. & obed. & sacerdotes propter excellentiam dignitatis & officii in deorum numero computantur. vnde scribitur in antiqua lege, Diis non detrahes, idest sacerdotibus, & alibi. Nolite tangere Christos meos. vide bon. tex. in c. cum ex iniuncto, infra de hær. 96. distinct. capitu. duo sunt.

2 † Secundo no. quod vbicunque causa ex sui natura est in curia Romana, per appellationem legitimam, non sufficit appellanti, seu appellato mittere procuratorem ad impetrandum iudicem in partibus, sed oportet mittere procuratorem ad appellationem ibi prosequendam. Et dicitur causa esse in curia, si appellatio est recepta a parte, vel 3 approbata a iudice, vt infra latius dicam. † Item no. & tene menti, quod ex contumacia abbatis & conuentus condēnatur monasteri m in expensis. Nam cum ipsi nihil proprii babeant, o ortet hanc cōdemnationem expensarum exequi in bon. monasterii. Ex quo infero, quod capit. reprehensibilis, supra eodem, quod videtur non velle condemnari in expensis, proprium non habentem, debet intelligi, quando prosequitur causam suam, ita quod nō agit nomine monasterii: alias fit condemnatio, ut hic probatur. Ex quo etiam infero, quod delictum pręlati præiudicat ecclesiæ, quo ad condemnationem expensarum, licet secus videatur in tutore, vt in l. non est, C. de admini. tuto. Et forte idem esset in prælato seculari habente vnde solueret: argumen. eo: quæ not. glo. in cap. de multa, de præben. 4 & in d. l. non est. † Vltimo not. quod appellatore non prosequente legitime appellationem, potest appellatus prosequi, & obtinere a iudice ad quem, condemnationem expensarum factarum a tempore appellationis emissæ. Et sic habes, quòd iudex ad quem, cōdemnat in expensis etiam 5 appellatore non comparente. † In gloss. 1. in fin. hæc glo. in effectu hoc intendit, quod si pręfixus fuit terminus ad appellationem prosequendā a iudice, vel ab appellante, causa appellationis ex hoc solo est in curia Romana tractanda, adeo quod non sufficiat appellatori mittere procuratorem ad impetrandum iodicem in partibus, si appellatus vult prosequi in curia, & pro hoc intellectu videtur text. quo ad corticem hic: & huoc intellectum sequutus fuit Abbas hic: Sed Ho. Vin. & Ioan. And. & communiter Docto. sequentes, dicunt solam præfixionem termini non sufficere, vt causa dicatur esse in curia: sed oportet, qood appellatio sit recepta a iudice, vel approbata a parte, sic loquitur tex. in capitul. interposita. infra eodem §. primo, & in c. sæpe, supra eodem bunc tex. intelligunt, quando appellat. fuit recepta a iudice, vel approbata a parte: & iste intellectus plus mihi placet. Nam ex prosecutione personali facta per militem appellatum, præsumendum est illum militem recepisse, seu approbasse appellationem ipsius abbatis. Itē adduco tex. in capit. oblatæ. & in capitul. ex insinuatione, supra eod. vbi patet, quod non obstante præfixione termini, satis est mittere procuratorem ad literas impetrandum nec apparet aliqua ratio urgens, quare sola præfixio termini habeat causam deuoluere ad curiam. Ista enim præfixio termini ab homine facta succedit loco termini iuris, ut in cap. cum sit Romana, supra eodem, & dixi in cap. ex ratione, supra eodem. Sicut ergo sola præfixio termini iuris nō deuoluit causam ipso facto ad curiam, ita nec pręfixio termini hominis, cum surrogatum debeat sapere naturam illius, in cuius locum surrogatur, ut in cap. ecclesia, supra ut 6 li. penden. † Et ut plene habeatur materia istius capitul. & clare liquear, quando causa appellationis sit tractanda in curia, distinguo sic post Calder. quod aut fuit appellatum ante sententiam, aut post. Primo casu, si appellatio fuit recepta a iudice, vel approbata a parte, & terminus fuit præfixus ad appellationem prosequendam: tunc indubie causa appellationis est in curia, ita, ut teneatur appellans ibi prosequi appellato uulente, ut in capitulo interposita. infra eodem, & hic, & in dicto capitulo sæpe, & si appellatus voluerit, & petierit, debet appellans comparere cum omnibus munimentis ad causam principalem spectantibus: de quo dicendum, vt in capitulo primo, infra eodem libro sexto, & facit quod dixi in capitu. ut debitus, supra eodem. Si uero appellatio fuit recepta a iudice, vel approbata a parte, sed terminus non fuit præfixus, tunc est maius dubium, nunquid causa sit in curia: & videtur quod non, per istum tex. & per dictū capitulū sæpe. Sed satis teneri potest, quod sit in curia per dictū capitulū interposita, a contrario. vbi solum ponderatur, an appellatio fuerit recepta, & nihil de pręfixione termini dicitur. Hanc partem sentit Calder. Si uero appellatio non fuit recepta a iudice, uel a parte, nec præfixus fuit terminus ad appellationem prosequendam: indubie tunc causa non dicitur in curia. vnde sufficit appellatori mittere procuratorem ad literas impetrandum etiaio inuito appellato, ut in dicto capitulo interposita. Si uero terminus fuit pręfixus, & appellatio nō fuit recepta, tunc casus est dubius per istum tex. & dictam glos. Communis opinion. habet, vt causa ex hoc non dicatur esse in curia, & plenius hunc casum expediui, supra. Ad unū tamen aduerte, & semper tene menti, quod volunt Domi. de Ro. decisio. 38. Dicunt enim quod ubi caosa non est de sua natura in curia tractanda, si tamen appellans iurat se non credere, quod habebit iustitię complementum in partibus ex aliqua iusta causa, tunc tractabitur in curia, etiam inuito appellato, argumen. opti. in capit. statutum, in versicul. vel saltem, de rescrip. libro sexto, facit capitul. ut circa, de elect. eod. libro, & hoc quo ad primum membrum. Si uero fuit appellatum a diffinitiua, tunc uult Cardin. seu Calder. quod si appellatio fuit recepta a iudice, uel approbata a parte, eodem modo est in curia, sicut supra dixi in appellatione ab interlocutoria. Sed ego dubito quo ad approbationem factam per iudicem. Non enim uidetur, quod receptio appellationis a diffinitiua per iudicem facta habeat aliquid operari, cum regulariter ipse non possit deferre, vt in capitulo non solum, eodem titulo, lib. sexto, secus ab interlocutoria, ut ibi, & in capitulo cum appellationibus eodem titul. Sed approbatio facta per partem bene faciet causam esse in curia, & ita videtur tenere Specul. eod. tit. §. qualiter, vers. porro. Si autem appellatio non est

ADDITIONES.

a ¶ Habes glos. plene in capitulo mandato, de præben. libro sexto, & per Bartol. in l. nec ordo, ff. de to. uide bon. tex. & ibi gloss. & Bartol. in l. quoties, ff. de usuf. act. & gloss. secunda, in capitulo sedes de rescrip. & gloss. fin. in capitulo directus, de causa poss. & propri. etat. & gloss. Institut. de iure natur. gen. & ciui. in fin. Et reinitat ex hoc not. effectus, quo. si testator reliquerit Titio, & Seio duos equos quod electio est Titii, quia præsomitur magis dilectus. Bartol. in l. qui duos, ff. de legat. primo uide tex. in l. Publius. §. Titia. ubi Bartol. ff. de conditio. & demonst. & ad hoc uide Domi. Curtium in consilio septu gesimoquinto, uersicul. sed præmissis non ob. & Alexand. omnino. in consilio ca. in quinto uolumi limita tamen non procedere, quando quis nominaretur in opprobrium quo casu magis indignus primo nominatur secundum Abb. in c. auaritiæ in ult. no. de præb. uide multas concordantias, quas posui in meo repertorio, in uerbo, primo nominatus, Aenea Falco.

¶ Vtrum ex priori nominatione præsumatur maior dilectio nominati, dicas quod primo nominatus in electione & aliis actibus debet præferri l. si quis hæres ff. ex quibus cau. maio. l. si non lex, in §. primo, & 1. i per Bald. ff. de hære. institu. l. quoties, ff. de usufruct. & habetur per Bald. in l. penult. ff. de verborum significatio & in l. prima, in duodecima quæst. C. de hære. institu. & in l. prima, C. de cal. diui Adriani tollen. & uide tex. in capitul. in Christo pater, de conte. distinctione secunda, qui dicit. quod primo nominatus præsumitur maior. & dixit Bald. in rubric. C. si quis omis. causa test. quod primo nominatus præsumitur magis dilectus. & alibi dixit Bal. in authen. hoc amplius, in penultima columna, C. de fideicommiss. quod primo nominatus debet magis honorari. & uide Bartol. post glos. in l. cum ita §. fideicommissum, de legat. secundo. & in l. si cognatis, de rebus dub. quod prius nominatus debet admitti ad legatum. Et adde, quod quando duo nominantur in contractu primo nominatus censetur ut principalis, & alter ut fideiussor, nisi contractus fieret super re unius tantum uide Bal. in d. authen. hoc amplius, C. de fideicom. Ant. Franc.

b ¶ Prædicatoribus. Qui digniores sint, an fratres prædicatores, an minores, tradit late Felyn. in rubric. supra de maior. & obed. columna tertia, & ibi etiam de militibus qualiter debeant præcedere, & quomodo ex ordine quis præbetur dignior tangit late Felyn. in capitulo cum dilecta, columna secunda, uersiculo ordo scripturę, supra, de rescrip. Sebastianus Sapia.

c ¶ In honoribus. In priuilegiis uero æquiparantur, ita no. glos. Bar. & Docto. in l. miles, in prin. ff. de re iud. & idem Bar. in l. miles. §. mulier. ff. de testam. mil. Zachar.

est recepta seu approbata, sed terminus est tantum præfixus, uult gloss. hoc, ꝙ dicatur causa esse in curia, sed tene 7 contrarium per supradicta. † Et si diceres, quid operatur præfixio termini? Respond. quód habet plures effectus citra istum. nam potest præueniri per alteram partium, vt in c. oblatæ supra eodem. Item excludit præsumptionem malitiæ, quæ est contra appellantem, iunt. gloss. in cap. cum sit Romanæ, supra eodem. Item facit, vt possit appellator condemnari in expensis sine alia citatione, vt hic, si non comparet. Et attende, quod hæc condemnatio expensarum habet locum, quando appellatus nō instat, vt procedatur ad vlteriora. Nam si proceditur in curia eo instante contra appellatorem absentem, iuxta ea, quæ habentur in c. sæpe, & c. per tuas, supra eodem non cōdemnaretur appellator in expensis contumaciæ, vt sentit Calde. & benc. Et not. hoc 8 dictum. † Ex quo habes, quod vbi proceditur contra absentem contumacem, non est contumax condemnandus in expensis, sed debet expectari finis iudicii. nihil allegat Cal. tu vide Ioan. And. in c. i. de elect. lib. 6. in nouel. vbi sic limitat glo. suam, quæ videbatur ibi contrarium dicere. Primū dictum est verius. nam non potest dici frustra fecisse expēsas, ex quo proceditur contra absentem: & hoc no. & habes clare materiam istam expeditam. aliæ glos. sunt faciles.
9 † Vltimo hic quæritur. pone ꝙ in curia non reuocetur in dubium, an causa appellationis sit ibidem retractanda, & decidenda: nunquid procurator partis, qui venit solum ad impetrandum & contradicendum cum mandato, possit hunc articulum defendere? Specul. in titu. de procura. §. ut autem versic. sed pone ecce. dicit, quod sic, & sic dicit fuisse obtentū in curia, quod satis mihi placet. adduco ad hoc l. ad legatum, & l. ad rem mobilem, ff. de procur. in quib. ll. patet, quod mandatum extenditur ad ea, quæ sunt præpa- a ratoria[a] mandati, & uide bonam glo. in cap. cum olim, il 1. de offic. deleg. & in c. in causis, de elect.

ADDITIO.

a ¶ Præparatoria. Add. hic Dom. Philip. de Peru. in iiii. colum. & iiii. quæstio. vbi subdit hoc esse notandum ad stanta de compromissis, quia licet ad cōpromittendum requiratur speciale mandatum, c. per tuas, supra de arbi. tamen simplex procurator ad lites, si reuocaretur in dubium, an causa sit compromittenda, vel non poterit hunc articulum defendere.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium quando concipiatur in personam solius tutoris, & quando in personam pupilli.*
2 *Appellari potest immediate ad papam a iudice seculari, quando locus est etiam subiectus papæ in temporalibus.*
3 *Sententia lata super impotentia appellandi est interlocutoria, habens vim diffinitiua.*
4 *Papa an committat causas temporales clericorum uel laicorum ipsis laicis, & sic an laicus possit esse delegatus papæ.*
5 *Statutum loquens de adulterato, verificatur in geminatione actus.*
6 *Propria significatio verborum restringitur secundum naturam subiectæ materiæ.*
7 *Appellare licet millies a diuersis grauaminibus etiam in eadem causa.*
8 *Appellans, & appellatus si omnes obtinuerunt, quia sententia fuit & confirmata, & infirmata, pro quo ipsa sententia mandabitur executioni.*
9 *Appellans proferendo verbum, appello pluries sine interuallo, censetur tantum semel appellare, & erit unica appellatio.*
10 *Appellans iterum intra tempus decendii an censeatur a prima appellatione recedere.*
11 *Excommunicatus potest iterum excommunicari, sed quid operabitur secunda excommunicatio, uide remissiue.*
12 *Appellans viua voce, saluo beneficio appellandi in scriptis, qui postea intra 10. dies appellat in scriptis, an computabitur tempus a prima appellatione, an a secunda.*

CAP. LXV.

a SVa nobis.[a] Ab eadem sententia ab eodem, tertio appellare non licet. Primo ponit querelam. Secundo sententiam, auditoris, ibi. Cumque. Tertio inhibitionem factam iudicibus appellationis, ibi: Nos. Casus literalis. Inter R. tutorem filiorum quondam B. ciuis Tuscan. ex vna parte, & F. pro se, & P. tutore quondam filii B. ex altera super quadam summa pecuniæ coram iudice Tuscano quæstio vertebatur. idem iudex pro eodem R. diffinitiuam tulit sententiam, a qua pars altera appellauit, quę bis per iudices delegatos fuit confirmata, & iterum tertio fuit appellatum, & confessio facta. tandem ad papam delata est quęstio; ac auditor super hoc datus interlocutus fuit partem alteram non potuisse tertio appellare. Mandat papa tertio iudici appellationis, quod in causa illa vlterius non procedat. Ber. 1 No. primo, iudicium posse concipi in per- b sonam solius tutoris[b] tutorio nomine, posset etiam concipi contra pupillum, maiorem tamē septennio, cum authoritate tutoris: de quo distinguendum est, ut leg. & not. in l. 2 1. C. de admini. tuto. † Secundo no. quod a iudice seculari potest immediate ad papam appellari inter laicos, quando locus iudicis est de temporali iurisdictione ecclesiæ, vt 3 in c. si duobus in fi. supra eodem. † Tertio no. quod sententia lata super impotentia appellandi, dicitur interlocutoria, ut patet, ibi: Interlocutus fuerit, &c. Non enim dici potest diffinitiua, quia non est lata super meritis causę: habet tamen vim diffinitiuæ, ut no. Do. de Ro. decisio. 83. & quid importet habere vim diffinitiuæ, uide plene quod dixi in 4 cap. peruenit. supra eodem. † Vltimo not. quod inter laicos potest causa committi per papam personis laicis, ut patet, ibi. Petrus & eius collegę, & cap. nihil enim dicitur, ꝙ fuerint clerici. sicut communiter obseruatur, quando causa eis committitur. Et aduerte, quia in ordinario inferiori citra papam non habet dubium, cum possit etiam causas tēporales clericorum laico committere, iuxta no. in c. decernimus, supra de in. & 11. quæstione prima, cap. te quidem. c sed dubium maximum est in papa[c], non propter defectum potestatis, sed voluntatis, per id, quod hodie habetur in c. statutum, de rescrip. lib. 6. vbi dicitur, quod per sedem apostolicam causa solum committenda est clericis habentib. dignitatem seu canonicatum in ecclesiis cathedralib. &c. d vt ibi dicitur. Vnde potest dubitari,[d] nunquid dispositio illius ca. habeat locum, cum causa temporalis est inter laicos. & dicit Ioan. And. quod vellet in hoc edoceri. Nam istud cap. facit, quod possit committere laicis. Item posset contingere, quod causa esset criminalis quam etiam papa specialiter committere potest, vt in cap. fin. ne cle. vel mo. lib. 6. quæ tamen causa non potest clericis committi, ut in cap. sententiam. inf. ne cler. vel mon. & in c. io archiepiscopatu, de rap. ergo c. statutum, non potest indistinctè intelligi, cum hic causa criminalis non possit clericis committi. In contrarium facit generalis dispositio illius c. nulla exceptione facta, 19. distinct. capit. si Romanorum, de maio. & obed. cap. solitę. Nec obst. istud capit. quia tempore ipsius nondum emanauerat istud cap. statutum. Concludit Ioan. And. tenendum id, quod curia seruat: & sic dubitauit decidere de iure, Dom. Anton. dicit. ęquius esse tenere hoc ca. in hoc non esse correctum. Aduerte, ratio capit. statutum, militat etiam cum causa est inter laicos. Nam principalis ratio illius ca. est decor sedis apostolicæ. nam quædā ignominia est & dedecus quoddam, priuatam personam maxime uilem, tenere locum papæ, ut ibi in glo. ergo debet esse eadem iuris dispositio, maxime cum illud cap. generaliter loquitur. Nec obst. quod dicitur de causis criminalib. quia illud intelligitur exceptum ratione impotentiæ. nam lex debet esse possibilis, & conueniens personis &c. 4. distinc. cap. erit autem lex. Sed ex alio respectu placet mihi prima opin. quia clerici maxime in dignitate positi non debēt occupari in causis temporalibus maxime laicorum, argumē. bon. in d. c. te quidem, & in c. reprehensibile. 11. quęstio. 8. 5 Et hoc no. † In gloss. 1. ibi, duas res. Not. gloss. pro statutis permit-

ADDITIONES.

a ¶ Sua nobis. Vide quod per istum tex. determinant Doct. xx. distin. in sum. circa princ.

b ¶ Tutoris. Vide Bal. & Alex. in l. si ex legati causa, ff. de uerb. obli. & ibi quid seruetur de consuetudine. Seb. Sapia.

c ¶ Papa. Vtrum laicus possit esse delegatus papæ inter laicos in causa mere ciuili, uide tu de hoc etiam per Ioan. An. in c. sta. uum. §. primo, in nouel. de rescrip. in vi.
¶ An laicus possit esse delegatus etiam cum clerico in causa spirituali, uide Hostien. in sum. de offic. delega. in §. secundo, n uer. sed quid si delegatus, ubi dicit quod non. & uide Dom. Anton. in c. decernimus, de iudic. tamen hoc non credo uerum, quando papa delegaret causam ex certa scientia, quia laicus ex priuilegio papæ potest etiam beneficia conferre, ut in c. Adrianus, & in cap. se. lxiii. distinct. & Adde quod laicus in casu necessitatis potest etiam iniungere pęnitentiam, ut est gloss. in capitulo primo, xvi. quæstione prima, per cap. ii de conse. distinct. iiii & adde quod laicus non potest cognoscere de causis spiritualibus principaliter uel incidenter, ut plene per Spec. in tit. de reconuen. in §. i. ii. & iii. & in titul. de sen. in §. iiii. ver., en. Ant. Fran.

d ¶ Dubitari. De hac q. vide plura per Ale. in consil. lxxvii. inci. in causa & lite, colum. iii. in ii. nol.

a permittentibus aliquid iterari, [a] vel punientibus facientē aliquid iterum. habet enim locum statutum in geminante actum. Sed aduerte, quia gl. in sequentib. vr innuere ꝯtrium, & vr sibi ꝯtrium, dum exponit, iterum. i. quoties opus erit. Saluando gl. dic, ꝙ proprium significatum istius dictionis est, vt notet actum geminatum, sed quandoque ex natura actus, cui adiicitur, exponitur, prout sequitur in gl. & ita loquitur l. velut, ff. de eden. in gl. alleg. Nam editio instrumēti potest ex causa iterum peti, & intelligitur quoties opus erit, quia hoc habet natura negotii, vt pluries possit peti editio instrumenti, si opus est. nam verba improprientur secundum naturam subiectæ materiæ. 11. q. 3. c. rogo, cum glo. & tex. cum gl. in proœ. decreti, ibi: Omnia quæcunque

6 vultis, vt faciant vobis homines. i. debetis velle. † in glo. 2. ibi, Sed dic quoties. i. secundo, &c. No. gl. secundum hunc intellectum pro his, quæ dixi in præcedenti glo. ꝙ propria significatio verbi est restringenda secundum naturam subiectæ materiæ, quia promptum est iura iuribus concordare, vt in c. cum expediat, de ele. li. 6. & sic Euangelistæ sæpe reducuntur ad concordiam, vt le. & no. in c. nisi l. inf. de ver. sig. † Vel dic aliter, ꝙ illud c. quoties intelligitꝰ ꝓprie, sed verificatur ī diuersis grauaminib. nam simillesies quis grauaretur in eadē causa, toties appellare pt, [b] vt in ca. directe. & quod ibi no. sup. e. hoc c. loquitur, quando super eodē fuit bis appellatum per eādem partem & bis snīa fuit confirmata, qa tunc nō licet tertio appellare, tum vt euitetur infinitas, tum propter præsumptionem iniustitiæ, quę orta est cōtra appellantem, ex quo toties succubuit. & hoc, vt non liceat tertio appellare ab eodem articulo, procedit etiam ī sententiis quę non transeunt in rem iudicatam licet enim in illis possit de nouo causa inchoari, non tamen tertio appellari, gl. est sing. in c. fraternitatis. inf. de frigid. & malefi. quā semper tene menti, sicut in simili dicimus, ꝙ non licet in istis causis appellare post decendium, licet possit per viā querelę agi, vt est gl. no. in c. ad reprimendum, de of. or. Itē intelligo tex. vt non liceat tertio appellare respectu eiusdē partis. nam quælibet pars potest bis appellare, & sic pnt in causa super eodem arti. interponi quatuor appellationes, vt no. Ioan. An. in c. directæ, sup. eo. & Spe. eo. ti. §. quoties, & Bar. in l. vna, C. vt non licē. in vna eademque causa tertio ꝓuocare, quod intelligit, siue īterpollatim habuit pars duas snīas pro se, siue contra se. Exemplum. appellaui a sētentia lata contra me. sententia fuit confirmata, iterum appellaui. snīa fuit infirmata. tu potes appellare, & sic tertio, & si snīa fertur contra te, poteris iterum appellare, nā hoc casu quisque nostrū habuit successiue duas appellationes quandoque hoc cōtingit interpollatim, vt quia ego semel appellaui, & obtinui sententiam pro me. tu iterum appellasti, & fuit sententia pro te lata, possum tertio appellare, & si fuerit pro me lata, poteris quarto appellare. Vlterius non est licitum cuique nostram appellare, quia quisque ha-

8 buit duas appellationes. † Sed dubium est, pro quo mandabitur snīa executioni, ex quo bis appellauit, & bis obtinuit, & nō licet quinto appellare? Primo videtur, ꝙ debeat obtinere is, qui habuit primam sententiam, quia præsumptio est pro eo, ex quo bis fuit confirmata. In contrarium facit, ꝙ alter vltimo obtinuit, Spe. in d. §. quoties, in princ. relinquit hoc disputationi. Io. An. ibi in add. dicit hodie dicendum, vt habetur in cle. i. de re iu. Ex qua colligitur actorem debere obtinere, qui habuit tres snīas pro se, & dic vt,

9 ibi plene no. † Et in fin. glo. no. gl. iuncto d. ca. Lotharius, ꝙ geminatio appellationis, seu multiplicatio sine interuallo facta habet vim vnius appellationis, & ꝙ non recedit a iure suo pluries emittendo verbum, appello. hoc enim videtur facere ex cordis abundantia, ad hoc c. bonæ. sup. eo.

10 etiam probatur, facit in simili, in cle. i. eo. tit. † Sed pulchrū,

c & difficile est dubium in geminante [c] appellationem ex interuallo, intra tempus tamen decendii. nunquid per secundam appellationem videatur recessum a prima, & sic nunqd possit ꝓsequi secundā? qa forte expedit sibi eā magis ꝓseq, forte. n. fatale primæ applōis est lapsum, & est intra tps secundæ applōnis. Barto. in l. procurator, ff. de no. ope. nū. tenet secundā appellationē nō ualere, q.a per primā ꝓnunciatiatum est extinctum seu suspensum. l. 1. ad Turp. c. venientes, de iureiuran. ergo secunda nihil potest operari. contrarium sentiunt Doc. nostri, in d. cap. bonæ. & D. An. in capitu. dilecto. sup. eodem, & dicit Gas. Cal. in capitu. directe supra eodē in quæstione facti defendisse contrariū eius, quod tenet Bar. alle. gl. 2. q. 6. c. biduum, & d. c. directę sed illud nihil facit, quia loquitur in diuersis grauaminib. Adducitur tamen ratio. potest enim appellans renunciare appellationi suæ alteram interponendo, ex quo tendit in eius fauorem, facit 2. q. 6. ca. ei qui, §. si qs libellos & C. eo.

11 l. si qs libellos. † Nec ob. ꝙ dicit suspēsam nō posse amplius suspendi,

ADDITIONES.

a Iterari. Adde hoc facit l. si fideicommissaria, §. si quis decem. ff. de lega. iii. Et hæc faciunt [illegible] quę sæpe de facto eueniunt, quando arbitro datur potestas prorogandi compromissum semel, & iterum, nō enim intelligitur in infinitum, sed pro duabus vicibus tantum sm Bal. hic in fin. qui subdit not. ꝙ arbiter non poterit prorogare ad longum tempus quin hoc non videatur per partes rogatum, arg. l. si finita, in princ. ff. de dam. infec. & in Bal. in l. [illegible] C. vt in pos. le. [illegible] ꝙ arbiter non poterit prorogare vltra tres menses, sed vide de hoc [illegible] doctrinam eiusdem Bal. c. fi. de confue. vbi vult, ꝙ prorogatio non debeat esse maior, quam terminus primus ipsius compromissi, facit [illegible] vbi secundus terminus non debet esse maior primo & quod not. Imo. in c. nonnulli, [illegible] de rescrip. in [illegible] princ. faciunt etiam no. in l. [illegible] ff. de eo quod certo loco de illa clausula vbicunque locorum quæ refertur ad sua [illegible] Ad idem c. sedes, [illegible] de res[illegible] cum [illegible] no & per Bald. in c. 1. [illegible] quem vel quos controuersia feud. vbi voluit ꝙ illa clausula semel, bis, decies, & pluries debeat regulari sm similitudinem præcedentiū, & subdit etiam Bal. in d. c. fi. ꝙ illa clausula, ꝙ arbiter possit prorogare terminū toties quoties sibi videbitur semel, bis, decies & pluries [illegible] in infinitū nō poterit prorogare vltra duas vices, aut tres ad summū, & idem dicit Bal. hic in c. [illegible] & in Colon. [illegible] de quo etiam vide per eundem Bal. in c. j. qui mod. feu. [illegible] in quadam additione magna quam [illegible] libri non habent, vide Lu. Ro. in [illegible] de arbi. & in repetit. l. [illegible] ff. de [illegible] maiori declaratione, & in l. si finita, in principio, ff. de damn. in fect. D. Alex. Imolan cons. [illegible] vno consilio alias per me reddito quod est bene notandum ad practicam, de quo etiā per Doctores, in l. & si [illegible] ff. si quis cautio, per Bartolum, in leg. si gemma arbor. ff. arbor. furtim [illegible] & [illegible] de hac dictione pluries, quot voces importet, & per Ang. in l. j. §. [illegible] ff. de [illegible] quando aliquis promisit repræsentare aliquē, toties quoties opus erit de quo etiam per Io. de Imo. in l. si finita, ff. de dam. infe.

¶ Circa hoc quod hic dicitur de verbo pluries, & pluries dicas ꝙ verificatur in duobus, & si dicatur pluries & pluries geminate, verificatur in quatuor [illegible] Bar. in l. si gemma arbor, ff. ar. fur. cę & habetur per Ange. Are. in trac. malefic. in glo. in ver. pluribus & per Alexan. de Imo. in d. l. si gemma arbor, & per Dom. Abb. post glo. in cap. ad nostram. de rebus ecc'e non alie. Anto. Franc.

¶ Et adde quod quandoque verificatur in tribus quandoque in quatuor sm subiectā materiam l. cogi §. Item Metianus, ff. ad Tre. & vide Bal. in c. j. in §. quod autem, de no. feu. & Ang. in §. quod sæpe. in Auth. de trie. & semi. & Ar. [illegible] in c. a. de [illegible] lib. vj.

¶ Et de verbo vbicunque [illegible] quo hic fit mentio, vide in l. vbicunque, ff. de interro. act. quod etiam intelligitur quoties opus fuerit euitando tamen infinitatem. & vide Bal. in l. Lucius, ff. de ser. rusti. præd.

b ¶ Appellare potest. Vide Alex. in cons. 70. incip. in causa & lite, in 2. volu. & Dec. in consi. 49. incip. præstantissime Doc. & ibi declarat, ꝙ si statuto caueretur ꝙ non possit appellari nisi semel, quomodo illud debet intelligi. Sc. Sap.

c ¶ Geminante. vide D. Barth. vero, in cons. 194. in c. vbi quis potest, vbi tradit cautelam ad impediendum, ne quis pluries appellet. Seb. Sap.

d Dilecto. Item adde quod vbi Papa, vel imperator committunt causam simpliciter, videntur appellationem admisisse non obstante ꝙ tertio non posset alias appellare, sm D. Anto. de Bu. hic, & expressius Ioan. de Imo. & do. Alex. in cons. [illegible] in causa, & lite vertente coram reuerendo &c. quod teneas cordi, quia potest quotidie contingere, nā semper opponitur, ꝙ tuum rescriptum est obreptitium & contra ius ideo non valet, quia de iure cōi non potest tertio appellari, potest sustineri, ꝙ imo valeat per hoc dictum do. Anto & Imo. hic, quia eo ipso, ꝙ princeps concedit rescriptum intelligitur dispensare, & appellationē admisisse. Bene facit quod singulariter, inquit Ang. in l. liberus aduersus per illum tex. ff. de in ius voc. ꝙ princeps concedendo rescriptum delegatorium supplicanti videtur supplicantem habilem facere ad agendum, bene facit tex. in l. j. & quod ibi Bal. C. de preca. impe. offe.

¶ Circa hoc de principe concedente rescriptum simpliciter an videatur habilitare inhabilem si impetrans forsan erat inhabilis ad impetrandum dicas primo ꝙ rescriptum dicitur, illud, ꝙ conceditur sm ius commune, & si concederetur cōtra ius commune non diceretur rescriptum, sed priuilegium, vt est gl. in ver. noscatur, in c. j. de const. lib. vj. & quomodo differant rescriptū & priuilegium, vide Barto. in l. præscriptione, C. si contra ius vel vti. publ. & per eundem Bar. in l. [illegible] ff. de consti. princ. & vide Spec. in ti. de rescriptis præsenta. in princ. & in §. j. Anto. Franc.

¶ Et adde quod rescripti verba, etiam enunciatiua plene probant, quando concernunt factum proprium rescribentis, & super ipsius verbis rescribens se fundat, vt in clemen. j. & ibi per gl. & Doct. de proba. & nota in c. si Papa, de priui. lib. vj.

¶ Et adde, quod rescriptum accipit vires ex intellectu rescribentis, vt no. Bal. in sua marg. ad Ion. in ver. [illegible]

¶ Adde etiam quod rescriptum est cōe vtrique parti, vt per Spe. in ti. de rescr. præsenta. in prin. & in § j. & de forma rescripti confirmatorii cum clausula, ex certa scientia. vide eundem Spe. in ti. de rescr. præsentia. in §. ratione formæ, in ver. sequitur videre, & vide eundem Spe. in titu. de inquisi. in §. j. in ver. quid si in litera: vbi dicit, quod rescriptum semper debet ita interpretari, vt reducatur ad ius cōe, in quantum fieri potest, & ad id quod dicitur, quod princeps concedendo rescriptum inhabili, videtur illum habilitare. D. cas. illud esse verum, qñ princeps concedens rescriptum haberet notitiam de inhabilitate impetrantis, aut rescriberet cum, clausula motus proprii, vel ex certa scientia, alias non videretur eum habilitare, per ea quæ habentur in l. scripta, C. de preca. impe. offer. & in l. fi. C. si contra ius vel vti. publ. imo rescriptum aliter impetrandum diceretur esse surreptitium, & nō iuuare impetrantem, per ea quæ habentur in c. super literis. de rescrip.

ſuſpēdi, q̃a imo q̃riū eſt verum, vt patet in excōicato, quia poteſt iterum excommunicari, & quid operetur ſecunda, no. in c. ita quorundam, in f. de Iudę. & vide de hoc in c. capitulum, iuncta gl. de reſcr. Puto, q̃ aut vult ſecūdo appellare ad alium iudicem, & valet appellatio, & cenſetur renunciare primæ, de hoc videtur mihi caſus iuncta gloſ. in d. l. ſi q̃s libellos canonizata vbi ſup. & hæc ſecunda operatur reſpectu transferendæ iuriſdictionis, de vno in alium. vnde licet tamen operetur effectum translatiuum, quod ei licet iuris authoritate, ne iuſtæ pœnitudinis humanitas denegetur, vt dicit tex. in d. l. ſi quis libellos. Aut vult geminare appellationem ad eundem, & tenerem opi. Bar. quia non uideo, q̃ ſecunda appellatio poſſit operari nec effectum ſuſpēſiuum, nec deuolutiuum, ſeu translatiuum. nam ex prīa appellatione pronunciatum eſt ſuſpenſum, & cauſa eſt deuoluta ad ſuperiorem iudicem. ergo ſecunda ad eundē nō valet, maxime, quia tempore interpoſitionis ipſius non p̃e appellans prætendere intereſſe. Ideo appellatio non valet, quia fundatur ſuper intereſſe. 2. q. vi. c. non ſolent, ſupr. de
12 ele. ca. cum iter. † Quid autē, ſi primo appellauit cum hac proteſtatione, ſaluo iure in ſcriptis appellandi, nunquid ſi ſecundo appellat in ſcriptis intra decendium, computabit tempus a prima appellatione, vel a ſecunda? vide Bar. in d. l. cū procurator, & aliquid tetigit An. in d. c. dilecto, & ibi examinaui ouperrime hanc materiam in additione, dic vt ibi dixi.

S V M M A R I V M.

1 *De appellationibus interpoſitis ad archiepiſcopum iure metropolitico, poteſt eius vicarius cognoſcere, quia idem eſt tribunal.*
2 *Libellus ſuper appellatione debet cōcludere ſnias latas poſt & contra appellationem legitimam declarari irritas & inanes.*
3 *In abſentia delegati ab epiſcopo an poſſit appellari ad eius vicarium? Iuriſdictio vicarii eſt ſuſpenſa, ſuſpenſo vel excommunicato epiſcopo.*
4 *Procurator generalis poteſt inhibere procuratori ſpeciali aliquid ex cauſa veriſimili non cogitata per dominum.*
6 *Appellari non poteſt ſecundum utrunque ius omiſſa medio regulariter.*
7 *Appellari poteſt omiſſo medio, ſi prius nō opponatur per partem aduerſam. 9. poteſt tamē pars opponere etiam poſt. 10. dies, quo caſu ſnia remanebit rata. 8.*
10 *A ſubdelegato appellatur ad primum delegantem, niſi primus delegans fuerit papa, quo caſu ad ipſum non appellatur. 11.*
11 *Ad papam ſit appellari omiſſa medio, niſi appelletur a ſubdelegato delegati Papæ, quo caſu ad ipſum delegantem appellatur.*
12 *A legatum papæ appellatur omiſſis medus in eius legatione. 19.*
13 *Ad archiepiſcopū appellatur ab epiſcopo, niſi Archiepiſcopus litiget coram epiſcopo cum ſubdito ipſius epiſcopi.*
Archiepiſcopus aliquando litigat coram ſuo ſuffraganeo.
14 *Epiſcopus conueniens ſubditos ſuos coram arbitris iuris, in quib. appellatur ad Papam.*
15 *Appellatur omiſſo mediū, quando mediū eſt inhabile, puta quia eſt in excommunicatione, vel hæres, &c.*
16 *Appellari non poteſt a uicario epiſcopi ad ipſum epiſcopum, licet conſuetudo ſit ī cōtrarium, quia non valet niſi vicarius cognoſcat tāquam delegatus epiſcopi, quo caſu appellatur ad ipſum epiſcopum. 18.*
17 *A Sententia lata per capitulum & eſm appellatur ad ipſum epiſcopum quando epiſcopus fuit ibi non tanquam prælatus, ſed tanquam canonicus: ſecus, ſi fuiſſet tanquam epiſcopus.*
18 *Epiſcopus poteſt delegare cum ſua uicario, quo caſu poteſt ad ipſum appellari, ſed ſi malitioſe hoc facit epiſcopus, excommunicabitur per ſuperiorem.*

C A P. L X V I.

Dilecti. De ſubdito, vel delegato epiſcopi ad archiepiſcopum appellare non licet. Vel generalius ſic. Appellatio omiſſo medio a iudice interpoſita cāa nō deuoluit exceptione oppoſita. h. d. ſecundum communem intellectum. Primo ponit querelam appellantis. cui ſecundo dat iudicem, ibi: Quocirca. Caſus literal. Inter conuentum & priorem de Lacurbeo, & F. militem coram magiſt. A. ex delegatione ordinarii quæſtio vertebatur. idem miles ad Bituricen. archiepm̄ appellauit. tandē partes cōparuerunt in præſentia officialis archiepi Bituricē. coram quo ex parte prioris, & conuentus fuit excipiendo propoſitū, q̃ cū omiſſo diœceſis epiſcopo fuiſſet ad archiepiſcopum appellatum, ad quē gradatim debuit appellari. in cauſa procedere non debeat ſed quia officialis hanc exceptionem admittere denegauit, prior ad ſedem apoſt. appellauit, ſed officialis nō obſt. app. tulit ſniam ſuſpenſionis & interdicti in priorem & cōuentum prædictos. Mandat papa quibuſdam iudicib. quatenus ſnias illas poſt hmōi appellationē promulgatas de-

1 nuncient nullas eſſe. B. † Not. i. q̃ de appellationib. interpoſitis ad archiepiſcopum iure Metropolitico, poteſt eius officialis ſeu vicarius cognoſcere, hoc q̃a idem eſt tribunal.
a archiepiſcopi & uicarii ſui,ᵃ vt in c. Romana. inf. eod. li. vi.
2 Idem probatur in c. dilectus. ſup. eo. † Secundo no. ex text. practicam libellandi in cauſa appellationis, vt petat ſnias latas poſt & contra appellationem legitimam, denunciari
3 irritas & inanes. † Sed circa primum notabile quæro de q̃ſtione hic non tacta per Doc. nunquid a delegato epiſco-
b pi poſſit appellari ad uicariumᵇ ipſius epiſcopi. an vero ſit neceſſe, vt formaliter ad ipſum epiſcopum appelletur? Et videtur primo, q̃ non, arg. ca. ſtuduiſti, de of. leg. vbi patet, q̃ legatus generalis papæ nō impedit ſe de cauſa alteri ſpecialiter delegata, ergo idem dictum de uicario epiſcopi. nā epiſcopus cauſam alteri delegando videtur eam arripere a iuriſdictione ſui vicarii, quod poteſt, arg. in l. iudicium ſoluitur, ff. de iudi. & per Inno. in c. Romana, præal. vbi notanter dicit epiſcopum poſſe inhibere uicario ſuo, ne de certa cauſa cognoſcat. Nam quemadmodum pōt epiſcopus ex libito ſuum uicarium ex toto remouere, vt not. gl. in cle. & ſi principalis, de reſcr. & no. in cle. fina. de procur. ita & fortius poteſt cognitionem certæ cauſæ interdicere, ar. in l. q̃ de tota, ff. de rei vend. & in ca. paſto. §. item cum totum, de of. dele. In contrarium facit. quia idem eſt epiſcopi & uicarii conſiſtorium, vt in c. 2. de conſue. lib. vi. & in d. c. Romana, & vt patet hic, cognoſcit vicarius de appellatione ad archiepiſcopum iterpoſita, quia ipſe archiepiſcopus videtur cognoſcere miniſterio vicarii ſui, cum iuriſdictio uicarii ſui non ſit ſeparata a iuriſdictione epiſcopi, ſed eſt pars iuriſdictionis epiſcopi. vnde ſuſpēſo vel excommunicato epiſcopo, ſuſpenſa eſt iuriſdictio vicarii, vt leg. & not. in c. i. de of. uic. lib. vi. Item licet per delegationem ſit ab eo remota cognitio principalis cāæ non tñ eſt remota cognitio cauſæ appellationis, & ex ſeparatis non fit illatio, ut in ca. 2. de transla. epiſ. & in l. neque natales, C. de prob. In hoc puto ſic dicendum, q̃ aut epiſcopus eſt pñs, puta in diœceſi, vel loco propinquo, tunc debeat appellari, ad epiſcopū non ad vicarium. Aut abſens in loco remoto, tunc poterit appellari ad ipſum uicarium. ad hanc diſt. adduco text. & ibi no. per Ioan. An. in c. ſi contra vnum, de of. dele. li. 6. vbi patet, q̃ ſi recuſatur delegatus epiſcopi, debet probari ſuſpicio corā ipſo epiſcopo & non coram vicario ſuo. niſi (vt ibi dicit Ioan. An.) epiſcopus ſic in remotis nam cum in cauſa illa ſpeciali delegatus ſit maior vicario ſuo, vt in d. c. ſtuduiſti. non eſt rationi conſonum, vt iſte vicari' cor-
4 rigat errorē illius, ſed ex cauſa prędicta hoc poterit. † Adduco ſecundo l. ſi hominē valde notabilem. ff. mādati. vbi dicitur generalem procuratorem poſſe ex cauſa veriſimili nō cognita per dominum inhibere ſpeciali procuratori ne negotium attētet, ſecus vbi non eſt talis cauſa, & p̃ illā l. noc. ſolenniter limitatur c. ſtuduiſti, p̃al. vt legatus papę ī prouincia poſſit ex cā nouiter orta, ſeu veriſimiliter non conſiderata per papam tempore delegationis inhibere delegato ſpeciali, ne procedat in cā ſpecialiter delegata, & p̃ illā l. audio Bar. tenuiſſe, poſſe epūm ex tali cā ſtatutum ſeu diſpoſitionē facere q̃tra legē, ex quo talis cā ſubeſt, quā ſi legiſlator conſideraſſet, aut legem illam non condidiſſet aut facultatem diſponendi contrarium præbuiſſet. Et vid̃ qđ no. Bal. ī l. omnes populi, ff. de iu. & iu. & hoc eſt ſingulariter notandum ad materiā ca. at ſi clerici. §. de adulteriis, de iud. Et vide quod not. Do. de Ro. dec. 104. & quod dico
5 in d. §. de adulteriis. alias eſt in dec. 355. † Secundo quæro pro declaratione ſcd̃i notabilis, nunquid in cauſa appellationis debeat ſic pure libellus concipi, vt ſniæ latæ poſt appellationem reuocentur in irritum? Inn. hic multum inſtat
c ponendo varias practicas.ᶜ Nam quandoque petitur reuocari, quicquid eſt geſtum poſt appellationem ſeu vt proceſſus plus appellationem, denuncietur, irritus vt in c. dilecto, ſup. c. quandoque petitur, vt appellatio pronuncietur legiti-

A D D I T I O N E S.

a ¶Vicarii ſui. Vide Ro. ſin. 65. inci. conceſſum eſt epiſcopo. Seb. Sapia
b ¶Adde vicarium. Vide Rot. dec. vlt. in ti. de off. vica. in nouis. Eclī. in c. ſi quis contra clericum, poſt Abb. ibi. Sed circa prædicta, ī. de fo. compe. & Roma. in ſing. 438. in cap. tu habes multum. Seb. Sapia.
c ¶Practicas. Qualiter formari debeat libellus ſuper reuocatione attentatorum appellatione pendente, adde D. Ant. hic in ver. quero primo de pract. libelli &c. & in c. conſuluit, ī. eo. quod ibi not. de hoc.

5 legitima: [a]hoc solum potest sufficere secundum Inn. Nam
reuocatio attẽtatorum venit accessorie. nam si appellatio
pronũcietur legitima, patet per consequens gesta postmo
dum esse irrita, ut in c.si a iudice,& in c.non solum, eo.tit.
lib.vi. Cautum tamen est secundum Host. vt adiciatur ad
maiorem expressionem, vt denoncietur irritum quicquid
gestum fuit post & contra appellationem, & hæc est bona
practica, vt euitet conflictum opinionum, ut sic non restri
gat se libellans ad quid speciale, sed generaliter ad omnia
6 postmodũ attẽtata &c. In 1 glo.i.ibi: Dicas, q gradatim est
appellandum &c. Ex hac prima par. gl. quæ durat vsq; ad
verb. De appellationib. interponendis &c. collige vnã re-
gulam & quatuor casus exceptos. regula ponitur negatiue
ut omissis medijs seu iudicibus immediatis non possit re-
gulariter appellari ad superiorem mediatum tam de iure
canonico, vt hic, & in c. Romana, præal. quam de iure ciui
7 li. a.q. vi. c. anteriorum, & in l. imperatores, ff. de appel. Ex
b cipitur[b] primo casus, quando non fuit oppositum[c] per par
c tem aduersam. & no. bene hunc casum, quia de hoc non hr̃
alicubi tex. adeo q Arc. in c. si delegatus, de of. dele. li. vi. di
xerit Inn. & Host. tenuisse contrarium in c. referente, alle.
in gl. Sed ut dicit Io. An. hic non colligitur ex dictis illorũ
ibi & Host. hic. & communiter Doc. sequuntur istam gl. ut
d quemadmodum tacitus[d] consensus in inducẽdo consuetu
dinem possit hoc operari, vt dicam in casu sequenti, ita &
tacitus consensus in non excipiendo. Et pro hoc, quia re-
gulariter quod potest facere cõsuetudo, potest operari pa-
ctum tacitum seu expressum, licet non per omnia, iuxta
no. per Bar. in l. omnes populi. ff. de iust. & iu. Item facit iste
tex. in ar. vbi papa fundat se super appellatione, & sic fuit
8 opus excipere, & appellare. † Sed circa istũ casum ego for-
mo oppositionem satis fortem de l. i. ff. e. vbi dicitur, q si p
errorem fuit appellatum ad maiorem iudicem, dictus er-
ror non nocet, secus, si ad minorem. Videtur ergo velle, q
ex certa scientia nõ valet appellatio omisso medio. Ad hoc
contrarium respondeo sic, q error non nocet. s. vt iurisdõ
sit deuoluta ad iudicem debitum, ac si ad eum fuisset appel
latum, vt ibi sentit Barto. Non ergo negat, quin parte non
excipiente valeat processus corã iudice maiori. Et ex hoc
infertur, q si scienter appellauit omisso medio, & hæc ap-
pellatio aduenit in notitiam appellati post decendium, q
eo excipiente sententia remanet rata, quia illa appellatio
non valet obstante exceptione. secus autẽ si sic appellasset
iusto errore ductus, quia tunc appellatio deuoluit causam
ad superiorem iudicem debitum, vel intellige de iure ciui
li, quia ius ciuile magis abhorret appellationem gradatim
non factam, quam ius canonicum, vt patet in l. imperato-
res, ff. e. vbi imperator non vult, q ad eum etiam appellet
9 omisso medio, facit a.q. vi. c. anteriorũ. † Secũdus casus ex
e ceptus, si consuetudo[e] fouet talem appellationem omisso
medio interpositam. & de hoc casu hodie est bon. tex. in d.
10 capitu. Romana. Tertius casus, si legatus etiam ad vniuersi
tatem causarum, subdelegauit vnam causam alteri in totũ.
nam tunc appellatur ad primum delegantem. Et idem in-
tellige in delegato ad unam causam tantum eandem cau-
sam prorsus subdelegante, vt in c. super quæstionum. §. por
ro, de of. dele. & in l. i. ff. quis & a quo ap. Et no. hoc pro intel
lectu illius l. maxime not. gl. in quantum loquitur etiam in
delegato ad vniuersitatem causarum, ut non cẽseatur qua
si ordinarius in appellatione interponenda a subdelegato
licet cẽseatur quasi ordinarius in eo q subdelegauit. no. in
11 ca. cum causam, sup. eod. † Quartus casus exceptus est in
papa. ad eum enim appellari potest omisso medio, vel me-
dijs. 2.q.6.c. ad Romanam. Fallit, si appelletur a subdelega
to delegati papæ, qui subdelegat non in totum, quia cum
delegatus papæ repræsentet personam ipsius papæ non de
bet appellari ad ipsum papam, sed ad ipsum delegantem,
12 vt in d.c. super quæstionum. §. porro. † Extra gl. excipe vnũ
casum in delegato papæ. Nam secũdum communem opi.
f ad eum potest appellari omissis medijs [f] in eius legatione,
ar. c. i. de offi. lega. & ita voluit Io. An. in c. quod translatio
nem, de of. leg. & ibi dixi tenere gl. in ca. 2. de consue. li. vi.
13 & vide 2.q.6. in c. 3. † Sextus casus, si archiepiscopus con-
uenit subditum episcopi coram episcopo. tunc enim non
14 debet ad eum appellari, ne sit iudex in causa sua. † Sep-
timus casus, si episcopus litigauit coram arbitris contra
subditum suum, sicut fieri debet. 11.q.i. c. si clericus. nam
tunc appellatur ad papam ab illis arbitris, ut no. glo. c. ab
arbitris, de of. dele. lib. vi. quamuis possit dici hunc casum
non recte excipi, quia illi sunt arbitri iuris, & sic superior,
immediate a papa, ut in d.c. ab arbitris, & notabis hunc ca
sum, quia illa gl. non est alibi. Octauus casus notabilis est,
quando concurrit iurisdictio mediata & immediata. Exẽ-
plum. si appelletur a subdito episcopi. nam subditus episco
pi non facit gradum cum episcopo, sed ambo cõcurrunt,
ad hoc gl. notabilis in c. cum ab ecclesiarum, & in c. pasto.
de of. ord. vnde hoc casu appellatur in illum superiorem,
& ad ipsum episcopum, prout voluerit appellãs, & hoc vi-
detur velle Io. An. post Arc. in c. Romana, eo. ti. li. 6. in ver-
15 bo, omissis. † Nonus casus generalis, vbi medium est quo-
quo modo sublatum, puta quia iudex immediate est hære
ticus, vel excommunicatus, vel suspensus, ad hoc c. si is cui
& quod ibi no. de off. dele. libr. vi. limita tamen secundum
no. in c. si quis contra clericum, de fo. compe. s. respectu iu
16 dicis recusati, qui subdelegauit. † In ea. gl. ibi, Et idem cre-
do &c. hæc particul. gl. hodie est reprobata in c. 2. de con-
sue. lib. vi. vbi habetur, q non valet cõsuetudo, vt a vicario
episcopi appelletur ad ipsum episcopũ. Et si diceres, Qua-
re consuetudo valet, vt possit appellari omisso medio? Pro
solutione uide glossam d.c. 2. nam, q appelletur de vicario
ad episcopum, est contra substantialia appellationis, sed q
appelletur omisso medio, non est de substãtialibus, sed de
circunstantibus, & dic, vt ibi latius habetur. Nec obstant
iura gl. alle. in contrarium. nam in l. i. §. solent, appellat ad
præsidem, qui non interfuit in ordine tanquam iudex, vt
17 no. Inn. in c. irrefragabili, de of. ord. † Et hodie vide bo. tex.
in c. a collatione. int. e. ti. lib. vi. vbi patet, q non appellatur
a capitulo & episcopo ad ipsum episcopum, si episcopus in
terfuit

ADDITIONES.

a ¶Legitima. Et illam formam tanquam tutiorem seruandam esse dicit arch. 2.
q. v. §. si. qui incipit ab eodem.

b ¶Excipitur. Casus, in quib. potest appellari omisso medio, no. ẽt Bar. in auth. ha
bita, C. ne fi. pro pa. Item ad patriarchas priuilegiatos appellari potest, omis-
so medio, tex. est sm vnam lect. in c. antiqua, de priui. & glo. in c. renouantes,
22. dist. & ad hoc, q ad patriarcham constantinopolitanum possit appellari
omisso medio, est bo. tex. & ibi aperte Arch. in c. si clericus in fi. 11. q. 1 & idem
ẽt dicit Arch. in §. anteriorum. versiculo, 2. q. 6. vbi ẽt dicit idem de patriar-
cha Alexandrino, & alle. no. in d. c. renouantes, ponit ẽt Arch. in d. versic. alia
videlicet quatuor ex illis casibus in quib. appellari pot omisso medio, quos etiã
posuit hic D. An. Item forum tibi vnam regulam notab. in ista materia, q vbi
cunque a iudice seculari pot appellari ad iudicem ecclesiasticum poterit ad
eum appellari omisso medio, ad hoc allego casum singularem quem nouũ
ad hoc pondero in c. si duob. in fi. s. e. quod no. quia est magna limitatio ad
l. imperatores, ff. e. Sed forte posset responderi ad tex. in d. c. si duob. q ibi con
suetudo non dictabat, vt appellaret ad Papam tanquã ad primam personã. Itẽ
sunt ta in scholaris qui in quolibet grauam ne omisso medio, possunt appel-
lare de iure ciuili auth. habita, C. ne fi. pro pa & ibi Bal. & D. Ang. in l. 1. §.
si quis, in prin. ff. eo. & hoc idem dicit etiam Do. Abb. Pan. in disputatione sua
quæ incipit Gandulphus. All Bal. in d. auth. habita.

c ¶Oppositum. Valet app. omisso medio si non opponatur in casibus in quib. nõ
potest app. omisso medio, & ita etiam singulariter colligitur ex dictis Inn. in
c. cum Bertoldus quem refert & sequitur ibi D. An. & cæteri scribentes de re
iud. & est casus quem ibi ad hoc multum ponderat ille in cap. referente, de
præb. & D. An. hic & gl. hic, quod ibi nor. tex. posset recipi nam, q ipsi scribẽ
tes loquuntur in casu qui appellatur omisso medio ad alium qui alias com-
muniter in alijs causis erat iudex litigantium, ita refert hic Do. Bar. de Bel-
len. in addi. ad D. Ant. & vide hic per D. Phil. de Per.

¶Coram quo, & ad quem debet appellari? dicas, q appellatio debet fieri de
inferiore ad superiorem & illa debet interponi coram iudice a quo, si eius co
pia haberi pot. vel coram iudice ad quẽ si copia iudicis a quo non pot. hri,
vel coram honestis personis, vt per Arch. in c. appellatio, de ap. li. vi. per Bal.
in l. apertissimi, C. de iud. & in add. Spe. in ti. de ap. in §. 1 in ver. appellatio de-
bet interponi, & in cle. 1. in prin. de re iu. & per Bar. in l. 1. in §. si quis, ff. de ap.
& per D. Alex. in l. 1. dies, §. qn ap. sit, vbi etiam dicit appellari posse ad sedẽ
apos. omisso medio, quia Papa dicitur esse ordinarius totius orbis, vt in c. cum
ẽt a per mundũ. & in c. per principalem. 11. q. 3. & ideo respectu appellationis
quæ interponitur ad pa. non videtur esse curandum de medio. An. Fran.

d ¶Tacitus. Hanc rationem etiam in terminis ita deducit Car. in cons. 3. in ti. de
appel. vide Ro. dec. cccxxxvii. incip. item si tres. & Abb. in ca. referente, j. de
præbendis. Seb. Sap.

e ¶Consuetudo. Vide Io. de Ana. in cons. 13. incip. in causa illorum de monticu-
lo, in fi. Abb. in rub. j. eo. vbi Declarat. Seb. Sap.

¶Consuetudo. An valeat consuetudo, quod possit appellari omisso medio,
& vide hic D. Ant. & gl. ma. in c. non putamus, de consuetu. & & aoec. q nõ
solum valet consuetudo q appelletur a subdito ad superiorem omisso me-
dio, & sm eum, valet consuetudo q appelletur a nõ subdito ad superiorem
omisso medio, casus est in c. si duob. j. h. ti. nec ob. q ibi appellatur ad Papã
qui potest adiri omisso medio, quia respondeo quod ibi appellatur de iure
ciuili, quo iure non appellatur omisso medio, etiam ad principem, vt l. impe
ratores. ff. eo.

f ¶Omissis medijs. Dic tamen, quòd hic casus non est de iure canonico singula
ris, cum eodem iure possit omisso medio ab inferiore ad superiorem appel-
lari. vt est gl. no. in c. si duob. sup. tit. & no. plene Lanf. in c. qm contra, j. inter-
locutoria ap, ellationes, nu. 10. ver. quarto quo ordine sit appellandum, & in
in a, o. Cal. in vers. ad superiorem, ibi, ubi proba, Z. chariss.

terfuit capitulo, vt prælatus secus si interfuit in capitulo, vt canonicus, & sic pōt appellari ab eodē ad eūdem aliter consideratum. & sic respondet ad §. solent, &c. multis. 17. dist. sed episcopus respectu vicarii sui semper est idem. † In ea gl. Qui non erat de curia dioecesis episcopi. Dicit Ioan. An. & bene, q̄ frustra gl. hoc pōderat. nā & si vicario[a] suo episcopus delegat vnam causam appellabitur tamen ad ipsum, ex quo non cognouit vt uicarius. Et ex hoc habes bonam practicam euitandi certo casu appellationem. itē hēs, q̄ episcopus, vel alius ordinarius potest causam delegare vicario suo, & si in fraudem hoc fieret, posset excommunicari per superiorem. Et in hoc vide per Spe. eo. tit. §. nūc tractemus. uer. sed secundum præmissa, & quod not. in cap. super quæstionum, de of. dele. Et intellige, q̄ euitet appellationem interponendam ad superiorem immediatū episcopi, non autem ad papam, cum ad eum omissis omnibus mediis possit appellari, vt sup. dixi. † Et solum hęc regula reperitur habere fallentiam in delegato papæ subdelegante non in totum, ut in d. c. super quæstionum, §. porro, vt tunc non ad papam, sed ad ipsum delegantem appelletur, cum in eo reprę sentetur persona papæ, ut ibi no. quę ratio cessat in aliis delegantibus. unde delegato legati, potest appellari ad papam omisso legato delegante & in c. cum Bertoldus, de re iud. vbi dixi. Item a delegato epi poterit appellari ad legatum papæ, quia cōcurrit cum ipso vt sup. dixi. & hoc no.

ADDITIO.

a ¶Vicario Nunquid autem recusato vicario tanquam suspecto, recusari etiam possit episcopus, vide D. Ias. tuentem quod sic in l. apertissimi, C. de iud. sed in contrarium videtur tex. in c. si contra vnum, ẽ. de off. dele. Seb. Sap.

SVMMARIVM.

1 *Tutor potest conueniri finita tutela de casibus inchoatis durante tutela, nisi administratio sit translata in curatorem, vel alium.*
2 *Exceptiones censetur iudex non admittere procedendo ad vlteriora. Si iudex non admittat tacite, vel expresse exceptiones, licet ab eo appellatur.*
3 *Iudex nō admittendo vel respuendo exceptiones propositas, an & quo casu possit ab ipso appellari.*
4 *Tutela quotuplex sit & eius exempla.*
5 *Mater non potest esse tutrix filiorum, nisi renunciauerit secundis nuptiis, & velleiano.*
6 *Tutor non conficiendo inuentarium redditur suspectus, licet sit cōsuetudo in contrarium, valet tamen administratio.*
7 *Inuentarii confectionem potest remittere iudex ex cā, puta si expediat pupillo, ne secreta sui patrimonii reuelentur.*
8 *Personę religiosa, an possint esse tutores.*
9 *Mater relicta tutrix testamentaria, debet seruare solemnitates, de quibus auth. matri, & auiæ.*
10 *Mater non solum potest esse tutrix filiorum, sed etiam curatrix: idem in auia.*

CAP. LXVII.

a EX parte. M.[a] Si is, qui desiit esse tutor nomine pupilli, cōuenit̃ inuitus, poterit appellare. In prima ponitur appellantis querelam. In secunda dat iudices, ibi: Ideoque mandamus. Casus literal. Quædam mulier nomine filiorum suorum impetrauit literas contra quandā aliā mulierem. M. nomine filiorum eiusdem super quibusdam terris ad quosdam iudices delegatos, coram quibus dicta M. excipiendo proposuit, q̄ cum res, de quibus in iudicio litigabatur, & prędicti filii sub potestate ac tutela ipsius nō essent, cum iam ad secunda vota transisset, super his respōdere nullatenus tenebatur eidem nomine filiorum suorū, quorum desierat esse tutrix· & quia iudices hanc exceptionem non admittebant, sed respondere compellebant eandem, ipsa ad sedem apostol. appellauit. Vnde mandat papa quatenus, si est ita, reuocato in irritum, quicquid post appellationem iudices inuenerint attentatum, audiant postmodum hinc inde proposita. Ber. † No. primo. q̄ tutor alias mater potest ratione tutelæ habere filios in potestate & q̄ pupillus est sub potestate tutoris, pro hoc tex. ibi. Sub potestate ac tutela &c. Hoc etiam probatur ex diffinitione tutelæ. Est enim vis, & potestas in capite libero constituta ad tuendum eum, qui propter ætatem se ipsum defendere nequit, iure ciuili inducta ac præmissa. ita habetur in l. i. ff. de tutel. & Inst. eo. in princ. secus dic in curatore, nam curator datur bonis, & non personæ, & ideo non habet minorem in potestate, vt in l. copulandis, C. de nup. Secundo no. q̄ p̄ trāsitū[b] ad secunda vota extinguitur tutela materna ipso facto. Tertio no. eum, qui desinit esse tutor, non posse conueniri amplius nomine pupilli, qđ intellige principiando negotium de nouo, secus in causis inchoatis. Nā licet expiret tutela per aduentum pubertatis. nihilominus tenetur tutor causam principiatam prosequi, nisi administratio sit translata in curatorem, vt in l. vna, C. vt cau. post puber. tutor adsit. † No. ibi: Exceptio neglecta &c. q̄ iudex p̄cedit ad vlteriora exceptione neglecta, licet expresse eā non repulerit, potest ab eo appellari, & sic lita cap. dilecto. sup. e. vbi dicitur. q̄ appellandum est demum, exceptione opposita reiecta. sufficit enim q̄ ipso facto reiiciatur, s. procedendo ad vlteriora. & sic colligitur consilium Vber. contrarium, qui consulebat iudici, vt non pronunciaret super exceptione volendo euitare appellationem, quod non p̄cedit, vt hic. Et idem tenet Io. An. in c. dilecto, præallegat. & Bar. in l. a procedente, C. de dila. quod not. † Quid autē si iudex[c] non procedit ad vlteriora, sed sup̄sedet forte causa vexandi excipientem, quem sæpe forte citat ad audiendam deliberationem suam? vide Io. An. in d. c. dilecto. vbi notanter concludit, q̄ si iudex tertio humiliter requisitus non pronunciat super ea, poterit ex hoc grauamine appellari, ar. in c. i. de sup. negl. pl. † In gl. ibi: Præfertur omnib. tutoribus legitimis & datiuis &c. Pro intellectu huius glo. vt purus canonista intelligat, sciendum est, quo ad propositū nostrum, q̄ quædam est tutela testamentaria, vt illa, q̄ defertur per patrem in testamento. Quædam est quasi testamentaria confirmata, vt puta, si pater in testamento dedit tutorem filio iam emancipato, seu non existenti in potestate sua, puta quia erat filius naturalis tātum. ista enim dr̄ quasi testamentaria confirmata, quia tali filio in potestate non existenti non potest pater tutorem dare, sed datus per eū confirmatur per superiorem, & ideo appellatur modo prędicto, de quo tamen plenius dicendum est, vt no. in rubr. de confir. tut. seu cur. ff. & C. Quædam tutela dicitur legitima, vt illa, q̄ defert p̄ximiori, vt Inst. de leg. agn. tu. §. i. & dicitur legitima, quia defertur a lege. Quædam est tutela datiua, quę sic nuncupatur, quia datur a iudice in defectū aliarum tutelarum, & iste tutelæ deferunt successiue secundum ordinem suprascriptum. Nam testamentaria prępfertur omnibus aliis, vt quandiu spes est de testamentaria, puta quia pater dedit sub conditione, non fit transitus ad legitimam, vt in l. si quis sub conditione, ff. de test. tute. & ibi plenissime examinatur per gl. & Bar. pro hac materia vide in auth. mři. & auiæ, C. quando tu. off. fungi po. alle. in glo. In defectum vero testamentariæ, succedit secunda, s. quasi testamentaria. Tertio in defectum vtriusque succedit legitima, in cuius defectum succedit postmodum datiua. Hoc probatur ex ordine rubricarum iuris ciuilis. Primo enim tractat de testamētaria. Secundo, de confirmando tutore. Tertio, de tutela legitima. Quarto, de datiua, vt i rub. de tu. & cur. datis ab his. Ex hoc arguitur, q̄ valeat argm̄ ab ordine rub. ad hoc q̄ no. i p̄oœ. ffoṛū. His p̄suppositis sciēdū est, quod mulier t p̄e ffōrum nō poterat esse de iure cōi tutrix, poterat tñ impetrari a iudice speciali bñficio l. fi. ff. de cur. bo. da. postmodum iure Codicis fuit ampliata hæc facultas,

ADDITIONES.

a ¶Ex parte. M. Materiam huius decre. vide latissime & forte melius quam alibi examinatam per Bald. in §. nos autem. inst. de atti. tu.

b ¶De transitum. Vide Io. Ant. hic in 4. col. ver. quarto quid si transierit &c. Et adde q̄ idem est si secundo non nubat licet turpem vitam ducat mater, vt dicit Spe. sing. in ti. de tu. §. nunc dicendum, ver. item excipitur q̄ matrē, & ibi immediate ponit quid dicendum si ipsa contrahit sponsalia de præsenti absque copula, & pro primo de turpi vita vide opt. tex. & ibi Bar. in l. his solis, C. de reuo do. Item adde hic q̄ si mater quæ amisit tutelam filiorū propter transitum ad secunda vota desinat habere suum maritum, forte quia ille maritus moriatur potest mater recuperare tutelam filiorum prius amissam, ut dicit gl. no. in l. adeo in prin. in ver. postumam, ff. de ac. re. do. sed contrarium facit q̄ no. gl. in c. j. de cle. coniu. li. 6. sed pro intellectu materiæ vide quæ amplissime scribit Bal. in §. nos autē, inst. de atti. tut. vbi reperies infinitas qōnes in hac materia. Item illud quod dixi de amissione tutelæ ob turpem vitam licet non transeat ad secunda vota, tenet expresse Bar. post gl. in l. si quis sub cōditione, ff. de test. tut. vbi ad hoc dicit ibi tenere gl. in auth. hoc sacramentum C. qñ mu. tu. off. fu. Item circa id, quod dixi, an mater per contractum sponsaliorum amittat tutelam, vide per Bal. in d. §. non autem. Item pro eo q̄ dixi de ducente turpem vitam, facit quod not. Ang. in l. cum quædam puella, in prin. ff. de iu. om. iud. vbi dicit q̄ vidua ducens vitam luxuriosam, non retinet domicilium mariti.

c ¶Si iudex. Vide Fel. late in c. suborta, ẽ. de re iud. & Ro. in cons. 280. inc. i. circa primum, & quod vbi iudex tertio quæsitus non pronunciat, possit appellari, tradit Fel. in c. ex literis, ẽ. de constit. & Roma. in cons. 427. incipien. in proposito. Seb. Sapia.

tas, vt habetur in gl. Nouissime de iure antẽthicorum fuit statutũ, ut liceret matri & auiæ agnoscere tutelam filiorum. seu nepotum, ita vt præferatur legitimis, seu datiuis, vt in Auth. matri & auiç. Et ita tamen, vt ante omnia duo obseruentur. Primo, vt renunciaret secundis nuptiis. Secũdo, vt renũciaret beneficio velleiani, vt d. Auth. mři, & auiæ. & in gl. 5 † Dubitatur, quid si mř administrauit tutelã a absque eo, ꝙ renunciaret secũdis nuptiis & velleiano? Hęc materia tractatur per Bar. & alios in d. Auth. & fuerunt q. dam in opinione, ꝙ eorum omissio non vitaret assumptionem tutelæ, quia omissio modicæ solennitatis non vitiat actum, ut in l. i. ff. de ven. inspi. Barto. ibi tenet contrariam sententiam, quæ satis placet. Nam regulariter omissio solẽnitatis uitiat actũ, vt in c. quia propter, de elec. & in l. si vnꝰ C. de testa. Sed solennitas renunciationis prędictæ non p̃t dici modica. Nam si mater habet consilium & opinionem nubendi, consumeret de facili substantiam filiorum amore secundi mariti, vt in l. lex quæ tutores, C. de admi. tut. Sicut enim mulier maritata non est apta ad tutelã propter suspicionem, ita nec mulier non deponens affectionem nubendi. Ita dicendum est respectu velleiani. Nam cũ mulier habet priuilegium a velleiano inductum. vt non obligetur effectualiter pro alienis debitis, si mulier non renunciaret huic priuilegio, posset se eo iuuare in pręiudicium filiorum. Nam si nõ exegit debitores pupillorum obligatur ipsa, & sic tenetur pro alienis debitis. Vnde, vt non possit se iuuare, debet huic priuilegio renunciare, & sic non põt 6 dici, ꝙ modicus sit effectus huius solennitatis. † An autem teneat administratio si non confecerit inuentarium, plene not. Bar. in l. tutor, qui repertorium, ff. de admi. tu. vbi post multa tenet ꝙ sic, licet tutor ex hoc possit tanquam suspectus remoueri. Vnum tamen no. in practica, ꝙ ubi consuetudo subest de non conficiendo inuentarium per tutorem valeret talis consuetudo, arg. in l. de quibus, ff. de leg. tenet 7 Bar. in d. l. tutor. † Et inter cætera ponit alium casum specialẽ & notabilem, videlicet vt iudex possit ex causa remittere tutori confectionem inuentarii, vt si expediat pupillo ne secreta patrimonii reuelentur, argum. in l. secunda. C. de ali. pupi. p̃stan. Nunquid autem hæc tutela materna dicatur legitima, an datiua disputatur in d. auth. matri. & auiæ. & placet opi. Bar. ꝙ sit legitima, tamen uolũtaria, q̃a mater non compellitur, si nõ vult, vt d. auth. matri & auię.
8 † Nunquid episcopi[b] & clerici inferiores, ac religiosi posb sint esse tutores, com sit officium pium, uide tex. cum glos.
9 notabili, quam tene menti in c. peruenit. 86. di. † Vlterius dubitatur de quæstione quotidiana. Nunquid mater possit dari tutrix in testamẽto p̃rno vel sola, vel cũ aliis. Hosti. late prosequitur hic, quia quæstio contingit sibi de facto, & per legistas ponitur in d. auth. matri & auiæ, & aliquid ĩ d. l. si quis sub conditione. Et licet multæ sint opiniones, communis tamen opi. canonistatum & legistarum est, ut hodie deputari possit, quoniam olim non poterat, quia in legitima olim non poterat esse tutrix. Vnde cum hodie sit indultum matri & auiæ, debet cessare illa prohibitio. Nã si non potest esse legitima, fortius nec testamentaria. Aduertendum tamen, ꝙ nõ per omnia sortitur naturam testamentariæ. Nam tutela in testamento sibi decreta, est in suspenso, donec seruauerit solennitatem contentã in d. auth. matri & auiæ. Nam solennitas debet præcedere actum. In ea. gl. ibi: Soluta est tutela. Aduertendum, ꝙ si mater non c petierit tutorem dari filio[c] confestim intra annum, cũ poterit, priuatur iure succedendi ipsi pupillo, si decesserit in pupillari ætate, secus, si decesserit factus pubes. Idem est in quolibet, qui posset succedere impuberi ab intestato, ut in l. 2. §. confestim, ff. ad Tertu. & in l. mřes, C. e. ti. & in l. sciãt, d C. de legi. hær. vide bo. tex. Inst. ad Tertul.[d] in fi. † Quæro, 10 nunquid, qđ dicitur hic in tutela, locũ habeat in cura,[e] vt e mater vel auia possit deputari curatrix filio? Specu. in ti. de cura. §. cum autem, versi. sed nunquid, tenet ꝙ sic, & idem gl. in pręalle. auth. matri & auiæ, & dicit ibi Bar. hoc communiter teneri. Idem gloss. in l. scire, ff. de tut. & cura. da. ab his. Extra gl. opponitur contra finem c. in eo ꝙ papa mandaristis iudicibus causæ appellationis, ꝙ causam audiant, hinc inde iustificata appellatione. Videtur enim ꝙ debuisset mandare, vt prorsus desisterent a cognitione, ex quo ista notabilis probabat desiisse se esse tutricem, argu. cap. cum olim, sup. de excep. Sol. non intelligas text. ꝙ iudices debeant cognoscere inter istam quondam tutricem & aliã mulierem rescripti imperatricem, sed inter pupillos & istã tutricem. Nam, ex quo causa fuit semel delegata, voluit papa prouidere isti impetranti de iudicibus delegatis. Noluit autem causam remittere ad priores iudices vt nõ grauarent pupillos, sicut grauauerunt matrem, unde erat suspicio contra eos orta.

ADDITIONES.

a ¶Si mater. Quæ requirantur ad hoc, quod possit esse tutrix, & habere administrationem tradit. Ang. in cons. l. incip. in themate, in prin. Seb Sap.

b ¶Nũquid episcopi. Adde, quod de episcopo ego puto, ꝙ potest esse tutor, sed nõ administrator, ꝙ dicitur tutor honorarius id est ob honorem pupilli datus, quatenus in maiori reuerentia habeatur, ita not. Bar. in l. iure nostro, §. j. ff. de te. st. cut & l ꝙ si forte, §. sunt quadam, in j. q. ff. de sol. quem, §. legit in l. vero procurator, eo. tit. Zacharias.

c ¶Filio. Vide ad hoc pulchram limitationem, quam tradit Pau. de Cast. in l. Clodius in fi. de acq. hęred. vbi ponit de matrona rustica quę ignorabat se teneri ad petendum tutorem an excusetur. Seb Sap.

d ¶Ad Tertul. Ad idem tex. in l. omnem, § fi. C. ad Tertul & hoc credo verum & si mulier non transeat ad secunda vota, sed etiam si turpem vitam ducit non petens tutore filio suo, per tex. in l. his solis, in fi. C. de reuo. don. adde tñ quia mater prodiga non priuatur successione filii propter tutorem non petitum fm Ang. in l. Fulcinius, §. adeo, ff ex quib. cau. in pos. eatur, & in l. is, cũ bonum, ff. de ver. ob. Item falle qñ mater esset minor, 25. ann. quia tunc non perdit successionem, tex. est in l. ii C. si aduer. deli. & istud etiam habet locũ si tempore mortis mariti erat minor postea intra vel post annum est eff. cta maior, quia tunc nunquam indistincte amittit successionem, & est veritas, & communis sñia per gl. no. in l. minoribus, C. de his qui, vt ind. in gl. in ver. respondemus ibi, sed quod, ꝙ bene no. & ita etiam tenet Bal. in aut. capitum. C de epi & cle. vbi dicit, ꝙ ita consulunt post Spe. qui idem tenet in loco per eum ibi allegato. Idem etiam tenet Bal in l qui contra, C. de incest. nup. & in l. precibus, C. de imp. & ali. subst. Bal. & Sal. l. ii C. si aduer. deli. & idem tenet Ful & Ale. in d. l. minoribus, & dicit Ful ꝙ ex facto consulunt, & quotidianum est, ita consulit Lud. in cons. 178 in c. visis thematum narratione &c. de quo et vide Pau. & not. Alex. in l. sciendum. §. fi. per illum tex. ff. qui satisd. cog. & Ful. in l. i C. ex quib. cau. in int. rest. & ista est veritas & ita practicatur quicquid teneat Pau. in d. l. minoribus.

e ¶Habeat locum in cura. Ego dicerem ꝙ sic per rationes Bar. in aut. minoris. post. gl. ver. venio ad se gl. C. qui da. tu. pos. Zacharias.

SVMMARIVM.

1 *Copia relationem, vel consultationem, quas remittit iudex ad superiorem est danda parti publicata vel aliter authentica, vide late, quando sit danda talis copia in nu. 2.*

3 *Partes quando non concordant in puncto, iudex refert negotiũ superiori vel ad consilium sapientis.*

4 *Iudex, quãdo habet mittere causam ad consilium sapientis, non debet facere punctum ex se, quia tunc nulla adhibetur fides, sed debet interuenire consensus partium, quæ si nolunt consentire, serua vt supra nume. 3.*

5 *Partes si consentiunt relationib. & consultationib. quæ mittuntur ad prĩcipem, an aliquo casu possint appel.*

6 *A sententia lata secundum consilium sapientis, in quem partes consenserunt, potest appellari.*

Testes licet approbentur a parte, quæ ipsos producit, tamen eorum dicta possunt per partem reprobari, quia approbauit personas & non dicta.

CAP. LXVIII.

a INtimasti.[a] Exemplum relationis dẽt partib. edi añq̃ fiat relatio. Vel summa clarius sic. Si iudex de iure dubitãs vult consulere superiorem, debet consultationes coram partibus edere, alias eius verbis consultationis fides non adhibetur, facit hoc c. ad tertiam partem rubricæ. Et pro intellectu pręmitte, ꝙ licet ex multis causis papa impugnaret relationem factam iudicis, inter alias adiecit istam causam, de qua ĩ tex. ideo dicit tex. Præterea &c. Casus lit. papa mandat inquisitionem fieri contra quosdam hospitalarios. Facta inquisitione inquisitores, ignorãtibus hospitalariis, trãsmiserunt relationem ad D. pap. nulla eis facta copia de inquisitionis processu. Dicit papa, ꝙ nõ recte processerunt, cũ fm leges, quoties iudex dicit se, velle referre negotium ad superiorem, statim tenetur dare litigatorib. apud acta exemplum consultationis. Ber. Primo no. ex tex. ꝙ ex iusta causa potest iudex inferior decisionem negotii differre, & principem de iure consultare, nec potest de hoc pars conqueri, dummodo malitiose nõ fiat, quia eius proprie est iura interpretari, cuius est condere, vt in c. inter. infr. de sent. excommu. in l. fi. C. de legi. §.

Secundo

ADDITIO.

a ¶Intimasti. Adde in materia relationis gl. 2. & ibi D. An. in c. consulta. el. ii. de testibus. Et quid sit proprie relatio ponit glo. in l. 2. C. de legi. & vide etiam qđ no. in hac materia D. de Ro. dec. 73. secũdum ordinem meum noui. & quod bene scribit Do. An. post Ion. in c. sup eo. el. ii. ver. circa p̃missa e. ti. Et dicit D. An. hic quod quando causa est commissa infra certum tempus, iudex nõ põt referre intra illud tempus, quantumcunque ipse sit impeditus cognoscere. & idem dicit Do. in ca. commissa. in prin. de ele. in vi. vbi omnino vide.

Secundo no.ibi: Legitimas sanctiones &c. ꝙ in materia relationis seu consultationis standum est dispositioni iuris ciuilis, ex quo canonibus non cõtradicitur. & idem est de 1 aliis materiis, vt in ca.i. & ii. de no.ope.non. † Vltimo ibi: Consultationis exemplum. Not. ꝙ copia consultationis fiendæ debet edi partib. & fit ista editio, vt partes possint cõtradicere dubio formato per iudicem, si veritatem occultaret, vel mendacia insereret, & debet hæc copia tradi secũdum Doc. publicata manu notarii, vel duorum virorum seu robata sigillo authentico, vt nihil possit immutari. argu. c. quoniam contra, de proba. In gl. ibi. Si vero vult euitare onus iudicãdi &c. imo tunc iudex acriter punitur. Nã efficitur infamis, & punitur in 30. li. auri, de quo dicendũ est, vt habetur in d.l.fi.C.de leg. dicit tamen Host. ꝙ illa pœna non seruabitur in foro canonico, vt in c.i. de re iud.li.6. ita transeunt Doc. Hæc opi. tanquam æqua seruanda esset in iudiciis, sed mero iure posset dici contrarium, quia cap. i. non loquitur in materia relationis, sed generaliter in faciente aliquid contra iustitiam & contra conscientiam. Vnde, cum sit dispositio generalis, debet referri ad species non prouisas, vt in l.sancimus, C.de pœnis, vel saltem concurret vtraque pœna. Nam illa est specialis & de facili te- 2 mouibilis, arg. in l.quoties, ff.de act.& obli. † Et in fi. glos. vt hanc materiam clare hẽas, scire dẽs, ꝙ multis ex causis iudex refert negotium superiori, quandoque ex natura ipsius causæ, quia est reseruata superiori, vt in c. maiores, de bap. & in c. vt debitus, supr. eo. & in hac relatione non hẽt locum dispositio huius tex. quia causa relinquitur auditorio principis. Quandoque fit relatio virtute delegationis iam factæ vt quia princeps delegauit causam cognoscẽdam, & instruendam, & instructam remittendam ad eum, vel simpliciter commisit, vt intra certum tempus causa remitteretur instructa, vel non instructa, & non habet locum ĩ hoc dispositio huius c. quia totus processus remittitur ad superiorem, nec statur verbis iudicis, nisi quatenus constat ex actis. vt c. quoniam. sup. de proba. Quandoque fit relatio superiori causa consulendi eum de aliquo dubio in iure, & hoc casu loquitur proprie iste tex. & materia l. 1. & 2. & 3. C. de rela. Nam hoc casu non remittitur totꝰ processus ad principem, ne fatigetur, sed solum elicitur ex actis punctꝰ dubius. & quia iudex posset punctum non bene formare, non statur relationi, seu suis verbis consultatiuis, nisi copiam dederit partibus, ut sic de consensu partium punctus fuerit formatus. Et in hoc considera, ꝙ quandoque consultatio principi partibus consentientibus, seu saltem nõ con- a tradicentibus. [a] quandoque altera parte contradicente & appellante, quandoque altera parte absente per contumaciam, vel etiam sine contumacia. Primo casu ex quo partes non contradixerunt consultationi formatæ per iudicem, non possunt amplius contradicere, vt in l.i.§. quæsitum, ff. de appel. Et per illum tex. ponit Bar. ibi pulchrum dictum, ꝙ si iudex aliquid dixerit præsente parte & non contradicente, non potest amplius contradicere. videtur enim consentire. facit quod in simili not. Innoc. in c. ex parte decani, de rescr. ideo vtile est, vt in actis semper scribatur parte præsente & non contradicente. Si vero fuit acta relatio parte b cõtradicente, [b] non facit fidem, nisi aliter ꝓbetur ex actis, vt in d.l.i. & 2. arg. hic, & in l.i.§. quæsitum, ff. eod. Idem dic quando altera parte absente per contumaciam, vel nõ fuit facta relatio. Nam non debet credi verbis iudicis, nisi qua- 3 tenus constat per acta, vt in d. ca. quoniam contra. † Quod ergo erit remedium, si partes non concordant in formatio- c ne puncti? Et dicendum est, quod iudex [c] poterit partes cõpellere ad concordiam, & si noluerint, poterit interloq; factum sic se habere, prout ipse format, & nisi appelletur, sta- 4 bitur interlocutoriæ suæ, vt in l.fi. C.de rela. † Et hæc sunt notanda in simili materia, quando iudex habet consulere iurisperitum ex necessitate statuti, vt fides non adhibeatur puncto formato per iudicem, nisi interueniat consensus 5 partium modo prædicto, vt no. in d.l.i. † Sed est dubium, nunquid possit appellari per alteram partium? Gl. videtur velle hic in c. ꝙ non est locus appellationi, ex quo partes semel approbauerunt punctum formatum per iudicẽ. Dic melius, vt colligitur ex not. in d.§. quæsitum, qđ quatuor actus interuenire pñt in hac materia. Primus, pronunciatio iudicis de consultatione facienda, & ab ista non appellatur, quia non grauat. vt sup. dixi. Secundus actus est ipsa formatio consultationis, & ab isto actu a principio potest appellari, si iudex verum non exprimit, vt in d.l. 1. Sed si partes consenserunt, non pñt contradicere ante sententiã. Tertius actus est responsio principis, a quo non appellatur quia, facit ius inter partes. l.i. ff. de consti. pri. & in §. sed qđ principi placuit, instit. de iure nat. gen. & ciui. Quartus actus est ipsa sententia diffinitiua, quam iudex profert secundum responsionem principis, & ab ista potest appellari, per tex. in d.§. quæsitum. nam poterit probari in causa appellationis, ꝙ punctus non fuit bene formatus, & ꝙ per errorem consenserit. Item poterit causam instruere ex nouis actis. Nam habet locum, non probatum probabo, per l.per hanc. C.de temp.app. & in c.cum Ioannes, de fide in- 6 strum. † Ex his no. vnum pulchrum, & quotidianum dictũ d ꝙ licet partes [d] consenserint, ut iudex ferret sñiam secundũ consilium alicuius periti, & consenserunt puncto formato per iudicem, nihilominus a sñia lata secundum consilium e sapientis [e] poterit appellari per rationes supradictas. Item quia nõ consenserunt in iurisperitum tanquam in arbitrũ vel arbitratorem, sed vt in virum scientificum. In simili videmus, ꝙ a iudice obtento de consensu partium potest appellari, vt in c. causam, de re iu. & in l.ex consensu, ff. de ap. Ita in proposito sic etiam videmus in testibus. nam licet ꝓducendo testem approbet ipsius personam. 3. c. si testes. §. si quis testibus, nihilominus pñt postea reprobari dicta vt not. in c. ꝓsentium, sup. de test. & hanc cõclusionem firmat Bar. in d.§. quæsitum & vide & latius ad materiã circa cõsilium sapientis, qđ ipse, no. vt ĩ l.i.§. si plures, ff. de exe. ac. & quod dixi in c. si pro debilitate, de of. deleg. & hæc sufficiant ad materiam.

ADDITIONES.

a ¶ Contradicentibus. Ex his colligit cautelam Bartho. vero in caute. lxxxvii. in c. i. et duorum, ꝙ pars contra quam iudex aliquid dicit, debeat contradicere. Seb. Sapia.

b ¶ Contradicẽté. Et verum, iudex in relatione debeat dicere quando partes contradixerunt vide hic ꝑ D. Ant. in ver. 2. quæro an debeat iudex. & D. Ant. in c. pastoralis, in prin. de rescri. vbi dicit quod relatio irreuocabilis debet fieri de consensu partium.

c ¶ Quod iudex. Vide ad hoc plura per Fel. in rub. ĩ. de treugua, & pace, vers. fal lit. vj. Seb. Sapia.

¶ Quod iudex. Et idem dicit hic Do. An. in fi. & Bart. & Bal. in l. iusiurandũ & in l. ad pecunias, §. si de qualitate, ff. de iureiur. & vide et Bal. in l. de die. ff qui sati. cog. & idem dicit Ang. in l. in venditione, §. j. ff. de bo. au. iu. pos. vbi et vltra hoc dicit ꝙ si partes discordant in eligendo consultores in cã, electio spectat ad iudice, & all. Spe. in ti. de requi. consilii, §. 1. vers. si exigit, & in vno alio loco, & vtrunque horum et dicit Bar. in d.l. in venditione, §. j.

¶ Circa istam materiam de consultatione eligendo, dicas, ꝙ debet eligi a partibus vel a iudice quando partes discordant in eligendo vt per Dy. Ray. & Bar. in l. j. in §. Item prætor, quem Bart. legit in §. ex hoc rescripto, ff. de vent. inspi. & idem etiam voluit Bart. in l. in venditione, in §. fi. ff. de bo. aut. iu. pos. & spe. in ti. de requi. si. cons. in ver. scias igitur, & habetur per Bar. in l. iurisiu. & l. ad pecunias, §. si de qualitate, ff. de iureiur. & i l. duo iud. ad fi. ff. de re iud. & per Alex. de imo. in l. de die, in prin. ff qui sati. cog. & si partes essent diuersi fori, iudex vtriusque fori eligit vt per Bald. in l. iurisperitos, in §. j. in lec. Nic. de Nea. ff. de exc. tut. & de materia cõsilii requirendi ĩ cã ex forma statuti, aut alio modo, vide per Bar. in l. j. §. si plures, ff. de exer. & per Doc. canonistas maxime nominatim in c. si pro debilitate, de of. dele.

d ¶ Partes. An a sñia lata sm consilium sapientis pot appellari & idem dicit Bar. in l. ex consensu, in prin. ff. de app. & Bal. in l. litigatoribus in fi. C. de ap. Ang. in l. si conuenerit, sub. ff. de re iud. & ꝑ Ia. de Are. in tract. suo de cõsilio sapientis, & adde ꝙ etiam poterit dici nulla, de quo vide omnino eundem Do. Ab. Panor. & quod ibi addidi in c. cum venerabilis, de excep. Ant. Franc.

e ¶ Sapientis. Adde ad hoc propositum, quod si consuetudine, statuto, vel partiũ consensu consilium sapientis ad referendam sñiam requiratur, ꝙ iudici nõ, credatur dicenti se protulisse illam sm eius consilium, nisi in sñia se subscripserint sapientes, qui consilium adhibuerunt, eritque tunc nulla sñia defectu solennitatis non adhibitæ, ita multum singulariter no. Bar. in l. j. C. ne li. in vna eadem que causa tertio prouoc. Quod dictũ refert & illud multũ extollẽdo sequitur Lanf. de Ori. in cap. quoniam contra de prob. ĩ. sed non meminit loci, cui adde Pet. de Anch. in c. canonum statuta ver. similem q. ponit Ioann. And. ĩ. de constitut. Zacharias.

¶ Circa. Hoc an consultor teneatur se subscribere sñiæ latæ de suo consilio quando est electus in sapientem & consultorem dicas, ꝙ ipse debet in consilio cõcludere aliquem esse condemnandum vel absoluendum, & iudex est ille, qui ex forma statuti, vel ex consuetudine habet pronunciare sm consiliũ sapientis, & ideo tunc nõ dicitur ipse consultor condemnare vel absoluere sed est ipse iudex, vt per Bar. in l. j. cir. me. C. si aduer. li. & hoc casu nõ puto, ꝙ ipse habeat necesse se subscribere quia ipse non iudicat, sed ipse iudex. ꝙ voluit idem Bald. ibi in ver. item est argumentum, de quo etiam per Bald. & Ang. in l. j. in ver. si quis ita, & per Ale. ĩ. de ver. ob. vbi all. infinitas, concor. Ant. Franc.

SVMMARIVM.

1 *Ius molendinorum, furni, & similium quomodo & quando aliquibus competat.*

2 *Clerici non possunt esse tabernarii, vel similes, sed bene possunt habere ius vt similia non exerceantur nisi in locis eorum.*

3 *Lite pendente non debet reus spoliari, vel prohiberi vti iure suo alias a lege*

lege non improbato, licet illud ius sit contra intentionem actoris.
4 *Dilatio data ex partium consensu non potest altera parte inuita reuocari.7.*
5 *Ex pluribus causis copulatiue deductis in appellatione sufficit vnam probare.*
6 *Officium iudicis an possit implorari ante lit.cont.*
7 *Dilationes datæ an possint reuocari sine causæ cognitione, vel quando? Interlocutoria data ex consensu partium non potest per iudicem, qui tulit, amplius reuocari.4.*
8 *Dispensatio facta per episcopum alicui scholari per sententiam fauore studii, non potest sine causa reuocari.*
9 *Dilatione vel termino pendente potest iudex statuere alium terminum, vel dilationem ad alium actum successiue explicandum vtrique parti vel alteri, quia non tendit in præiudicium primæ dilationis.*
10 *An iudex possit tempore eodem dare diuersas dilationes ad diuersos actus.*
11 *Terminus alterius anni datur appellatori impedito etiam ex facto tertii si non potest agere contra tertium ad interesse.*

CAP. LXIX.

Significante. Si ante lit.contest.circa principale negotium iudex aliquid innouat, vel diem assignatam sine causa preuenit, licite appellatur, & si procurator datus ad impetrandum super appellatione non seruauit formam mandati, auditur appellans etiam post annum. Primo ponitur appellantis narratio. In secunda causæ commissio, ibi: Ideoque. Casus liter. Decanus & capitulum Magdu. impetrauerunt literas contra episcopũ Aurelien. ad quosdam iudices, super eo videlicet, quia dicebat capitulum carnifices non debere vendere carnes alibi q̃ in stallis decani & capituli Magdunen. super quo iure episcopus molestabat capitulum prædictum. partibus in præsentia iudicis cõstitutis datus fuit terminus de assensu partium ad litigandum super ipso negotio, pẽdente dilatione, petebant decanus & capitulum implorando iudicis officium vt cum episcopus post citationem carnes vendi fecisset in stallis, quod per ipsum episcopum factum erat, in statum pristinum reuocarent. Ex parte episcopi fuit propositum, ꝙ cum lis non fuerit cont. super negotio principali, locum iudicis imploratio non habebat. adiiciebat insuper, ꝙ cum de consensu partium ad litigandum terminus certus datus esset, & quantum ad diem illam solutum fuisset iudicium eorundem, iudices diem datum poterant præuenire nisi id fieret de consensu partium, nec audire partem aduersam in tali imploratione. Et quia super his non audiebant eundem, ad se. apo. appellauit dictus epis. intra annũ nunciũ suum ad appellationem, prosequẽdam destinauit, qui tamen nuncius, vt creditur circumuentus contra inhibitionem ipsius episcopi super hoc ad quosdam iudices sibi certa rõne suspectos literas impetrauit, sed dictus episcopus noluit vti literis sic obtẽtis, & sic annus elapsus fuit vnde hæc omnia significauit d. papæ petens ab ipso nõ obstante lapsu anni se ad prosecutionem appellationis admitti. vnde mandat papa iudicibus, quatenus, si de hmõi prohibitione, & de appellatione ex causis præmissis vel altera earum constiterit, reuocent in pristinum statum quicquid post hmõi appellationem fuerit attentatum, & procedant in negotio iuxta priorum continentiam literarum. Bern.

1 † Not. primo ex text. ꝙ potest alicui in certo loco ius competere, vt alibi quã in locis suis victualia nõ vendantur. &
2 idem dic in furno, moleudino^a & similibus, vt possit ex cõsuetudine, vel priuilegio competere hoc ius in illo loco: & potuit induci consuetudo, si alibi volebant hoc exercere, & inhibiti acquieuerunt prohibitioni per tempus legitimum ad præscriptionem complendam, ad hoc quod not. Cy. in l.2. alias 1. C. quæ sit lon. consuet. facit l. si quis diuturno, ff. si ser. ven. † Not. ꝙ etiam in clericis & ecclesiis potest hoc ius competere, licet ipsi non possint per se exercere officium carnificum vel tabernariorum, vt clem. dioecesani, de vi. & hone. cle.
3 † Secundo principaliter nota. ꝙ lite pendente non debet reus prohiberi, vti iure suo non improbato a lege, licet illud ius sit contra intentionem actoris, seu iuris deducti in iudicium, facit c.1. sup. vt lit. pendente. & quasi per totum.
4 † Tertio no. ꝙ dilatio data de partium consensu non potest sine causa reuocari, altera parte inuita. Et probat iste tex. id, quod dixi in c. cum cessante, supr. eo. vt interlocutoria data de consensu partium non possit, reuocari altera parte inuita, intellige nisi subsit causa. Vlterius not. ꝙ impedimentum procuratoris contra mandatũ ꝑstitũ ꝑbet iustam cãm appellatori consequendi secundũ
5 annum. † Vltimo no. ꝙ appellans ex pluribus causis copulatiue deductis iustificat appellationem, causarum alterã approbando, & sic facit, ꝙ deducens plura copulatiue in libello, non videatur se obligare ad quamlibet partem copulatiuæ probandam, sed satis est probare id, quod sufficit ad victoriam. de quo vide quod dixi in ca. licet, de proba. & per Bar. in d.l. diuus, ff. de re iud. In gl. in fi. ex hac gloss. colliguntur duo intellectus ad tex. Primus est, ꝙ episcopus erat in ista possessione faciendi vendi carnes in locis suis, & sic habendi ius macelli, & forte concurrebat cum capitulo intra illam villam Magdun. sed capitulum dicebat hoc ius macelli pertinere duntaxat ad capitulum, & super hoc iure agebatur, & hæc lectu. satis clara est. Nam ratio decidendi fuit: quia lit. pendente super hoc iure non debebat episcopus prohiberi sua possessione vti, nam si potuisset ĩ hoc iudicis officium implorari, fuisset prius executioni sententia mandata, quam lata. Sed secundum hunc intellectum verbum, Præsertim, positum in tex. stat proprie. Nam idem fuisset, si lis fuisset cont. quoniam debebat expectari sententia diffinitiua. non enim dicitur reus aliquid innouare in præiudicium litis si vtitur possessione sua, imo sibi fieret innouatio, si prohiberet ea vti vt in c. 1. vt lit. pẽ. not. gl. in c. non solum, eo. ti. li. vi. Et ideo glo. sequens supplet ad tex. Maxime: sed certe illa suppletio non est ex toto necessaria per tex. qui vtitur verbo, præsertim. Sed potest dici, ꝙ suppletio gl. procedit respectu totius temporis pendentiæ litis, quia non debet aliquid innouari in præiudicium possessoris. Ex hoc habes clarissime primam lec. & rationem decidendi, & quare licuit episcopo ob hanc cau
6 sam appellare. † Secundus intellectus est, ꝙ capitulum erat hic quasi possessor in ista quasi possessione, & agebat contra episcopum forte inquietantem, & agebat forte negatoria, negando hoc ius competere episcopo. vel forte confessoria dicendo hoc ius macelli soli capitulo competere. Et ratio decidendi fuit secundum glo. quia non poterat implorare iudicis officium lite non conte. & tunc oportet supplere ad tex. verbum, Maxime. Sed aduerte, quia gl. non aperit hic, quare lit. contest. hoc officium iudicis non poterat implorari contra inquietantem, & innouantẽ circa possessionem actoris. Sed gl. inf. super verbo. Super his, videtur ponere duas rationes. Prima est, ꝙ speciale est in delegatis, cum adhuc possint recusari ante li. cont. non debet eis licere officium impartiri circa principale, cum adhuc non sit firmata ipsorum iurisdictio. Secundo gl. dicit, ꝙ officium iudicis principaliter potest implorari ante litẽ conte. quia succedit loco actionis, seu deseruit actioni intẽtatæ. ideo debet prius lis contestari, secus vbi officium iudicis incidenter imploraretur, quia tunc non est necessaria litis cont. & sic respondeo ad c. 2. de offi. iud. Multi reprobant hunc intellectum, & præsertim do. Ant. non placet dicenti, ꝙ ex quo capitulũ erat in hac possessione, bene poterat implorari iudicis officium, vt nihil ibi innuaretur in præiudicium possessoris. Ego vero credo, ꝙ hæc lec. secunda satis iuridice sustineri possit, intelligendo, prout verisimile credo in facto contigisse, ꝙ hic episcopus negabat capitulum esse in hac possessione, & sibi hoc ius competere, & de hoc erat contentio. Ideo lite pen. super his non debebat episcopus prohiberi uti hac facultate a iure non improbata. Vnde non erat licitum iudicibus super hoc aliquid interloqui lit. non cont. arg. c. consultationibus. sup. de offic. delega. & hic, vide tex. optim. iuncta gl. fin. in cap. 2. de in integ. rest. vltra medium. Et tũc non oportet supplere, Maxime, ad literam. Sed dicendum est, ꝙ lite non conte. non erat licitum iudicibus super hac possessione se interponere, cum de ea esset contentio sed post litem contest. ex quo agiẽ de possessione & ꝓprietate potest interloqui, si prius constat de confessione, ad hoc c. cum venissent. infra de insti. & sic ex his hĩ clare secundus intellectus. Fatendum tñ ẽẽt, ꝙ vbi cõstitisset de possessione actoris, nec de ea eẽ cõtẽtio, ꝙ licite põt ẽt delegatus suum officiũ lit. cont. ĩpartiri, &

ADDITIO.

a ¶ Molendino. Vide Abb. in c. abbate sancti Syluani inf. de verb. sig. & Ial. late in rep. l. quominus. ver. tertio principal. ter, ff. de flum. Bar. vero in trac. serui. vrban. præd. sub rubrica, de furno in u. quæstio. & latẽ per do. Iaco. de sancto Georgio, in inuestitura seu feudali. in verbo cum molendinis. Se. Sap.

ri,& reuocare omnia attentata in præiudicium actoris , ꝑ quo vide text.cum gl. in cle. 2.vt li.pen.& per hoc poſſunt
7 decidi multa hic confuſe tacta per Do. † In gl. in ver.Præ-
a uenire in fi.Not.gl.ᵃiuncto tex.& circa materiam iſtã Doc. inſtant varia referendo,ſed concluderem ſic clare materiã ꝙ aut dilatio fuit data ſine cauſæ cognitione ex iudicis offi cio,& poteſt eodem modo ſine cauſæ cognitione reuocari,vt in l.diem proferre,ff.de arbi.facit quod dixi in c.cum ceſſante,ſup.co.& quod no. Bar.in l.quod iuſſit,ff.de re iu. & Inno.in c.querelam,de elec.Si vero fuit data cum cauſæ cognitione,tunc aut interuenit conſenſus partium,& tũc reuocari non poteſt altera parte inuita , cauſa legitima nõ apparente,& de hoc bonus tex.hic,quem adduxi in d. ca. cum ceſſante , ad probandum , ꝙ interlocutoria data cum conſenſu partium non poteſt reuocari altera parte inuita, cauſa legitima non apparente.quam not.Aut non interuenit conſenſus partium,ſed iudex ex officio ſuo dilationẽ ꝑfixit,& tunc ſi ceſſat cauſa dilationis, poteſt illam reuocare,ad hoc tex.no.in arg.in l.a filia , ff.ad Treb. Exemplum,
b ſtatuit iudexᵇ terminum x.dierum parti abſenti,quæ forte erat in uilla,ad comparendũ, ipſe reuerſus eſt intra dies 5. certe poterit illa dilatio a.dierum,euocari,quia ceſſat cauſa illius termini. Si vero cauſa non ceſſat , & tunc non debet iudex ſine cauſa aliquid attentare in præiudicium di-
8 lationes,argumen.in l.ſiue pars, C.de dilat. † Et vide ad ꝑdicta gloſſ.not.in capitulo cum ea eo,de electio.libr. vi. in verſic.ad ſeptennium,quę concludit,ꝙ ſi epiſcopus diſpẽſauit fauore ſtudii cum aliquo ad ſeptẽnium,non poteſt ſine cauſa euidenti diſpenſationem reuocare,quod not. Et circa ceſſationem cauſæ vide quod not.Bartol.in l.Lucius ff.de leg. 2. & l.3.C.de di la.& ea quæ dixi in capi. cum ceſ-
9 ſante.† Poteſt tamen pendente una dilatione ſtatuere terminum ad alium actum ſucceſſiue explicandum eidem, parti,vel alteri, quia hic non eſt præiudicium dilationis ,
c vt ſentit hic Calde.& bene,& Bar.ᶜin l.2.ff.de re iud.Idem, dic,ſi aliquid innouetur. Nam poſſet iudex occurere , dilatione non obſtante.quia non præiudicat dilationi,ſed impartitur officium ſuum circa alia,pro hoc c.qua frõte,&c.
10 cum teneamur, ſup. † Nunquid autem poſſit iudex dare ſimul duas dilationes ad diuerſos actus vide per Spe.in rit. de dila.§.i.ver.deliberatorie,& ſeq.bo.gl.in clemen.ſæpe, in ver.poſt dationem,de verbor.ſignifica. Et dic,ꝙ vbi ſecundus actus dependet a priori.ita , ꝙ alterationẽ recipit ab effectu prioris actus, nõ poteſt iudex ad diuerſos actus duas dilationes præfigere ſimul,ſecus, vbi actus ſunt omnino diuerſi.Pone exemplum, vult iudex pręfigere terminum parti ad poſitiones faciendas,puta 10.dierum,& aliã dilationem. 10. dierum ex nunc pręfigit ad probandum intentionem ſuam,certe hoc non debet poſſe fieri. nam forte oẽs poſitiones erũt cõfeſſatæ ꝑ partẽ aduerſã,& ſic fruſtra daretur ſcđa dilatio . Item forte oẽs negabuntur , & ſic duriori probatione afficietur expectandus eſt ergo finis poſitionis,ſecus, vt dixi , quando actus ſunt diuerſi,vt puta præfigo tibi terminum 10. dierum ad producendum teſtes,& ex tunc præfigo 5. dies ad producendum inſtru-
d menta. nil enim ꝓhibet hos terminos accumulareᵈ ſimul & hæc not. In gl.in ver.Super his,in fi.declara hanc gl.quo ad propoſitum noſtrum per ea quæ dixi ſup.in gloſ.3.alias prima vbi eam expediui , & generaliter materiam vide c. 2.de off.iud.In gl.fi.ibi,Non poſſet eos recuſare, &c.Not. gl.& idem no.gl.in c.cum olim ſup.de cau.poſ.& proprie.
11 & vide quod ibi nu.† In gl.ibi: Forte non erant ſoluendo, &c.Hoſtien.dicit,ꝙ ex quo procurator exceſſit fines mandati,in nullo habuit præiudicare domino, ideo non tenebatur dominus prius agere contra procurat. Aduerte hoc dictum Hoſ.quia procedit reſpectu effectus impetrationis illa eñ tanquam attentata contra mandatum non pręiudicant domino , ut in iuribus all.in glo. ſed hic agitur de alio præiudicio,quia appellator non fuit proſecutus intra annum.vnde quemadmodum quilibet tertius impediens ꝑiudicat appellatori,vt prius, ſaltem agat contra impedientem ad intereſſe iuxta no.in c.ea ratione,ſup. eo. ita videtur dicendum in procuratore impedimentum pręſtante ꝯ formam mandati , cum in hoc non ſit procurator . & ideo forte dixit gl.ꝙ non erat ſoluendo , & notabis hanc gl.pro intellectu iurium,quæ tribuũt ſecundum annum impedito.nam ſi impeditur facto terti.i, nõ datur ſecundus annᵘˢ: ſed agitur contra tertium ad intereſſe,ſi eſt ſoluendo,alias reſtituitur,vt hic. Et ſic ꝑt ſaluari gl. Vel dic , ꝙ contrariũ gl.procedit,quando tertius fuit in dolo . ſed ipſe procurator credebatur,circunuentus, quia forte falſo fuerunt datæ reuocatoriæ inhibitionis,& ex his habes materiam ca. intrinſecam expeditam. Extra glo.oppo.contra tex. C.de monop. per totum . nam non licet conuenire,vt certis perſonis liceat vendere victualia , & per alios non inſtruantur, vt ibi.Solue ſecundum Inn.cauſa fraudandi nõ eſt licitum ſic cõuenire,ſed bene ex priuilegio, ſed conſuetudine hoc poteſt licere,vt hic vel cõtrarium procedit reſpectu perſonarum ſeu rerum.ſecus reſpectu loci,id eſt ut in certo loco vendatur.prima tamẽ ſolu. eſt ſecurior , vt licet impugnetur pactũ tanquam captioſum,non tñ impugnatur priuilegiũ, ſeu conſuetudo.quod not.

ADDITIONES.

a ¶No.gl.No.ex gl.& ex tex.bonam regulam, ꝙ dilatione pendente iudicis officium conquieſcit,adeo , ꝙ id quod fieret per iudicem dilatione pendente, eſſet ipſo iure nullum,ſecundum Bal.hic in l.ſiue pars C.de dil. & in l.pe.ex. fi.c.de arbi.in tantum,ꝙ geſta,dilatione pendente,nõ poſſent de expreſſo conſenſu partium ratificari.licet partes ante factum poſſint renunciare dilationi, tamen poſt factum conſenſus partium nihil operatur,ſecundum eundem Bal. in d.l.pen.limitat iſtam regulam gl.& idem Bal.in d.l.ſiue pars.niſi iudex primo reuocaret ipſam dilationem, tunc poteſt procedere ad vlteriora non expectato termino.Item limitat ſecundum eundem Bal.in c.ii.de dila.niſi iudex vellet exercere actum ad ipſius dilationis executionem, quia tunc conquieſcit officium ipſius iudicis.tertio limita ſecundum Imo. hic,niſi iudex aliquid faciat in fauorem eius cui data fuit dilatio,tunc conqueſcit officium ipſius iudicis.allel. ſi quis ita hæres inſtituatur ff.de hæred. inſt quod nota. Quarto limita ſecundũ Bar.& Doc.in l.a filia.§.Alumno.ff.ad Treb.niſi ſit finita cauſa dilationis,tunc bene valeret proceſſus,dilatione pendente.

¶An quæ ſunt facta,pendente appellatione poſſint conſenſu partium ratificari,dicas,ꝙ regulariter pendente appellatione, nihil poteſt innouari, in l. ſiue, pars.hic alle.quod intellige verum niſi detur noua dilatio quæ tamen debet aſſignari pendente prima niſi forſan cauſa dilationis eſſet finita,vt in l.a filia. in §.alumno.ff.ad Treb.niſi etiam eſſet reuocata dilatio conſenſu partium, vt ꝑ glo.& Bal.in d.l.ſiue pars.& alias multas dilationes & declarationes ad d.l.ſiue pars.vide per Io Ber.fr.in ſuo repertorio in ver. dilatione pendente nihil eſt innouandum. Antal.rane.

b ¶Statuit iudex.Vide Bar.hic idem tenentem in l.ſi quis hæres.3.ff.de acqu. hære.in l.liberto.§.fi.in ti.ff.de an.leg.in l.a.in fi.ff. de re iud.quod declara vt per Car.in cle.i.in d.q de vi.& ho.cle. S.b.Sap.

c ¶Ex Bar.& Bal.in l.ii C.qui admit & D.An.in c.a. de dila.& ſic habes vnam limitationem ad reg.ꝙ pendente dilatio ne iudicis officium conquieſcit. eſt verum,niſi ſuper alio quam ſuper quo fuit primo data dilatio, quia, ſuper alio actu non cõquieſcit officium iudicis & ſic pendente illa dilatione valeret proceſſus ita Bal.in l.ſiue pars.in prin C.de dila.

d ¶Accumulare.Idem tenet Imo.hic,quia in his ,quæ de nouo emerſerũt,poteſt iudex ſe intromittere,etiam pendente dilatione.& ideo Bal poſt Cyn. in d.l.ſiue par.limitat prædictã reg.huius gl. in ver præter nare niſi ſuſpicio emerſerit poſt datam dilationem.quia tunc non conquieſcit officium iudicis . & ideo pendente dilatione ſuſpectus de fug potetit capi pro quo eſt gl.ſing.in l. quæ ſi in ea ff.de pig.

S V M M A R I V M.

1 *Cauſa propter quam fuit appellatum,debet coram iudice , ad quem iuſtificari.*

2 *Appellatio non iuſtificatur ex hoc, quod non admiſit iudex,a quo,exceptionem,ſed oportet,quod probet illam exceptionem eſſe veram.4.7. fallit.infra.nu.5. vbi non ſemper oblatio probationis iuſtificat appellationem.*

Iudex nõ admittendo exceptionem partis,non dicitur illam grauare,forte quia putabat illam falſam,vnde debet expectari,donec probatur veritas.

Exceptiones modici præiudicii poſſunt leui præſumptione per iudicem repelli,ſi vero ſunt magni præiudicii,non debent repelli ſine vehementi præſumptione.

3 *Exceptiones & earũ probationes, ſi non ſint admiſſæ per iudicẽ,præbent legitimam cauſam appellandi.4.*

6 *Notoria non debet iudex pati deduci in iudicium.*

C A P. L X X

a INterpoſita. Capitulumᵃ famoſum,& multũ allegabile , & hoc
1 dicit principium vſque ad §. eidem.† Ad iuſti-
b ficandam ᵇappellationem,ex cauſa interpoſitam probare oportet cauſæ ueritatem coram iudice ad quem,niſi fuerit coram iudice,a quo oblata probatio & reiecta.

ADDITIONES.

a ¶Capitulum.Et idem Bal.in l.ſiue pars.C. de dila.nec dicitur iſto caſu innouari appellatione pendente ex quo ſimul aſſignãtur plures ſucceſſiuæ dilationes, vt per Inn.in c.conſulum.de of.del.& Bal.in l.procurandum.circa p.in. C. de iud.& Bar.in l.a.in fi.de re iud hanc dicit gl.no.in l.i.C.de ſuc.edi ꝙ inſ tempora primi quandoque ierrogantur ſequentes. & dixit Bar.in l.quandiu.ff. de acquir.hær.ꝙ intra tempora aſſignata vni quandoque datur dilatio alteri .

b ¶Iuſtificandum.Vide omnino ad materiam huius c.in prin.quod no.Inno.& Do.An.in c.cum inter canonic vs.de ele.in vi.& in c.ad d ſſoluendum . de deſpon.impu.& D. Abb. Panor.in capitu.vl. de præſump. & adde hic glo. not. in ver.poterit.in c. olim.de excep.quæ dicit,quod ſi iudex a quo eſſet certus

de

iecta.h.d.singulariter. Casus literal. Aliquis coram iudice constitutus causa probabili assignata, propter quam non tenebatur respondere, quia iudex eam non admisit, appellauit. quęritur utrum coram iudice app. sufficit hoc probare, scilicet quod causam probabilem allegauit coram iudice, a quo appellauit nec fuit admissus? Rńdet papa, quod hoc non sufficit, si causam illam suam non doceat esse veram, nisi coram inferiore obtulit se probaturum, & non fuisset admissus, & ꝓpter hoc apellauit B.

a † Nota primo quod ex reiectione exceptionis legitimæ non iustificatur appellatio, nisi coram iudice ad quem, probetur illam exceptionem esse veram. ex quo infero iudicem non grauare partem ex eo solo, quòd exceptionem probabilem non aduisit. nam potuit moueri putando forte illam esse falsam. ideo, ut pręsumatur grauamen debet expectari, donec probetur veritas ipsius. Et ex hoc infero ad aliud notabile dictum, quòd in facultate iudicis est exceptiones dilatorias vel peremprorias admittere, vel repellere, nec ex sola admissione, vel reiectione infertur grauamen appellationis iustificatiuum, & vide circa hoc Innocen. in capitulo post elec. de concessio. præbē. prope finem. vbi dat bonam theoricam iudici, dicens, quòd si exceptio est modici præiudicii, potest eam ex leui præsumptione repellere. Si vero est magni præiudicii, vtputa exceptio de non petetendo, vel præscriptionis, non debet moueri sine præsumptione vehementi: quod nota.

3 a † Vltimo[a] nota, quòd probationis oblatio, & repulsio exceptionis propositæ iustificat ipso facto appellationem a iudice interponendam, ita quòd sufficit coram, iudice, ad quem, probare exceptionem legitimam interpositam, & ipsius probationem oblatam, & quòd iudex exceptionem & probationem repulerit.

4 † Sed quæro de ratione decidendi ad vtrunque dictum istius principii, videlicet, quare solum exceptionis legitimę repulsio non iustificat appellationem & probationis oblatio sic? dic colligendo mentem glos. Doctor. causa immediate appellationis est ipsum grauamen, ut in capitulo ut debitus, supra eodem. Sed ex sola reiectione exceptionis probabilis necessario non infertur grauamen, quia cum iudex habeat compescere malitias litigantium, vt in capitulo. finem litibus de dolo. & contuma. facit l. quidam æstimauerunt. ff. si cer. pe. potuit moueri ex iusta causa ad illam exceptio. repellendam. nam sæpe exceptio in se est legitima, & tamen est falsa, puta exceptio cōtra actorem, quod est excommunicatus, & tamen in ueritate non est excommun. sed excipitur causa differendi iudicium, & uexandi aduersarium, ideo ex sola reiectione necessario non probatur grauamen, sed si coram iudice, ad quem probetur postmodum veritas ipsius exceptionis, tunc apparet iudicem grauasse, & male motum fuisse ad reiectionem, sed quando excipiens obtulit se probaturum incontinenti, non potest iudex non admittens aliquam excusationem habere, quòd non grauauerit, quia præsumpta malitia contra excipientem purgatur ex oblata probatione in continenti. nam in mora modici temporis non est periculum. l. si debitori, ff. de iudi. vnde, cum iudex reiecerit oblatam probationem, ostendit ipso facto inquitatem suam excipientem. ideo sufficit hoc solum probare ad iustificationem appellationis, dato, quod non probetur veritas causæ, quia sine veritate grauamen illatum est.

5 † Sed quęro pro declaratione prædictorum & tex. nunquid indifferenter probationis oblatio habeat iustificare appellationem? dic quod non, sed regulariter hoc procedit. Fallit primo in appellatione extraiudiciali, quę interpooitur a parte, vel a iudice procedente tanquam pars. ratio est, quia non tenetur pars recipere probationes alterius partis, cum non sit iudex. hoc sentit, Innocen. hic, & in capitulo cum inter canonicos, & in capitulo quia propter, de elec. & in capitulo dissoluendum, de despon. impu. Probatur ratione. nam oblatio probationis iustificat ex eo appellationem, quia detegit iniquitatem iudicis in nolendo recipere iuxta officium suum probationem exceptionis legitimæ. Sed hæc ratio cessat i parte, cum non habeat ad hoc officium. non enim potest esse iudex in causa propria. 4. q. 4. capitulo primo & C. ne quis in sua. causa in rubro & nigro Secundo fallit, vbi appellatur in absentia iudicis, cum eius præsentia haberi nō pōt, iuxta ea quę dixi in capitu. suggestum, s c. nam cum sit iudex, qui recipit probationem oblatam, ridiculum esset dicere, quod talis oblatio iustificet appellationem. Item hoc fuit inductum ex iniquitate iudicis probationem oblatam spernentis, quæ ratio cessat, cum iudex est absens, hoc senserunt Doctor. hic & bene.

6 † Tertio fallit secundum Ioannē Andreæ & communiter sequentes, quando offertur ꝓbatio contra rei euidentiā. ut si uolo probare Titium viuere, de quo notorio constat in loco, quod est mortuus, facit capitulū euidentia. infra de accu. Nam notoria non debet iudex pati ad iudicium deduci, vt in capitulo quoniam. supra. de fil. presby. Hęc enim euidentia rei confundit præsūptionem probationis oblatæ, ideo erit necesse ad iustificā dam appellationem, quod probetur veritas ipsius rei. Fallit & quarto quando offertur probatio tempore, quo iudex non necessitatur ad eam recipiendam, & de hoc ultimo dic, vt plene nota. in capitulo ex parte. Adæ, de testi.

b Vnum tamen tene menti, quod oblatio[b] probationis iustificat appellationem quo ad deuolutionem causæ duntaxat, nō autem vt exceptio habeatur probata in præiudicium partis aduersæ, quia iniquitas iudicis non debet nocere parti. nemo enim debet alterius odio pręgrauari, ut in reg. nō debet, de regul. iur. libro vi. & hoc communiter uoluerunt Doctor. hic, & vide gloss. in capitu. ex parte Adæ, prаalle. & plenius ibi dixi, & videtur de hoc ibi casus secundum vnum intellectum.

7 c † Vltimo scias, quod in dubio uertitur, qualis debeat esse ista oblatio[c] probationis ad iustificandā appella-

ADDITIONES.

veritate exceptionis, propter quam non admissam appellatum est non compelletur appellans coram iudice ad quem appellationis veritatem probare, licet coram iudice a quo se obtulerit probaturum. quam ibi sequitur Domi. Ant. quam tene menti, quia est sin. iste textus. facit in simili. capit. si duobus. in fi. i. respon. in. sup. eo. Et vide omnino quod no. Angel. in l. si appellatione C. de ap. vbi alleg. Inno. in capitulo pastoralis. in glo. ver. non valet de of. dele. & no. in d. capi. olim. de excep. Item an dispositio huius c. a in prin. habeat locum in appellatione extraiudiciali dic quod non. secundum Inno. in cap. venerabilis. circa fi. de censi. & per Inno. & Domi. An. in d. capi. cum inter canonicos. & idem dicit Inno. in cap. i. de his quæ fi. a ma. par. cap. via. idem latius examinando concludit Dom. Anto. & quod ibi not idem simpliciter limita illam decre. in prin. & per Dom. An. in c. i. ver. no. vltetius. de his quæ. fi. a ma. par. c. item pro intellectu & ampliatione huius decr. vide omnino Do. An. in c. cum in contra ver. no quod exceptiones, de proc. Et adde quod sing. scribit Do. post Inn. in c. electionem. de concess. præb. Idē adde hoc quod illud quod dicit ille tex in prin. est verum nisi de exceptionis veritate quæ per iudicem fuit reiecta constaret notorie per confessionem partis aduersæ, quia tunc licet causam proponens obtulerit se probaturum incontinenti. tamē ex sola propositione dicetur iustificata appellatio, adeo quod non erit necesse, probare coram iudice appellationis. ad hoc est gl. fi. in d. c. olim in ver. poterit circa finem, de exte. vt sup. dixi.

a ¶ Vltimo intellige istum tex. de probatione quæ incontinenti offertur, etiam cum aliqua dilatione, licet nō longiori, quia tunc tam dicitur incontinenti offerri ita determinat d. Abb. in c. literas. de rest. spo. per illum tex. circa fi. quē ad hoc dicit in iure esse singularem.

¶ Vltimo. Vide Fel. in c. i. sup. c. dum ponit differentiam inter apppellationē iudicialem & extraiudicialem. vide etiam Abb. in consi. 24. inci. verum ad primum. in i. vol. Seb. Sap.

b ¶ Oblatio. Vide Gem. in c. nō solū. §. illa. & §. ver. quo quare attentata. de app. in 6. Rota in tt. de app. dec. alias. in nouis Fel. in d. c. i. §. c. Seb. Sap.

c ¶ Oblatio. Vtrum ad iustificandum appellationē per oblationē probationis sufficiat verbalis oblatio, an uero requiratur realis, vide de hoc per D. An in ca. ex parte Adę. de test. quod autem in aliis casibus in quib. requiritur oblatio, an sufficiat verbalis, an vero requiratur realis, vide multum late per Imo. in l. si seruus communis in prin. ff. de vul. & pup. gl. in c. qm frequenter §. in aliis. vt li. non cont. in ver. neglexerit gl. & Bar. in l. acceptā. C. de vsu. & Bar. in l pe. C. de dist. pig. & in l. prætor. §. si quis paratus. de ope. no. nun. & latissime per Imo. post Ang. in l. si mora. ff. sol. ma. & vide tex. in l. fundus Lucii. & ibi Bar. ff. de reic. vendi & Barto. in l. cum seruum. ff. de condi. & demō. & vnam limitationem quam ponit Bal. in aut dos data. C. de do. ante nupt. & dic quod vbi l. exigit probationem esse incontinenti datā sufficit quod fiat oblatio verbalis tantum, dummodo realis postea breui tempore sit exhibēda. ad hoc est tex. sing. & vnicus in iure canonico quem ad hoc ponderabat Do. Fran. de are. in voce legens in c. literas. versus fi. de rest. spol.

¶ Circa hoc quod dicitur de oblatione reali vel probabili, dicas quod oblatio verbalis sola non sufficit ad consequendam actionem, vt no in l. si a te cō parsit. & ibi per Bar. C. de pac. inter emp & vend. Et adde quod oblatio cum cōsignatione etiam ab extraneo facta liberat debitorem ipso iure, vt per Bart. in l. solutionem de so. & in l qui decem. & ibi per Alex ff de sol. Adde tamen quod oblatio verbalis impedit distractionem pignorum l si prius. C. de distra. pig & oblatio cum cōsignatione debiti liberat debitorem & impedit cursū vsurarum, dissoluit ius pignoris & transfert periculū in creditorem. l. si creditori. & l. ex pti. in C. de vsur. dicas tamen quod oblatio rei debitæ ad hoc vt liberet a periculo & ab interitu debet fieri congruo loco, & tempore, vt in l. illud & ibi per gl. ff. de peri. & cōmo. rei vend. l. ii. & ibi per Bal. C. de cond. in ser. & per Alex. in l q Romæ. circ. prin. ff. de ver. obl. & reliqua circa istā materiā videas plene per Barto. Bal. & Do io l. acceptam hic all. addas tamen vnum quod puto valde notabile, quod oblatio legati facta per hæredē legatorio non prodest hæredi ad fructus lucrandos, quia omnino sunt restituendi legatario etiam si legatarius fuerit in mora recipiendi legatum, ut no. voluit. Bal. in l. i. C. de vsu. & fru. leg & huius dicti puto rationem esse, quia dominium rei legatæ transit in legatarium a die mortis testatoris. l. a tuto. ff. de fur. Ant. Fran.

appellationem : & duæ reperiuntur opin. Vna, vt ſufficiat verbalis, vt puta ſi dicat pars , ego offero me probatutum hanc exceptionem iuxta id , quod habetur in l.ſi is a quo, ff.vt in poſ. le. hodie conſtat, hodie agatur, vt ibi. & hanc opin.fouer Hoſtien.& pro eo facit hæc litera, dum ſimpliciter dicit:Se offerens probaturum,&c.Secunda opin. eſt Ioan. And. exigit enim ipſe realem oblationem probationis,ut puta quod ſecum habeat teſtes, vel inſtrumenta , & ea offerat iudici. Si enim iudex tunc ſpernit,& ob hoc appellatur, iuſtificata eſt appellatio hoc ſolo probato, & iſtũ tex.exponit.Offerens ſe probatutum, &c.id eſt,probationes offerens.mouetur,quia ex contraria opi. ſequitur abſurditas.nam facile eſſet falſo excipienti probationem verbaliter offerre.Item quia verbalis oblatio nil noui inducit, cum in qualibet exceptione tacite inſit oblatio probationis,cum quilibet excipiens teneatur probare ſuam exceptionem, vt in l.prima,ff. de except.& in l.in exceptionibus,ff.de proba.no.in cle.fin.de reſcrip.Domi.Anto.hanc opin.non ſequitur,ſed dicit ſufficere , vt excipiens ſe offerat probaturum incontinenti, quia per hoc ſatis purgatur malitia præſumpta contra excipientem, ad hoc capitu.literas,de reſtitutio.ſpoliator.& in cap.exhibita,de iudi.facit in argumen.l.quod dicimus,& in l.ratum,ff.de ſolut.& hanc partem ſemper tenui, & dicitur velle probare incontinenti, ex quo non expoſcit dilationes longiores : ſed petit terminum breuiſſimum, vt probatur in dicto capitu.literas,& per hoc tollitur motiuum Ioan.And.Nam regulariter excipiens non tenetur probare incontinenti.nec etiã procedit aliud motiuum ſuum,quod falſo poſſit offerri ꝓbatio , quia poterit timere condemnationẽ expenſarum. vnde non eſt veriſimile,quod offerret ſe incontinenti probaturum,vel daro modico interuallo, niſi crederet ſe veraciter poſſe probare,& de hoc eſt tex.opti. in dicto capitul. literas. vbi purgatur pręſumpta malitia excipientis per talem oblationem probationis verbaliter factam,& tunc expone iſtum tex.ibi: Niſi hoc ſe offerens probaturum incõtinenti,ſcilicet intra breuiſſimam dilationem.In glo.2.ibi; Cum cauſam.Solu.hoc contrarium,ut ibi not.& per gloſſ. in capitul.olim, ſupra de excep. probatur enim illa excep. ex inſpectione reſcripti delegatorii.Ad cap.vt debitus,dic quod illud cap.non probat contrarium . nam probabilitas cauſæ includit ibi veritatem ipſius cauſæ. Item declaratur ille tex.per iſtum,argumen.in l.non poſſunt, & in l.nam & poſteriores,ff. de legibus. Et ad c.dilecto,dic quod ibi fuit probata veritas exceptionis per confeſſionem partis aduerſæ.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio dicitur eſſe delata in curia,ſi ipſam approbauerit pars appellata , aut iudex admiſerit, & ipſam in curia tenetur proſequi appellans, & nume.3. licet terminus ad eam proſequendam non ſit præfixus, & nume.2.*

4 *Appellans an poſſit inuito appellato cauſam proſequi in curia.*

§. Et eidem quoque.

Si appellatio non fuit recepta a iudice,vel approbata a parte, ſufficit appellanti mittere procuratorem ad impetrandum, & contradicendum , licet pars appellata ſit parata in curia proſequi. h. d. vſque ad §. ille denique.Caſus literalis. Ecce aliquis appellauit legitime. dicitur hic,quod ſi appellatio non recipiatur a iudice, nec ab aduerſario approbetur,licitum eſt appellanti,proſequi cauſam per procuratorem conſtitutum ad impetrandũ & contradicendum tantum,licet pars aduerſa per ſe,vel procuratorem idoneum apud ſedem apoſtolicã iudicium recipere ſit parata.B.† No. primo,quod ſola approbatio appellationis per iudicem,vel partem appellatã facta, facit cauſam eſſe in curia , vt appellato proſequente perſonaliter, ſeu per procuratorem teneatur appellator ipſam appellationem in curia proſequi, & ex hoc duo infero. Primo,† ꝙ ſola approbatio facit cauſam eſſe in curia, vt ibi tractetur, licet terminus non fuerit præfixus per iudicem, ſeu partẽ ad appellationem proſequendam, & probat iſte tex.id qđ dixi in capitul.Nicolao,ſupra eodem,& limitat c.ſæpe,ſupra eodem.† Secundo no.quod ſola approbatio partis appellatæ ſufficit, vt cauſa tractetur in curia , licet iudex appellationem non receperit . Eſt ergo in optione appellantis,qualiter & ad quem velit appellare : ſed in optione appellati eſt,an velit cauſam tractare in curia. Et hodie adde caſum in capitul.primo,eodem titul.libro ſexto,& aliquid tetigi in capitul.vt debitus, ſupra eodem. † Sed circa text. dubitatur, nunquid poſſit appellator inuito appellato cauſam proſequi in curia ? Innocen.videtur ſentire quod ſic : & hoc mihi placet. Nam iſte tex. non dicit appellantẽ hoc non poſſe : ſed dicit, quod permittitur ſibi impetrare literas,ſi ſua appellatio non fuerit recepta:poteſt ergo non vti hac permiſſione in fauorem ſuum facta,argumen.in l.quicquid,ff.de iud.& in c.conſuluit,de off.deleg.Ex quo enim appellatum eſt ad papam, nihil repugnat appellatorẽ proſequi cauſam ſuam apud ſedem apoſtolicam nec appellatus poteſt contradicere, quia iudicium redditur in inuitũ, vt in capi.intelleximus,de iudi.& in l.inter ſtipulantem,§. ſi Stichum,ff.de verborum obliga. Sed quando appellator non vult in curia proſequi , non poteſt appellatus , niſi de ſeipſo conqueri,quare,ſi uolebat in curia proſequi,non receperit prius appellationẽ,& hanc materiam huius,§.proſequere plenius vt dixi in d.c.Nicolao.

SVMMARIVM.

1 *Appellans poteſt ante inchoatam appellationem remittere cauſam ad iudicem a quo,inuito appellato , cui tamen condemnabitur in expenſis factis in appellatione:ſecus poſt inchoatam appellationem, & nume.2.& 3.*

4 *Appellans an & quando poſſit appellationi renunciare inuito appellato.*

5 *Sententia ſi fuit lata pro me,in qua victus non fuit condemnatus in expenſis & ipſe appellauerit, non poſſum ego appellare ratione expenſarum,ſed ſuper appellatione partis poſſum petere refectionem ſententiæ quo ad expenſas.*

§. Ille denique.

a 1 † Ante inchoatam proſecutionem appellationis appellãs poteſt,ſi vult,inuito appellato petere ,ut remittatur ad iudicem a quo:ſed condemnabitur in expenſis factis per partem aduerſam in illa appellatione. Caſus literalis. Aliquis appellauit ad ſuperiorem. Coram illo, ad quem appellauit,petit remitti ad eum a quo appellauit, pars altera contradicit . Quæritur an debeat remitti? & dicitur, quod debet condemnari in expenſis legitimis aduerſario , quas eſt propter hoc feciſſe conſtiterit.B.† No.1.appellatorem poſſe re integra ſuę appellationi inuito appellato renunciare, ad hoc l.ſi quis libellos,C. eodem titul.canonizata ſecunda quæſtione ſexta, capitul.ei qui.§,ſi quis. Re vero integra non exiſtente non poteſt in præiudicium appellati appellationi renunciare , quia appellatio hoc caſu eſt effecta communis,& de hoc infra latius.† Secundo no.quod poſtquam appellationis cauſa eſt alteri per ſuperiorem delegata, non licet appellatori appellationi renunciare inuito appellato.† Sed contra hoc & contra tex. oppo. nam ſola delegatio appellationis non facit rem deſinere eſſe integrã, cum nil uideatur adhuc geſtum cum appellato: ergo debet competere facultas illi renunciandi.Ioan.And.fatetur cõtrarium, & ad iſtum tex. ſupplet, maxime, vel ideo ſecundum eum,fecit mentionem de delegatione , quia tunc fieret remiſſio per iudicem delegatum , quia coram eo debet fieri petitio remiſſionis,ex quo cauſa eſt ſibi delegata . ſed idem Io.And.in addi.Spe.eo.tit.§.in quibus, ver. 34.refert Gui.de Suza.in l.ampliorem,C. eodem tenuiſſe appellatorem poſſe , cauſa nondum cępta , renunciare appellationi ſuæ

ADDITIO.

a ¶Ille denique.Domi.Abb.in capitul.dilectus il tertio de præben. intelligit iſtum text. um loquitur de condemnatione expenſarum , quando appellans remittitur ad priorem iudicẽ, ut intelligatur quando appellatio fuiſſet iniuſta,ſecus dicit,ſi fuiſſet iuſta adde hic Angel in l.ſi quis libellos,C. eod. ubi dicit quod renuncians appellationi ſemper debet co[illegible] in expenſis,& allegat.Innocen.in capitul. ex parte de reſcript. & adde quod not. Bald. in l omnem honorem, uerſicul.modo ergo [illegible] quid . C. quando pr[illegible] non [illegible] ponit,an appellans poſſit renunciare appellationi inuito appellato.vide Domi.Anton. in dicto capitul. ex parte,in ultima columna,& quod ibi no. de reſcrip. Adde,quod diſpoſitio huius §.non habet locum , quando iudex a quo detulit appellationi,ſi alias non eſt iudex in ordinario permanens,ita eleganter diſputant & decidunt Domi de Ro. deciſione tri[illegible] quinquageſima octaua , in ſecunda columna in ordine meo nouiſſimo per tex.in capitul. cum appellationibus [illegible], de appel in vi.

suæ per dictā l. si quis libellos, sed ea cœpta non potest in præiudiciū appellati, eo inuito. & facit tex. in d. l. ampliorē. §. fancimus. Legistæ etiam tenent in dicta l. si quis libellos, quod ad incommodum appellati non potest appellatorsuæ appellationi renunciare: & circa hoc multa scribuntur. Sed ut clare habeas articulos, distinguerem sic, quod aut fuit appellatum ante sententiam diffinitiuam, aut post. Primo casu, si iudex a quo, detulit appellationi, non est amplius fas appellatori appellationi suæ renunciare, [2] quia tota iurisdictio quo ad illam causam translata est per delationem ad superiorem, vt in capitulo cum appellationibus eodem titu. libro sexto, vnde etiam communi consensu non possunt appellans & appellatus redire ad priorem iudicem: ita not. & plene prosequuntur, & concludunt Domi. de Rot. decisione 355. licet gloss. de hoc vacillauerit. in dicto capitul. cum appellationibus. Si vero non fuit delatum appellationi, & tunc si res est integra, potest appellator etiam appellato inuito renunciare appellationi suæ, vt hic, & in d. l. si quis libellos. Si vero res non est integra, aut appellatus nunquam approbauit appellationem, & puto quod possit appellator renunciare, quia non potest appellatus se iuuare ex eo, quod semper impugnauit, vt in regu. ex eo, de regul. iur. libro sexto. Si vero appellatus recepit, & res nō est integra, tunc satis puto procedere illam opin. Gui. quia per inchoationem causæ appellationis est effecta ipsa appellatio communis: ad hoc quod not. in capitul. ex conquestione, de restitutione spoliat. facit dictū capit. Nicolao, & dictus §. fancimus. Vel dic & melius, hoc posse procedere in appellatione a diffinitiua. Nam tunc potest prætendere interesse propter confirmationem sententiæ quam vult habere. Sed in appellatione ab interlocutoria non video quod interesse pot prætendere appellatus, cum causa sit remittenda ad iudicem a quo, vt in capitu. debitus, supra eodem, & hoc consequitur nunc ex renunciatione appellationis. Vnde potest ei dici, quod quæris, intus habes, & facit quod not. hic gloss. in versicul. contradictione. Secundo membro principali, cum fuit appellatum a sententia diffinitiua, distingue, aut res non est integra, & non potest inuito appellato renunciare appellans appellationi per supradicta. Aut res est integra, & tūc si propter appellationem appellatoris fuit exclusus appellatus a facultate appellandi, non potest appellans renunciare appellationi suæ ad incommodum appellati. Nam iuris beneficio, seu dispositione est appellatio hoc casu communis: & sic possunt intelligi dicta legistarum in dicta l. si quis libellos. [5] † Pone exemplum in l. omnem honorem, C. quando prouo. non est necess. & declara ni illam l. post glos. in capitul. significauerunt, supra de except. Nam si sententia fuit lata pro me, non tamen fuisti mihi condemnatus in expensis, & tu appellasti, non possum ego appellare ex sola omissione condemnationis in expensarum, sed super appellatione tua possum petere refectionē sententiæ, quo ad expēsas, vt in dicta l. omnem honorem. hoc enim casu, si tu posses me inuito renunciare appellationi, lex (vt ita dixerim) decepisset me, quia obrentu appellationis tuæ subtraxit mihi facultatem appellandi, ne tot appellationes geminarentur, & tibi daret facultatem [6] renunciandi appellationi tuę, quod esse non debet. † Sed si appellatio tua non subtraxit mihi facultatem appellandi, possum renunciare re integra te inuito, quia ex quo appellatio non est effecta communis per aliquem actum gestum in causa appellationis, non potes tu principaliter prosequi appellationem me volente renunciare, vt in dicta l. si quis libellos, facit clemen. si appellationem eodem tit. & vide quod no. Archidiacon. secunda quæstione sexta, in capitul. ei qui. §. si quis libellos, & Ioan. Andr. post eum in capitul. primo, eodem titul. libro sexto, plene per Hostien. in capitul. fin. de crim. fal. posset tamen appellatus impetrare literas super confirmatione sententię, seu petere per superiorem sententiam pro se latam confirmari, vt in capitulo oblatæ, & capitul. per tuas, supra eodem & vide circa petitionem confirmationis sententiæ, quod dixi in capit. ea quæ, supra de re iud.

ADDITIO.

b ¶ Renunciare. Cuando appellationi interpositæ vel interponendæ possit renunciari, tradit Felyn. in capitul. ex parte, il secondo, columna secunda, versicul. sed de isto articulo, supra de rescrip. Bald. in l. postquam li. columna sexta versicul. tertio. quæritur. C. de pact. in l. per hanc, C. de temp. appellatio. Angel. in consilio centesimo octuagesimo septimo, incipi. D. A. & B contradixerunt. & in consilio sequen. Dec. in consi. lx. colum. prima. Sebastianus Sapia.

SVMMARIVM.

1 *Grauamen, ob quod fuit appellatum, discutitur coram iudice, ad quem, etiam parte contumace, & lite non contest. etiam in prima instantia, & nume. 2.*

3 *Appellans non debet citari, quando fuit datus terminus ad prosequendum.*

Appellans non debet citari per appellatum, quando ipse vult prosequi appellationem in vltimo mense termini, sed satis est, quod requiratur in curia.

4 *Index, a quo, non est citandus in discussione appellationis.*

1 §. Sanæ. † Articulus appellationis interpositę a grauamine discutitur per iudicem ad quem, parte absente per contumaciam, etiam lite non contesta. in appellatione vel principali. Casus literalis. Aliquis appellauit a grauamine, coram iudice appellatio. paratus est probare grauamen propter quod duxerat appellandum: pars aduersa citata contumaciter se absentat. Quæritur, quid sit iudici faciendum? Respondet papa, quod iudex potest super hoc procedere lite non contestata. licet litis contestat. nondum facta fuerit in articul. appellationis, vel in ipso negocio principali, quia cum in casu illo iniquitas prioris iudicis arguatur, principaliter, non est rigor iuris requirendus, ex quo causa perplexitatis possit [2] sequi. B. † Not. 1. quod appellatio ab interlocutoria potest discuti & finiri, sine contestatione litis aduersario contu[a]mace. [a] quid autem de causa appellationis a diffinitiua? vide quod dixi in capitul. per tuas, supra eodem. Not. 2. quod lit. contestat. requiritur ex iuris rigore, qui quidem rigor non debet hoc casu obseruari. Vltim. not. quod in appellatione ab interlocutoria nil petitur a parte, sed tantum te darguitur iniquitas iudicis. agitur enim de facto suo, & vt [3] iurisdictio deuoluatur ab eo ad superiorem. † Sed pro declaratione text. quæritur, qualiter pars constituatur in cō tumacia in causa appellationis, vt sic sit locus processui lite non contesta. prout hic dicitur? Solut. Doctor. intelligunt (& bene) quod contumax est pars, siue fuit citata ab homine, siue a lege, vt in capitul. primo, de elect. libro sexto siue ex præfixione termini ad appellationem prosequendam iuxta dispositionem capitu. sæpe, supra eodem. Et inter cætera ponit hic Hostien. bonum dictum, quod absente appellatore potuit appellatus in vltimo mense anni pro sequi appellationem iuxta id, quod habe tur, secunda quæstione sexta, capitul. ei qui. §. appellatore, & non erit necesse facere appellatorem citari in partibus personaliter: sed satis est, quod requiratur in curia. Nam, si oporteret eum citari personaliter, forte propter viarum distantiam totus ille mensis laberetur. Vnde iura dicunt solum appellatorem hoc casu requirendum, non dicunt citandum. ad hoc authent. ei qui, C. de tempo. appella. & dicto capit. appellatore. & hoc idem tenuit Barto. ibi. uide quod dixi supra [4] eodem capitul. oblatæ. † In gloss. fin. in fin. Ex hac glo. iuncto tex. not. quod vbi iudex tulit interlocutoriam sententiam in fauorem alterius partis, non est ipse iudex necessario citādus in discussione appel. Nam (vt hic patet) sufficit sola

ADDITIO.

a ¶ Contumace. Sed si pars esset præsens, deberet lis contestari, ita probatur hoc text. a contrario sensu, & gloss. prima, in fin. ad quam aduerte, dum allegat. § sexta, quia ibi probatur contrarium, scilicet quod in exceptionibus dilatoriis, seu peremptoriis non sit necessaria lis contestanda, & ita Doctor. ibi, unde in hoc glos. non videtur bene loqui licet Ioann. And. hic aliud uelit per not. in dic. § sexta. Sed ibi loquitur quando opponitur exceptio in causa principali sed hic loquitur in causa appellationis in qua necessario debet ferri sententia capit. ut debitus, supra eodem. vnde teneo, quod sit necessaria litis contestatio partibus præsentibus, quod procedit, siue lis sit contestata in causa principali, siue non, secundum Io. de Imol. hic. & adde, quod causa appellationis regulatur secundum naturam causæ principalis. unde, si in causa principali non erat necessario lis contestanda, idem erit in causa appellationis, & si causa principalis erat summaria, ita censetur causa appellationis. ita sing. dicit Angel. in l. prima, ff eum qui appel. in pro. defen. per istum tex. bene facit glos. in capit. illud xii. dist. quod no.

ſola contumacia appellati, vt procedatur ad fiendum articulum appellationis, pro hoc capit. venerabilibus, de ſenten. excommunica. lib. 6. dixi plenius in capit. cum ſpeciali. §. porro. in gloſ. in verſic. ſupra eodem.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula, appellatione remota, poſita, vel alia clauſula in medio literarum, refertur & ad præcedentia, & adſequentia, nu. 3. 4. & 5.*
2 *Clauſula, appellatione remota, operatur hodie effectum ſuum, ſicut & olim.*

CAP. LXXI.

1 INquiſitioni. † Clauſula appellatione remota in medio literarum poſita reſpicit pręmiſſa, quibus annectitur, non ſequentia niſi repetatur in fine literarum, & hoc ſi negotia ſunt ſeparata. non diuiditur. Caſus literal. loco. Cum plura negotia in una commiſſione ponuntur minime ſe contingentia, & clauſula illa, appellatione remota, ponitur in medio literarum, reſpicit tantum præcedentia, niſi in fine commiſſionis clauſula illa reitere-
2 tur. Ber. † Not. 1. quod clauſula, appellatione remota, in reſcripto principis appoſita, etiam hodie operatur effectum ſuum. Nam cum iſtud capitul. emanauerit poſt capitul. ut debitus, ſupra eodem non poteſt dici, quod corrigatur per illud capitul. & ſic falſa eſt opinio. glo. ibi, & ſequacium volentium hanc clauſulam hodie nil operari per illud capitu. vt debitus. Adde alias rationes, quas poſui in dicto capit. vt debitus, & in capitul. paſtoralis, eodem titu. Nec obſt. ſi dicatur, quod cauſa exempli fecit mentionem de iſta clauſula, quia non adduxiſſet nos per hoc ad iſtum errorem, cum ſine commemoratione ipſius ſuffeciſſet dicere, quoties clauſula in medio ponitur, etiam habuiſſemus diſpoſitionem magis generalem. Poſuit ergo ſerioſe exemplum in remotione appellationis, vt haberemus maiorem claritatem tam reſpectu huius clauſulę, quam reſpectu aliarum
3 clauſularum. † Ex hoc & ex text. not. & tene menti, quod vbicunque in eadem diſpoſitione annectuntur plura negocia ſeparata, clauſula in medio eorum poſita non concernit totam diſpoſitionem, ſed duntaxat pręcedentia. quod
4 valet ad ſtatutum & conſimiles diſpoſitiones. † Vltim. not. quod regulariter clauſula, ſeu qualitas in fine diſpoſitionis poſita, non reſtringitur ad immediate præcedentia, ſed cõcernit omnia in diſpoſitione contenta, dic vt dicam cum
5 gloſſ. fin. † In fin. gloſſ. fin. Hoſtien. hic, & Io. And. poſt eum dicit, quod non poteſt in hoc dari certa doctrina, ſed ſecũdum diuerſitatem caſuum fiat diuerſa relatio. Quandoque
a id, quod ponitur in principio, concernit omnia ſequẽtia,[a] & idem de eo quod ponitur in medio, ut in capit. ſecundo requiris, ſupra eodem. Quandoque clauſula ſolum concernit præcedentia, vt hic. Quandoque dictum in principio intelligitur repetitum in fine, vt in capitul. paſtoralis, hic alleg. Tu vide quod clarius & plenius dixi in dicto capitul. ſecundo requiris, tam reſpectu effectus clauſulę, quam alicuius qualitatis adiectæ in aliqua diſpoſitione. An concernat omnia præcedentia & ſequentia, vide per Bartol. in l. prętor, & l. ſecunda, ff. vi bon. rapto. & in l. talis ſcriptura, ff. de leg. i. & per Specul. in titul. de inſtr. edi. §. nunc autem videndum, verſic. item excipe. & glo. in c. caue. 28. quęſt. i. & in clem. 2. de hær. & in capit. ſtatutum, de reſcrip. libr. 6. Et pone exemplum in vno negocio cõcernente plures articulos per id, quod habetur in cap. cum dilectus, de reſcr. In pluribus vero negociis pone exemplum per capit. cum veniſſent, ſup. de teſti.

ADDITIO.

a ¶Sequentia. Vide quæ latæ ſcribunt Iaſ. & alii in l ſi idem cum eo. §. fin. ff. de iu iſ. om. iud. & in l. i. C. de libe. præte. & Pau. de Caſt. in l pen. ubi D. Soc. ff. de reb. dub. Sebaſt. Sap.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio unius prodeſt alteri, ſi communi iure inuentur, & ſit eadem cauſa defenſionis, & nu. 3. & ſeq.*
2 *Sententia lata, tam in cauſa principali, quam appellationis, an & quãdo proſit, vel noceat alteri.*
3 *Sententia lata ſuper re indiuidua, nocet, vel prodeſt alteri indiuiduum habenti, & nu. 4.*
5 *Si vnus ex pluribus condemnatus appellat aliis ſcientibus, & tacentibus, ſi ipſe non proſequitur appellationem, poſſunt reliqui proſequi.*

CAP. LXXII.

1 VNa ſententia. † Breue eſt, vel ſumma per alia verba ſic. Appellatio vnius prodeſt alteri, ſi communi iure iuuentur, & idem ſit negocium, & eadem ſententia condemnati: alias ſecus (hoc dicit.) Caſus literalis. Plures ſuper aliqua cauſa communi cõuenti ſunt, vnus illorum appellauit, & obtinuit. quæritur, an victoria ipſius cæteris proſit? reſpondet papa, quod victori illius iure cõmuni cæteris prodeſt, ſi communi iure iuuentur, & idem
2 ſit negocium, & eadem ſit cauſa defenſionis. B. † Not. 1. ex tex. plura requiſita ad hoc, vt ſententia lata in fauorem vnius proſit alteri. Primo enim requiritur, quod vna ſententia fuerint condemnati: nam ſi non fuiſſent correi, ſeu ambo in iudicio, ſententia lata contra vnum regulariter non prodeſt ſeu nocet alteri, licet eodem iuuentur, vt in capit. interrogatum ſecunda quæſtione quinta, & in l. denunciaſſe, ff. de adult. vide glo. in capitul. dilecto. infra de præben. Facit reg. res inter alios acta aliis nocere vel prodeſſe non debet, vt in capitul. inter dilectos. de fide inſtrumentor. & C. res inter alios acta, per totum. Et quod dixi vnam ſententiam requiri, idem dic ſi plures fuerunt ſententiæ eadẽ tamen fuit probatio, vt probatur in l. ſi qui ſeparatim, ff. eodem. & ibi per Bartol. Secundo requiritur, quod ſententia fuerit lata in cauſa appellat. ſecus in ſententia lata in cauſa principali. illa enim non nocet alteri regulariter, nec pro-
a deſt[a] per ea quæ ſuperius dixi. plenius tamen vide hunc articulum, ſcilicet quod in cauſa principali, &c. per Io. Cald. in capitul. dilectus. inf. de ſimo. per Cyn. in l. res, C. res in-
3 ter alios acta. † Et eſt ratio diuerſitatis inter cauſam principalem & cauſam appellationis. nam in cauſa appellationis diſputatur de validitate, vel inualiditate ſententiæ, quæ quidẽ ſententia debet eſſe indiuidua, & non pro parte valere, & pro parte non, ex quo fuit lata contra plures eodem iure fungentes. Vnde perinde iudicandum eſt, quemadmodum in ſententia lata ſuper indiuiduo, ſeu re indiuiſibili. nam in tali re indiuiſibili ſententia lata in fauorem vnius prodeſt alteri eodem iure ſungenti, licet non fuerit in iudicio, ut in l. ſi communem, ff. quemadmod. ſeru. ami. & melius quo ad ſententiam in l. loci corpus. §. ſi fundus, ff. ſi ſer. vendi. quæ quidem ratio non militat in cauſa principali, vbi agitur de re diuiſibili, quia tunc ſententia habet ſuum effectum reſpectu illius, contra quem lata fuit: vnde regu-
4 lariter non extenditur ad alium. Tertio requiritur, † quod communi iure iſti iuuentur. nam ſi ille, qui obtinuit iuuetur iure ſpeciali, puta fauore ætatis, ſeu fauore eccleſiæ, uictoria iſtius obtenta de iure ſpeciali non prodeſt alteri, licet concurrant omnia alia in c. contenta. Ratio, quia beneficium perſonale non communicatur alteri, ſed ſequitur perſonam, vt in reg. priuilegium perſonale, de regul. iur. lib. 6. probatur in l. vnica, C. ſi in communi cau. reſtitut. in integrum poſt. niſi ageretur de re indiuiſibili, quia tunc fauor ſpecialis porrigeretur ad alium, alias ſibi non prodeſſet, ut in d. l. ſi communem. hoc caſu in multis beneficium ætatis vnius extenditur ad alium habentem idem ius, vt plenius no. in d. l. vnica. Quarto requiritur, quod idem ſit negociũ, ſecus autem ſi negocium eſſet diuerſum: vt ſi fuerunt plures tutores condemnati ex diuerſis negociis, & vnus appellauit, eius victoria non prodeſt alteri. ceſſat enim ratio ſupradicta, propter diuerſitatem non poteſt dici vnicam eſſe ſententiam argum. l. etiam. ff. de mino. Quinto requiritur, quod eadem ſit defenſionis cauſa. pone exemplum, vt in gloſſ. fin. & aliud magis clarum. plures fuerunt fideiuſſores vnius non renunciantes beneficio Authen. de fideiuſſ. & vt prius conueniatur principalis. fuerunt omnes condemnati. vnus appellauit, & obtinuit, vt prius haberetur recurſus contra principalem: & hæc ſententia proderit aliis cõfideiuſſoribus, quia eadem eſt omnium defenſionis cauſa: ſecus, ubi eſſet diuerſa, ut in glo. fin. Iſta quinque colliguntur ex iſto tex. Extra tex. datur ſextũ requiſitum ſcilicet, ut agatur

ADDITIO.

a ¶Nec prodeſt. Vide quæ ſcribit copioſe, do. Soc. in conſ. cxxiii. inci. inſignis Doctor, in ii. col. in i. par. Sebaſt. Sapia.

ăgatur super re incorporali, & hoc voluit gl.prima, & fuit hæc opin. Azo.in d.l.si qui, ff.de appel. qui diceba aliud esse in re corporali diuisibili, motus, quia speciale est in re incorporali indiuisibili, ut sententia vnius prosit alteri. l. loci corpus. §. si fundus, ff. si ser. ven. & in dicta l. si communem. Aliud ergo deber esse in re corporali diuisibili, ut est vsusfructus. Nam cum cęteræ seruitutes sint indiuisibiles, vsusfructus diuidi potest, ut in l.prima, ad fin. ff. ad leg. Falci. Sed hoc dictum communiter non recipitur per Doctor. vt no. in dicta l. si qui. Nam si dispositio huius capitul. habet locum in re corporali diuisibili, fortius in re incorporali, licet indiuisibili, maxime quia in vsufructu habet locum ius accrescendi. hoc ergo sextum necessario non requiritur. Septimo requiritur iuxta ordinem: quod alter, qui non appellauit, tacuerit, ita quod senten. expresse non approbauerit. nam si approbauerit expresse sententiam, quantum ad eum, victoria appellantis non prodest sibi: quia quantum ad eum sententia facit ius: ad hoc capitul. cum super, in ratione sui. supra tit. proxi. & l. non tantum, ff. eo. per locum a speciali, ut no. Bar. in d. l. si qui. Octauo requiritur, quod iste sciuerit correum appellasse, nam si ignorauerit, & tacuerit, videtur sententiam approbasse, quantum in eo est, & sic transiuit in rem iudic. per lapsum decendii quantum ad eum. Ad hoc capitul. cum super. de re iudic. probatur etiam secundum vnum intellectum in l. tertia, ff. eodem. Si autem sciuerit correum appellasse, videtur tunc approbasse illam appellationem quo ad se, nec potest dici quod tacite illam ratificauerit, quia sciebat se tu-
5 tum appellatione alterius ex dispositione iuris. † Et hæc faciunt ad quæstionem. Pone, quod vnus ex pluribus condemnatis appellat, aliis scientibus & tacentibus, lapso decendio fecit compositionem cum actore. nunquid alii, qui non appellauerunt, poterunt prosequi hanc appellationē? nam illa compositio non prodest aliis, quia est quid personale. l. prima, C. de transact. de hoc vide in Specul. eodem titul. §. primo, versicul. sed quid si ille. vbi concludit, quod alii poterūt prosequi: quia beneficio iuris appellatio vnius communicatur reliquis, argumen. hic, vnde non potuit in præiudicium aliorum appellationi renunciare, sicut in simili dixi in capitu. interposita. §. ille denique, supra eodem & facit cap. cum super, & quod ibi plene dixi. supra de re iudic. & per hoc habes succincte & clarissime expeditam totam materiam huius capit. & distingue gloss. per supradicta.

S V M M A R I V M.

1 *Non appellans propter metum, habetur pro appellante, si metus est iustus, etiam quod sua culpa prouenerit.*
2 *Non valens appellare propter metum debet protestare ad declarandum animum ipsius, videlicet quod omisit appellare per metum, non autem per negligentiam.*
3 *Appellans in præsentia bonorum virorum, forte quia non potest habere copiam iudicis, sufficit quod appellet coram bono viro, in præsentia tamen testium, nec sufficeret notarius cum testibus.*
Practica appellandi coram bonis viris, & nu. 5.
4 *Metus qualiter probetur, quod quis propter ipsum non possit appellare tam respectu iudicis, quam aduersarii, quam statuti.*

CAP. XXIII.

S I iustus. Iustus metus excusat, adeo, q̄ non appellans habetur pro appellante, si fuerit protestatus, & appellationis causas duxerit exprimendas. Primo ponitur thema. Secundo decisio, ibi: Ad appellationis. Tertio moderatio, ibi: Dummodo. Casus literal. Aliquis condemnatus est per sententiam diffinitiuam, vel etiam interlocutoria contra eum lata est ante sententiam ille non auder appellare, quæritur, quid sit faciendum? respondet papa, si iustus metus excusat illum, ita quod appellare nō possit hoc ipso ad appellationis beneficium conuolasse reputatur, dū modo intra decem dies exprimat causas appellationis coram iudice a quo, appellare uolebat: si eius copiam habere non potest, in pręsentia bonorum virorum idem faciat super hoc protestatione præmissa, quod iusto metu appellare non audet, & tunc non currunt tempora, intra quæ de-
1 buit appellare. Ber. † Not. primo, quod vt metus excuset ab
a appellatione interponenda, oportet quod sit iustus, [a] idest, non vanus, sed probabilis, vt legitur & no. in simili. in c. pede in integrum restitut. & in l. prima, ff. quod met. cau. non tamen requiritur secundum Hostien. vt sit iustus, idest q̄d pars non dederit causam metui. nam idem si fuisset causa
b metus. [b] alleg. l. isti quidem, ff. quod met. caus. sed alleg. meliorem tex. in l. nec timorem, eodem titul. & capi. veniens,
2 & quod ibi no. infra de despon. & hoc vltim. not. † Secundo not. quod non valens appellare propter metum, debet
c protestari, [c] & sic protestatio est necessaria ad declarandū animum ipsius vt videatur omisisse propter metum, non
3 per negligentiam. † No. 3. quod in defectum iudicis, debet
d appellari in præsentia bonorum virorum, & utrum [d] sufficiat vnus vir, aut debeant esse plures, vide Lap. in alleg. 40. & Specul. titu. de secundo decre. §. nunc de effectu, versic. nunquid. & in titu. de instrum. edi. in §. nunc vero. versicu. Item pone. Et conclusio est, vt sufficiat vnus dummodo fiat in præsentia testium, non autem notarius & testes sufficerent, facit quod not. glos. in cap. vt circa, de elect. libro sexto, & hæc no. in practica. Et intelligunt aliqui, vt de mi. Card. vt necesse sit appellationem conficere, ac si esset interponenda coram iudice, & prius protestari coram bono viro, quod libenter appellasset in pręsentia iudicis, si potuisset habere commode ipsius copiam, seu præsentiam, sed quia non potest, appellat coram eo, & petit apostolos, & debet legere postmodum tenorem totius appellationis, quam interposuisset coram iudice. Ego puto hanc practicam fore bonam, sed non semper necessariam. Arbitror enim procedere eam, quando cessat metus, & non potest haberi præsentia iudicis: tunc enim debet appellari in præsentia bonorum uirorum, argumen. in capitul. pastoral. in fin. de offic. ordio. dixi in capitul. suggestum, supra eod. sed quando metus excusat, non puto necessarium, ut appelletur. Nam iste tex. solum requirit, ut protestetur, & causas appel. exprimat, & ex hoc reputatur appellasse: ergo non est necesse formaliter appellare. pro hoc, quia sufficit hoc protestari coram ipso iudice, a quo non audet appellare: ergo non debet intelligi tex. vt protestatio formaliter non contineat appellationem, quia de nihilo seruiret iste text.
4 quando fit in præsentia iudicis. † In glos. prima, ibi: Et nisi aliud protestetur &c. non tamen intelligas quod sola protestatio probet metum. nam esset cōtra l. metum, C. quod met. cau. vbi dicitur, quod nō protestatione, sed facti atro-
e citate probatur metus. Qualiter autē probetur metus [e] aduertendum quandoque quis non audet appel. propter metum iudicis, quandoque propter metum partis aduersæ, quandoque propter l. municipalem hoc prohibentem. Primo casu probabitur metus, si iudex expresse fuerit sibi minatus, quod pessime tractaret eum, si procederet ad appellationem, & intellige, si talis erat iudex, de quo poterat timeri. facit quod legit. & no. in c. cum super abbatia, de off. dele. vel si iudex erat solitus male tractare appellātes ab eo vt q̄a plures incarcerauerat ob hanc cām. Nūquid autem sufficiat

ADDITIONES.

a ¶ Si iustus. Qualis metus esse debeat, declarat Angel. Aret. in §. quadrupli, Institutio de act. Paulum de Castro, & Ias. in l. cum aliquis C. de iure deliberan. & in l. interpositas. C. de transact. & ad propositum vid. Fely. in capitul. ecclesiæ S. Mariæ. colum. xv. versic. xiii. quarto. supra de consti. ubi quod si iudex consueuit male tractare consanguineos eorum. qui appel. ăt ab ipso, iste erit iustus metus quo ad excusandum non appellantem. Sebast. Sapia.

b ¶ Causa metus. Licet alias dicamus, quod metus causa non excusat, quando sua culpa quis incidit in metum l. si mulier. §. primo, ff. quod met. cau. & reg. imputari, de regul. iur. libro sexto, ubi de hoc uide gloss. no. & facit ad hoc, an ille qui dedit causam metus, excusetur, si postea non audet appellare, quod not. gloss. & ibi domi. Anton. & do. Abb. in capit. ut debitus. supra eo. & quod ibi no. post Abb.

c ¶ Debet protestari. Et hoc cor[am] publicis personis. In qua p[rot]estatione exprim[a]tur causa, quare non audet appellare coram iudice a quo, ut per Bartol. So[cin]. consilio xlv. inci. seu vita appell. & per totum consilio, uolumine primo, & Alexand. consilio secundo quod ... secundum maiorem computationem consilio ... libro secundo, de quo per Lanfranc in capitul. quoniam contra. §. interlocutor. de appellat. numero x ... versicul. facit ad hoc quod habetur & ibi quæ interuenire debeant ad hoc ut appellatio hoc casu per protestationem teneat, & ibi ... apost. Ben Vad. & Cel. sup. de proba.

d ¶ Et utrum. Adde quod not. domi. Anton in capitul. pastoralis, §. præterea, in vltima columna de offic. ordin. & dixit h[oc] not. Bald. non referre. an isti boni viri sint laici, vel clerici, per not. in l. in pro[nu]nciando, in princip. ff. de iur. dot.

e ¶ Probetur metus. Vide Alexand. in l. si cum dotem. § eo autem tempore, columna vi. ff. solu. mat. & in l. de pupil. §. si quis ipsi pretori, ff. de ope. nou. nunc. Sebast. Sapia.

huius titu.cum per alia iura fatis fit prouifum contra fpo-
liantes feu rapientes bona aliorum. Nam poteft agi inter-
dicto, vnde vi. item vi bonorum raptorum, & aliis reme-
diis contentis in capitul. paftoralis, de cau.pof.& propri.
4 † Quo ad primum funt opin. nam Abbas fentit cum opin.
glo.vt folum habeat locum in his,qui publice affumunt fi-
gna peregrinationis,vt baculum, & perã, & fimilia,& ftãt
tempore debito in peregrinationibus. Inno.intellexit ma
gis large, vt procedat in quolibet accedente ad papam ex
caufa neceffaria,vt puta pro appellatione profequẽda, vel
vt releuetur ab alia oppreffione, vel ex alia confimili. fe-
cunda quæftione fexta, cap.omnis oppreffus,cum tribus,
cap.fequen.& in cap.fi.de dila.& de foro competen.c.vlti.
Hoftien.intellexit magis large,vt procedat in quolibet ac-
cedente ex quacunq; caufa ad fedem apoftolicam,ita tran
5 feunt Doctor.hic cum iftis opinionibus. † Aduerte, quia
Innocen.magis prolixe tractauit intellectum huius titu.in
cap.vt debitus.fup.titu.proxi. vbi fentit,quod accedentes
ex quacunque caufa probabili gaudent priuilegio huius
titu.& adeo,quod etiam nuncii accedentes pro aliis, gau-
dent hoc priuilegio,pro hoc c.dilecti,fupra titu.proxi.pu-
to quod opinion. Hoftien. poffit procedere, fi ex remedio
huius titu. prouideatur tantum contra attentantem de fa-
cto, vt ex quacunque caufa accedens ad fedem apoftolicã
poffit recuperare de facto fibi ablata remedio huius capit.
pro hoc facit litera ifta, quę non mandat inquiri de caufa
neceffaria, vel probabili accedẽdi ad fedem apoftolicam.
Sed fi tenemus aliam opinio. vt prouideat ifte titul. etiam
contra factum iudicis,poffumus tenere opinio. Innocen.
in dicto cap.vt debitus, vt requiratur probabilis caufa iti-
nerandi. nam non videtur æquum, vt accedens ex caufa
prorfus voluntaria, habeat fufpendere iurifdictionem in-
6 dicis.† Quo ad fecundum, fcilicet quem effectum produ-
cat remedium huius titul.dic, quod etiam funt opin. nam
Abbas videtur fentire, vt prouideat folum contra attenta
ta de facto.ea enim quæ funt attentata in iudicio, non de-
bent reuocari remedio huius titu.argumen.in cap.audita,
de reftitut.fpoliator.vel fi de fructibus beneficii peregrinã
tis fuit prouifum vicario, q̃ feruit loco abfentis,hoc enim
non eft reuocandum,argumen.capitul.peruenit, il fecun-
do, fupra titul.proxim. & fubdit vnum verbum notabile,
quod contra iftos peregrinantes poteft procedi in eorum
abfentia,prout not.in cap.confultationibus,de officio de-
leg.& fentit, quod poteft procedi ad miffionem in poffef-
fionem,fi non defendantur in partibus quod no. & hoc te
nui aperte in dicto cap.vt debitus,& induxi l.ignorare,C.
de reftitu. mil. vbi fit miffio contra abfentem caufa reipu-
blicæ,fi non defendatur.debuit enim dimittere procurato
rem in partibus, fortius debet procedi poffe ad hũc actum
miffionis contra accedentes ad curiam, maxime ex caufa
volũtaria Hoftien.enim magis large intelligit. Dicit enim
poffe attentari, vt contra peregrinantem ad papã non pro
cedatur per ordinarium,vel delegatum,nifi prius fuiffet fa
cta præuentio,argum.c.pen.de foro competen. vel fecun-
dum Ioan.And.prouidet ifte titu. vt ex facilioribus proba
tionibus ifte peregrinans audiatur,& fic tranfeunt Docto.
7 communiter.† Dicerẽ tamen fecundum meliorem & fub-
tiliorem literæ intellectum,quod ifte tex.procedit in quo-
libet accedente ad papam etiam ex caufa voluntaria, pro-
ut apertiffime & doctiffime fentit Hoftien. & per hoc non
fufpenditur officium iudicis, quia fuit in culpa non dimit-
tendo procuratorem. Quid autem operabitur, & qualem
fenfum præftabit,& producet tunc ifte textus? dico,quod
producit nouum remedium.nam,ubi alias intentando in-
terdictum, vnde vi, in his habuiffet probare fpoliationem
ab ipfo nouo poffeffore factam, intentando remedium hu
ius titul.fufficit probare, q̃ tempore arrepti itineris, & eo
tempore,quo ꝓgreffus eft,ipfe poffidebat talem rem, quæ
nunc reperitur penes tertium, & ex hoc capite obtinebit.
vnde pondera, quod verba huius cap.funt compofita im-
perfonaliter, vt patet ibi.Quicquid poft iter arreptum,&c.
& fic non requiritur,quod reus conuentus iter arripuerit,
fed fatis eft, quod peregrinanti res illa fuit fubtracta, feu
ablata.Si uero volumus tenere opinio.Innocen.vt proce-
dat in accedente ad papam ex caufa neceffaria, vel faltem
probabili,poterit teneri illa opin. Hofti.ut prouideat etiã
aduerfus iudicem inferiorem, vt reuocetur quicquid fece
rit contra peregrinantem poft iter arreptum, faltẽ id quod
eft grauis præiudicii. Et hoc aperte vult Innocen. in dicto
capitu.ut debitus, vbi dicit,quod contra accedentes ad fe-
dem apoftolicam ex caufa probabili, etiam fi fint nuncii
8 aliorum,non eft procedendum.† Quid fi fuerit proceffum?
a dicit quod non tenet proceffus,ᵃ alleg. capit.dilecti, il pri-
mo, fupra titul. proxi. quod fatis hic probatur fecundum
vnum intellectum,quinimo probatur quod etiam excom-
municatio contra tales proficifcentes non valeret, quod
9 no.† An autem clerici poffint peregrinari fine licentia fuo
b rum prælatorumᵇ? Solu.dicit Hoftien.quod aut uolunt ac
cedere caufa merę peregrinationis,vt propter deuotionẽ,
& non licet fine authoritate fuperioris,vt in ca.non opor-
tet,de confe.diftinctione quinta,etiam fi fint epifcopi, ut
c in c.magnæ,de uoto. Aut non caufa peregrinationis,ᶜ fed
pro appellatione profequenda,vel pro vitanda oppreffio-
ne,& tunc poffunt ire ad papam, non ad alium fuperiorẽ,
etiam inuito prælato eorum, 2.quęftione fexta, capit.om-
nis oppreffus,& tribus ca.fequen.de honeftate tamen de-
bent petere licentiam,quod fatis placet,argumen.capi.li-
cet,de regular. Aut volunt accedere,& peregrinari pro vti
litate eorum tantum fine caufa neceffaria,& tunc tenet, q̃
fit opus habere authoritatem fui prælati,vel domini papę.
in Auth.de Sanct. Epifcop.§.interdicimus.quod no.& per.
hoc habetur clare materia huius tit.

ADDITIONES.

a ¶Proceffus. Non tenet proceffus, nifi forte effent per procuratorem legiti-
me defenfi,alias fecus cum præfumantur abfentes etiam ex iufta caufa ab-
fentare,ita not.Specul.in titul.de reftitu.in integ.§.i.verfic.fed quid de mer
catore.bo. ut eft tex in c.fuper confultationibus.fupra de off.delega.& ibi
Doct. Zachar.

b ¶Prælatorum. vide per D.Car.in c.fcripturæ inf de uoto.

c ¶Peregrinationis. Videtur tamen, quod idem effet in cafu fuperiori, quod
in cafu ifto, quia in ifto cafu eft caufa neceffaria, in illo eft caufa probabi-
lis,& caufa probabilis & neceffaria æquiparantur, ut no glo.in l filiusfa.§.
fi.cum l.fe.ff de procur.not Mod.r.in l.i.in prin. in gl. in uerb proficifca-
tur,ff.de offic.eius,cui manda.eft iurifd.ubi dicunt quod ficut licet iudici
delegare caufas mere & mifte imperii propter abfentiam neceffariam, ita
& propter abfentiam probabilem. Sebaft. S.pia.

De confirmatione vtili vel inutili. Rub.

Hæc robrie.continuatur hoc ordine,fupra vifum eft de
fufpenfinne fententiæ,feu iurifdictionis iudicis, quæ fit re
medio appellationis, feu peregrinationis fed quia fenten-
tia feu proceffus iudicialis quandoque confirmatur per fu
periorem, & poffet dubitari de validitate & inualiditate
cõfirmationis,merito fubiicitur hæc rubric. de confir.vti.
vel inuti.

SVMMARIVM.

1 *Confirmatio facta per papam fuper aliqua, re non poteft per inferiorem infirmari.& nu.4.nifi fuerit furreptitia, vel facta fuper re litigiofa, & nu.3.& 8.*
2 *Pacifice non dicitur quis rem poffidere,fuper qua mota eft fibi quæftio.*
5 *Litigiofa non efficitur proprietas,fi quæftio eft fuper poffeffione mota.*
6 *Confirmatio fuperioris an & quando tribuat ius.*
Confirmatio in forma communi quomodo dicatur.
7 *Claufula fupplentes de plenitudine poteftatis omnem defectum, an faciat de inualido validum.*
8 *Confirmatio papæ an & quando operetur, quod res confirmata nõ poffit amplius infirmari.*
9 *Notorium dicitur illud, quod conftat ex tenore bullarum papæ.*
10 *Confirmatio facta alicui fuper aliqua re, operatur tantum, vt non poffit infirmari res illa refpectu præteritorum:fecus refpectu eorum,quæ de nouo poffunt oriri.vide infr.eo.c.ad noftram, nu.6.in fi.*
11 *Priuilegium non extenditur ad ius incogitatum.*
12 *Sententia nulla,vel actus non poffunt confirmari,maxime inuita aliqua partium.*
13 *Confirmatio alicuius rei puta legitimationis, vel poffeffionis, non poteft peti,nifi primo fuper his moleftetur.*
54 *Princeps confirmando non poteft fupplere defectum confenfus deficientis in re confirmata,nifi talis res penderet a mera facultate fua.*

CAP. PRIMVM.

1 SI quis. Hoc dicit: † de re fcienter cõfirma-
ta ꝑ papam inferior iudex cogno-
fcere non poteft, nifi confirmatio non tenue-
rit, vt quia furreptitia, vel de re litigiofa. h.d.
illud c.cum feq.Secunda pars,ibi: Sed fi. Cafus lit.Aliquis
mouet quæftionem contra aliquem fuper re aliqua: reus

lite pendente impetrauit a ſede apoſtoli. confirmationem
rei litigioſæ. quęſitum fuit, an per hoc iudex ſuperſedere
debeat cauſæ cognitioni? Reſpondetur, ꝙ ea non obſtante
de cauſa cognoſcere debeat, & eam fine debito terminare.
ſed ſi rem pacifice poſſidebat, quando confirmationem
obtinuit, non licet iudici poſtea de quæſtione ſuborta cognoſcere,
vel diffinire ſine mandato apoſtolicæ ſedis, & in
c. ſequen. dicitur de confirmationibus apoſtolicæ ſedis, nõ
licet alicui iudicare, niſi ad hoc habeat mandatum, aut cer-
2 tum ſit quod per falſam ſuggeſtionẽ ſint elicitæ. Ber. † No.
1. ꝙ confirmatio facta de re litigioſa eſt ipſo iure nulla, unde
ea non obſtante poteſt ipſe iudex inferior procedere ad
vlteriora tam in cognoſcendo, quam in decidendo. Et intellige,
quando in confirmatione non fuit facta mentio de
litigio. nam ſi fuit facta mentio, eripitur illa cauſa ab infe-
3 riori iudice, ut hic in fin. tex. † Secundo no. quod non dici-
a tur quis rẽ pacifice poſſidere,[a] ſi ſuper ea mouetur ſibi quæ-
4 ſtio: facit quod no. in cap. commiſſa, de elect. lib. 6. † No. 3.
vnum notabilem effectum confirmationis factæ per Romanum
Pontificem, intellige ex certa ſcientia. nam pręcludit
manus ordinariorum, ut amplius non poſſint cognoſcere
ſuper re confirmata, vel de ualiditate ipſius confirmationis.
ſimile in cap. cum veniſſent de iudi. & de hoc inf. in gl.
5 ſi. latius dicam. † In glo. i. ibi. Non facit rem litigioſam. Hęc
glo. poteſt habere duos intellectus. Primus, quod quæſtio
mota ſuper poſſeſſione non facit rem litigioſam, ideſt proprietatem
ipſius rei: & tunc glo. bene loquitur. ex quo enĩ
non mouetur quæſtio de proprietate, non poteſt dici ipſam
effici litigioſam, & ideo poterit alienari proprietas ipſius
rei ſine uitio litigioſi, argumen. in auth. litigioſa, C. de
litig. alle. in glo. Secundo poteſt glo. intelligi, quod ipſa poſ-
ſeſſio non efficitur litigioſa, ex quo nõ agitur de dominio,
prout requirit auth. præalleg. Contrarium huius tenet hic
Domin. Anton. & credo, quod bene, quia licet non agatur
de dominio rei, agitur tamen de dominio poſſeſſionis, &
ideo non licet transferre poſſeſſionem in alium lite pendẽ-
b te,[b] & notabis iſtam gloſſ. cum prædictis. † In gloſſ. a. in fin.
6 Pro declaratione gloſ. & materiæ debes ſciræ, quod confirmatio
quandoque tribuit multum noui iuris, ut confirmatio
electionis facta per ſuperiorem. nam tribuit poteſtatẽ
c adminiſtrandi,[c] vt in cap. tranſmiſſam, & in capitul. qualiter,
de ele. Quandoque nullum ius tribuit, ut eſt confirmatio
cuiuſque rei facta per papam in forma communi: ſed
ſolet impetrari ad cautelam, ne uideatur ſine ſcientia papę
procedere, ut magis timeatur, & dicitur facta in forma cõmuni,
quando fit conditionaliter, non cognito de cauſa, vt
Confirmamus tibi poſſeſſionem, quam iuſte poſſides, vel
per ſimilia uerba, ſeu per ſimilem formam, & de hac confirmatione
uide tex. cum glo. in cap. quia diuerſitatem. infra
de conceſ. præben. Quędam confirmatio uetus ius confirmat
& conſolidat, unde quando fit confirmatio ex certa
ſcientia. & dicitur, Ex certa ſcientia, quando totum negotium
fuit papæ reſeruatum, & ipſe poſtmodum confirmauit,
maxime apponendo clauſulam, Ex certa ſcientia: &
hæc confirmatio operatur plus vel minus ſecundum ſubiectum
diſpoſitum. nam ſi iuſte poſſidebat, operabitur, vt
inferior non poſſit amplius de illa re cognoſcere, ſcilicet
vtrum iuſte poſſideat, vel ne, vt hic, & in cap. ſequen. Item
facit rem maioris authoritatis. 11. diſt. c. ca. quis neſciat.
7 † Quandoque operatur maiorem effectum: nam, ſi iſte iuſte
non poſſidebat, incipit iuſte poſſidere. unde ſolet papa
apponere clauſulam, ſupplentes de plenitudine poteſtatis
omnem defectum, &c. & ſic inualidum facit validum, vt in
capitul. primo, de tranſac. a. quæſtione ſexta, hic quippe
8 adde quod dicam in gloſ. ſequen. † In gloſ. in verſi. Exorta,
ibi. Sed certe non eſt verum. Hæc impugnatio concernit
primum membrum diſtinctionis Vinc. & non ſecundũ vt
patet ex ſequentibus. Et vt habeas clare totam materiam
gloſ. diſtingue ſic. Aut confirmatio fuit facta in forma communi,
vt dixi in præcedenti gl. & tunc non pręcludet viam
iudicibus ordinariis cognoſcendi de validitate iuris confirmati,
ſeu de iure competenti ei, qui obtinuit confirmationem,
quia talis confirmatio parum aut nihil operatur,
vt ſupra dixi. de tali confirmatione non loquitur iſte text.
d nec capitul. ſequens. Aut confirmatio[d] fuit facta ex certa
ſcientia, & tunc, ſi eſt ſurreptitia, puta quia fuit obtenta ſuper
re litigioſa, non habita mentione de litigio, vel alio modo,
peccat in ſurreptione: & dicendum eſt idem, non enim
valet talis confirmatio, vt hic in capitul. ſequen. & hoc intellige
quando notorie conſtat de vitio ſurreptionis: puta
ut dicit Innocen. in capitu. ſequen. quia pars confitetur,
9 vel conſtat ex tenore bullæ. Et not. hoc dictum, quod id, ꝙ
conſtat ex tenore literarum papę, dicitur notorium, & ita
loquitur tex. in capit. ſequen. dum dicit. Aut certũ ſit, &c.
Si vero eſt probabilis dubitatio ſuper ſurreptione, non poteſt
inferior ſuper hoc cognoſcere, quemadmodum nõ poteſt
cognoſcere generaliter de priuilegiis papæ, ex quo inſurgit
probabilis dubitatio, ut eſt tex. in capitu. cum veniſſent.
ſupr. de iudi. ſecus dic, ubi dubium eſſet leue, ut ibi
10 no. † Si uero confirmatio non eſt ſurreptitia, non poteſt inferior
cognoſcere de validitate confirmati. vnde reſpectu
pręteritorum pręcluſa eſt via inferioribus, ſed reſpectu eorum,
quę de nouo orta ſunt: vt puta, ſi accuſatur de crimine,
propter quod priuari meretur iure confirmato, non eſt
inferioribus iudicibus ſublata poteſtas. vt no. dixit iſta gl.
11 quam tenebis menti, & probatur ratione. † Primo, quia cõfirmatio
ſeu priuilegium non extenditur ad ius non cogitatum,
ad hoc quod in ſimili legi. & no. in capitu. cum inter
P. de tenun. & in capitul. ſuggeſtum, de deci. Item ſi diceremus
oppoſitum, ſequeretur quod confirmatio pręſtaret
exemptionem reſpectu ordinariorum, quod non eſt dicendum,
cum tantum papa velit ſibi confirmare ius reſpectu
12 iuris obtenti de pręterito. † Sed extra glo. quęritur, nunquid
poſſit peti confirmatio ſententię, a qua intra decendium
non fuit appellatum? Innocen. inſtat, & primo arguit quod
non, quia ſi ſententia tenuit, tranſiuit in rem iudicatam, &
facit ius inter partes, licet fuiſſet iniuſta, vt in capitul. cum
inter. de re iudic. & l. ingenuum, ff. de ſtat. ho. & ſic fruſtra
fieret confirmatio. Aut ſententia erat nulla, & idem dicendum
eſt, quia quod nullum eſt, confirmari non poteſt, vt
in capitul. auditis. ſupra de elect. cum ſimi. Item poſſeſſori
non eſt prodita actio, vt in capitu. examinata ſupra de iud.
& Inſti. de act. poſt prin. Sed his non obſtantibus. Innocen.
hic tenet oppoſitum, dicens, quod confirmatio multum
poterit operari. nam ſi ſententia erat nulla, & confirmatur
poſtea iudicialiter cum cauſę cognitione, efficitur ualida:
quia ſecunda ſententia, quę eſt contra ius partis, tranſit in
rem iudicatam; ſi ab ea nõ appellatur, nec poterit poſtmo-
e modum obiici exceptio nullitatis,[e] ſi prima ſententia petitur
mandari executioni. & cum hac concluſione Innoc.
tranſeunt Doctor. hic. Sed aduerte, quia idem Innocen. in
capitul. ſequen. aſſumit generaliter materiam, quia actus
iuriſgentium, ſeu iuris ciuil. & canonici poſſunt peti confirmari,
& ibi concludit quod actus iuris ciuilis, & canonici
poſſunt peti confirmari etiam contradicente parte citata.
Exemplum de ciuilibus in l. adoptio, & in l. nam ita. ff.
de adop. facit tex. in c. bonę, inf. eo. Exemplum de canonicis,
quando petitur electio confirmari, vel aliud ius canonicum,
ſed actus iuriſgentium, vt ſunt contractus, puta vẽditio,
locatio, & ſimiles, non poſſunt peti confirmari inuita
altera parte, nec cogitur altera pars in iudicio reſpondere,
quia iſti actus dependent a mero cõſenſu partium: ideo
iudex non habet ſe impedire, niſi vellet cõfirmare partib.
conſentientib. Hoſti. dicit ſe non capere hanc ſubtilitatẽ
In. Nã licet ꝯctus a prĩcipio ſunt volũtarii: tñ ex poſt facto
neceſſe eſt eos obſeruari, vt in l. ſicut. C. de ac. & obl. in reg.
quod

ADDITIONES.

a ¶ Poſſidere. Idem dicit Gemi. in c. commiſſa, de elect. libro ſexto, & in conſilio lxviii. incipien. formantur, colum. iii. & idem no. D. Anton. de Butr. in c. cum inter in iii. no. de renun. & in cle. gratiæ, in xvi. quæſt. de reſcrip. Sebaſt. Sapia.

b ¶ Lite pendente. Dicitur autem pendere, & rem & actionem effectam eſſe litigioſam per ſolam citationem, ita inductum fuit hoc iure per cle. i. ut lit. penden.

c ¶ Adminiſtrandi. Adde Car. in cle. i. §. i. no. x. de iureiur. Cal. conſi. clxiiii. Pa. de Caſt. conſi. clii & Alex. conſi. cxxx. vol. iiii.

¶ Adminiſtrandi. Vide Bal. in l. preſtatorum, C. de iuriſ. om. iud. & in auth. habita, col. xii. verſic. dicto de ſcholarib. C. ne fil. propa. & in l. Caius ff. de excu. tu. & Old. in conſi. cxlvi. incip. factum tale eſt. Sebaſt. Sap.

d ¶ Confirmatio. Quid operetur confirmatio ex certa ſcientia, tradit Felyn. in c. ii. col. xviii. in uer. leges inſer x, ſup. de reſcr. Alex. in conſ. cxxv. inci. uiſo tit. col. fi. in ii. uol. Sebaſt. Sap.

e ¶ Nullitatis. Et dicit hic D. Bar. de Bel. in addi. ad Do. Ant. quod hoc dictum Inno. intelligi debet de confirmatione ſententiæ nullæ aliter, quam per viã appellationis, ſecus quando prima ſententia nulla fuit confirmata per iudicem appellationis, quia tunc quantumcunque non appelletur a ſecunda, poterit dici de nullitate utriuſque ad impediendam executionem ſñiæ. tex. eſt in cle. i. de re iud. & per illum tex. iudicio ſuo non bene dicit D. Ant. hic in ſi. in uer. hab. tur pro ualida, ex quo non reperitur appellatum.

quod semel placuit, de regul.iur.lib.6. & ideo non videtur 13 differentia ex post facto inter actus iurisgentium.† Sed attendendum est, quod Innoc.in ca.seq.dicit plus sibi placere, quod no.in c.causam.inf.qui fil.sint legi.& ibi vr tenere oppositum corum, quæ no.hic, & in c.sequ. dicens, quem non posse petere pronunciari se esse legitimum, vel matrimonium validum, vel quid simile, nisi de hoc mnueatur quæstio sibi principaliter, vel diffametur, iuxta l. diffamari.C.de ingen. manu. vel incidenter hoc petat in iudicio, vt puta quia agit de hæreditate, & opponitur defectus natalium: tunc propter contradictionem bene poterit petere se pronunciari legitimum. Conclusio ergo est, quod ex quo quis est in possessione vel quasi alicuius iuris, vel a rei, non potest petere confirmationem[a] ab inferiori, sed a principe potest. Et hanc opinio.tene nisi in casibus supra exceptis. & per hoc dico limitandum hoc dictum Innoc. hic, vt si lapsum sit decendium. ita quod non est locus appellationi, non potest peti confirmatio sententiæ ab inferiori, sed a principe sic. facit quod legit. & not.in cle.si appellationem, de appel.hoc tamen intellige, prout plene di-3 stinxi in c.4.sup.de re iud. vbi uide.† Nunquid autem princeps in confirmatione possit supplere defectum iuris naturalis, puta defectum consensus, sen sit Innoc.in c.sequen. quod non, nisi sit talis actus, qui pendeat a mera facultate principis, vt puta contractus super rebus ecclesiasticis. nam quãtuncunque sit nullus ex defectu consensus, puta quia capitulum non consensit, potest papa confirmare, facit ad hoc c.proposuit, de conces.præben.& quod no.in ca.constitutus, de rescrip.& in c.venientes, de iureiuran.& in ca.cuncta per mundum, & in c.per principalem.9.quæst.3. Et per hoc habes expeditam materiam huius c.& seq.nam vt materia esset collecta, maxime, quia dicta hæc limitantur per no.in c.seq.ideo volui contexere hic totam materiã vtriusque c.sed forte hac ratione gl.nihil scripsit super c.sequen. quod non accidit in alio c. huius compilatitnis.

ADDITIO.

a ¶ Confirmationem. Et an ille, qui habet ius in beneficio, si timet contradictionem possit petere ut pronuncietur se fuisse canonice institutum, vide hic per D.Ant.in ult.columna, in princ.a i dict, quod sic, & facit optime ad hoc glo.in l.si con endat, ff.de fideius.& quod no.D.An.in c.si autem, circa fi.de rescri.debet tamen facere ad hoc citari partem aduersam, prout nu D.Ant.inf eo.tit.c.uenerabilis, in pri..in uit col.

SVMMARIVM.

1 *Confirmatio sententia, a qua fuit appellatum, obtenta tacito de appellatione, est surreptitia.*

2 *Literæ secunda ualent, licet non faciant mentionem de primis literis, si illę uel erant nullę, vel exceptione eludibiles.*

3 *Literæ secundę non tollunt primas, de quibus facta est generalis mentio, sed requiritur quod fiat specialis.*

4 *Confirmatio in forma communi quomodo fiat.*

5 *Vbicunque plures lecturæ possunt elici ex uno textu, illa est amplectenda, quę magis conuenit rubricę. vbi est positus ille tex.*

CAP. III.

1 BOnæ. †Literæ confirmationis super sententia a qua erat appellatum, non valẽt, si appellatus malitiose præuenit appellantem: alias pendent, donec de appellat.cognoscatur. Potest legi & aliis modis, vt patebit ex.inf.dicendis: sed nõ insisto, quia non continet vtilitatem magnam. Et primo ponitur consultatio. Secundo responsio bimembris, ibi: Respondemus secundum membrum, ibi: Verum. Casus literal. Lata fuit sententia diffinitiua pro ecclesia contra aduersarium ecclesię, ille intra decẽ dies appellauit. iudices nihilominus mandauerunt sententiam executioni. Appellans literas impetrauit de reuocanda sententia. Ecclesia, pro qua, lata erat sententia, caute pręueniens appellantem literas confirmationis sententię promulgatę impetrauit, in quibus de appellatione facta nulla mentio habebatur. ideo quæsitum fuit, quę literæ præualerent? respondet papa quod literæ posteriores debent prioribus pręiudicium generare. & iudices debent cognoscere de appel. non obstante cõfirmatione obtenta veritate tacita super re litigiosa. Sed si diceretur in literis appellationis secundo impetratis veritati & iustitiæ præiudicãtibus vel etiam sub alia forma verborum, dummodo de literis confirmationis nihil expresse diceretur, respondet papa, quod tunc tandiu literæ confirmationis suum debent habere vigorem, donec de iniqua sententia plenius cognoscatur per secundas lite-2 ras, & in suspenso confirmatio remanebit Ber.† Not.1. quod quando priores literæ sunt nullæ, vel saltem exceptione elidibiles, non est necesse in secundis facere mẽtionem de prioribus. valent enim hic posteriores literæ impetratæ per appellantem nullam facientes mentionem de priorib. impetratis per appellatum, & hoc ideo quia primæ sunt nullæ, uel saltem possunt annullari per exceptionem, uide bon.tex.cum glo.in c.ex tenore, de rescrip.& in cap.suggestum, de iure patron.& in c.cum nostris, de conces.prębẽ. & innuunt istæ ultimę glos. idem esse in literis impetratis ad beneficia, quod no. Secundo no.quod appellatus potest literas impetrare, quandocunque uult, nec potest præueniri nimis per appellatum, de hoc dic ut leg. & no.in c.oblatæ, & c.sæpe.sup. de appel. & quia materia fuit in toto illo titul.satis discussa, ideo non insisto in tangentibus materiã appellationis, sed quicquid hic dicitur, est reducendum ad materiam ibi contentam. In glos.2.in fin. Hæc gloss. sentit primum intellectum, de quo.inf.in glo.fi.& intellige istam glo.& sequen.secundum ea, quæ dicam in glo.fin. In gloss. fin.in fin. Ex hac gloss.colligunt Doct.duas lectur.ad illum tex.quæ videntur sibi contrariari iuncto princ. cum versi. Verum.nam in princip. simpliciter innuit priores literas impetratas per appellatum esse nullas, sed in versi. Verum. innuit eas esse in pendenti, seu quod debẽt literę suum habere vigorem, donec de iniqua sententia cognoscatur. Prima lectur.est, vt principium intelligatur, quando appellatus impetrauit literas ad iudices delegatos super cõfirmatione suæ sententię, sed non valuerunt, quia nimis præuenit appellantem iuxta ea, quam habentur in capit. oblatæ. supra de appella.versicul. Verum intelligitur, quando impetrauit tempestiue, idest nimis non præueniendo tunc enim valent priores, & iudices per eas dati debent cognoscere de validate sententię, non obstante quod in secundis impetratis per appellantem sit facta mentio generalis de 3 prioribus. † Nam generalis mentio non tollit priores literas, sed oportet.quod fiat specialis, vt in capitulo secundo de dolo & contuma. Et secundum hunc intellectum adderet iste tex.ad dictũ capitul.oblatę, vt literę priores impetratę debito tempore per appellatum, prævaleant secundis impetrandis per appellantem, etiam si in secundis fiat mẽtio generalis de prioribus, vt puta per illa verba, Nullis literis veritati & iustitię, &c.& secundum hoc clarior est intellectus c.sed non placet, quia non conuenit rubricę.nam si vtręque literę fuissent impetratę ad iudices, facerent potius ad titul. de appellatio. sed quia hic tractatur de confirmatione, debet tex. intelligi secundum alium intellectum, videlicet quod primum rescriptum impetratum 4 per appellatum fuit pure confirmatorium sententiæ. † Ita quod papa cõfirmauit sententiam in forma communi, scilicet sicut iuste lata erat, nec mandabatur aliqua cognitio iudicibus, sed literę per appellantẽ impetratę erant solę iudiciales, & dubitatur quę pręualerent. nam videbatur, quod ex quo sententia erat confirmata per papam, quod nõ poterant iudices impetrati per appellantem cognoscere de viribus sententiæ, ex quo literæ non faciebant expressam mentionem de rescripto confirmatorio. Sed hoc non obstante papa decidit distinguendo, quod si primum rescriptum non faciebat mentionem de appellatione, est nullum. postmodum in versic. Verum: mutat casum scilicet quando rescriptum faciebat mentionem de appellatione, sed secundæ literæ habebant illam clausulam generalem. Non obstantibus literis, &c. Hæc enim mentio generalis non habuit euacuare confirmationem legitimo modo factam in modo communi, nec confirmatio, ex quo erat facta in forma communi, habebat præcludere viam cognoscendi de iniquitate sententiæ, vt dixi. supra capitulo primo. Ideo rescriptum confirmatorium in hoc casu habet interim suum vigorem, sed nihilominus per secundas literas proceditur super cognitione appellationis: & si sententia retractabitur, rescriptum confirmatorium remanet nullũ, quia fuit factum in forma communi, scilicet sicut iuste lata erat. si vero sententia confirmabitur, habebit suum effectum, & ita declarando secunda lectu.glo. videtur verissima. Nec insisto amplius in aliis lecturis, quæ sunt modicæ vtilitatis. Nam (vt dixi in c.2.) confirmatio facta in forma 5 communi, de modico seruit. † Notabis tamen semper istã

1 glo.ad alium effectum, q ubicunq; plures lecturę[a] poſſunt elici ex vno tex.illa amplectenda eſt, quæ conuenit rubricæ, & ſic debemus ſemper interpretari textum, vt conueniat titulo, ſub quo ſtatutus eſt. No. vnum modum arguendi a ſituatione rubricę, vide ſimilem gl. in c.tibi qui, de reſcrip.lib.6.& in c.ſi ſuper gratia, de offi.co.lib.& in ca.vnicos, ſup.tit.proxi.in gl.2.

ADDITIO.

a ¶Plures lect. Quando l.uel de.r. ſiue tex.poteſt habere plures lect.illa eſt verior, & approbari debet, quæ magis conuenit & adaptatur rubric.& ſic ex rub.poteſt argui pro eligenda veriori lec.S. adde gl.in c.cum monaſteriom ſup.de elec & ibi habetur maxime per Ioan. And. & gl.in uer.repetit, in l.ſi.in prin. & ibi Bar. ff.de condi.indeb & gl.ſi.car.ſi.in l.ius emphyteutic, & ibi Bar.ad ſi.de fun.pa.lib.xij. facit l.imperatores, ff.de in diem adie.accedit gl.valde no.in l.i.C.ne li.ter pro uo.in gl.iii.in uerb.prouocare, quæ no.uult quod ſi uerba tex.ſunt dubia, quod declarentur per rub & ſecundum illam intelligatur & illam gl no. ibi Bald.in iii.col.& dicit eſſe ualde no.per rub ſtatutorum.idem etiam Bal.in l.ii per illum tex ff.de hær.inſti.& no.Ang.in auth.de in ceſt. nup.in prin.

¶Plures lect. Vide Alex.in l.i.col.iii. ubi Mod.ff.ſi cer.pet.& in conſi clxxix. inci.mature digeſtis.col.ii in ii.uol.& in conſi xiii.inci.circa primum, colum.v.in iii uol. Sebaſt.Sap.

S V M M A R I V M.

1. *Innouatio priuilegii operatur tantum conſeruationem iuris, ſi quod competebat.*
2. *Priuilegium vnum tantum habere, eſt periculoſum, & quare, & quod remedium.*
3. *Sigillum epiſcoporum & Abbatum eſt authenticum: de aliis uero aliorum inferiorum vide remiſſiue.*
4. *Tranſumptio alicuius ſcriptura poteſt delegari alicui, qui fideliter & ſolennem tranſumptionem faciat.*
5. *In reuocatione priuilegiorum poteſt pars, cuius intereſt, contradicere.*
6. *Ex identitate rationis extenditur non ſolum diſpoſitio, ſed etiam caſus exceptus.*
7. *Abſentes ſunt vocandi ad capitulum non ſolum in caſibus exceptis, ſed & in non exceptis, in quibus militat eadem vel maior ratio.*
8. *Taxatiua dictio non excludit caſus ſimiles in materia fauorabili & pia.*
9. *Inſtrumenta ſiue priuilegia poſſunt ſcribi & publicari tā in charta pergameni, quam bombacina.*
10. *Quaſi, iſta dictio de ſui natura non eſt expreſſiua ueritatis, licet aliquando ſit propter ſubiectam materiam.*
11. *Contra exemptum & immediate ſubiectum papæ præſcribitur ſpatio xl. annorum, ſed quatenus pręſcriptio poſſet præiudicare papę, requiritur ſpatium centum annorum.*
12. *Præſcriptio centum annorum requiritur non ſolum aduerſus res ipſius Romanæ eccleſiæ, ſed etiam aduerſus res, quas facit liberas ipſa Romana eccleſia.*
 Vſucapio triennalis non habet locum in rebus mobilibus Romanæ eccleſiæ, & an idem ſit in inferioribus eccleſiis.
13. *Præſcriptio centenaria, an poſſit per teſtes probari.*
14. *Libellus, aut ſententia quomodo formantur, quando prælatus vendicaret aliquam eccleſiam.*
15. *Succumbens in cauſa poteſt cogi ad lacerandum, uel corrumpendum inſtrumenta, ſuper quibus ſe fundabat.*
 Si penes aliquem ſunt aliqua inſtrumenta ſibi inutilia, ſed alteri præiudicialia, poteſt cogi ad illa laceranda.
16. *Priuilegium, quod legi non poteſt propter uetuſtatem uel conſumptionē, non debet renouari: ſecus, ſi legitur, ſed cum difficultate.*
17. *Mulier non poteſt regulariter eſſe procuratrix, aut arbitrix, aut iud.*
 Mulier poteſt habere iuriſdictionem, quando ſucceſſit in aliquo regno, vel comitatu.
 Mulier regulariter non eſt procuratrix ad iudicia, ſed ad negotia ſic, de quo tamen vide remiſſiue.
18. *Abbates & alii religioſi, an poſſint eſſe procuratores.*
19. *Papa & imperator poſſunt eſſe iudices in cauſa propria.*
20. *Literę commiſſariı in cauſa ſibi commiſſa non plene probant, licet faciāt adminiculum.*
21. *In cauſis ſummariis & parui præiudicii non requiritur litis conteſtatio.*
 Exceptio non requirēs altiorem indaginem impedit actum, qui de ſui natura exigit celeritatem: ſecus, ſi requirit altiorem indaginem.
23. *Litis conteſtatio non requiritur, quando agitur ſuper renouatione uel tranſumptione inſtrumenti,*
24. *Cauſa ſummaria quæ dicatur.*
25. *In renouatione priuilegii, an debeat pars citari.*

CAP. IIII.

1 Cum dilecta. † Innouatio priuilegii nouum ius non tribuit nec antiquum confirmat, ſed ſi quod competebat, conſeruat. Vel breuius ſic. Renouatio priuilegii non inducit confirmationem iuris io eo cōtēti.

Diuiditur in ſeptem partes. Primo ponitur ſororum petitio, & papæ commiſſio. In ſecunda, ibi: Nos autem inquiſitorum relatio, & canonicorum obiectio. In 3. ibi: Vnde iudicium datio. & ab ipſis appellatio. In quarta, ibi: Nuper ſororum iterato petitio, & earum contradictio. In quīta, ibi: Nos igitur. papæ interlocutio, & priuilegi innouatio. In ſexta, ibi: Quia vero papa abbatiſſam. cōſtituit procuratricem. In ſeptima. ibi: Nolentes. committit principale diffiniendum. Caſus literalis. Abbatiſſa, & moniales cuiuſdam monaſterii volebant priuilegia ſua innouare. vnde. cum propter viarum diſcrimina nō poſſent illa pſītare domino papæ, ſupplicauerunt eidem quatenus aliqoibus perſonis diſcretis mandaret, vt eorum tenorem inſpicerent diligēter, & ipſa ſub ſigillis ſnis ad ſe. apoſt. deſtinarent. vnde papa ſcripſit quibuſdam Epiſco. & Abbatibus, vt illa priuilegia inſpicerent diligenter, & tenorem ipſorum ſub ſigillis ſuis ſibi fideliter deſtinarent, quod factum fuit. papa viſo tenore priuilegiorum, dum vellet illa priuilegia facere innouari, quidam canonici propoſuerunt id fieri non debere, cum Hildeſemenſis eccleſia in poſſeſſione ſubiectionis ipſius monaſterii per centum annos & amplius extitiſſet. Vnde ipſe tunc priuilegia noluit innouare, ſed quibuſdam mandauit, vt ad locum idoneum accedentes vocatis, qui fuerint vocandi, inquirerent veritatem: a quib. pars Hildeſemenſis eccleſiæ ad ſedem apoſtolicam appellauit vnde poſtmodum Abbatiſſa prædicta petiit iterato dicta priuilegia innouari. Ex aduerſo fuit petitum, vt cauſam ipſam dominus papa committeret aliquibus qui teſtes reciperent quos contra priuilegia monaſterii, & ad probandum pręſcriptionem legitimam producere intendebant. Dominus papa conſiderans, quod iure ciuili cautum eſt, vt quando periculum teſtium timetur, etiam lite non conteſtat. teſtes valetudinarii & alii, de quibus ex aliqua rationabili cauſa timetur, recipiantur, eadem ęquitate prouocatus priuilegia illa quaſi oīmia vetuſtate conſumpta fecit innouari: ita tamen, quod per talem innouationem nullum ius monaſterio acquiratur de nouo, ſed antiquum cōſeruetur. Sed quia prædictum monaſterium ad ius & propietatem eccleſię Romanæ per priuilegium pręcedeſſorū ſuorum noſcitur pertinere, abbatiſſam prædictam nomine Romanæ eccleſię conſtituit procuratricem, vt cum aduerſus iura Romanæ eccleſiæ tantum centenaria currat præſcriptio, ſuper his & aliis procuret quę in iudicio ſunt procuranda. Ne ergo de ſtatu monaſterii diutius dubitetur, mandat iudici, quatenus recipiat teſtes, quos Hildeſemenſis eccleſia induxerit ad probandam præſcriptionem, vel ad interruptionem oſtendendam cœnobium duxerit producendos: & ſi pręſcriptio legitima probata fuerit, adiudicet ſubiectionem ipſius monaſterii epiſcopo prędicto cum conſtet ipſum in ſua diœceſi conſtitutum, corrumpēdo priuilegium innouatum, niſi ex aduerſo probata fuerit interruptio, quę ſi probata fuerit, epiſcopo ſuper hoc ſilentium imponatur, & pronunciet monaſterium perpetua libertate gaudere, priuilegio innouato reſignādo eidem. B.

2 † No. primo, ibi: Propter viarum. quod periculoſum eſſet habenti vnum priuilegium duntaxat illud deferre ad loca remota. nam eo perdito vel cōſumpto, perditur in effectu ius in eo contentum. ſupra de reſtitutio. ſpoliato. capit. ſępe. ideo tutum eſt, ut ſolenniter tranſcribatur, argumen. in l.vnum teſtamentum, ff. de teſtamen. & ſic perdito originali, vel conſumpto poſſit fieri probatio per tranſumptum.

3 ſupra de fide inſtrumen. c. penul. & vlti. † Secundo no. ibi: ſuo ſigillis ſuis, quod ſigillum epiſcoporum & abbatum eſt authenticum. Quid de aliis pręlatis inferioribus & capitulis eccleſiarum maxime cathedralium? vide quod not. Innocen. in capitul. ſecundo, de fide inſtrumentorum facit q no. in c. poſt ceſſionem, de proba. in cap. ſi canonici, de off.

4 ord. lib. 6. † Item not. quod inquiſitio tenoris alicuius ſcripturę, ſeu indagatio veritatis, & falſitatis eſt delegabilis, poſſet ergo epiſcopus, uel alius ſuperior committere inquiſitionem alicuius ſcripturę, & ad reſponſionem inquiſitoris ſolennem tranſumptionem illius facere, licet ipſe originale non palpauerit, quemadmodum hic papa fecit.

5 † Item not. quod ſi per contradictionem illius, cuius intereſt, priuilegium non valeret, impeditur ipſius priuilegii renouatio, donec cauſa conditionis diſcuſſa fuerit. Ex quo in infertur quem poſſe pętendere intereſſe, vt priuilegium ſeu inſtrumentum alterius non renouetur, &

intereſſe

interesse potest versari in eo, quod uexari timet ex documentis non legitimis. Et ex hoc & ex tex. no. ꝙ priuilegia sublata per præscriptionem, vel quæ possunt elidi exceptione, non debent renouari, quia in futurum põt præ- 6 stare materiam litigii. † Item no. & tene semper mẽti, ꝙ nedum dispositio simplex trahitur ad alium casum ex identi- a tate rationis, sed etiam casus exceptus[a] a regula.[b] nam pa- b pa hic casum exceptum in c. quoniam, vt lit. non conte. vt testes recipi possint, non seruata iuris solennitate, trahit ex identitate rationis ad innouationẽ priuilegii. & sic est hic 7 casus notabilis per gl. i. C. de condi. ind. † Et per hoc credo ꝙ licet in iure reperiantur tres casus excepti duntaxat, in quibus absentes debent vocari ad capitulum, de quib. per gl. in c. 2. de testi. li. vi. ꝙ vocandi erunt in aliis casibus consimilibus, vel arduioribus, facit quod no. Inn. in capi. 1. de no. ope. nun. gl. in c. i. inf. de his quæ fi. a ma. par. cap. & per hoc limita id quod dicitur exceptionem firmare regulam in non exceptis, ut in c. dominus. 32. q. 7. & est bu. text. in c. 2. in fin. inf. de coniu. lepro. procedit enim vt restringatur regula ad casus non consimiles exceptos. † Et uide ad 8 prædicta notabile dictum Barto. post glo. in l. serui, ff. de usuc. vbi concludit, ꝙ si exceptio est fcã per dictionem taxatiuam: nihilominus extenditur ad alium casum, si in alia parte iuris reperitur exceptus, vt ibi no. & videtur probari in c. quoniam, in prin. iuncta gl. ut lit. non conte. Si autẽ specifice alibi non excipitur, & tunc per identitatem rationis extenditur in materia fauorabili, & pia vt sentit gl. no. in l. illud, C. de sacrosanc. eccl. in ver. Alicuius secus in materia restringibili, vt no. in l. i. C. de patri. qui fi. di. & hoc 9 no. † No. ibi: Non in pergameno &c. ꝙ priuilegium potest scribi non solum in pergameno, sed etiam in papyro, & vide no. per Spec. in ti. de instru. edi. §. postremo, uers. item ꝙ est scriptum in papyro, vbi dicit ꝙ instrumentum potest esse publicum in papyro. Et dicit Hostiẽ. ꝙ licet hæc materia sit periculosior, est tamen tutior, quia non potest ita fieri abrasio, seu alia falsitas in papyro sicut in pergameno, hodie tamen de stylo curiæ rescripta fiunt in charta pecorina, vt no. Spec. de rescri. pñta. §. i. igitur. ver. & quoniã. vbi dicit Ioã. An. ꝙ notanter dicit pecorina, & non pecudina, quia in plus se habet pecus pecoris, quam pecus pecudis. Nam pecus pecudis sumitur pro istis aialib. paruis, quę sũt ad vsum hominis. sed pecus pecoris pro animalib. magnis vnde comprehendit boues, equos, & similia. Et hoc adde notandum, quod etiam in istis scribuntur quandoque priuilegia & processus. Quidam tamen dicunt, ꝙ priuilegium non erat hic in charta bombacina scriptum, sed in quadã, materia confecta ex quadam herba, quæ vulgariter appellatur pauera, & cum gultano quodam efficiebatur apta ad recipiẽdum scripturam. prædicta tamen de iure procedũt facit quod no. gl. & Bar. in l. cum tabulas. ff. de fut. hodie tamen notarii præstant iuramentum de publicandis instrumentis in charta pecorina, seu in pergameno. de quo di- 10 cendum, vt no. in c. sicut. inf. ne cle. uel mo. † No. ibi: Quasi iam nimia uetustate &c. quod dictio, quasi, non est veritatis assertina, sed impropriatiua, & denotat diminutionẽ quandam. Quandoque secundum subiectam materiam exprimit veritatem, vt habetur in Euangelio Io. quasi vnigeniti a patre &c. vide bo. tex. cum gl. in c. pront, de do. & cõ- 11 tu. † Not. in uersi. Quia vero, optimum arg. ꝙ contra exemptum & immediate papæ subiectum põt præscribi spatio 40. annorum, quatenus p̃iudicat ipsi priuilegiato, sed quatenus præiudicat papæ, requiritur spatio cẽtum annorum. si enim potuisset abbatissa deducere ius papæ in iudicium non fuisset opus, vt constitueretur procuratrix papę ad deducendum ius suum in iudicium. & tenebis in hoc menti istum tex. quia multum bene facit saltem in argum. & uide quod no. glo. in simili in c. 2. de cape. mo. & in d. capitu. ad audientiã. de pręscr. & in c. volumus. 16. q. 4. vbi sunt tres bonæ gl. ad materiam, uide tamen omnino, quæ dixi in d. 12 capitu. ad audientiam. † Item not. ibi: Possessiones & iura &c. qđ ecc. Romana gaudet p̃scriptione cẽtum. annorum non solum in rebus priuatis ipsius Romanæ ecc. sed etiam in omnibus iuribus & possessionibus, quæ competunt ra- c tione libertatis[c] datę. Et sentiunt Doc. hic ex ista generalitate verborum hoc procedere tam in rebus mobilibus, quam immobilibus, corporalibus, & incorporalibus, ꝙ bene notabis. Ex hoc enim infertur, ꝙ usucapio triennalis in rebus mobilibus non habet locum contra eccle. Roma- d nã.[d] Nunquid autem in eccl. inferiorib. habeat locum vsu- 13 capio prædicta, plene no. in capitu. i. de in integr. resti. † Vlterius no. ibi: Testes recipias &c. tex. apertum ꝙ præscrip. e centenaria[e] potest probari per testes, cuius contrarium sẽtit gl. in ca. cum nobis. supra de præscrip. & dic vt ibi dixi. 14 † Item no. ibi: Subiectionẽ ad iudices &c. modum seu practicam libellandi seu sententiandi, cum episcopus vendi- 15 cat aliquam eccl. vt subiectam. † Vltimo no. & tene menti, ibi: Corrumpendo &c. ꝙ postquam quis succubuit in causa, debent omnia priuilegia seu instrumenta decisione cõtraria lacerari & corrumpi, ne in futurum possint præstare materiam discordiæ. Ex quo etiam infertur, ꝙ si pœnęs te sint aliqua instrumenta tibi inutilia & iuri meo quo ad tenorem contraria, possum petere, vt corrumpantur & lacerentur facit pro hoc c. accedens. il. i. vt lit. non cont. & a simili seu a cõtrario l. sicut, C. de lib. cau. & c. ecclesia, sup. 16 ut li. pen. & l. dissolutæ, C. de condi. ex le. † In gl. i. ibi: Ideo non poterant uidere &c. sed hoc videtur cõtra factum papę, cum papa hic distulerit innouationem ad contradictionem partis aduersæ. ergo oporteret dicere, ꝙ aliquod interesse prætendere potest pars aduersa, & dic ꝙ satis sua interest, quoniam consumpto originali nõ timet sibi litem moueri in futurum, secus si fieret innouatio. Hinc est, propter hoc interesse in fi. literæ, mandatur hoc priuilegium corrumpi, ergo sua interest, ne innouetur, quia melius est ante tempus occurrere, &c. l. fi. C. q. can. in inte. rest. nnn est ne. & quod no. in c. i. de in integ. & de iureiuran. cap. quem- 17 admodum. † In glo. in ver. Duximus. in fi. dic, ꝙ contraria procedunt, quando non possunt legi propter vetustatẽ seu consumptionem aliter superuenientem, sed vbi legi possunt licet cum difficultate, fit innouatio, prout hic dicitur. In gl. in uer. Procuratricem ibi: Similiter & iudex. non intelligas principium gl. indistincte. nam regula est in contrarium. vt neque procuratrix, neque arbitratrix, seu arbiter, neq; iudex potest esse mulier. ista enim sunt officia uirilia, ut in c. infamis. §. tria. 3. quęstio. 7. & no. plene. in ca. sciscitatus, sup. de rescr. sed iuta quę allegat glo. ponunt casus speciales, s. quando mulier habet iurisdictionem, quia successit in aliqua dignitate, vt puta i comitatu, vel regno. Et intellige, ꝙ mulier non potest esse regulariter procuratrix ad iudicio. Nam ad negocia bene potest constitui, vt no. in l. ait prętor, ff. de ne. gest. Et casus, in quibus potest mulier esse procuratrix, vide per Spec. in ti. de procur. §. 1. in prin. Et vltima sol. glo. hic posita quantum ad tex. nostrũ 18 videtur. † De abbate vero, & aliis religiosis nunquid possint esse procuratores, vide bonam gl. in c. de pręsentium 16. q. 1. per Inn. in c. cum I. & A. sup. de re iud. & tex. in c. religiosus de proc. Et no. in fi. gl. tres modos procedendi cũ papa vult mouere quęstionem contra subditum, & primi, 19 duo modi sunt honestiores. † Et inquantum glo. dicit papam posse iudicare in causa. eccle. sentit, ꝙ in causa patrimoniali non possit esse iudex, quod tamen nõ est verum. Nam & Imperator iudicat in ca sua, ff. de his, quæ in test. dele.

ADDITIONES.

a ¶ Exceptus. No. diligenter ꝙ iura limitatoria, & ponentia fallentias extenduntur ex identitate rationis, & adde hic eundem Panor. in c. ad audientiam, in 3. no. ĩ. de cle. non resid. pulchre loquente hic, & etiam notantem ad hoc hunc text. in §. nos igitur, & sic habes hic, tex. melhorem de iure per Bart. in l. si constante, in ix. q. primæ partis princ. ff. sol. matr. vbi idẽ vult ꝙ in iuribus limitatoriis sic licita extensio ex identitate rationis, licet D. Alex. ibi conetur ostẽdere ꝙ iste text. in hoc vers. nos igitur nõ probet, & male ponderetur per istum & vide multa exempla, ꝙ taxatiua non excludat casus similes quos ponit do. Ias. in l. 3. ff. de off. eius, vbi inter alia ꝙ non excludit quando in successiua legis, vel statuti correctio, de quo per Alex. in l. 3. C. de bo. possess. contra tab. Aeneas de Falco.

¶ An ex identitate rationis extendantur iura limitatoria, dicas de hoc late videndum esse per Rom. post alios in l. si vero. in §. de viro in repetit. vbi ponit materiam extensionis, ff. sol. matrim. & per Sal. & do. Pau. de cast. in l. si letitu. vestri, C. de noxal. Ant. Franc.

b ¶ A regula. vide multa per Fel. in c. quoniam frequenter. in prin. ĩ. vt lit. non cõte. per And. sic. in c. curauit, ĩ. de probatio. & Alex. tenentem contra Ab. hic in l. si constante, sol. mat. Seb. Sapia.

c ¶ Libertatis datæ. multa circa hæc accumulat. Fel. in c. ad audientiam, ver. vltimo facias regulam ĩ. de præs. & Alex. in consi. 180. inci. viso themate in ii. vol. Sebastian. Sapia.

d R¶omanam. No. ad declarationem auth. quas actiones, in fin. C. de sacrosan. eccle.

e ¶ Centenaria. & tex. in l. sed & si quis, §. prim. ff. de institut. & tex. in l. denique, § si cui man. lauero, ver. si mater, ff. man. & in l. 4. §. 3. ff. de neg. ge. & idem dicit Ioan. And. in additio. Spec. in tit. de procu. §. 3. circa prin. Et adde quod etiã ad actum qui fit in iudicio dummodo sit actus voluntariæ iurisdictionis mulier potest constitui procuratrix. tex. est sin. in l. 2. §. fina. C. de manumis.

dele.l.proxime,& in l.& hoc Tyberius.ff.de hære.inſti.vide in hoc.quod ſatis plene dixi in cap.cum veniſſent, ſup.

20 de iud.† Extra gl.primo oppo.contra text.videtur enim ꝙ literis iſtius legati non erat fides adhibenda,cum ſibi cauſa fuiſſet commiſſa.Sol.Doc.fatentur contrarium,& dicũt ꝙ literæ ipſius adminiculabantur, non autem plene probabant. Ex quo not.ꝙ literæ legati in cauſa ſibi commiſſa faciunt adminiculum plene tamen non probant in alteri* præiudicium, vide bo.gloſſ. in c. ſicut, de ſent.excommu.

21 † Secundo op.videtur enim ꝙ proceſſus iſte non valuerit, cum non præceſſerit litis conteſt.ut in capitu. vnico,de li. conte.Solutio multiplex. quidam intelligunt hic litem nõ fuiſſe conteſtatam. Alii,ꝙ ſpeciale eſt,cum agitur de libertate eccleſiæ.Alii?(ut no.Inn.)dicunt,ꝙ cum agitur de innouatione priuilegii,ſeu alterius ſcripturæ,non eſt neceſſaria lit.cont.quod verbum no. Ho.tamen requirit conteſtationem lit.& dicit ꝙ ob hanc cauſam fuit hic appellatum a prioribus iudicibus, & petebatur, vt viris diſcretis cauſa committeretur.D. An. ſimpliciter videtur tenere, ꝙ cum hæc cauſa ſit ſummaria,& modici præiudicii,nõ eſt neceſſaria lit.conteſt.& ſic videtur ſequi opi.Innocen.quę mihi ſatis placet. in auth.niſi breuiores,C.de ſenten.ex peri.te-

22 ci.& eorum quę no.in ca.i.de libel.obl.† Dic etiam ꝙ ſi cõtra petentem innouationem opponitur exceptio non requirens altiorem indaginem,prius diſcutietur exceptio, quã fiat innouatio,vt ſatis colligitur ex principio capituli.Sed ſi exceptio requireret longum tractum, tunc non impeditur innouatio,vt notãter etiam colligitur hic ver.Nos igitur:Nam hic patet. ꝙ ſi exceptio a primordio facilis propter appellationes,vel aliã cauſam efficitur difficilis, & lõgæua,ea non obſtante proceditur ad innouationem.paria ergo ſunt, ꝙ a principio exceptio exigat longum tractum, vel ꝙ ex poſtfacto efficiatur difficilis propter diſputatio-

23 nem,ſeu appellationem. † Sed contra id , quod eſt ſup.dictum litem conteſt.non requiri , cum agitur ſuper renouatione, ſeu traſũptione inſtrumenti , facit iſte tex.i ver. Nos igitur vbi videtur innui , ꝙ tunc non requiritur conteſtatio,quando imminet periculum ſuper conſumptione ſicut obſeruatur in receptione teſtium,ſed hoc non obſtã-

24 te teneo primum. ſ. ꝙ hæc cauſa ſit ſummaria.† Per tegulã, quam poſt Dy.ponit Bar.in extrava.ad repri.in ſummario & ſequitur Io.de Lig.licet non alleg.Bar.i cle. ſepe, de uer. ſig.vbicunque enim verſatur cauſa, ſuper qua ſententia lata non infert magnum præiudicium,ſeu totaliter non decidit.quin poſſit.in alio iudicio grauamen reparari,illa dicitur ſummaria. ad hoc l. 3. §. ibidem, & quod ibi no. ff.ad exhiben.& vide latius in locis prææalle.Ad hunc tex. reſpõdeo ꝙ procedit ſimilitudo hoc modo. Sic enim teſtes qui non poſſunt aliter recipi lite non conteſt.recipiuntur inſtãte neceſſitate,ita renouatio priuilegii,quæ non debet fieri niſi diſcutiatur prius exceptio illius,cuius intereſt, ut innuitur hic in ver.Nos autem.cum ſeq.poteſt fieri imminente, periculo,cum exceptionis diſcuſſio exigit longum tractũ,

25 vt hic,& in d.uerſi. Nos igitur.† Sed quæro, an innouatio priuilegii parte abſente,& non contumace facta valeat?In no.videtur velle,ꝙ ſic,dummodo nuncietur parti intra annum,vel conueniatur,argum.in c. quoniam.ſup. vt lit. nõ cont.Si autem pars eſt præſens ,debet citari , quia facilius ipſa indagabit & percipiet falſitatem, cuius intereſt, quam iudex,vel notarius:dicit tamen Hoſ.quod ſi petitur innouatio in curia,nõ eſt neceſſe,ipſam partem abſentem citare, cum habeat tranſire per manus plurium,qui ſunt i hoc bene edocti,ar.in l.omnium,C.de teſta. dicit tamen,qđ ſi pars eſt præſens,deberet citari, vel ſi de proximo ſperetur

a aduentus.ᵃ Ego de hoc remitto ᵇ ad pl nius no.in c.ſignifi-

b cauit.& in ca. Albericus,de teſti. vnde credetem, ꝙ niſi ſit periculum in expectando partem citandam , non debet ꝓcedi ad innouationem ſine citatione. Et innouatio aliter facta non valet.niſi ille faceret , qui de nouo poſſet concedere ꝓt obatur in c.ſignificauit,iuncto c.enim,poſt prin.vt lit.non cont. Nam ſi in receptione teſtium eſt hoc obſeruãdum,fortius in innouatione priuilegii , cum ſit maius periculum. nam ſi originale erat vitioſum,nulla defenſio com petit amplius,parti aduerſæ, cum vitium non poterit perpendi io tranſumpto,quia falſitas erat in bulla, vel filio,ꝗa charta prius fuerat raſa ,& poſtea reſcripta , iuxta ea quę habentur in capitu.licet de cri.falſi,dixi plene in d.capitu. Albericus.

ADDITIONES.

a ¶Aduentus.Vide Alex.in auth.ſi quis in aliquo,C.de eden. Abb.in c.ex parte, i. in in no.,de pr.& Felin.in d.c.Albericus,in princ.de teſt. Seb.Sapia.

b R[illegible] Et vide Do.Anton.c.1.[illegible] in ver quæro qualiter,& d. hoc [illegible] per Arch. in c.contra mortem. 100.diſt. vbi dicit, ꝙ ſi fiat innouatio, priuilegii per diſt. qui nõ cõceſſit,requiritur citatio per ſolenne & generale edictũ ſed ſi fieret per illum qui con ceſſit non requiritur citatio,[illegible] ſuſpectum vel de ipſo [illegible] quod & alle.Hoſt & Io.an.in d.c.Albericus,de teſtib.& quod valeat innouatio priuilegii facta etiam non vocatis partibus tenet. D.Ant.in c. venerabilis,infra e.ſecus dicit eſſe,in con firmatione,& vide de hac quæ termi nis per Do.Abb.in c.ex parte el 1.circa princ.aut.de priui.

¶Circa innouationem priuilegii an debeat pars citari & qualiter,fieri debeat, & vide quæ habentur,in c.inter dilectos,de fid inſtru & vide Spec. in t.t.de off. iu.in §.1.in ver ſed quæritur,& in ver.illud autem in fi.& adde,quod pendente appellatione,vel [illegible],non debet fieri innouatio,vt Spec.in tit.de regula. in §.1.in prin & in §.appellatione pendente.in ver 12. Ant Franc.

SVMMARIVM.

1 *Religioſi non poſſunt adminiſtrare temporalia etiam ex confirmatione Papę,quia cenſetur aut ſurreptitia, aut nulla. vide infra . numero. 6. vbi ſi confirmantur ex certa ſententia papa,non poterunt remoueri,in aliis vero remanent ſub obedientia ſuperioris, vide in capitulo proxi. nume.4.*

2 *Regulares quicquid acquirunt eſt monaſterii,& nil appropriant. 5.*

3 *Litera emanate de curia pręter ſolitum ſtylum curia præſumuntur ſurreptitię,aut nulla.*

4 *Regularis licet poſſit eſſe canonicus eccleſię cathedralis,tamẽ canonicus eccleſia ſecularis eſſe non poteſt.*

7 *Papa ſi contulit alicui regulari prioratum in loco vbi abbas ponebat & remouebat ad nutum,an poterit ipſe abbas,& iſtum,qui habet collationem a papa remouere?*

8 *Papa concurrit in collatione beneficiorum cum omnibus ordinariis.*

Abbas non poteſt conſtituere monachum in priorem alicuius loci.

10 *Abbas non obligatur monacho etiam cum iuramento.*

11 *Abbas poteſt remouere priorem, etiam quod priores in illo loco fuerunt per pręteritum perpetui .*

Conſuetudo non inducitur ex actibus mera facultatis:

12 *Regularis remotus ab aliqua dignitate ſine cauſa an habeat aliquod remedium,unde remoſſit.*

CAP. V.

AD noſtram audientiam .

1 † Non valet confirmatio,quam religioſus impetrauit a papa ſuper temporali adminiſtratione,ſeu prioratu,ſi tacuit ſe regularem . Si vero expreſſit reſcriptum præſumitur falſum : quia papa non conſueuit, eondere . hoc d.cum ſeq. Communis diuiſio,ſecunda,ibi: Quia igitur Caſus lit. Quidam canonici regulares Neumaſenſis eccleſiæ impetrabant literas confirmationis ſup ad miniſtrationibus ſuis,tacito ꝙ eſſent regulares.ſignificatũ fuit hoc domino papæ ex parte præpoſiti illorum regularium.Dicit papa , ꝙ tegularibus perſonis apoſtolica ſedes aliqua non conſueuit confirmare, vnde mandat quibuſdã quatenus confirmationes a prædictis regularibus taliter impetratas denuncient irritas & inanes Ber.Not.primo,ꝙ regulares exiſtentes in eccleſiis cathedralibus dicuntur canonici. nam iſta eccleſia Neumaſenſis eſt cathedralis,& regularis,vt refert lo. An.& ſatis colligitur ex text.poteſt tamen intelligi,ꝙ erant regulares canonici,vt ſunt iſti de ordine ſancti Auguſtini.Nam quidam reperiuntur mendicãtes,& non ſunt canonici. Quidam vero non ſunt mendicãtes:& iſti dicuntur canonici. Poteſt intelligi in monachis e eccleſiæ cathedralis.nam poſſunt appellari canonici,vt habes tex.iuncta glo.in c.a.58.diſt. & vide circa hoc qđ ple-

2 ne dixi in c.cauſam.ſup.de iud.† Secundo no.ꝙ regularib* non eſt aliquid perſonaliter confirmandum, quia non poſſuot ſibi aliquid appropriare, ſed totum eſt monaſterii, quocunque ſe vertant,& qualitercunque acquirant. 18.q.

3 1.c.uno.ea.cauſa & quæſtio,2.c.abbates. † Tertio not.ibi: Non conſueuit &c. ꝙ literæ emanantes de curia præter ſo

a litum curſum & ſtylum ᵃ curię, præſumuntur ſutreptitiæ, & quandoque falſæ, quando. ſ. nihil ſupprimitur , ſed ſit conceſſio deuians ab omni honeſtate & ſtylo curię,vt in c.

4 ſeq.& ibi dicetur.† Vltimo no. ꝙ non ſolum regulares alicuius monaſterii,ſed etiam ſi ſint canonici eccl. cathedra. non poſſunt tenere adminiſtrationes perpetuo, non tamẽ ex

ADDITIONES.

a ¶Prӕter ſolitum curſum & ſtylum.Adde [illegible] in proœmi. Greg.num. 1.& ibi poſui in apoſt.poſt [illegible] in apoſt.in ver.de ſtylo.eundem in c.c.ã dilecta.nu.1.in apoſt.in ea in verſ.ſtylus curiæ i.de reſcri. Zach.

¶Et ſtylum.Vide Roma.in conſi 377.incip.quæſtio eſt.& Felin c.2.ver. ſtylus curiæ.ſupra.de reſcript. Seb.Sap.

ex hoc intelligas, ꝙ regularis possit esse canonicus in eccle. seculari, quia esset cõtra c. super eo, de regula. & vide bon. glo. in c. quorundam. 74. dist. sed intellige, ꝙ est ibi canonicus, quando eccle. cathed. est regularis modo prædicto. In gl. ibi: Scilicet tacita veritate &c. aduerte, licet dictum principii huius gl. sit in se verum, non tamen est bona expositio ad illud verbum, personaliter, positum in tex. Nam sensus illius verbi est, ꝙ personaliter non consueuit sedes aposto. regularibus aliquid cõfirmare, ita vt ipsæ personæ singulares habeant nomine proprio, sed realiter bene consueuit ꝯfirmare dando scilicet priuilegium ipsi rei, scilicet mona-

5 sterio, vel collegio. † Ratio diuersitatis est, quia collegium est capax in communi, sed particulares personæ non, q̃a a se abdicauerunt omnia, & posuerunt priorem supra caput ipsorũ loco Dei, vt in c. si religiosus, de elec. li. vi. 13. q. 1. c.

6 non dicatis. † Et ut habeas clare materiam huius ca. sequẽtis, est primo videndum, quæ fuit ratio decidendi in isto text. Solu. potest colligi ex prędictis, & adhuc clarius dic. Aut enim isti administratures erant temporales, vt quia poterant remoueri ad nutum superioris, vt in capitu. cum ad monasterium, versic. nec alicui. inf. de sta. reg. Aut erãt perpetui, iuxta id, quod habetur in ca. 2. eo. tit. & vtroque casu dissoluebatur bonum obedientiæ occasione huius confirmationis. Nam cũ alias poterant remoueri ad nutũ abbatis, vel saltem ex facili causa, quando erant perpetui, vigore confirmationis non posset remoueri ad nutum superioris, & sic quodammodo per hanc confirmationem erigebant se contra bonum obedientiæ, & hoc ius tenendi appropriabant sibi personaliter. Et ex his & ex notatis in c. seq. not. ꝙ si ex certa scientia papæ confirmetur religioso aliqua administratio, quæ de se erat tẽporalius, quia poterat remoueri ad nutum abbatis, non poterit deinceps remoueri sine licentia papæ. Vnde, vbi primo erat obedientiarius abbatis, nunc uigore confirmationis efficitur obedientiarius papæ, vide Innoc. in c. nisi. inf. de præb. & Do. in ca. cum inter R. sup. de elect. & in clem. quia regulares, de supp. neg. præla. non tamen intelligas, quod per hãc cõfirmationem eximatur regularis a iurisdictione sui superioris, sed in omnibus ius competens superiori remanet illæsum, præterquam ut non possit cognoscere, vel tollere ius cõfirmatũ, vt in c. 1. & 2. sup. eo. nisi ex nouo delicto, vt hẽt gloss. not. in d. c. 1. vide Fed. de Sen. consi. 255. vnde põt iste in manib. superioris renunciare, permutare, & alia facere, q̃ ad superiorem pertinent. Hæc procedunt in confir-

7 matione facta ex certa scientia. † Sed dubitatur, quid dicẽdum in collatione? & est quæstio satis quotidiana. Pone, ꝙ

a papa [a] contulit regulari aliquẽ prioratum, q̃ de se non erat perpetuus sed abbas non ponebat ibi priorem, & remouebat ad nutum, iuxta ea quę habentur in prędlleg. c. cum ad monasterium. Nunquid abbas potest istum remouere ad nutum sicut potuisset, si ipsemet contulisset? Ad aduerte ad duos casus. Nam quandoque papa contulit ex negligentia abbatis, & tunc non alteratur natura beneficii. Vnde sicut primo poterat remoueri ad nutum, ita & nunc interueniente collatione papæ, quia ex quo contulit iure deuoluto, nõ videtur voluisse alterare naturam beneficii, de quo vide tex. cũ gl. no. in d. cle. quia regulares, vbi hoc tenent communiter Doc. Secundus casus dubius est, quando papa contulit cessante omni negligentia superioris, & in hoc sunt opi. Arch. vi. q. 1. c. si monachus, sentit ꝙ non, & idem

b in c. pręsenti, [b] de offi. ord. lib. vi. Sed aliud sentit Collectarius in capit. per tuas, de ma. & obe. facit quod no. in d. cle. q̃a regulares. In hoc distinguerem, ꝙ aut illud papa contulit expresse vt quoad vixerit, debeat possidere, & tunc sine causa non potest remoueri per suũ superiorem, de hoc videtur textus in d. ca. cum inter R. & sic intellige nota. ibi Doct. Aut simpl'r contulit, & puto, ꝙ põt remoueri, sicut,

8 prius per superiorem. † Quia cum papa concurrat in collatione beneficiorum cum omnibus ordinariis, vt in c. 2. de pręben. lib. vi. non videtur simpliciter conferendo voluisse alterare naturam beneficii, & regularem remouibilẽ facere perpetuum. argum. hic, & in cap. seq. & in dubio hoc debemus tenere, tanquam congruens bono obedientiæ.

9 † Sed quia visum est. sup. de viribus collationis factæ per papam, nunc quęritur, quid si proprius superior, puta abbas, contulit regulari prioratum, seu aliam administrationem, quousque vixerit possidendam, nũquid hoc non obstante possit hunc regularem ad libitum remouere? & sępe hæc videbis in facto. Conclude, ꝙ sic. Nam si gerebat ĩ animo ꝙ eum remouere non posset, illicita fuit concessio, & contra ius, ut in d. ca. cum ad monasterium in §. nec alicui. inf. de statu. regu. Item quemadmodum dominus non põt

10 obligari seruo, vt in l. interpositas, C. de transi. † ita nec abbas suo monacho. Ad idem c. manifestum. 34. q. 5. vbi dicitur, ꝙ licet vxore miserit votum cum consensu mariti non tamen potest eo inuito illud personaliter persoluere, & vide ad prædicta q. quam ponit Ioan. An. in regu. non est obligatorium, de reg. iu. lib. vi. in Mercu. Ex cuius dictis posset inferri ex identitate rationis ad quæstionem nostram ꝙ etiam si abbas iurasset, nihilominus valebit remotio. Et hanc conclusionem reperii postmodum tenuisse Feder. de Sen. consil. 134. Inno. in cap. insinuante, qui cle. vel vo.

11 † Sed quæro, quid si non est memoria in contrarium, ꝙ fuerit talis prior per superiorem remotus, nunquid ex hoc sit inducta consuetudo, vt remoueri non possit ad nutum abbatis? Puto ꝙ non, quia aut superior nunquam remouit, & non posset dici inducta consuetudo, quia ex actibus merę facultatis non inducitur consuetudo, seu ex non vsu non habente in se actũ tacitum iuris dispositioni contrarium, vt no. in c. Ioannes, de cleric. cõiug. & per Cy. in l. 2. C. quę sit longa cõsue. Aut superior voluit illum remouere seu, prædecessorem suum, & propter potentiam illius non habuit effectum, & non potest dici inducta cõsuetudo, cum sit contra bonum obedientiæ, argum. cap. cum non liceat de præscr. & in cap. cum inter vos de cõsue. Et hoc valet ẽt pro istis perceptoribus sancti Antonii, qui regulares sunt, & eorum abbatem præficiunt eorum perceptoriis. possunt enim de iure communi remoueri ad nutum abbatis.

12 † Nunquid autem possit iste regularis omni causa cessante remotus implorare officium superioris abbatis, vt sine cã nõ remoueatur, vide quod no. Io. An. in c. cũ singula, de prę b. li. vi. in nouella. Inn. & alii post eum in c. insinuante. inf. qui cler. vel vou.

ADDITIONES.

a ¶ Quia Papa. Vide Card. in clem. prima. versi. præmissa, de supplen. negl. g. prælã. Geminian. in cap præsenti. de offi. ordina. lib. 6. Lapum alleg. nona incip. disputat, & in alleg. 13. incip. disputat Bal. in c. illud. in fi. 5. de maio. & obed. S. b Sap.

b ¶ Præsenti. Et ibi latissimè videtur per dom. de Rota deci. ii. in antiquis.

SVMMARIVM.

